IOANNIS DE IANDVNO
PHILOSOPHI ACVTISSIMI

SVPER OCTO LIBROS ARISTOTELIS
DE PHYSICO AVDITV SVBTILISSIMAE QVAESTIONES:
In quarum ſingularum capite Tituli earum ac Concluſiones
nuper ad Legentium, & Studioſorum commodum
in Summas collectæ conſpiciuntur:

ELIAE ETIAM HEBRAEI CRETENSIS QVAESTIONES:
uidelicet de Primo Motore, de Mundi Efficientia, de Eſſe & Eſſentia, & Vno:
cum Euſdem in dictis Auerrois ſuper eoſdem libros Annotationibus
quàmcaſtigatiſſimæ leguntur:

DVO DEMVM HORVM OMNIVM EXTANT INDICES:
alter Quæſtionum ac Concluſionum ſingulorum librorum nuper additus,
alter totius operis notabilia quæq; accuratiſſime demonſtrans:

QVORVM DILIGENS CASTIGATIO SEQVENTI
LEGITVR EPISTOLA.







VENETIIS APVD IVNTAS
ANNO M D L I.

R.D. MATTHÆO SANCTORO SICVLO I. V. DOCTORI AC BONARVM ARTIVM AMATORI


Romulus Fabius Florentinus. S.



Vm Deo optimo maximo cuncta mortalium ideo debeantur opera, quod nobis non solum summa contulit bona, verum in horas conferre, eademq; seruare non desinat, Viris illis sapientibus, qui non solum veritatis bonum communicauerunt, sed qui viam ac metodum inuenerunt, quo veritatem ipsam ex approbatorum Philosophorũ dictis nancisci, tueriq; ab impugnatoribus facilius possemus, nos debitores esse, negabit nemo. Hanc viam Philosophorum Princeps Aristoteles ostendit, cum de singulis dubitare non tantum nõ inutile, sed necessarium esse docuit: ipsam enim veritatem scire non solum homines cupiunt, sed errores repellere obnixe nituntur, illorum præcipue, quorum autoritati ac dignitati absq; controuersia fides adhiberetur, nisi Doctissimorum virorũ firmioribus argumentis redarguerentur. Hanc Theologorum scola in hereticorum oppugnandis, & euellendis erroribus amplectitur. Nullum deniq; de Philosophia quouis honore benemeritum vidi, qui hoc veritatis adipiscendæ studium non totis anhelaret viribus: quinimo de huiusmodi Philosophandi genere, quod Scolasticum appellatur, laudes, virorum disertissimi scripsere. Hunc Vnum ex alijs, qui Philosophicis disciplinis operam nauare studuerũt, IOANNEM IANDVNVM in hos Aristotelis Physicæ Auscultationis Octo Libros animaduerti: qui non solum in differendis Aristotelis, & Comentatoris dictis scrutator ingeniosus reperitur, verum illorum sententiam solus rationibus, militantibusq; argumentis ita tueri nititur, vt qui eius doctrinam reperierit edoctus: à veritate ipsa argumentis sophisticis, seu quouis alio colore vel loco firmatis abduci nõ possit. Huius igitur viri acutissimi altercationum siue quæstionum super Octo Physicorum Libros, pro noua illius æditione præparandum opus suscepi: quod pro ipsius dignitate totis elaborandum viribus putaui, vt ex illo iam omnes fructus: pacis, ac veritatis bonum haurire valeãt. Erroribus enim hos libros hucusq; fuisse vallatos nullus sapientum ignorabit, qui hanc nouam à nobis elaboratam æditionem veteri conferet. In hac enim mutatas voces (impressorum forte vitio) propriæ consonantiæ reddere laboraui. Integritati etiam locos q̃ plurimos restituere curaui: propriũ deniq; huic præclaro operi vultum reintegrare volui. Et, ne alicui Studiosorum commodo defuisse viderer, in singularum quæstionum, ac corporum illarum capite proprios TITVLOS ET CONCLVSIONES sub breuitate apponere conatus sum. Quęstiones ẽt nõnullas quondã ELIÆ HEBRÆI CRETENSIS Philosophi & Medici de PRIMO MOTORE, de MVNDI EFFICIENTIA, de ESSE ET ESSENTIA ET VNO, à mendis simiter innumeris non sine labore & maxima diligentia purgaui. Et eiusdem in dictis Auer. super eosdem libros perlegi ANNTOATIONES: quas per necessarias, & scitu etiã dignas prospiciens, emendare volui. Hoc igitur Opus Pater eruditissime, tibi, tuoq; nomini dicare volui: quem multarum disciplinarum amatorem oculata fide nouerim. In te enim Iuris pontificij, ac Cæsarei resplendet peritia, qua suffragante, Doctoratus Aureola præfulges. Nec Poesis etiam, nec artis Oratoriæ munera desunt, quid vltra? Extant animi tui probitas, vitę candor, & integritas, quibus merito probi viri te venerantur & colunt, Tantorum igitur meritorum ratione has meas minus dignas elucubrationes suscipere velis rogo, quas honoris mei gratia intellectusq; tui acumine corrigere ac castigare posse minime dubito. Vale.

INDEX QVAESTIONVM AC CONCLVSIONVM IOANNIS DE IANDVNO SVPER OCTO LIBROS ARIST. DE PHYSICO AVDITV.

Quæstiones Libri Primi.



Vaestio Prima. An De Rebus Naturalibus sit scientia. folio.1..columna.1.
Conclusio. Rerum naturalium scientiam proprie habemus quo ad ea quæ illis ut in pluribus conueniunt, proprijssime uero, quo ad ea, quæ illis semper insunt. folio.1.columna. 2.
Quæstio Secunda. An ens mobile, uel corpus mobile sit scientiæ naturalis subiectum. 2.3.
Conclusio. Ens mobile, idest substantia mobilis, secundum sui communem ratioñe, huius primæ partis philosophiæ, quæ est de Physico Auditu, subiectum est: cæterarum autem partium subiectum est secundum determinatas rationes, seu mobilitatis participationem. 2.4.
Quæstio Tertia. An ad perfectam scientiam de aliquo causato, omnes causas cognoscere oporteat. 4.1.
Conclusio. Ad perfectam simpliciter cognitionem rei oportet omnes eius causas cognoscere, quas apta nata est habere, nõ autem ad cognitionem perfectam in genere de omnibus causis sollicitum esse necessarium est. 4.2.
Quæstio Quarta. An eadem notiora simpliciter sint, & quo ad nos. 4.4.
Conclusio. In naturalibus & diuinis non sunt eadem nobis, & simpliciter notiora, in mathematicis uero, eadem nobis, & simpliciter notiora sunt. 5.1.
Quæstio Quinta. An uniuersalia notiora quo ad nos sint ipsis singularibus. 5.3.
Conclusio. Vniuersalia intentionalia non sunt nobis priora ac notiora ipsis singularibus, quorum sensitiua cognitio prior est uniuersalis cognitione intellectiua, quæ tamen prior est cognitione singularis, idest minus uniuersalis. 5.4.
Quæstio Sexta. An species specialissima sit primum cognitum ab intellectu humano. 7.2.
Conclusio. Facile sustineri potest conceptum speciei specialissimæ non esse prius cognitum, sed aliquid uniuersalius, nec contra hoc aliquid demonstrari potest. 7.3.
Quæstio Septima. An naturalis contra naturalia principia negantes, disputare possit. 7.4.
Conclusio. Naturalem, per se reprobare negantem principia ad naturalem scientiã pertinentia, non oportet, uerum contra negantes principia doctrinæ & esse, uel esse, non autẽ doctrinæ disputare potest. 8.1.2.

Impressorum errore relicta est hæc conclusio in suo loco.

Quæstio Octaua. An ens sint uniuocũ, idest unius rationis substantiæ & accidenti. 8.3.
Conclusio. Ens non uniuocum nec pure æquiuocum, sed analogum est ad substantiam & accidens, siue decem prædicamenta. 8.4.
Quæstio Nona. An substantia materialis sit p se in partes eiusdem rationis diuisibilis. 9.4.
Conclusio. Materialem seu sensibilem substantiã, quamuis non nulli per se indiuisibilem putent, ea tamen per se in eiusdem speciei partes, licet mediante quantitate, necessario diuisibilis est. 10.1.
Quæstio Decima. An totum distinguatur à suis partibus, uel cum illis idem sit. 11.2.
Conclusio. Totum per se & primo idem uel diuersum cum aliqua sui parte nequaquam est, at per se sed nõ primum idem uel diuersum esse potest. 11.2.
Quæstio. XI. An indiuisibile infinitum esse posit. 11.4.
Conclusio. Nullum indiuisibile secundum extensionem, aut uigorem, infinitum esse potest, sed secundum durationem ac priuationem formalis ac specificæ determinationis. 11.4.
Quæstio. XII. An ipsum indiuisibile posit esse quale. 12.2.
Conclusio. Et si indiuisibile per se subsistens, idest alteri nõ coniunctum, nulla sensibili qualitate, nec specie quarta illius generis affectũ esse posit, sed sic indiuisibile primæ uel secundæ speciei qualitatibus quale esse contingat, idest alicui inhærens, quale aliquo modo esse non inconuenit. 12.2.
Quæstio. XIII. An propositio hæc, tantum unum est, uera sit. 12.4.
Conclusio. Tantum unum esse, prout unum sumitur a forma, necessario uerum est, prout autem à quantitate sumitur, falsum est. 13.1.
Quæstio. XIIII. An infinitum sit ignotum. 13.2.
Conclusio. Infinitum ut infinitum, i. secũdum extensionem, quo ad numerum suarum partium, est ignotum, formaliter autem, idest quantum ad suam infinitatis rationem, cognoscibile est. 13.3.
Quæstio. XV. An quanti cognitio ex partibus suis quantitatiuis, dependeat. 14.2.
Conclusio. Quanti notitia distincta ex partium actu, non autẽ in potentia cognitione consurgit. 14.3.
Quæstio. XVI. An naturalia ad maximum & minimum terminata sint. 14.4.
Conclusio. Naturalia omnia, quatenus naturalia, ad maximum & minimum necessario determinata sunt. 15.1.
Quæstio. XVII. An quodlibet corpus finitum, consumi contingat per ablationem finiti aliquoties factam. 15.4.
Conclusio. Corpus generabile, aut corruptibile, per ablationẽ æqualium partium, non autem per partium inæqualium secundum proportionem aliquoties factan, consumi tandem contingit. 15.4.
Quæstio. XVIII. An rerum naturalium principia sint contraria. 16.1.
Conclusio. Principia rerũ naturalium licet sint in genere substantiæ, ea tamen quo ad fieri ipsarum rerum contraria esse necessarium est, licet non omnia contraria sint quantum uero ad esse minime contraria sunt. 16.1.
Quæstio. XIX. An materia prima sit ens. 17.1.
Cõclusio. Materia prima nec forma est, nec aliquã formã hẽt, sed ẽ ens in pura potentia seipsa ab ipsa forma distincta. 17.1.
Quæstio. XX. An materia prima sit substantia. 17.4.
Conclusio. Materia prima non est actu substantia, uel accidẽs, sed est substantia in potentia. 17.4.
Quæstio. XXI. An principia rerum naturalium tantum tria sint. 18.1.
Cõclusio. Rerũ naturaliũ principia tam p se q̃ per accidẽs tria sunt, nec plura, nec pauciora tribus esse necessariũ est. 18.3
Quæstio. XXII. An ex non ente simpliciter, siue ex nihilo aliquid fiat. 19.3.

Cōclusio. Aliquid ex nihilo fieri, uel sicut ex materia, aut post sui non esse per motum, aut naturalem mutationem, impossibile est: at per aliam forsitan simplicē productionem, Deo tantū propriā, aliquid ex nihilo fieri non inconuenit. 19.4

Quæstio. XXIII. An priuatio sit rerum naturalium principium. 20.3.

Conclusio. Priuatio, quo ad esse, rerum naturalium principiū nequaquam est, at ipsa, quo ad earum fieri, principium est non ita pure per accidens, sed principium per se, uti subiectum dispositiuum ad formam inducendam. 20.4.

Quæstio. XXIIII. An omnium generabilium & corruptibilium sit una materia. 21.1.

Conclusio. Materiam propinquam unā numero esse omnium generabilium & corruptibilium est impossibile, materiam autem primam ac remotam unam numero non positiue, sed priuatiue omnium generabilium esse & per indifferentiam communem suscipiendum est. 22.2.

Quæstio. XXV. An Potentia materiæ essentialiter sit idem cum ipsa substantia materiæ. 23.1.

Conclusio. Potentia materiæ, si subiectiue sumatur, eadem est cum substantia materiæ, si uero pro formali principio, quo ipsa potens dicitur essentialiter diuersa est ab ipsa sua substantia. 23.2.

Quæstio. XXVI. An materia habeat in se infinitas potentias. 25.3.

Conclusio. Materiam primam infinitas potentias simul habere ad formas infinitas indiuiduales impossibile est. 25.3.

Quæstio. XXVII. An materia ipsa formam appetat. 25.4.

Conclusio. Materia ipsa formam appetit non animali aliquo appetitu, sed naturali. 26.1.

Quæstio. XXVIII. An priuatio sit materiæ appetendi formā causa. 26.2.

Conclusio. Priuatio non principalis causa est appetitus materiæ ad formam, sed dispositio potius. 26.3.

Quæstio. XIX. An materia prima sit p se generabilis & corruptibilis. 26.4.

Conclusio. Materia non est generabilis per se. 26.4.

Quæstiones Libri Secundi.

Quæstio Prima. An naturæ definitio bona ac perfecta sit. folio. 27. columna. 1.

Conclusio. Hæc naturæ definitio, natura est motus & quietis principium in eo in quo est, primo & per se, & non secundum accidens, perfecta & recta est. 27.2.

Quæstio Secunda. An naturam esse quoquo modo demonstrari possit. 28.3.

Conclusio. Falso nonnulli & apparenter naturam esse demonstrare conati sunt: hoc enim indemonstrabile est. 28.3.

Quæstio Tertia. An materia & forma sint natura. 29.3.

Conclusio. Et si tam materia quàm forma sint natura, forma tamen uerius & prius natura est q̄ materia. 29.3

Quæstio Quarta. An omnia matematicalia a sensibilibus sint abstracta. 30.2.

Conclusio. Entia matematicalia licet recti abstractione à sensibilibus nequaquam abstracta sint, nec ea, quæ ex intellectu agente fit abstractione, abstrahuntur tamen a sensibilibus ex opere possibilis intellectus, secundum specialem, & particularem abstractionis modum. 30.3.

Quæstio. V. An entia matematicalia sint abstracta ab itelligibili materia, uel quæ nō sint ipsorū intelligibilis materia. 23.1

Conclusio. Entium matematicalium intelligibilis materia nec ex forma & materia compositum aliquid est, uel continuū, uel ipsorum partes quantitatiuæ, aut diuisibilitates, seu terminus, q̄ per sui fluxum ipsorum causa est, sed illorum subiectum uel genus ac differentia ex quibus illorum rationes cōstant, à quibus abstracta nequaquam sunt. 33.2.

Quæstio. VI. An Naturalia definiantur per materiam sensibilem. 33.2.

Conclusio. Entia naturalia per materiam, idest per subiectum, quod est principiū, quod substat motui uel quieti, cæterisq; sensibilibus qualitatibus, definiri necessarium est. 33.2.

Quæstio. VII. An naturalis Philosophus habeat considerare materiam primam. 34.2.

Conclusio. Naturalis Philosophus considerat materiam primā per simplicem intellectus apprehensionem, ac compositionem considerat etiam substātias abstractas aliquo modo, ut horum inferiorum effectrices causæ sunt. 34.2.

Quæstio. VIII. An materia habeat rationem causæ. 35.1.

Conclusio. Materia est naturalium omnium causa quo ad esse ac fieri. 35.2.

Quæstio. IX. An omnes partes definitionis sint formæ. 35.3.

Conclusio. Partes definitionis, ut partes, materiæ rationem habeant, ut uero essentiales sunt definito formales sunt, in cōparatione ad indiuiduum naturæ definitæ. 35.3.

Quæstio. X. An finis sit causa. 36.1.

Conclusio. Finis secundum esse extra animam, rationem causæ habet, non autem secūdum esse in anima, nec pro aliqua sua realitate. 36.1.

Quæstio. XI. An in superioribus ac cœlestibus corporibus aliqua a fortuna & a casu contingant. 36.1.

Cōclusio. In superioribus & cœlestibus a fortuna & a casu aliquid euenire., impossibile esse. 37.1.

Quæstio. XII. An fortuna et casus sint causæ p accidēs. 37.4.

Conclusio. Casus & fortuna causis per accidens conuenienter adnumerantur in his, quæ in minori parte cōtingunt ab agēte a proposito, siue à natura. 37.4.

Quæstio. XIII. An natura propter finem agat. 38.2.

Conclusio. Naturam agere propter finem necessarium est, siquidem ars ipsa eo illam imitari dicatur, quód propter finem agit. 38.2.

Quæstio. XIIII. An monstra, quæ peccata naturæ dicūtur, ab ipsa natura intenta sint. 39.1.

Conclusio. Monstra, quæ naturæ peccata, dicuntur, non à natura intēta sunt, sed ab aliquo alio agente propinquo naturæ, quod casus dicitur. 39.1.

Quæstio. XV. An rei naturalis necessitas ex eius materia quoquomodo dependeat. 40.1.

Conclusio. Tametsi naturalium necessitas ex ipsa materiæ ratione non præcise sumiē, ut nonnulli falso opinaße uisi sunt, ex eorum tamen propria materia aliquo modo depēdet, magis autem ex fine ea sumenda esse uidetur. 40.1.

Quæstiones Libri Tertij.

Quæstio Prima. An necessarium sit, ignorantes motum ignorare naturam. 41.2.

Conclusio. Motum ignorātes, necessariū est ignorare & naturam ignorantia simpliciter. 41.2.

Quæstio Secunda, An motus sit actus. 41.4.

Conclusio. Motus neq; simpliciter actus perfectus, nec pura est potentia, sed permistus & imperfectus est actus. 42.1.

Quæstio Tertia. An motus definitio sit conueniens. 42.3.

Conclusio. Definitio motus, qua ipsum esse actum existentis in

potentia

potentia, ut sic, dicitur, est conueniens. 42.3.
Quaestio Quarta. An motus sit in mouente. 43.2.
Conclusio. Etsi motus per se in mouente nequaquam sit, est nihilominus in eo per accidens. 43.2.
Quaestio Quinta. An actio & passio sint duo diuersa ac distincta praedicamenta. 44.5.
Conclusio. Actio & passio, licet motui idem sunt, tamen diuersa sunt praedicamenta. 44.2.
Quaestio Sexta. An motus sit essentialiter idem cum termino ad quem. 44.3.
Conclusio. Motus, secundum q. pro forma minus perfecta à magis perfecta differens sumitur, essentialiter idem est cum termino ad quem, ut uero fluxus quidam est, ab illo diuersus essentialiter est. 44.4.
Quaestio Septima. An infiniti consideratio ad naturalem spectet. 45.2.
Conclusio. Infinitum secundum omnem modum infiniti, speculari ad naturalẽ Philosophũ spectat, sed diuersimode. 45.3.
Quaestio Octaua. An infinitum, si ponatur, principij solum rationem habeat. 45.4.
Conclusio. Infinitum, si sit, quo ad substantiam infinitae magnitudinis subiectum, solum principium est, & non principiatum. 45.4.
Quaestio Nona. An in perpetuis & Aeternis posse ab esse distinguantur. 46.2.
Conclusio. In perpetuis & Aeternis in transmutabilibus posse ab esse indistinctum est, in intransmutabilibus autem posse & esse essentiale indistincta sunt: at posse & esse secundum actum superadditum realiter in transmutabilibus diuersa sunt. 46.2.
Quaestio. X. An sit actu corpus infinitum. 46.4.
Conclusio. Nullum corpus siue simplex siue compositum actu infinitum esse potest. 47.
Quaestio. XI. An infinita multitudo simpliciter reperiatur actu in natura. 48.1.
Conclusio. Rerum differentium secundum genus siue speciem seu indiuiduum, nulla est actu infinita multitudo: at rerũ indiuidualiter differentium, nullumq; inter se ordinem per se habentiũ, nõ inconuenit multitudinẽ infinitã inueniri. 48.3.
Quaestio. XII. An magnitudo in infinitum diuisibilis sit. 49.1.
Conclusio. Magnitudo est diuisibilis in infinitum secundum successionem diuersarum partium. 49.2.
Quaestio. XIII. An quantamcunq; magnitudinem per appositionem contingat excellere. 49.4.
Conclusio. Quamcunq; paruitatem per diuisionem, omnemq; multitudinem finitam ac determinatã excellere contingit, datam uero magnitudinem per diuisionem excellere, impossibile est.

Quaestiones Libri Quarti.

Quaestio Prima. An omnia entia sint in locu. fol. 50.3.
Conclusio. Corporalia tantũ & sensibilia in loco proprio sunt, at incorporalia & abstracta entia in eo per translationem esse dicuntur. 50.3.
Quaestio Secũda. An in loco sit uirtus cõseruatiua locati. 50.4
Conclusio. In naturali loco est uirtus locati cõseruatiua. 50.4.
Quaestio Tertia. An locus sit aequalis locato. 51.2.
Conclusio. Nec communis nec proprius locus aequalis est locato secundum dimensiones, at locus proprius secundum cõtinentiam aequalis est corpori locato. 51.2.
Quaestio Quarta. An locus sit ultimum continentis. 51.3.
Conclusio. Locus nec forma nec materia, aut spacium continentis est, sed ultimum continentis. 51.4.
Quaestio Quinta. Locus in quo nam genere sit. 52.4.
Conclusio. Locus non solum ad genus quãtitatis spectat, sed ad ipsum ubi. 52.4.
Quaestio Sexta. An locus sit immobilis. 54.5.
Conclusio. Locus secundum propriam rationem primo & per se immobilis est, at per accidens forte mobilis est, ad motum corporis locati. 54.5.
Quaestio Septima. An terrae locus, sit aquae superficies. 55.5.
Conclusio. Aquae superficies naturali uirtute conseruatiua informata immediate ad terrã se habens eius est naturalis ac proprius locus. 55.1.
Quaestio Octaua. An orbis lunae concauum locus sit ignis conueniens ac proprius. 55.4.
Conclusio. Ignis est in Concauo orbis lunae uti in proprio ac naturali loco. 56.1.
Quaestio Nona. An ultima sphaera sit in loco. 56.3.
Conclusio. Vltima sphaera est in loco non per se, sed p accidens, & per centrum est in loco. 56.4.
Quaestio. X. An uacuum esse sit necessarium. 59.
Conclusio. Vacuum esse necessarium non solum non est, sed falsum & impossibile. 59.2.
Quaestio. XI. An, si uacuũ esset, possibile esset in ipso fieri motum. 60.4.
Conclusio. Nullus fieret localis motus in uacuo si esset. 60.4.
Quaestio. XII. An uelocitas unius motus ad alterius uelocitatẽ sit secundum medij ad medium spissitudinem & tenuitatem, siue grossitiem & subtilitatem, attendenda. 61.2.
Conclusio. In quibusdam mobilibus proportio uelocitatis motus naturalis ad uelocitatem, est secundum proportionem mediorum in subtilitate & grossitie. 61.3.
Quaestio. XIII. An successio in motu grauium & leuium ex resistentia medij causetur. 62.3.
Conclusio. Motus grauium & leuium successio ex medij resistentia prouenit. 62.3.
Quaestio. XIIII. An uacuo existente, possibile sit in eo fieri motum localem animalis. 63.2.
Conclusio. Si uacuum esset, & si animalia, in ipso per aliquod tempus esse possent, in illo tamen nequaquam mouerentur.
Quaestio. XV. An existente Vacuo priuatio foret. 63.4.
Cõclusio. Vacuum ut spatium separatum priuatio minime est, sed ut dicit negationem cum aptitudine, huiusmodi corpus priuatio est. 63.4.
Quaestio. XVI. An grauium & leuium motus ex medio pleno impediatur. 64.1.
Conclusio. Nullum ex medio plena grauium & leuiũ naturali motui praestatur impedimentum. 64.1.
Quaestio. XVII. An tempus sit aliquod ens. 64.2.
Conclusio. Tempus est aliquid, s. mensura motus. 64.2.
Quaestio. XVIII. An ipsum tempus distinguatur essentialiter à motu primo. 65.2.
Conclusio. Tẽpus nec absolute motus est, neq; ẽ ipsa circulatio, seu primus motus, sed ab illo essentialiter distinctũ est. 65.1.
Quaestio. XIX. An Temporis definitio sit conueniens. 65.4.
Conclusio. Haec definitio, Tempus est numerus motus secundũ prius & posterius, est bona ac conueniens. 66.1.
Quaestio. XX. An prius & posterius motus essentialiter sint idem cum priori & posteriori ipsius temporis. 67.1.
Conclusio. Prius & posterius motus si pro perfectionis parte p motum importatae sumantur, siue pro ipsa transmutatione a priori & posteriori tẽporis distinguerent, si uero pro

transmutatione successiua, seu successione coutinua cum illo eadem sunt. 67.2.
Quæstio Vigesprima. An unum & idem instans sit in toto tẽpore. 68.2.
Conclusio. Quamuis secundum esse unum & idem instans idem non sit in toto tempore, idem tamen instans secundum substantiam sub toto tempore esse necessarium est. 68.
Quæstio Vigesimasecunda. An instans, tempus aliquo modo causet. 69.3.
Conclusio. Instans & si temporis in nullo causarum genere causa sit, reducitur tamen q̃ eius aliquo pacto materialis sit causa, seu tanquam necessaria eius dispositio. 69.3.
Quæstio Vigesimatertia. An sit dare minimum tẽpus. 69.4.
Conclusio. Non est accipere tempus simpliciter minimum quo ad suam coutinuitatem. 70.1.
Quæstio Vigesimaquarta. An motus in eo q̃ quantum mensuretur a tempore. 71.3.
Conclusio. Tempus mensurat motum, quatenus quantum quoddam est. 71.3.
Quæstio Vigesimaquinta. An tẽpus sit mensura quietis. 71.4.
Conclusio. Quies, quæ est priuatio motus, necessario tempore mensuratur per accidens. 71.4.
Quæstio Vigesimasexta. An motus sit per se causa corruptionis. 72.1.
Conclusio. Motus secundum se causa est corruptionis, ut uero instrumentum, est etiam generationis causa. 72.
Quæstio. XXVII. An tempus sit extra animã humanã. 72.3.
Cõclusio. Tempus, si pro materiali significato sui sumatur, est actu præter animam, formaliter autem nõ, sed ab anima est & in potentia. 72.3.
Quæstio. XXVIII. An tempus Vnum sit apud omnia temporalia. 73.2.
Conclusio. Tempus principaliter sumptum, est numero unum omnium temporalium, tempus secundario sumptum non est unum apud omnia.

Quæstiones Libri Quinti.

Quæstio Prima. An id moueri per accidens dicatur, quod coniungitur ei, quod mouet per se. 76.2.
Conclusio. Mouens coniunctũ per se motori sicut forma est mouens per accidens. 75.2.
Quæstio Secunda. An generatio sit motus. 75.3.
Conclusio. Generatio substãtialis formæ elementi est motus cõmuniter sumendo motum non autem proprie, in quo manet idem secundum nomen & definitionem sub utroque termino. 75.4.
Quæstio Tertia. An motus sit in tribus generibus, qualitate, quantitate, & ubi. 76.3.
Conclusio. Motus, ut formalem receptionem importat, in genere passionis est, ut uero rationem seu perfectionem dicit, in quantitate, qualitate, & ubi illum esse contingit. 76.3.
Quæstio Quarta. An in substantia sit contrarietas. 77.
Conclusio. Substantiæ secundum se, non sunt inuicem cõtrariæ, at sic secundum qualitates contrariæ sunt. 77.3.
Quæstio Quinta. An alicui adueniat aliqua relatio nulla in ipso facta transmutatione. 78.2.
Conclusio. Relatio realis nulli, tanq̃ subiecto aduenire potest nulla in ipso facta mutatione, tanq̃ termino autẽ sic. 78.2.
Quæstio Sexta. An Motus suscipiat esse per motum. 78.4.
Conclusio. Nullus motus per se producitur à motu, nec eius est per se terminus, at per accidens terminatur motus ad motũ quandoq;. 79.1.
Quæstio Septima. An in quantitate sit contrarietas. 79.3.
Conclusio. Quantitatis secundũ se sumptæ non inest aliqua proprissima contrarietas, sed ut sub aliqua naturali forma consideratur, aliqua illi inest contrarietas. 79.4.
Quæstio Octaua. An in loco sit coutrarietas. 80.2.
Conclusio. In loco naturali, qui est uirtus conseruatiua locati, est aliquo modo contrarietas. 80.3.
Quæstio Nona. An magis & minus perfectum secundum formam, ad quam est motus, specie differant. 80.4.
Conclusio. Magis & minus perfectum secundum formam, ad quam est motus, non uariant speciem. 80.4.
Quæstio. X. An forma, secundum quam est motus, sit una numero a principio motus usq; ad terminum. 81.2.
Conclusio. Formam, secundum quam est motus, eandem esse à principio motus usq; ad terminum, secundum quosdam, uel diuersam, secundum alios, probabile est, nec certum. 81.2.
Quæstio. XI. An motꝰ ex terminis cõtrarijs sint cõtrarij. 83.1
Conclusio. Motus quosdam à Contrarijs terminis incipientes, contrarios esse coutingit secũdum terminos ad quos, qui uero ad contraria terminantur, per se contrarij sunt. 83.1.
Quæstio. XII. An quies motui contraria sit. 83.2.
Conclusio. Quies non proprie, sed secundum communem contrarietatis rationem, motui contraria est, uidelicet habitus & priuationis. 83.2.
Quæstio. XIII. An quies in termino motus ad quem, sit motus perfectio. 83.3.
Conclusio. Quies, quæ terminum motus dicit eundem cum motu, perfectio motus est, ut autẽ terminum eius dicit, formaliter sumendo ipsum non nisi per accidens motus perfectio est. 83.3.
Quæstio. XIIII. An unum & idem numero corruptum, regeneretur. 83.4.
Cõclusio. Idem numero corruptum regenerari simpliciter est impossibile, nisi per uirtutem super naturalis & uniuersalis agentis præter naturam agentis, ut in omni erit omnium resurrectione. 84.1.

Quæstiones Libri Sexti.

Quæstio Prima. An continuum ex indiuisibilibus sit cõpositum. folio. 85. columna. 1.
Conclusio. Lineam ex punctis essentialiter componi, siue ut ex partibus quantitatiuis esse impossibile est, ex illis tamen ut quoddam essentiale terminatum consurgere dicitur. 85.2.
Quæstio secunda. An punctum sit in ipsa linea. 86.2.
Conclusio. In linea aliquo modo est punctus ut ipsius terminus, uel ad modum formæ. 86.3.
Quæstio Tertia. An punctum sit aliquod ens positiuũ. 86.4.
Conclusio. Punctum, ut terminum lineæ significat, positiuum quidem est, at ut lineam continuans, cum priuatione intelligitur. 87.1.
Quæstio Quarta. An duo corpora secundum totum se se tangere possint. 87.3.
Conclusio. Duo corpora se se secundum se tota tangere impossibile est: quæ, si tangerentur, ex eis unum alio maius corpus nequaquam constitueretur. 87.3.
Quæstio. V. Componi uel nõ componi ex indiuisibilibus, An eadem ratione, magnitudini & motui conueniat. 87.4.
Conclusio. Componi, uel non Componi ex Indiuisibilibus secundum eandem rationem proportionis uel consequentiæ, motui

tui ac magnitudini conuenit. 88.1.
Quæstio Sexta. An super indiuisibile Motum fieri contingat. 88.1.
Cōclusio. Motum per se fieri super indiuisibile est impoßibile, at per accidens fieri moeū super indiuisibile cōtingit. 88.2.
Quæstio Septima. An Moueri & Motum esse, simul esse ualeant. 88.2.
Conclusio. Moueri & Motum esse simul esse, idest in eodem instanti, est impoßibile. 88.2.
Quæstio Octaua. An omne, quod mouetur, contingat uelocius uel tardius moueri. 88.3.
Conclusio. Mobili, ut mobile, uelocius aut tardius moueri potest, mobile uero ut tale mobile, ut à tali motore motum, nō potest uelocius moueri. 88.4.
Quæstio Nona. An magnitudo & Tempus concomitentur se secundum infinitum. 89.4
Conclusio. Magnitudo & Tempus se se concomitantur, quantum ad finitatem, uel infinitatem. 89.4.
Quæstio Decima. An Infinita Tempore finito pertransiri possint. 89.4.
Conclusio. Mobile aliquod actu, uel potentia infinita tempore finito pertransire non potest, sed forte per accidens tempore finito infinita in potentia pertransibit. 90.1.
Quæstio Vndecima. An nunc sit in tempore. 90.2.
Conclusio. Totius temporis non est accipere nunc ut terminum terminati, sed ut cōtinuans continuati, ac tēporis terminati seu partis est aliquod nunc, sicut terminus terminati. 90.2.
Quæstio Duodecima. An in Nunc Temporis aliquid moueri poßit. 90.4.
Conclusio. Aliquid proprie moueri in instāti est impoßibile, at aliquid moueri, i. mutatū esse in eodem, poßibile est. 90.4.
Quæstio Tertiadecima. An oē, quod mutat, sit diuisibile. 91.1.
Conclusio. Omne Motum partibile esse necessarium est: Nullū enim indiuisibile moueri per se potest. 91.1.
Quæstio Quartadecima. An id, in quo primo aliquid mutatū est, sit indiuisibile. 92.3.
Conclusio. Tempus in quo aliquid primo mutatum est, indiuisibile esse oportet. 92.3.
Quæstio Quintadecima. An in motu sit primum mutatum esse à parte ante. 92.4.
Conclusio. Nō est in motu accipere primum mutatum esse, suscipiendo partem motus, secundum quam aliquid mouetur, tamen si quod indiuisibile, à quo motus initiatur, accipitur, non inconuenit aliquod primum mutatum esse in eo sumi posse, quod pars motus minime est. 92.4.
Quæstio Sextadecima. An localiter motum sit in aliquo eodē loco per totum aliquod tempus. 93.3.
Conclusio. Motū localiter non est in aliquo eodem loco per aliquod totum tempus.

Quæstiones Libri Septimi.

Quæstio Prima. An Aliquid moueatur à seipso. 93.4.
Conclusio. Per se nō primo aliquid a seipso moueri potest, at per se primo impoßibile est. 94.1.
Quæstio Secunda. An ad hoc Aristotelis sit demōstratio quia, uel propter quid. 94.4.
Conclusio. Aristotelis demonstratio, qua nihil a seipso moueri probat, non propter quid, sed quia demōstratio est. 94.4.
Quæstio Tertia. An ex omnibus mobilibus fieri poßit unum continuum. 95.2.
Conclusio. Ex omnibus mouentibus & mobilibus unū fieri continuum impoßibile est. 95.3.
Quæstio Quarta. An in motu Locali mouens & motum sint simul. 96.3.
Conclusio. Mouens actu & mobile actu simul sunt tempore, ut mouens propinquum & mobile non sunt simul in eodem loco primo, sed sunt in eodem loco, quasi positiue, idest sicut forma suo inhærens subiecto. 96.3.
Quæstio Quinta. An alterans & Alteratum sint simul. 97.3.
Conclusio. Alterans propinquum simul est cū alterato, non autem alterans primum, seu remotum. 97.4.
Quæstio Sexta. An circa quartæ speciei qualitates, ipsa fiat alteratio. 98.3.
Conclusio. Non est proprie & per se ad tales qualitates alteratio, sed per accidens & improprie. 98.3.
Quæstio Septima. An ad qualitates primæ speciei contingat alteratio. 99.2.
Cōclusio. Ad habitus, qui sunt in parte hominis corporali, & sensitiua & appetitiua, seu intellectiua non contingit proprie & per se alterationem esse, sed per accidens. 99.2.
Quæstio Octaua. An genus sit in una natura, scilicet an generis forma, eadem sit cum forma specifica secundum substantiam. 100.3.
Conclusio. Non est una secundum substantiam ac rationem generis ac speciei natura, siue forma. 100.3.
Conclusio. Quòd nō sint plures formæ in composito tum rationibus, tum auctoritatibus Arist. & Auerrois arguit. 102.

Quæstiones Libri Octaui.

Quæstio Prima. An æternitatem motus quærere ad naturalem Philosophum spectet. 105.2.
Conclusio. Quærere motus æternitatem ad naturalem Philosophum pertinet. 105.
Quæstio Secūda. An perpetuitatis motus cōsideratio ad primi principij intelligentiam necessaria sit. 105.4.
Conclusio. Perpetuitatis motus consyderatio necessaria est ad intelligendum primum principium esse. 106.2.
Quæstio Tertia. An motus sit æternus. 106.4.
Conclusio. Motus est æternus. 107.1.
Quæstio Quarta. An motor æternus, & intransmutabilis, qui per intellectum & uoluntatem mouet, motum nouum immediate causare ualeat nulla trāsmutatione præcedēte. 109.1.
Conclusio. Primus motor intransmutabilis existens, & si per uoluntatem agat, motum nouū immediate agere nequit nullo motu præcedente. 109.1.
Quæstio Quinta. An motus Aeternus dependeat a motore aliquo effectiue. 110.1.
Conclusio. Motus æternus non est ab aliquo motore, ita q. ab illo per motum proprie dependeat, non implicat tamē ipsum effectiue dependere a motore sicut lucere diaphani ad præsentiam corporis luminosi. 110.2.
Quæstio Sexta. An cœlum agat in hominis intellectum & uoluntatem. 111.1.
Conclusio. Cœlestia corpora per se nullo modo agunt in intellectum & uoluntatem. 111.2.
Quæstio Septima. An augmentatio sit motus cōtinuus. 112.1.
Conclusio. Augmentatio non sic simpliciter continua est, q. infinito tempore perpetua sit, sed forte continua est in toto aliquo tempore. 112.
Quæstio Octaua. An alteratio sit diuisibilis in infinitum. 113.1.

Conclusio. Quamquam Alteratio, quæ forma fluēs, uel eius est fluxus diuisibilis sit in infinitum, Alteratio tamen non diuiditur in partes sibi inuicem succedentes in infinitum aliquo modo. 113.1.
Quæstio Nona. An animal moueat seipsum. 113.4.
Conclusio. Animal sic mouere seipsum suscipiendum est, q. in eo est anima mouens, & corpus motum. 113.4.
Quæstio Decima. An motus animalis sit naturalis. 114.3.
Conclusio. Motus animalis non sic naturalis est, q. uoluntatem excludat, sed naturalis est, idest non uiolentus. 114.4.
Quæstio Vndecima. An Graue inanimatum moueat seipsum. 115.1.
Conclusio probabile est graue ipsum seipsum mouere. 115.2.
Quæstio Duodecima. An Generās Graue, dum ipsum generat, sit sui motus immediatum principium. 119.1.
Conclusio. Generans Graue non immediatum principium acti uum illius motus deorsum, quo ipsum Graue mouetur, dum generatur. 119.1.
Quæstio Tertiadecima. An sit aliquod mouens penitus immobile. 119.3.
Conclusio. Primum mouens moueri per se uel per accidens proprio motu est impossibile, possibile autem est ipsum improprie moueri. 119.3.
Quæstio Quartadecima. An motores corporū cœlestium per accidens moueantur. 120.2.
Conclusio. Nullus motor corporum cœlestium sic per accidens mouetur, ita q. pars moueat per motum mobilis sui. 120.2.
Quæstio Quintadecima. An motus Localis prior sit omnibus alijs motibus. 120.4.
Conclusio. Motus localis in uno & eodem mobili prior est alijs motibus secundum prioritatem perfectionis, & in diuersis existens mobilibus, prior est secundū subsistendi consequentiam, & secundum tempus. 121.1.
Quæstio Sextadecima. An aliquis motus alius à Locali perpetuus esse ualeat. 121.2.
Conclusio. Nulla Transmutatio alia à Locali, eadem secundum numerum, perpetua esse potest, sed bene potest esse cōtinua secundum speciem. 121.2.
Quæstio Decimaseptima. An motus reflexus continuus esse ualeat. 121.3.
Conclusio. Motum Reflexum continuum simpliciter esse est impossibile. 121.4.
Quæstio Decimaoctaua. An Motus Circularis infinitus ac perpetuus esse possit. 122.4.
Conclusio. Circularis motus continuus ac perpetuus esse potest. 122.4.
Quæstio Decimanona. An Mouens finitum per tempus infinitum mouere possit. 123.2.
Conclusio. Mouens finitum per tempus infinitū mouere est impossibile. 123.3.
Quæstio Vigesima. An uirtus infinita in magnitudine finita esse possit. 124.3.
Conclusio. Non potest in magnitudine finita esse uirtus infinita. 124.4.
Quæstio Vigesimaprima. An Primum mouens immediate moueat primum mobile. 126.1.
Conclusio. Primum mouens simpliciter, quod est Deus, non mouet primum mobile absq; proprio motore, qui immediate est sicut primi mobilis motum. 126.2.
Quæstio Vigesimasecunda. An Primum Mouens sit uigoris infiniti. 127.3.
Conclusio. Primum mouens, quod nec mediate, nec immediate motum aliquem agit, sed est causa motus sicut finis, non est proprie finiti uel infiniti uigoris. 127.4.
Quæstio Vigesimatertia. An Primum motus principium unū solum sit. 129.2.
Conclusio. Primum Principium motus secundum rationem finis est tantum unum. 129.3.

Quæstiones Eliæ hebræi cretensis, De primo Motore.

QVæstio. An Deus Gloriosus omnium rerum Primum principium moueat primum cœlum sicut efficiens & sicut finis, uel tantum sit mouens sicut finis. 130.2.

Conclusio.

Primum principium, quod est Deus mouet primum cœlum effectiue immediate, sicut motores cæteri sua determinata mobilia. 132.2.

De Mundi Efficientia,

QVæstio, An entium Vniuersitas secundum Philosophorum dicta, à Deo Glorioso sit & quomodo. folio. 139.4.

De Esse & Essentia & Vno.

QVæ nam sit Vnius natura, & quomodo ad ens, seu decem prædicamenta se habeat. 142.2.
Annotationes eiusdē in dictis Auerrois super octo libros Physicorum. 143.4.

Indicis quæstionum ac Conclusionum super octo libros Physicorum, & eorum, quæ ex Eliæ hebræi Cretensis opere, addita sunt, finis.

INDEX EORVM OMNIVM QVAE IN HIS QVAESTIONIBVS, SVPER OCTO LIBROS PHYSICORVM SCITV DIGNA HABENTVR.

A



Bstractio est duplex scilicet à suppositis & realis. folio.5.columna.3.E
Abstractio multiplex. folio.30.colũna.3.F
Abstractio mathematica. 31.1.C
Absolutiuum potest definiri per respectiuum. 27.4.H
Actio entis necessarij simpliciter est propter ipsum. 128.4.E
Actio & passio sunt diuersa prædicamenta. 44.2.C
Actio dat passo esse. 43.3.H
Actio denominat agens. 43.4.F
Actus est duplex. 49.2.D
Actus imperfectus & terminus ad quem sunt idem numero. 53.1.C
Actus & potentia sunt communia omnibus rebus. 3.3.H
Actus & potentia sunt in quolibet genere. 25.1.D
Actu carens intelligitur per speciem actus. 33.1.B
Actum qui de potentia extrahitur præhabere intelligitur dupliciter. 43.3.F
Actus optimus non semper est nobilior potentia optima. folio. 2.2.GH
Accidentia mathematica possunt demonstrari. 33.4.H
Accidentia plura eiusdem speciei possunt esse in eodem subiecto. 82.4.E
Ad scientiam perfectam simpliciter rei oportet cognoscere omnes causas eius. 4.2.BC
Ad scientiam perfectam in genere nõ oportet omnes causas cognoscere. 4.2.BC
Ad scientiam rei perfectam oportet cognoscere omnes causas quas habet ibidem. 4.4.FG
Agens est duplex. 39.3.G
Agens intendit aliquid dupliciter. 39.3.H
Agens & patiens capiuntur dupliciter. 52.3.F
Agens habet potentiam actiuam sui effectus. 72.4.F
Agens perfectius agit in passum propinquius. 56.1.D
Agens per intellectum & materiale differunt. 124.4.G
Agens motum & finis in separatis sunt idem. 128.2.D
Cœlestia agunt in inferiora per lumen suum. 82.3.H
Alteratio quid sit. 113.2.A
Alteratio est duplex. ibidem. 99.1.D
Alterationem fieri intelligitur dupliciter. 71.1.D
Alteratio alicuius secundum totum simul. 88.3.E
Alteratur aliquid totum simul. 113.3.F
Alteratio ad quas species qualitatis est. 98.3.G
Alteratio ad quos habitus est. 99.2.D
Alteratio est ad habitus corporis per accidens. 99.2.D
Aliquid est sine motu dupliciter. 106.4.E
Alteratio est ad uirtutes morales per accidens. 99.4.F
Alteratio capitur dupliciter. 113.1.C
Alteratio quæ & quomodo sit diuisibilis. 113.1.2.3.
Alterans est duplex. 97.4.F
Alterans quomodo est uel non est simul cum alterato. 97.3.H
Analogia est duplex. 19.1.C
Anima intelligit continuum discrete. 73.2.A
Aĩa uegetatiua sensitiua & cogitatiua sunt diuersæ. 104.3.H
Anima una est præparatio ad aliam. 104.4.E
Anima est motiua animalis. 114.2.B
Anima est causa prima per se mouens animal. 114.3.B
Animal mouet seipsum. 113.4.H
In animali est duplex uirtus motiua. 114.2.C
Appetitus est duplex. 26.1.A
Appetitus causa est indigentia. 26.3.F
Appositio fit aer acceptionem diuersorum. 49.4.H
Attractio est duplex. 97.2.D
Auctoritates Aristo. probantes genus habere aliam formam à forma speciei. 101.3.G
Auctoritates Auerrois ad idem. 101.4.G
Auctoritates Aristotelis q non sint plures formæ substantiales in uno indiuiduo. 101.3.G
Augmentatio intelligitur continua dupliciter. 112.2.B
Augmentatio quomodo sit motus continuus. 112.2.3.
Augmentatio quomodo sit. 60.3.E
Auicennæ rationes de primo principio impugnantur. 106.3.F
Magis calidum corrumpit minus calidum. 81.2.B

C

Caliditas est determinati gradus. folio.93.colũna.2.A
Casus & fortuna differunt. 37.1.D
Casualia & fortuita non contingunt in cœlestibus corporibus. 37.3.F
Causa & principium capitur dupliciter. 20.4.G
Causa dicitur multipliciter. 21.1.C
Causa non est semper nobilior causato. 35.2.C
Causa per accidens est duplex. 38.1.C
Cœlum est corruptibile secundum ubi. 17.1.A
Cœlum quiescit. 28.1.D
Cœlum mouet seipsum. 114.2.B
Cœlum secundum antiquorum opinionem causatum fuit à fortuna. 37.2.B
Cœlum est nobilius istis inferioribus. 37.2.C
Cœlum est in loco non proprie: sed improprie. 58.3.F
Cœlum nullo modo per se agit in intellectum aut uoluntatem. 111.2.D
Cœlum quomodo agit in intellectum. 111.3.G
Centrum est indiuisibile. 55.2.A
Centrum non est locus terræ. 55.2.B
Centrum est causa fixionis sphæræ. 57.4.E
A toto cœlo nihil potest subtrahi. 123.4.G
Cœlum habet potentiam actiuam motus æterni. 126.1.A
Circulatio prior non est eadem cum posteriori. 113.1.D
Cognitio est duplex scilicet sensitiua & intellectiua. 6.1.A
Cognitio intellectiua magis uniuersalis prior est cognitione minus uniuersali. 6.1.B
Cognitio sensitiua singularis est prior cognitione intellectiua uniuersali. 6.2.A
Cognosci potest habens definitionem proprie dictam. 13.4.F
Cognitio accidentis est prior cognitione substantiæ. 41.4.E
Comparatio inter comprehensibilia quomodo uerificatur. folio. 7.1.C
Compositio est duplex. 85.2.C
Comprehensio prius dicitur de sensitiua. 7.1.D
Competere alicui aliquid secundum se contingit dupliciter. folio. 10.3.FG
Competens enti absolute competit etiam uel substantiæ uel accidenti. 13.1.CD
Compositum quomodo est notius suis partibus. 19.3.E

✢ V Conditionalis

Conditionalis potest esse uera cuius accidens est impossibile. 94.1.C
Conditionalem ueram uel falsam quid sequatur. 96.2.C
Condensatio quomodo sit. 60.2.D
Conceptus de homine est nobilior q̃ de animali. 6.3.H
Consuetudo sæpe impeditur à cognitione ueritatis. 53.4.H
Consideratio perpetuitatis motus est necessaria ad primũ principium cognoscendum. 106.1.D
Contingere raro est dupliciter. 37.3.H
Contrarietas accipitur dupliciter. 16.2.D
Contraria habent idem subiectum. 77.3.H
Contrariorum eadem est materia. 60.2.B
Contraria considerantur dupliciter. 16.3.G
Contrariorum unum corrumpit alterum. 47.1.B
Sed non semper. 80.3.H
Vnum potest pluribus contrariari. 83.2.D
Cor quomodo est in medio corporis. 56.2.B
Corpus accipitur dupliciter. 3.1.D
Corpus potest finiri propria superficie. 47.4.E
Corpus finitum quomodo per ablationem partium non consumitur uel consumitur. 15.4.G
Corpus finitum non habet partes infinitas æquales. 15.4.G
Corpus esse simpliciter infinitum est impossibile. 47.1.D
Corpora simplicia sunt sibiipsis contraria. 47.1.B
Corpus locans quomodo conseruat locatum. 51.1.B
Corpora duo se tangentia secundum totum non constituerent aliquid maius. 87.3.G
Corporis cœlestis pars consideratur dupliciter. 94.2.D
Corpora cœlestia agunt in animalia. 111.3.G
Corpus animale habet aliam formam substantialem ab anima. 114.3.BC
Corruptibile est aliquid dupliciter. 129.1.D
Corruptum non potest regenerari idem numero. 83.4.H
Creatio non potest probari naturaliter. 107.2.B

D

Demonstrari quæ possunt aut debent. folio. 28. col. 3. H
De rebus naturalibus est scia proprie dicta. 27.2.C
De se posse esse intelligitur dupliciter. 110.3.F
De se non posse esse. 110.3.G
Deus produxit omnia ex nihilo secundum fidem. 20.1.D
Deus mouet primum cœlum motu diurno ratione amati. folio. 127.2.D
Definitio est duplex scilicet logica & realis naturalis. folio. 4.3.F
Definitio temporis est bona. 66.1.C
Definientia capiunt dupliciter, scilicet secundum se, & ut sunt talia. 6.4.F
Diuisio est duplex. 13.1.A
Differentiæ diuersorum generum significantur eisdem nominibus. 54.1.B
Dispositio corporis animalis est duplex. 114.4.D
Diuersa secundum speciem dicuntur multipliciter. 103.4.E
Diuisio est duplex, scilicet secundum formas, & quantitates. 13.1.B
Diuisio corporis fit duobus modis. 15.4.E
Diuisio speciei in indiuidua est secundum accidens. 11.1.C
Diuisibilitas competit substantiæ materiali per se immediate subiectiue. 11.1.C
Doctrina demonstratiua fit dupliciter. 29.1.C
Duo sunt genera eorum quæ fiunt ab agentibus per se. folio. 43.4.H

E

Effectus naturales sunt duplices. folio. 40. columna. 3. H
Efficiens non est causa intrinseca rei naturalis. folio. 18.4.B
Elementa secundum diuersas uirtutes habent rationem loci diuersam. 51.1.A
Elementa quomodo sunt in misto. 87.4.E
Ens mobile sub diuersis rationibus est subiectum totius philosophiæ naturalis & scientiæ de Physico auditu. folio. 3.4.E
Ens mobile non importat unam rem sub una ratione. 3.1.D
Ens mobile significat substantiam mobilem. 3.1.D
Ens naturale capitur dupliciter. 33.4.E
Ens non est unius rationis tertiæ distinctæ. 9.1.C
Ens non est pure æquiuocum. 9.1.B
Ens est analogum. 9.1.B
Ens est duplex. 64.2.C
Nihil potest esse ens actu per formam generalem sine forma speciali. 102.4.F
Ens actu capitur dupliciter. 114.2.D
Enti in potentia aliquid unitur dupliciter. 102.4.H
Entia naturalia debent definiri per materiam sensibilem. folio. 33.3.B
Entia naturalia possunt se aliter habere quantum ad accidentia. 1.4.G
Entia naturalia sunt determinata ad maximum & ad minimum. 15.1.D
Entia mathematica sunt ad minimum determinata. 15.3.H
Entia naturalia quomodo sunt determinata uel non. 15.2.C
Entia mathematica non sunt abstracta à sensibilibus. folio. 30.4.E
Entia non sunt omnia in loco. 50.3.H
Entia separata sunt in loco improprie. 50.3.H
Equalitas est duplex. 51.2.C
Equale secundum perfectionem est idem secundum perfectionem. 129.3.H
Esse & posse non differunt in perpetuis. 25.1.B
Esse finis habet causalitatem secundum quod est optimum & ultimum. 36.3.F
Eternitas motus consideratur à philosopho naturali. folio. 105.2.D
Excedere quantamcunq; paruitatem: multitudinem aut magnitudinem: quomodo contingit. 49.4.H
Ex nihilo aliquid fieri intelligitur dupliciter. 19.4.F
Ex nihilo nihil fit tanquam ex materia uel etiam post nihil &c. 19.4.H
Expulsio quid fit. 96.3.H

F

Fascinatio puerorum. folio. 98. columna. 2. C
Ferrum mouet seipsum ad magnetem. 97.3.B
Fiendi sunt quinq; modi. 20.1.A
Figuræ inueniuntur naturaliter in lapidibus. 39.3.G
Fit quod fit ex ente actu per accidens. 20.3.E
Finis est duplex scilicet quo & gratia cuius. 4.3.G
Finis non est causa intrinseca rei naturalis. 18.4.E
Finis generationis artificialis est duplex. 36.1.D
Finis in anima mouet in genere causa agentis. 36.4.H
Forma generis est diuersa à forma speciei. 101.3.G
Forma capitur dupliciter. 35.3.H
Forma non est eadem qua homo est homo, & qua animal est animal. 102.2.C

Forma dicitur ens actu. 114.2.D
Forma grauis est principium motus receptiuum. 28.2.B
Forma mouetur per accidens. 62.4.H
Forma naturalis est ingenita. 2.1.F
Forma substantialis quomodo uniatur materiæ. 25.1.C
Forma substantialis suscipit magis & minus. 75.4.G
Forma est natura: & magis quàm materia. 29.3.H
Formæ secundum quàm est motus manet una per totum tempus motus. 81.3.F
Formæ gradus non manet idem. 81.3.F
Formam primam considerat naturalis. 35.1.D
Formæ substantiales sunt contrariæ. 79.4.G
Forma alterantis perfectior est in proxima parte alterati. folio. 92.2.B
Formæ substantiales non possunt esse plures in uno supposito. 102.3.E
Formarum substantialium in uno supposito ordo. 102.3.E
Fortuna & casus quomodo se habent. 37.4.H
Fortuna & casus sunt causæ per accidens. 38.1.A
Fortuna est idem cum intellectu practico. 38.1.B
Fundamenta Geometriæ sunt duplicia. 48.1.B

G

Genus capitur dupliciter. folio.103.2.A
Genus prædicatur in quid de specie. 103.2.C
Genus prædicatur de differentia per se. 3.1.C
Genus & differentia entis mathematici. 32.4.F
Generatio non potest succedere corruptioni oppositæ. 21.3.G
Generatio dicitur natura. 29.4.H
Generatio capitur dupliciter. 42.2.A
Generatio est uerus motus. 75.3.F
Generatio est causa corruptionis sui contrarij. 72.2.B
Generatio est motus diuisibilis. 75.4.C
Generatio substantiæ est motus successiuus. 76.2.B
Generationes unius rei non possunt esse plures. 84.3.G
Generatio est perfectior motu locali. 121.2.A
Generans formam non dat omnia accidentia quæ possunt formæ inesse. 101.3.E
Generans graue non est immediatum principium actiuum motus eius. 119.1.G
Generati identitas exigit identitatem temporis. 84.4.F
Generatum in instanti generatum est. 92.3.G
Gradus motus non manet unus per totum motum. 81.4.G
Graue non potest esse simpliciter sursum. 53.2.C
Graue in uacuo non moueretur. 63.1.A
Graue non mouet seipsum de potentia essentiali ad actum. folio. 115.3.E
Graue & leue mouentur à formis substantialibus. 116.3.E
Graue secundum actum existens in potentia accidentali non mouet seipsum per se. 115.3.G
Graue habet potentiam receptiuam motus. 115.2.3

H

Hæc propositio tantum unus est: quando est uera & quando non. folio.12.4.F
Hæc propositio omnes partes sunt aliud à toto intelligitur dupliciter. 11.3.H
Hæc regula sicut oppositum in opposito sic propositũ in proposito tenet in prædicatis essentialibus. 12.1.D
Homo corruptus idem numero resurget. 84.3.G

I

Idem potest esse causa oppositorum. folio.28.1.A
Ignis est in concauo orbis lunæ ut in loco proprio. 56.1.A
Ignis in propria materia non lucet. 56.2.D
Illud de quo est scientia potest se aliter habere. 1.4.H
Illuminatio non est motus. 83.3.G
Impulsio quid sit. 96.3.H
Indiuisibile potest moueri per accidens. 92.2.C
Indiuisibile est duplex. 12.2.B
Indiuisibile quomodo est uel non est quale. 12.3.F
Indiuisibile quomodo sit uel non sit infinitum. 12.1.A
Indiuisibile non facit maius. 70.2.A
Infinitum dicitur multis modis. 45.4.H
Infinitum dicitur quatuor modis. 11.4.H
Infinitum esse ignotum intelligitur dupliciter. 13.3.E
Infinitum quomodo notum & ignotum. 13.3.F
Infinitum non potest esse cognitum uera cognitione &c. folio. 13.3.G
Infiniti partes non possunt distincte cognosci. 13.4.H
Infinitum duobus modis est ignotum. 14.1.A
Infinitum quale sit notum & quale ignotum. 14.1.D
Infinitorum unum non est maius altero. 48.4.H
Infinita plura possunt esse simul. 24.4.E
Infinitum secundum multitudinem datur. 24.4.F
Infinitum quomodo potest esse uel non esse principium. folio. 45.4.F
Infinitum si esset nullam haberet causam. 46.1.A
Infinitum non potest pertransiri. 89.4.H
Instans capitur dupliciter. 68.3.F
Instans & mutatum esse sunt idem. 68.3.F
Instans habet duplex esse. 68.3.E
Instans quomodo est idem uel diuersum cum tempore. 68.3.F
Instans est in genere quantitatis. 69.1.B
Instans est substantia mobilis. 69.1.C
Instans secundum substantiam non est causa temporis. 69.3.E
Instans est in genere causæ materialis. 69.3.G
Instans temporis assimilatur puncto in linea circulari. folio. 107.4.G
Intellectus est unus in omnibus. 49.1.B
Intellectus non est forma dans esse corpori. 49.1.B
Intellectus intelligens rem aliter quàm est non semper est falsus. 31.2.A
Intellectus non quiescit. 83.2.D
Intellectus mouetur motu spirituali. 83.3.E
Intelligentiæ dicuntur formæ. 35.4.G
Intelligentiæ primaria intentione agunt propter se quomodo intelligitur. 124.4.E
Intensio & remissio oppositorum sunt tempore. 42.4.E
Imaginatio fortis alterat corpus. 98.1.D
Alterationis modus per imaginationem. 98.1.D
Imaginatio mulieris causat malum conceptum. 98.1.D

L

Lapis proiectus quomodo terminat motum suum. folio. 122.1.D
Lapis molaris descendens si impeditur ab obiecta faba. folio. 122.2.C
Linea maior est perfectior linea minori. 80.2.A
Linea absoluta & terminata differunt. 85.3.E
Linea quomodo est uel non est & à quibus composita. folio. 85.2.C
In omni linea est aliquo modo punctus. 86.3.F
Quomodo linea terminatur per punctum. 86.3.G
In linea est diuisibilitas & indiuisibilitas secundum diuersa. folio. 86.3.H

Linea

Linea est in superficie ad modum formæ. 86.4.F
Locus naturalis habet uirtutem conseruatiuam locati. 51.2.C
Locus est indiuisibilis. 51.1.C
Locus est duplex. 51.3.E
Locus quomodo est æqualis uel inæqualis locato. 51.2.C
Locus est forma rei locatæ secundum aliquorum opinionem. Secundum alios materia. secundum alios spatium interceptum &c. 51.4.H
Locus & superficies sunt idem. 52.3.E
Loci proprietates. 52.2.D
Locus in quo genere prædicamentorum sit. 52.4.G
Loci diffinitio. 53.2.A
Locus capitur dupliciter. 51.3.E
Locus quomodo est mobilis uel immobilis. 54.1.C
Locus terræ est superficies aquæ. 55.1.D
Locus magis attribuitur corporibus propter quietem quàm propter motum. 57.3.H
In loco naturali est bene contrarietas. 80.3.E
Non datur prima pars loci à quo. 93.1.A
Lumen & qualitates sensibiles differenter agunt. 93.1.D

M

Magnitudo intelligitur esse infinita dupliciter. folio. 89.4.F
Magnitudo si sit infinita tempus non potest esse finitum. folio. 89.4.F
Magnitudo dupliciter debetur formæ. 125.2.A
Magis uniuersale capitur dupliciter. 6.4.H
Magnitudo est diuisibilis in infinitum, & habet ad diuisionem infinitam potentiam. 49.3.F
Magnitudo omnis est finita. 13.3.G
Magnitudo infinita non repugnat materiæ. 47.3.F
Magnitudinem considerant diuersimode Physicus & Mathematicus. 47.4.G
Magnitudo & motus sunt eiusdem rationis quantum ad componi ex indiuisibilibus. 88.1.A
Mala unde proueniant. 129.4.G
Mala non dependent à primo principio. 129.4G
Mathematicæ etymologia. 30.3.E
Mathematicum ens quid. 30.3.E
Mathematica habent omnes causas. 4.4.E
Mathematica possunt diffiniri per substantiam subiectam. folio. 32.4.E
Mathematicus considerat de causa formali tantum. 35.2.D.
Materia quomodo habet plus de entitate quàm compositum. folio. 5.3.G/34.1.D
Materia est principium formæ. 34.2.A
Materia prima quomodo est ens non habens aliquam formam propriam: sed in pura potentia de se. 17.2.A
Materia prima est aliquo modo substantia: sed in potentia. folio. 17.4.H
Materia quomodo est ad aliquid. 18.1.A
Materia est duplex. 22.2.A
Materia qua unitate sit una. 22.2.B
Materia est communis ad omnia generabilia. 22.3.F
Materia prima habet potentias infinitas ad formas infinitas. folio. 25.4.F
Materia non habet potentiam ad corporeitatem infinitam. folio. 47.3.E
Materia prima quo appetitu appetat formam. 26.1.B
Materia prima non est generabilis per se. 26.4.H
Materia est natura. 29.3.H
Materia apparet dupliciter per diffinitionem rei naturalis. folio. 33.4.G
Materia est causa rerum naturalium. 35.2.B
Materia mouetur per accidens. 62.4.H
Maximum & minimum dantur in naturalibus compositis. folio. 70.4.E
Medicinæ conuenit per accidens esse principium motus in illo in quo est. 27.3.G
Medium est compositum ex essentijs extremorum. 81.1.D
Medium est forma simplex. 81.2.A
Medium est duplex. 56.2.A
Medium resistit potentiæ motiuæ. 61.3.F
Medium plenum non impedit graue aut leue à sua uelocitate. folio. 64.1.A
Media inter terminos alterationis sunt duplicia. 71.2.C
Medium non semper mouetur motu ultimi moti. 98.1.C
Mensura potest esse indiuisibilis. 92.3.G
Mensurare tempus & motum differunt. 68.1.C
Medium necessarium quale debet esse. 106.2.A
Metaphysicus disputat contra negantem principia Philosophiæ naturalis. 8.2.C
Misti quælibet pars est mista. 87.4.G
Mobilitas non est passio entis mobilis. 4.1.A
Mobili est aliquid intrinsecum dupliciter. 120.2.A
Ex omnibus mobilibus non potest fieri continuum. 95.3.E
Mobile æternum in potentia respectu partium motus. folio. 110.2.D
Mobile consideratur dupliciter. 68.3.E
Mobile habet duplex esse. 68.3.E
Mobile præcedit motum tempore. 107.1.C
Mobile antequã moueatur est in duplici potentia. 42.1.A
Mobile dupliciter manet sub eadem forma. 42.1.B
Mobile potest tardius & uelocius moueri. 88.4.G
Mobile contrahit ens ad naturale. 33.H
Modus causæ duplex. 2.6.F
Monstrum quid sit: & eorum causæ. 39.1.D
Monstra quomodo sunt intenta à natura. 39.4.F
Motor æternus est omnino intransmutabilis. 109.1.D
Est aliquis primus motor. 95.3.F
Motor orbis non mouetur per accidens. 109.1.2.3
Motor orbis quomodo mouetur. 109.1.2
Motor põt dupliciter itelligi esse in magnitudine. 125.2.B.C
Motor quilibet est proportionatus suo mobili. 125.4.G
Motores orbium quare moueant. 128.3.E
Motus utrum sit in tribus generibus. 76.3.F
Motus de quo per prius dicatur. 77.1.C
Formale motus consideratur dupliciter. 77.2.A
Subiectum est in eodem genere cum termino motus. 77.1.B
In motu quomodo datur primum mutatum esse. 93.2.B
In motu inuenitur primum mutatum esse. 93.2.B
Motus non potest fieri super indiuisibile. 88.2.B
Motus potest per accidens fieri super indiuisibile. 88.2.B
Motus cœli est finitus. 89.4.G
Aliquid est sine motu dupliciter. 106.4.B
Motus naturalis capitur dupliciter. 114.4.B
Motus animalis quomodo est naturalis uel non naturalis. folio 114.4.B.C
Motus secundum fidem christianam incœpit & terminabitur. 108.2.C
Motus circularis est infinitus. 108.3.F
Motus æternus non est à primo motore ut causa agente. folio.

lio. 110.2.B
Motus dependet à motore sicut ab agente. 110.1.C
Motus dicitur unus dupliciter. 129.4.F
Motus comparantur dupliciter. 121.1.B
Motus localis quomodo comparatur ad alios motus. 121.1.B
Motus localis quomodo est prior alijs motibus. 121.1.B.C.D
Motus ad formam qui sint. 121.2.A
Motus reflexus contingit dupliciter. 121.4.G
Motus reflexus non potest esse continuus. 122.1.A
Motus circularis potest esse continuus & perpetuus. folio. 122.4.H
Motus à parte ante terminatur per aliquod quod non est mutatum esse. 93.2.B
Motus habet duplices partes. 113.3.G
Motus medij non est principium actiuum motus grauis. folio. 115.3.H
Motus quid sit. 80.4.G
Motus diffinitio quomodo assignetur & an sit bona. 42.3.G
Motus capitur dupliciter. 52.4.G
Motus quomodo est eiusdem essentiæ cum termino. 52.3.G
Motu ignorato necesse est naturam ignorare. 41.2.D
Motus est actus sed imperfectus. 42.1.A
Motus est perfectio imperfecti. 43.1.D
Motus non est in mouente per se. 43.2.D.4.G
Motus localis calefacit per accidens. 53.1.D
Motus localis non posset fieri in uacuo si daretur. 60.4.H
Motus localis species. 96.3.H
Motus corporis cœlestis non est per aliquod medium. 61.2.B
Motus significat duo. 77.1.C/67.2.C.D
Motus accipitur tripliciter. 92.4.F.G/67.2.C.D
Motus cœlestis non potest esse minimus simpliciter. 70.2.B
Motus quomodo est causa corruptionis. 72.1.D
Motus non est actu extra animam. 73.2.D
Motus per se non producitur per motum. 79.1.B
Motus terminatur ad motum per accidens. 79.2
Motus ex contrarijs terminis quomodo sunt contrarij. folio. 83.1.B.C.D
Motus consideratur dupliciter. 83.3.G
Motus & magnitudinis partes non sunt eiusdem rationis. folio. 88.1.C
Motus est æternus. 107.1.C
Motus erit perpetuus. 108.1.B
Mouentur aliqua localiter duobus modis. 96.3.H
Mouens est duplex. 96.4.G
Mouens actu & motum actu sunt simul tempore. 96.4.97.1
Mouens propinquum semper est simul cum moto. 97.3.F
Mouens finitum non potest mouere per tempus infinitum. folio. 123.3.F
Mouens aliquod mouetur à moto. 43.2.D
Mouens per se coniunctum per accidens mouet per accidens. folio. 76.2.D
Quod mouetur localiter non habet esse in aliquo loco per aliquod totum tempus. 93.3.G
Nihil mouetur à seipso per se. 94.1.B.
Motum à principio intrinseco potest dici à seipso moueri. folio. 94.4.E.F
Nihil mouetur nisi habens magnitudinem. 124.4.H
Moueri & motum esse non sunt simul nisi priuatiue. folio. 88.2.D.B.E
Omne quod mouetur per se est diuisibile. 91.1.C.D/94.1.B
Quod mouetur localiter est diuisibile. 92.1.C.D
Moueri à seipso quid sit. 95.1.A
Dupliciter mouetur aliquid per accidens. 120.2.C
Idem mouetur motibus contrarijs. 122.3.G
Multitudo non est ens sed entia. 13.2.A
Multitudo est duplex. 48.3.F
Multitudo omnis est finita. 13.3.G
Multitudo quomodo sit finita uel infinita. 48.3.4.
Mutatio cœli non est prima mutatio. 111.4.H
Mutare locum secundum formam & secundum subiectum quid sit. 93.4.E
Mutatum esse primi mobilis est mensura aliorum. 69.2.B

N

Natura est principale principium motus & quietis. folio. 27.2.D
Naturæ competit per essentiam suam q. sit in illo in quo est motus cuius ipsa est principium. 27.3.E
Natura est diuersimode principium motus in diuersis. folio. 27.4.E
Natura immediate causat motum in illo in quo est. 27.2.C
Naturam esse quomodo potest aut debet demonstrari. folio. 27.2.B
Natura agit propter finem. 38.2.D
Numerum formarum substantialium. 103.2.A
Naturalis Philosophus quomodo habet considerare materiā primam. 34.2.D
Necessitas rerum naturalium est ex materia secūdum opinionem antiquorum. 40.1.D
Necessitas huiusmodi à quo sit. 40.2.B
Necessitas materiæ & finis differunt. 40.3.H
Necessitas naturalium quare dicatur à materia potius quàm fine. 40.4.G
Nihil est quod non sit unum. 12.4.G
Notiora dicuntur dupliciter, scilicet quo ad nos, & quo ad naturam. 5.1.C
Notiora nobis & simpliciter non sunt eadem in naturalibus. folio. 4.4.G
Notiora simpliciter & quo ad nos sunt eadem in mathematicis. 5.1.C
Notiora nobis & simpliciter non sunt eadem in diuinis. folio. 5.2.B
Notius & ignotius idem esse est impossibile. 6.4.F
Notius esse quo ad nos intelligitur dupliciter. 29.1.A
Nunc quomodo est uel non est in toto tempore. 90.2.3
In nunc temporis utrum fiat motus. 90.4.G
Numerus est duplex. 66.2.D
Numerorum species pertinent ad perfectionem uniuersi. folio. 49.1.C

O

Obiectum primum intellectus est duplex. folio. 9.4.E
Omnipotens non potest omnia facere. 84.4.G
Opinio beati Thomæ de subiecto scientiæ naturalis. 2.4.E
Opinio Egidij de eodem. 2.4.H
Opinio dicentium substantiam materialem non esse diuisibilem. 10.1.C
Opinio de materia intelligibili. 32.2.B
Opinio de partibus diffinitionis. 35.3.G
Opinio de causalitate finis triplex. 36.2.B.D
Opiniones de natura & quidditate loci. 51.52.4
Opiniones de inmobilitate loci. 54.2.3

Opinio

Opiniones de localitate ultimæ sphæræ. 56.57.1.2.3.4
Opinio antiquorum de uacuo. 59.2.D.
Opinio de puncto. 87.1.A.B
Opinio Auicennæ de perpetuitate motus. 106.1.B
Opiniones de immobilitate primi motoris. 109.1.2.3.4
Opiniones de augmentatione. 112.1.D
Opiniones de motu grauium. 115.3.G

P

Pars substantiæ eiusdem rationis præcedit id quod est pars eiusdem quantitatis. folio.11.1.B
Partes eiusdem rationis sunt partes eiusdem speciei admui=cem. 10.3.F
Partes quantitatiuæ sunt duplices. 14.3.E
Partes quantitatiuæ, ponuntur in diffinit one totius. 67.4.F
Partes quantitatiuæ & essentiales differunt. 85.2.C
Partes fluxus non discontinuantur. 66.4.H
Partes motiuæ animalis sunt quantitatiuæ. 114.1.A
Passiones impediunt cognitionem. 100.1.C
Per se capitur dupliciter. 21.4.G
Per accidens accipitur tripliciter. 51.2.A
Perfectio nulla est perfecta. 42.2.C.D
Perfectum magis, & minus perfectum non differunt specie. folio. 80.4.G.H
Perpetuorum diuersitas. 46.2.D
Perpetua non indigent conseruante agente. 51.2.A
Perpetuitas motus est à principio. 126.4.G.H
Phantasma licet aliquo modo nobilis sit intellectu non tamen simpliciter. 2.3.F
Philosophia naturalis reducit conclusiones suas ad principia per se nota. 3.3.G
Philosophia naturalis est scientia una secundum analogiam. folio. 3.4.G
Philosophia naturalis non potest reprobare negantem principia doctrinæ. 8.1.C
Philosophia naturalis disputat contra negantem principia ipsius esse & non doctrinæ. 8.2.C
Philosophia naturalis disputat contra negantem principia doctrinæ & esse. 7.4.C
Philosophus ponit ad sensum manifesta. 127.4.H
Physicus & Metaphysicus diuersimode considerant substantias abstractas. 34.4.H
Pluuiã esse propter conseruationem æqualitatis elementorum. 38.4.H
Porphyrius tradit scientiam de uniuersalibus pro rebus &c. folio. 6.3.F
Positio capitur multipliciter. 81.1.C
Posse distinguitur secundum distinctionem actus. 46.3.F
Potens dicitur aliquid dupliciter. 128.4.H
Potentia est duplex. 125.4.H
Potentia passiua & eius actus sunt in eodem subiecto. folio. 1.4.F
Potentia est in eodem genere cum actu suo. 77.1.A
Potentiæ nomine duo intelliguntur. 23.4.F
Potentia materiæ quomodo sit idem essentialiter cum materia uel non. 23.1.B
Potentia capitur dupliciter. 23.4.F
Potentiæ actiuæ agentis correspondet potentia passiua materiæ. 24.1.B
Potentia materiæ ad formam non est ens rationis solum. folio. 23.3.H
Potentia ad non esse unius ordinatur ad esse alterius. folio. 40.4.F
Potentia essentialis quid sit. 115.2.C
Potentia accidentalis. 115.2.C
Potentia ad motum grauis est duplex. 115.2.C.D
Potentia essentialis capitur dupliciter. 118.1.D
Potentia actiua est duplex. 118.4.E
Potentia infinita non potest esse in magnitudine. 124.3.H
Potentia infinita si ponatur in magnitudine mouet in non tempore. 125.1.D
Potentia est infinita dupliciter. 125.4.F
Prædicamentum capitur dupliciter. 44.2.A
Prædicamentum exigit tria. 44.2.A.B.C.D
Esse in prædicamento intelligitur dupliciter. 76.4.H
Prima passio entis mobilis est motus. 4.1.A
Principia triplicia considerantur in philosophia naturali. folio. 8.1.A
Principia rerum naturalium quæ & quomodo sunt contraria. 16.1.B
Principia rerum naturalium sunt tria: nec plura tribus. folio. 18.3.E
Principia dicuntur prima dupliciter. 18.4.G
Principiorum numerus accipitur diuersimode. 19.1.B
Prius est diuersimode suo posteriori coniunctum. 30.3.G
Prius & posterius diffiniuntur tempore. 67.1.A
Prius & posterius in motu sunt tria. 67.3.E.F
Prius & posterius motus quomodo sint idem uel diuersum cũ priori & posteriori temporis. 67.3.F
Prius & posterius quomodo sunt causa. 67.4.H
Priuatio quomodo est & non est causa appetitus materiæ ad formam. 26.2.D
Priuatio dicitur forma materiæ. 16.3.G
Priuatio est principium intrinsecum rerum naturalium. folio. 18.3.G
Priuatio quomodo potest uel non potest esse principium. folio. 20.4.F
Priuatio est notior habitu. 87.2.D
Primum mobile est incorruptibile. 108.1.D
Primum principium probatur ex solo motu perpetuo. folio. 106.2.B.C
Primum principium potuit incipere motum sine præuia mutatione. 109.4.H
Primum principium motus non est in magnitudine. folio. 125.2.D
Primus motor est omnino immobilis. 119.3.G
Primum mouens mouet mobile infinitum. 124.1.C
Primum mouens est causa motus infinita. 125.3.G
Primum mouens non mouet immediate primum mobile. folio. 126.2.B
Primum mouens quare magis dicitur mouere primum mobile. 127.1.A
Primum mouens secundum Aristotelem non est proprie uigoris finiti uel infiniti. 127.4.E.F
Primum principium est infiniti uigoris secundum fidem. folio. 129.2.C
Primum principium est unum tantum. 129.3.G
Proprietates rerum naturalium sunt duplices. 1.2.F
Propositiones per se notas oportet quandoque demonstrari male dispositis. 29.2.A.B
Proportio uelocitatis motus naturalis ad uelocitatem mobilis. 62.1.D

Pulsio

Pulsio quid est. 96.3.H
Punctum & unitatem non est inconueniens esse qualia. folio. 12.3.H
Puncti subiectum. 86.4.F
Punctus est aliquid positiuum. 87.1.D
Punctus est duplex. 87.1.D
Punctus terminans quid sit & item continuans. 87.1.D
Punctus est sensibilis per cogitatiuam. 83.2.C
Punctus est prior linea 87.3.B

Q

Qualitates tangibiles non sunt formæ substantiales elementorum. folio.77.4.F.G
Qualitas habet quatuor species. 12.2.C
Qualitatis quarta species. 98.3.G
Qualitatis prima species. 99.2.D
Qualitatis species in quo fundantur. 99.3
Qualitas fundatur in quantitate. 99.3
Quantitas successiua mensuratur tempore tantum. 75.3.F.G
Quantitati successiuæ nihil est æquale nisi sit quantitas. folio. 75.3.G
Quantitas consideratur dupliciter. 79.4.E
Quantitas est indiuisibilis. 92.3.H
Quantitati non competit solum diuisibilitas. 10.3.F
Quantitati quomodo competit contrarietas. 80.1.A
In quantitate secundum se quomodo est & non est contrarietas. 80.1.
Quantitas sicut est determinata ita sicut & qualitas. folio. 93.2.A
Quantum duplici cognitione potest cognosci. 14.3.E
Quæstio de æternitate motus pertinet ad Philosophum naturalem. 105.3.E
Quies est duplex. 28.1.B
Quies mensuratur tempore. 71.4.H
Quies est priuatio. 71.4.H
Quies consideratur dupliciter. 83.3.G
Quies quomodo sit perfectio motus. 83.4
Quies est perfectio motus & mobilis. 83.4.G
Quies nulla mediat inter partes motus reflexi. 122.3.G
Quiescens capitur dupliciter. 43.3.E
Quomodo intelligitur mathematicus considerat entia mathematica ut sunt à materia abstracta. 31.2.D

R

Ratio essendi aliquid notius est esse prioris entitatis. folio. 5.3.G
Ratio unitatis materiæ quæ sit. 22.4.G
Relatio est duplex. 78.2.D
Relatiua diuersimode referuntur adinuicem. 78.3.F
Relatio attribuitur alicui dupliciter. 78.3.G
Relatio realis non potest esse in aliquo nisi facta transmutatione in eo. 78.3.H
Relatio potest alicui attribui tanquam termino absque transf. folio. 78.3.H
Rerum naturalium potest esse scientia. 1.2.C
Res naturalis & mobilis idem sunt. 1.2.C
Res naturales capiuntur dupliciter. 20.4.G
Res naturalis diffinitur per materiam sensibilem. 33.4.B
Resistentia est inter motorem & rem motam. 62.3.H
Resistentia medij non habet causalitatem. 63.2.B
Resolutio ad materiam primam fit dupliciter. 103.3.F
Reuolutio generalis fit in.36.millibus annorum. 84.1.B.C

S

Scientia propriæ est habitus conclusionis demonstrare ex proprijs. folio.1.2.D
Scientia naturalis est necessaria ad humanam fœlicitatem naturalem. 1.3.E
Scientia perfecta dicitur dupliciter, scilicet in genere & simpliciter. 4.2.B
Scientia prædicamentorum prius est docenda quàm uniuersalium. 6.3.G
Scientia potest demonstrare causas sui subiecti. 35.1.B
Sensibile capitur dupliciter. 1.4.E
Sensibile est duplex. 30.3.H
Sensibilia communia quare dicuntur communia per se non primo. 31.4.E
Singulare dicitur dupliciter, scilicet simpliciter & in respectum. 5.4.H
Singularium est scientia sub ratione uniuersali. 1.3.H
Singularium secundum esse singulare non est scientia. folio. 1.4.G
Singulare est incorruptibile. 6.4.E
Similitudo est duplex, scilicet spiritualis & realis. 5.3.E
Simul esse aliquo quomodo intelligitur. 96.4.H
Species specialissima est primum cognitum ab intellectu secundum Scotum. 7.2.B
Species dicit duo. 103.4.F
Species in uniuerso possibiles sunt actualiter in ipso. 81.1.C
Species cuilibet in inferioribus correspondet sua constellatio. folio. 39.4.F
Sphæræ ultimæ partes non sunt in loco in potentia. 57.3.F
Sphæra ultima quomodo sit in loco. 57.3.G.H
Sphæra ultima non est in loco per centrum. 57.3.4
Subiectum capitur dupliciter. 73.4.H
Subiectum scientiæ naturalis est substantia mobilis. 3.2.D
Subiectum est aliquid dupliciter. 21.5.C
Subiectum habet se tripliciter ad formam aliquam. 42.3.G
Substantiam esse prius ens quàm accidens quomodo intelligitur. 9.3.F
Substantia naturalis non est diuisibilis per accidens pure. folio. 10.3.G
Substantia materialis est per se diuisibilis in partes eiusdem rationis. 10.3.G
Substantiæ materialis non competit per se esse diuisibile. folio. 10.3.H
Substantiæ competit diuisibilitas in secundo modo per se. folio. 10.4.H
Substantia & substantia naturalis differunt. 33.3.G
Substantia non diffinitur per suum accidens. 34.1.A
Substantia immaterialis consideratur à Physico. 105.4.G
Substantiæ sunt contrariæ secundum formas. 77.4.G
Substantias abstractas esse demonstrat Philosophus naturalis. folio. 34.4.F
Quælibet substantia abstracta est finis substantiæ sensibilis. folio. 127.2.A
Subtilitas consideratur dupliciter. 59.4.G
Successio motus grauis & leuis unde prouenit. 62.3.H
Successio inter duo mutata esse & inter duo instantia est eadem. 68.1.D
Superficies habet duplicem rationem mensurandi. 53.4.G
Superficies est materiale loci. 53.3.E

Sursum

Surſum & deorſum capiuntur dupliciter. 54.1.A G

T

TAngere unum totum corpus, aliud totum eſt impoſſibile. 87.3.G
Tarditas eſt duplex. 61.3.F
Tempus eſt aliquod ens. 64.2.C
Tempus eſt ex duplici quantitate compoſitum. 64.2.D
Tempus duo ſignificat. ibidem. &. 64.3.E
Tempus unde denominatur eſſe. 64.3.H
Tempus non eſt motus abſolute, nec circulatio. 65.1.C
Tempus eſt aliquid ipſius motus. 66.1.C
Tempora plura non poſſent eſſe ſi eſſent plures mundi. folio. 65.2.D.3.E
Tempora plura non poſſent eſſe ſimul. 73.4.G
Tempus eſt numerus numeratus. 66.2.C
Temporis eſſentia. 66.3.E
Tempus & motus idem ſunt. 66.4.F
Temporis formale ſignificatum. 66.4.H
Tempus menſurat ſeipſum. 68.1.B
Tempus ſimpliciter minimum non datur. 70.2.B
Tempus menſurat motum ſecundum quod ipſum tempus eſt ens extra animam. 73.3.H
Tempus menſurat motum ſecundum quod quantus eſt. 71.3.F
Tempus quomodo ſit extra animam. 64.3.
Tempus eſt paſſio motus. 73.4.F
Tempus quomodo eſt unum numero aut plura in omnibus temporalibus. 75.4.F.G
Tempus eſt finitum, ſi magnitudo eſt finita. 89.4.F
Tempus habet principium & finem. 90.3.G
Tempus illud in quo aliquid primo mutatum eſt: eſt indiuiſibile. 92.3.F
Tempus eſt æternum. 107.4.E
Tempus motus capitur dupliciter. 123.4.H
Terminus quomodo indiuiſibilis. 51.1.D
Totum eſſe notius quam ſuæ partes. 7.1.A
Totum eſſe idē cū ſuis partibus quomodo intelligitur. 11.2.D
Totum quomodo eſt idem uel diuerſum a ſuis partibus. uide. folio. 11.2.D
Totum ſimul alterari contingit dupliciter. 90.4.H
Tractus quid ſit. 96.4.E
Tranſmutatio eſt duplex. 91.3.H.78.3.G
Tranſmutatio per ſe & per accidens quid eſt. 91.4.G.H
Tranſmutatio nulla præter localem poteſt eſſe perpetua folio. 121.2.C.D
Tranſmutabile per accidens eſt etiam tranſmutabile per ſe folio. 91.4.E

V

VAcuum eſſe non eſt poſſibile. 59.3.E.F
Vacui ponens propter experimenta. 60.1.B
Vacuum ſi daretur motus animalis non fieret in eo. 63.2.D
Vacuum quid ſit. 63.4.H
Vacuum non eſt priuatio. 63.4.H
Vbi quid eſt. 52.3.G
Vbi dependet à loco in fieri tantum. 82.3.G
Vbi cœli eſt progriſſimum. 58.3.H
Inter ubi ſurſum, & ubi deorſum non eſt maxima diſtantia. folio. 80.3.G
Vectio quid ſit. 96.4.E
Velocitas eſt duplex. 51.3.F
Velocitates plures poſſunt eſſe unius mobilis. 61.4.H
Vetigo quid ſit. 96.4.B
Vir prudens dominabitur aſtris. 111.4.B
Virtus capitur dupliciter. 123.4.F
Virtus conſeruatiua localis eſt in prædicamento qualitatis. folio. 53.2.D
Virtutes conſeruatiuæ diuerſæ ſunt in eodē cōtinente. 56.3.G
Virtus naturalis non eſt determinata ad minimum in quod nō poteſt. 80.2.C
Vltimum dicit duo. 52.4.E
Vniri enti actu, & uniri eidem ſecundum quod eſt ens actu differunt. 103.1.B
Vnitas analogie ſufficit ad ſcientie unitatem. 9.3.H
Vniuerſale capitur dupliciter. ſ. pro re & intentione. 6.1.A
Vniuerſale eſſe notius ſingulari quid ſit. 6.1.B
Vniuerſale intentionale non eſt nobis prius notum quàm ſingulare. ibidem. 5.4.H
Vniuerſale eſt corruptibile per accidens. 6.4.E
Vniuerſalia cognoſcuntur dupliciter. 6.4.G
Vnum eſt duplex. 13.1.B
Vnum numero dicitur dupliciter. 22.3.B
Vnum ſimpliciter ſit ex actu & potentia. 30.1.C
Vnitas eſt quid poſitiuum. 83.2.D
Voluntas humana eſt uariabilis. 89.3.G
Voluntas motoris cœleſtis non uariatur. 89.3.G

Indicis dictorum notabilium in toto opere contentorum ſerie alphabeti digeſti, finis.

DE NATVRALIS PHILOSOPHIÆ NECESSITATE, ET EIVS IN SVAS PARTES DIVISIONE, AC PHILOSOPHIAE LAVDIBVS.

SVMMA PRAEFATIONIS

Ex uitæ fælicis ad rerum ex Senſatis notitiam proportione, ac conditionibus, ſenſibilium cognitionem, ſiue Naturalem ſcientiam neceſſariam inferens, eam in partes ſiue libros diuidit: Hinc Philoſophiæ laudes proſequitur.

PARS PRIMA

Quàm neceſſaria ſit Naturalis Scientia, ex ea, quæ inter rationem ſenſatam et uitæ felicis conditiones eſt, ſimilitudine, declaratur.

PRAEFATIO.

SIcut vita ſine triſtitia eſt eligibilis, ita ratio ſenſata amabilis. Iſtam propoſitionē ſcribit Ariſt. in quadam epiſtola ad Alexandrū, quæ ſic incipit: Ari. Alexandro bene agere. Et in iſta propoſitione tanguntur tria quantū ſpectat ad propoſitum. Primum eſt vitæ ſine triſtitia conditio. Secundum eſt rationis ſenſatę commendatio. Tertium eſt vitæ ſine triſtitia ad rationem ſenſatam aſſimilatio. Primum tāgitur in prima parte propoſitionis cum dicitur, vita ſine triſtitia eligibilis. Secundum tangitur in ſecunda parte cū dicitur, ita ratio ſenſata amabilis. Tertium vero tāgitur in coniunctione, ſicut. Primo ergo declarabitur primum, ſ. ꝙ vita ſine triſtitia ſit eligibilis. Secundo declarabitur ſecundum, ſ. ꝙ ratio ſenſata eſt amabilis. Tertio tertium, ſ. aſſimilatio rationis ſenſatæ ad vitam ſine triſtitia. Primum ſic oſtenditur. Omne bonum eſt eligibile & appetibile ſine eo quod ſtupefacit & corrumpit naturam, ſed vita ſine triſtitia eſt bonum ſine accidente, quod ſtupefacit & corrumpit naturam habentis ipſum: ergo vita ſine triſtitia eſt eligibilis. Maior propoſitio eſt manifeſta: qa omne bonū eſt eligibile ſine quolibet malo, vt patet ex Secundo Ethicorum. illud autem, quod ſtupefacit naturam eſt, quoddam malum, vt de ſe eſt manifeſtum: ergo omne bonum eſt eligibile ſine eo, quod ſtupefacit & corrumpit naturam, & ſic patet maior. & minor declaratur, ſcilicet ꝙ vita ſit quoddam bonum, hoc facile eſt videre, quia vita vnomodo ſumitur pro actu primo viuentis, & ſic eſt forma ſubſtantialis viuentis, ſ. anima, & ſm hoc dictum eſt, ꝙ anima & vita ſunt idem. alio modo ſumitur vita pro actu ſecundo ipſius viuentis, qui eſt actus eius. & hoc modo ſumpſit Ari. Secūdo de Anima in illo cap. Quoniam autem ex incertis, vbi ſic dicit. Dicamus igitur principium accipientes intētionis determinari & inanimatum ab animato in viuendo multipliciter autem ipſo viuere dicto. ſi ergo vita ſumatur pro actu primo, ſ. p anima, quæ eſt forma ſubſtantialis viuentis, ſic manifeſtum eſt ipſam eſſe quoddam bonum, quia dicit Ariſto. Primo Phy. ꝙ forma ſubſtantialis eſt quoddam diuinū & appetibile. ſi etiam ſumatur vita ſecundo modo, ſ. pro actu ſecundo, qui eſt opus actus viuentis, vt intelligere, ſentire &c. ſic certum eſt, ꝙ eſt quoddam bonum. nam Ari. dicit primo Ethicorum, ꝙ quorūcunq; eſt actus cōmunis & opus in opere, videtur eſſe bonum, & ſic manifeſtum eſt, ꝙ vita eſt quoddam bonum: triſtitia aūt corrumpit & ſtupefacit naturam habentis, vt dicit Ariſt. 4. Ethicorum. & propter hoc ipſe dicit. Octauo Ethicorū, ꝙ natura maxime videtur fugere triſte, appetere autē delectabile, & ſic vita ſine triſtitia eſt quoddam bonum ſine accidente, quod ſtupefacit & corrumpit naturam habentis ipſum: quare manifeſtum eſt, ꝙ vita ſine triſtitia eſt eligibilis. & hoc eſt primum. Item poteſt declarari alio modo, vita eſt eligibilis ſine illo, cuius oppoſitum eſt neceſſarium ad felicitatem: ſed oppoſitum triſtitię eſt neceſſarium ad felicitatem. ergo &c. maior eſt euidens, quia omne tale, cuius oppoſitum eſt neceſſarium ad felicitatem, eſt malum, bonum autem eſt eligibile ſine malo. ergo &c. Sed minor apparet. nam oppoſitum triſtitiæ eſt delectatio, vt patet in Septimo Ethicorum, ſed delectatio neceſſaria eſt ad felicitatē, vt patet ex Primo Ethicorum: optimum enim & pulcherrimum & delectabiliū felicitas. & in Octauo Ethicorū hoc eſt continuitate operatiōis optimæ, quæ eſt felicitas, q̄ ſine delectatione haberi non poteſt, vt oſtenditur ibidem, ſic igitur patet primū ꝙ vita ſine triſtitia eſt eligibilis. Nunc oſtendendo ſecundum, ſ. ꝙ ratio ſenſata eſt amabilis: quia illa ratio eſt amabilis, quę eſt certa quantum ad ſpeculabilia, & proficua quantum ad operabilia, ſed ratio, cuius veritas eſt experta, eſt certa quo ad ſpeculabilia, & proficua quantum ad agibilia ſeu operabilia: ergo ratio, cuius veritas eſt experta eſt amabilis: maior eſt manifeſta, quia natura philoſophi eſt maximam certitudinem quærere ſm Cōmen. in Secundo Meta. & vtile & proficuum eſt quoddam bonum, vt patet in Secundo Ethicorum. ergo illa ratio eſt amabilis, quę eſt certa & proficua, ſed minor apparet, ſ. ꝙ ratio, cuius veritas eſt experta, eſt certa quantum ad ſpeculabilia, & proficua quantum ad operabilia. certa quidem eſt quātum ad ſpeculabilia, quia certitudo habetur per reſolutionem ad principia per ſe nota, vt patet ex Primo Poſte. principia autem per ſe nota ſumūtur via ſenſus memoriæ & experientiæ, vt docet Ari. Secundo Poſte. & procemio Meta. ergo illa rō eſt certa, cuius veritas eſt experta, talis etiā ratio eſt proficua, quia ſm Ariſ. procemio Meta. expertos magis proficere videmus ſine experientia rationē habentibus. ergo manifeſta eſt minor, ſ. ꝙ ratio, cuius veritas eſt experta, eſt amabilis. Ex hac cōcluſione vlterius arguo ſic. Illa ratio eſt amabilis, cuius veritas eſt experta, ſed rationis ſenſatæ veritas eſt experta. nam per rationem ſenſatam in propoſito intelligo rationem ſenſibilem concordantem ſeu conformē: talis autem rationis ſenſibilis concordantis veritas eſt experta, quia experimentū ſermonum verorum eſt vt concordet rebus ſenſatis, ſm Cōmē. Octauo Phy. & in Tertio de Anima. Conditio neceſſaria veris demonſtrationibus eſt, vt illud quod apparet ad ſenſum non differat ab eo ꝙ videtur ſm rationem. ergo rationis ſenſatæ, ſ. ſenſibilibus concordantis veritas eſt experta: quare ſequitur, ꝙ ratio ſenſata eſt amabilis. & hoc erat ſecundū. Reſtat proſequi tertium quod eſt oſtendere ſimilitudinē ſeu cōuenientiam inter rationem ſenſatam, & vitam ſine triſtitia quæ ſimilitudo ſignificatur in hac dictione ſicut. poteſt aūt in eis aſſignari duplex ſimilitudo quantum occurrit ad præſens. Vna eſt quia vita ſine triſtitia & ratio ſenſata ſunt bonum quoddam appetibile ſm rationem, vt probatum eſt. Alia ſimilitudo, quia ſicut vita ſine triſtitia eſt diuturnior & durabilior q̄ vita cum triſtitia: triſtitia enim ſtupefacit & corrumpit naturam habentis, vt dicit Ari. 4. Ethi. ſic ratio ſenſata & conſona rebus ſenſatis eſt durabilior & permanētior q̄ ratio quæ ſenſibilibus nō concordat: cum. n. aliqua concluſio oſtenditur ex principijs per ſe notis, quæ concordat rebus ſenſatis, tunc generat habitum firmum, & impoſſibile aut difficile eſt hominem recedere à credulitate talis concluſionis. econtrario autem, cum ratio ad aliquam concluſionem non procedit ex principijs ſumptis ex ſenſu vel cōcluſis ex talibus, tunc eſt ratio debilis & debilem credulitatem inducit, ita ꝙ homo faciliter deducitur ad credendum oppoſitum, et ſemper habet quandam formidinem ad ipſum credēdū.

Quæ vita maxime expetida ſit.

Excita rō plurimum ſuapte natura expetit.

vnde

vnde Commen. dicit in suo prologo super Octauo Phy. q homines qui in iuuentute fuerunt nutriti in legibus positis falsis & fictitijs, cum incipiunt philosophari & audire rationes demonstratiuas, tunc ipsi reputant impossibilia illa, quæ ponuntur in talibus legibus & reputant impossibilem illam perfectionem, quæ mittitur per obseruationem legis. Et hoc est pro tanto, quia non concluditur ex principijs per se notis quæ concordant sensibus, & sic est similitudo inter rationem sensatam & vitam sine tristitia quantum ad firmitatem & debilitatem consistentię virtutis. Alia similitudo est multum conueniens, quia sicut vita sine tristitia requirit fortitudinem virtutis naturalis digestiuæ, vt sciunt medici, sic ratio sensata requirit aptitudinem seu bonitatem virtutis animalis discretiuæ. sicut enim cum virtutis naturalis digestiua est debilis non bene potest digerere nutrimentum nec segregare purum ab impuro & remanent superfluitates in corpore, quarum excessus generat ægritudines contristantes, sic cum virtus animalis discretiua & præcipue cogitatiua virtus est debilis & diminuta, tunc non potest homo bene discernere inter verum & falsum, per se notū & nō per se notum, & tales sunt illi, de quibus Ari. dicit, Secundo Metaphy. q quibusdam debilis est certitudo propter impotentiam complectendi. Et tunc remanent in anima illius multi pessimi errores & abominabiles falsitates, talis autem impotentia perueniēdi ad propositiones per se notas, quam Ari. vocat impotentiam complectēdi, prouenit homini propter diminutionem in natura. s. quia habet organum virtutis cogitatiuæ & imaginatiuæ male formatum & male dispositum, aut propter inexercitationem, quia. s. non est satis exercitatus in arte ratiocinandi & resoluendi, aut propter pessimam consuetudinem, quę radicatur in eis, vt docet Commen. primo Cœ. & Mun. sicut videmus accidere illis, qui in principio accipiunt, propositiones apparentes, licet tamen falsas, Et indubitāter tales inueniuntur multi huius temporis qui sequuntur solum consuetudines & famositates loquentium, nec curant resoluere ad aliqua principia per se nota, sed sistunt in auctoritatibus & dictis hominum male & superficialiter intellectis. Et hæc quidem est tertia similitudo inter rationem sensatam & vitam sine tristitia. Ex his ergo patet propositio assumpta q sicut vita sine tristitia est eligibilis ita ratio sensata amabilis, ratio autē sensata, i. sensibilibus concordans indubitanter haberi non potest sine notitia rerum sensibilium quibus debet ratio concordare, & de rebus sensibilibus cognitio non habetur sine naturali philosophia testante Arist. in procemio de Anima. vbi dicit sic, aut non est aliquis, qui tūc passiones materiæ non separabiles inquantū non separabiles, sed Physicus circa omnes quæcunq; sunt talis corporis & huius materiæ opera & passiones sunt. Quasi dicat, non est aliquis philosophus qui cōsideret passiones, i. sensibiles formas existentes in materia nisi Physicus, i. Naturalis: naturalis autem est considerans circa omnes formas sensibiles & opera ipsius materiæ, ergo manifestum est quod naturalis philosophia est necessaria ad rationem sensatā & ad eius amabilitatem perfectam.

SECVNDA PARS.

Diuiditur ipsa Naturalis Philosophia in omnes suas partes, ac Partiales Libros.

Ipsa autē Philosophia Naturalis habet sex partes principales. Vna quidem & prima est, in qua cōsideratur de ente mobili, & de motu, & de principijs eius, & passionibus in cō i & hæc traditur in Octauo libro Physic.

Secunda pars est de ente mobili ad vbi, in qua cōsiderantur corpora simplicia, s. corpora cœlestia, & quatuor elementa, sub ratione qua mobilia sunt secūdū vbi. & de quibusdam alijs annexis huic considerationi: & hęc traditur in libro Cœli & Mun. Tertia pars est de ente mobili ad formam in cōmuni, in qua consideratur de Generatione & Corruptione in cōmuni, & de augmento & alteratione, & consideratur in eadem de primis generabilibus & corruptibilibus, s. de quatuor elementis sub ratione qua generabilia sunt & corruptibilia. Et est notandū hic pro iunioribus, q motus ad formam dicitur omnis transmutatio, quæ est acquisitio vel amissio formæ substantialis, sicut est generatio & corruptio propriæ dicta, & omnis transmutatio quā concomitatur aliqualiter generatio propria sicut augmētatio, nam ad augmentationem necessario requiritur generatio formæ substantialis nutriti vel augmentati in materia nutrimenti, vt patet in primo de generatione. Et ad hæc omnis transmutatio, q disponit ad amissionem vel acceptionem formæ substantialis, sicut alteratio proprię dictā quæ præcedit formam substantialē in materia, de qua dicit Cōmen. primo Physico. q generatio est terminus alterationis: & dicit itaq; motus ad formā omnis acquisitio formæ substantialis, & perditio, omnis transmutatio, quæ disponit ad talem acceptionem vel perditionem, & ad quā requiritur: sed motus ad vbi nō disponit vniuersaliter suum mobile ad acceptionem vel ad amissionē formæ substantialis: vnde sunt aliqua mobilia sm vbi, quæ omnino sunt intransmutabilia sm substantiam, s. corpora cœlestia, vt demōstratum est in primo Cœli & mun. Et hoc etiam dicit Arist. Octauo Physi. q nequaquā substantiā mutat, quod mouetur in eo quod fertur, sm vbi: hoc solum nihil mutatur in esse, sicut eius quod alteratur: quale enim quod augetur & detrimentum patientis quantum: & hoc est quod pulchræ dicit Cōmen. ibidem sic, illud, quod transfertur, nō mutatur nisi tantū in vbi: & non sequitur ex mutatione vbi mutatio substantiæ moti, vt contingit in alijs motibus, s. q in alijs mobilibus accidit moto transmutatio in substantia, sicut in motu alterationis & augmenti, s. q alteratum mutatur in sua substantia aut appropinquatur mutationi, cum alteratio sit via ad corruptionem finaliter. Et similiter in augmento contingit ab eo q res diuersificetur in quantitate: & cum hoc intenditur erit via ad corruptionem: tantū enim posset res naturalis extendi q corrumperetur, hęc igitur est differentia inter motum ad vbi, & motū ad formam. Quarta vero pars principalis Scientię naturalis considerat de ente mobili in ordine ad quasdam passiones cōsequentes ipsum primum sm q alteratum est ad qualitates primorū corporū, s. calidū, frigidū, humidū, & siccum & hæc traditur in libro Meteororū. ibi enim consideratur de inflammationibus exaltationum in sublimi, quæ consequuntur alterationem ad caliditatē & siccitatē, & de ingrossationibus seu inspissationibus vaporū, quæ consequuntur alteratiōnē ad frigiditatē: & de digestionibus & indigestionibus & multis alijs passionibus mistorū, quæ consequuntur alterationes corporū ad primas qualitates sicut ostenditur ibidē.

Quinta pars principalis est de ente mobili misto inanimato, s. de lapidibus & metallis, in qua considerantur principia istorū & accidentia per se: sed illam partem non habemus ab Aristo. Albertus autē de hoc fecit tractatum satis bonum. Sexta autē pars principalis est de corporibus animatis. Et ista habet quatuor partes principales. vna est de anima, & eius per se accidentibus in cōmuni, prout se tenent ex parte animæ: & hæc traditur in libro de anima. Alia est de passionibus cōmunibus corpori et animæ in habitudine ad corpus siue dispositiones corporales, quæ requiruntur in corpore animato. Et hæc tradit in paruis libris naturalibus. Tertia est de animatis anima sensitiua, & habet in libro de animalibus. in qua cōsideratur de generibus & speciebus & accidētibus animalium & partibus. Quarta est de animatis anima vegetatiua: & hic habetur in libro de vegetabilibus & plantis: vbi consideratur de generibus & speciebus & passionibus & principijs plantarum. Illa autem secunda pars, in qua consideratur de cōmunibus accidētibus corpori & animæ sub habitudine ad corpus habet tres partes, vna

est

est de passionibus cõmunibus corpori & animæ sensitiuæ, sic sunt sensus & sentire, memorari & reminisci, somnus & vigilia: & de istis consideratur in de sensu et sensato, de memoria & reminiscentia, & somno & vigilia: aliæ sunt passiones cõmunes corpori & animæ sm locum motiuæ, s. motus localis animaliũ, & de istis agitur in libro de causis motuũ animaliũ. Ad cuius intellectũ adducit liber de partibus opportunis ad progressum animalium, aliæ sunt passiones cõmunes corpori & animæ vegetatiuæ, quæ sunt longitudo & breuitas vitæ, mors & vita, refrigefactio caloris naturalis, quę in aliquibus fit per respirationem & exspirationẽ aeris: et in quibusdã aliter iuuentus & senectus, nutritio & augmentatio, sanitas & ægritudo. istæ enim sunt passiones cõmunes corpori & animæ vegetatiuæ notabiles & principales, circa quarũ consideratione plures sunt difficultates: & de istis agitur in libris paruis naturalibus diuersis, s. de causis longitudinis & breuitatis vitæ, de morte & vita, cui annectitur de respiratione & exspiratione, seu refrigeratione, & iuuentute & senectute, nutrimento & nutribili, & sanitate & ægritudine quantũ adiacet naturali Philosophię. naturalis enim Philosophia est de sanitate & ægritudine prima inuenire principia, vt docet Aristo. in de Seosu & Sensato. vnũ est sine dubio ꝙ librũ de nutrimento & nutribili nõ habemus ab Aristo. sed de augmẽto cõsiderauit satis in primo de generatione: & de nutrimẽto aliquid in secũdo de anima. Albertus aũt fecit librũ de nutrimẽto & nutribili. de sanitate & ægritudine nõ habemus ab Aristo. nec ab aliquo famoso Philosopho quantũ spectat ad Philosophiã naturalẽ solum: sed Auer. in suo Colliget multa congregauit de ista materia.

Habem⁹ libri initium de sanitate ac morbo.

Dubiũ

Quęret autẽ aliquis circa pdicta, cũ sit vna pars Scientiæ naturalis de corporibus animatis anima sensitiua, et alia de animatis anima vegetatiua, quare non est vna de corporibus animatis anima intellectiua? Et similiter cum sit vna pars de passionibus cõmunibus corpori & animæ sensitiuæ, & alia de cõmunibus corpori & animæ motiuæ, & alia de cõmunibus corpori & animæ vegetatiuę, quare nõ est vna de cõmunibus passionibus corpori & animæ intellectiuæ? Ad hoc dicerent Aristo. & Cõmen. ꝙ ratio huius est: quia in hoc est differẽtia inter animã itellectiuã & alias animas: qa anima intellectiua non est forma dans esse formaliter alicuius corporis sm doctrinam Aristo. in. 2. &. 3. de anima. ideo nõ sunt aliquę passiones corpori & animæ itellectiuæ cõmunes: dico cõmunitate inexistentiæ, seu ihærentiæ, quæ cõmuniter inhęreãt corpori & animę intellectiuæ: immo passiones animæ intellectiuę nullo mõ sunt vnitæ corpori sm esse, nec ihęrẽtes ei, sicut nec anima intellectiua, licet sint cõmunes cõmunitate cuiusdã dependentiæ: qa depẽdent ab anima, vt à subiecto, & à corpore, vel ab aliquo existẽte in corpore, s. à phantasmate, vt ab obiecto vel à mouẽte, vt hẽt videri in. 3. de anima. & iõ nõ oportuit hẽre scientiã specialẽ de talibus passionibus cõmunib⁹ corpori & animæ itellectiuæ. cõmunibus dico sm inhærentiã & inexistentiã: qa nullæ sunt tales, et de nõ ente nõ est scientia. de illis aũt, quæ sunt cõmunes corpori & animæ intellectiuæ cõmunitate dependentiæ satis habet in tertio de Anima. vbi agitur de operib⁹ animæ intellectiuæ sed aliæ animæ, s. vegetatiua, & sensitiua, & motiua sm locũ sunt formæ materiales et habent virtutes et operationes cõmunicatas corporib⁹ & depẽdentes ab ipsis corporibus et ab eorũ dispõnibus tãquã à subiectis, et non solũ ab ipsa anima: et propter hoc oportet cõsiderare cõsideratione distincta ab ea qua considerantur ex parte animæ. Eadẽ aũt ratio est, quare non est pars specialis de corporib⁹ animatis anima itellectiua: qa nõ est forma materialis, gr̃a cuius imediate natura fecerit aliquod opus et dispõnes naturales: sed oẽs dispõnes corporis humani sunt imediate ppter animã cogitatiuã, quæ est forma dans esse corpori humano: et de istis sufficienter habet in de generatiõe animaliũ, et in aliis libris naturalibus.

Rñsio.

Cõsiderandũ est ꝙ libris prænominatis, in quibus traduntur partes Scientiæ Naturalis, annexi sunt quidã alij libelli Aristo. et Auer. nam liber de lineis indiuisibilibus, annexus est. 6. libro Physico. in quo ostẽditur ꝙ nullũ cõtinuũ est cõpositũ ex indiuisibilibus. liber aũt Auerrois de substãtia orbis annexus est quodãmodo libro Cœli et Mun. quantũ ad primũ et secundũ: et aliqualiter Octauo Physi. liber autẽ Aristo. de pprietatibus elementorũ aliqualiter annexus est libro Meteororoꝝ. et similiter libellus de inundatiõe nili. Libellus aũt de coloribus annexus est libro de Sensu et Sensato in quo agitur de generationibus sensibiliũ. Liber autem de physonomia quodãmodo annexus est libro de animalibus quantũ ad illam partẽ, in qua consideratur de partibus et dispõnibus corporis humani: et est illa scientia multũ conueniens ad moralẽ scientiã et ad vitã practicã: quia cognoscere mores hominũ naturales, quod docetur ibidẽ, multum confert ad ordinatã conuersationẽ cũ hominibus: et ad debitũ regimen ipsorũ hominũ sicut sciũt experti in illis. Liber autẽ de Problematibus, quo ad magnã eius partem congregatus est ex multis accidentibus naturalibus manifestis ad sensum: quorum tñ causę sunt difficiles et occultæ, ptinent ad diuersas partes sciẽtiæ prænominatas. vt particula de his, quę sunt circa vocem, annectitur quodãmodo ad secundũ de Anima. vbi consideratur de voce: et similiter particula de his, q̃ sunt circa tactum, quodãmodo annectitur secũdo de anima. vbi agitur de tactu: aliæ quoq; aliĳs suo modo, sed de hoc non est plus ad pręsens. Et scias, ꝙ liber ille de problematibus cõmuniter inuenitur corruptus et incorrectus, et non est multum expositus ab aliquo noto aut famoso, et ideo pauci student in eo, et pauciores intelligunt eũ sufficiẽter: qa multa et pulcherrima teoremata mirabilis delectationis sunt in eo congregata. vnde indubitanter ei qui, illum librũ bene corrigeret et exponeret cõpetenter multas et magnas gratias deberent reddere studiosi.

Nota

Liber de lineis.

Liber de substãtia orbis.

Liber de pprietatibus elemẽtorũ.

Problemata Aristo.

TERTIA PARS.

Philophorum munus optimam uitam esse ac bene uiuere, quadruplici ratione ostenditur.

MVnus Philosophię est bene viuere. Ista propositio habetur à Seneca in quarto epistolarũ, epistola secunda, vbi sic dicit. Quis dubitare mi Lucille potest deorum immortaliũ munus esse ꝙ viuimus Philosophice, ꝙ bene viuimus? quasi dicat nullus. vult igit̃ ꝙ munus Philosophiæ est bene viuere. Potest autẽ ad pręsens hæc propositio quatuor modis declarari. Primo ex parte supremæ perfectionis humanæ, quæ est ipsius fœlicitas. Secundo ex parte bonæ intellectionis. Tertio ex parte optimæ instructionis. Quarto ex parte rectæ actionis.

Prima ergo ratio sumetur ex parte humanæ fœlicitatis. ad cuius euidentiam suppono tria. Primum est, ꝙ fœlicem esse siue fœlicitas idẽ est quod bene viuere. et hoc habetur planè ab Aristo. in primo Ethico. vbi capit hęc et supponit ex confessione omnium intelligentium quid nominis fœlicitatis. et hoc dicit his verbis. Bene viuere autem et bene operari idem existimat ei quod est esse fœlicem. Secundo suppono, ꝙ operatio hominis nobilissima et perfectissima est eius fœlicitas: et hoc potest probari sic. Summũ bonum hominis est eius fœlicitas. hanc concederet omnis intelligens et sane mentis: sed nobilissima et perfectissima operatio hominis est eius summum bonum: hoc probatur. Nam sicut operationes propriæ aliarum rerum sunt earum bona, vt operatio propria oculi est eius bonum, s. videre: et operatio propria cultelli, quæ est scindere, est eius bonum, similiter autem et in aliis: sic operatio propria hominis est eius bonum: et per consequens optima et nobilissima operatio eius est nobilissimum ipsius bonum. Sequitur ergo conclusio, s. ꝙ nobilissima operatio hominis est eius fœlicitas. Tertio suppono, ꝙ nobilissima operatio hominis est munus Philosophiæ

Fœlicitas quid est.

Fœlicitas hoĩs est pfectissima operatio.

Opatio pfectissima hominis est à Philosophia.

sophiæ, i. aliquod ab ipsa philosophia causatum, & hoc probo sic. Omnis operatio hominis est ab aliquo, hoc patet ex. 1. Ethicorũ. vbi ponitur generalis ratio virtutis, ꝙ virtus est, quæ habentem perficit, & eius opus bonũ reddit: igitur nobilissima operatio hominis debet esse ab aliqua eius virtute immediate, aut igitur à virtute naturali, i. naturaliter inexistente, aut à virtute acquisita, non est dicendum ꝙ à virtute naturali immediate, quia tunc omnes homines haberẽt nobilissimam operationem humanam, eo ꝙ omnes communicant in virtutibus naturalibus debitis per se homini: cuius tamen oppositum est manifestũ in multis, quæ non exercent, nec potentia propinqua exercere possunt nobilissimã hominis operationem, vt patet in pueris & in prauis. Similiter ergo relinquitur ꝙ huiusmodi operatio est à virtute morali aut intellectuali, quia nõ sunt plures virtutes proprię hominis & acquisitę. vt patet in Sexto Ethicorum. non à virtute morali, quia virtus moralis est minus nobilis virtute intellectuali, sicut appetitus, qui est subiectum virtutis moralis, est minus nobilis intellectu, in quo sunt virtutes intellectuales, vt satis patet ex Sexto Ethico. Relinquitur ergo ꝙ operatio nobilissima est à virtute intellectuali. Philosophia autem est comprehensio omnium virtutum intellectualium, vt patet ex Sexto Metaphy. & in tractatu Algazel de diuisiõe philosophię: sequitur ergo ꝙ operatio nobilissima ipsius hominis est à philosophia, & hoc est idem quod ipsum esse donum philosophię, & hæc est tertia suppositio. Ex his suppositionib⁹ tribus sic syllogizatur. Cuiuscunq; donum seu munus est felicitas, eius munus est bene viuere, sed donum philosophię est felicitas. ergo &c. maior patet ex prima suppositione & minor patet ex aliis duabus. nam felicitas est nobilissima operatio hominis, vt dicit secunda suppositio, & nobilissima operatio est à philosophia vt dicit tertia: quare videtur, ꝙ donum seu munus philosophię est bene viuere, & hæc est prima ratio. Secunda ratio sumitur ex parte bonę intellectionis. & arguo sic. cuiuscunq; munus est bene intelligere, eius munus est bene viuere. sed philosophię munus est bene intelligere. ergo &c. maior patet: quia intelligere est quoddam viuere, vt patet. 2. de Anima. &. 6. Ethicorum. ergo bene intelligere est bene viuere. Nam si simpliciter ad simpliciter & bene ad bñ, & minor patet. nam philosophia non est aliud q̃ omnes habitus intellectuales, vt patet partim. 6. Metaphy. & partim. 6. Ethic. habitibus autem intellectualibus, perficitur anima intellectiua ad bene intelligendum, vt ostensum est. 6. Ethic. ergo videtur ꝙ ab ipsa philosophia est bene intelligere. quare &c. Tertia ratio accipitur ex parte optimæ instructionis sic, illius munus est bene viuere, quod oportuit mittere ad instruendum ignaros, sed ipsam philosophiam oportuit mittere ad instruẽdũ ignaros: quare &c. maior patet. Nam homines ignari multum indigent instrui ad bene viuendum. vnde videmus omnes philosophos morales & poetas, qui ad hominum instructionem laborauerunt præcipere bene viuere, & dare documenta ad bene viuendum: & hoc videtur in libris moralibus Ari. & Tullij, & Senecę, & omniũ aliorum: propter qđ & in libello de sentẽtijs Philosophorum dicit. Sic Ede & bibe, vt bene viuas, non viuas vt edas & bibas. & Seneca in de copia verborum, id & agamus vt meliorem vitam q̃ vulgus ducamus. & idem Quarto epistolarũ ad Lucillum epistola prima, omnia ad mores et ad sedandũ rabiem affectuum referre stude, nõ vt plus aliquid scias, sed vt melius, & sic patet maior. & minor scribitur ab Ari. in de morte sua, s. ꝙ oportuit mittere philosophiam ad instruendum ignaros, & in libro de sententijs Philosophorum sumptum est à Platone literas insipienti animo tanquam infirmo baculum corpori conuenire. & Seneca in de copia verborum. Sapientia animum informat & fabricat actiones, regit vitam, disponit agenda, & omittenda demonstrat: quare sequitur ꝙ donum philosophię est bene viuere. Quarta ratio sumitur ex parte rectę actionis sic. Cuius donum est actio recta: eius donum seu munus est bene viuere. nam actio recta & bene viuere sunt idẽ: vt patet ex. 6. Ethi. sed munus philosophię est actio recta. probatio. dicit Seneca quarto epistolarum. epistola septima. Actio recta nõ erit nisi fuerit voluntas recta, ab hac enim & recta actio, & voluntas recta non erit nisi habitus animi fuerit bonus. ad hoc enim voluntas, habitus enim mentis non erit nisi totius vitæ leges perceperit, & ꝙ de quocunq; iudicandum est nisi rectum et immutabile iudicauerit: constat autem ꝙ iudicare certũ et immutabile de quolibet et totius vitę leges pręcipere est à philosophia: nam philosophia est vniuersi causę cognitio, vt dicit Algazel in tractatu de diuisiõe philosophię: et Robertus in suo tractatu de ortu scientiarum dicit, ꝙ philosophia est humanarum diuinarumq; rerum cognitio cum studio bene viuendi coniuncta. ergo actio, et per consequens viuere est à philosophia, vnde idem Seneca in de copia verborum sic ait. Scio neminem posse bene viuere sine sapientię studio: et Ari. 6. Ethico. Sicut sanitas facit sanum, sic sapientia felicem. Potest etiam assumere rationem ex parte perfectissimę delectationis, et ibi satis loqui de delectatione. Hæc itaque ad commendationem philosophię ad præsens sint congregata.

Veritas nõ nisi in paucis consistit principiis.

Acutissimę

ACVTISSIMAE QVAESTIONES IOANNIS DE IANDVNO

SVPER PRIMVM LIBRVM ARISTOTELIS DE PHYSICO AVDITV.

QVAESTIO I.

An de Rebus Naturalibus sit scientia.



Irca istam primam partem Philosophiæ naturalis, quæ traditur in libro Physicorum, Primo potest quæri, vtrum de rebus naturalibus possit esse scientia. Et arguitur primo q nõ. quia de singularibus non est scientia, Primo Posteriorum, & Septimo Metaphysicæ: sed res naturales sunt (Tex. c. 33.) singulares, cum sint materiales, vt patet Primo Physicorum, & Septimo Metaphysicæ: ergo &c. (Tex. c. 42.) Secundo sic. de sensibilibus non est scientia, vt patet Primo Posteriorum, & Secundo Ethi. sed naturalia sunt sensibilia, vt patet in Secundo de Anima, & Secundo huius. quare &c. (Tex. c. 35. Tex. c. 24.)

(Tex. c. 11.) Tertio sic, illud, de quo est sciẽtia, est impossibile aliter se habere, vt patet Primo Posteriorum, & Secundo Ethi. sed entia naturalia non sunt impossibilia aliter se habere. (Tex. c. 1.) nam entia naturalia sunt mobilia, vt patet in Primo & Secundo huius, mobile autem potest aliter se habere, cũ mouetur sit aliter se habere nũc quàm prius, vt patet in Sexto Physi. quare &c. (Tex. c. 37.) Quarto sic, illud, de quo est scientia, debet esse ingenitum & incorruptibile: sed entia naturalia non sunt ingenita & incorruptibilia: quare &c. Maiorem scribit Aristo. Sexto Ethi. & probat eam sic. Sciẽtia proprie & non sm similitudinẽ dicta est de nõ contingentibus aliter se habere. hanc declarat: quia cõtingentia aliter se habere, si fuerint remota, latent, vtrum sint aut non sint. de talibus autem constat non esse scientiã, eò q scientia est habitus certus & firmus. igitur illa, de quibus est scientia, non sunt cõtingentia aliter se habere, et talia sunt necessaria, vt habetur Secundo Peri Hermenias. Et vlterius, omne necessarium est æternũ, ut patet in Primo Coeli & Mundi: omnia autem æterna sunt ingenita & incorruptibilia: ergo de quibus est scientia sunt ingenita & incorruptibilia. & sic patet Maior, & Minor est cõcessa ab omnibus. nam ipsa naturalia habent materiam, qua possunt esse & non esse, saltem omnia, quæ sunt infra orbem Lunæ. quare &c. (Tex. c. 121.) Quinto sic. de illo, quod non potest mouere intellectum, non est sciẽtia: sed entia naturalia nõ possunt mouere intellectum. quare &c. Maior patet. q̃a, cum scientia sit habitus intellectualis, vt patet in Sexto Ethi. oportet q illud, de quo est scientia, sit intelligibile: intelligibile autem mouet intellectum, ut sensibile mouet sensum. vt patet in Tertio de Anima. sed minor probat, quia mouẽs debet esse nobilius moto, vt apparet ex Tertio de Anima. (Tex. c. 2.) & probatur: quia mouẽs, in eo q mouẽs, est actus vel ens in actu, & mobile, vt sic, est in potentia, (Tex. c. 19.) vt patet in Tertio Physi. constat autẽ, q actus est simpliciter nobilior potentia, vt patet Nono Metaphysicæ. (Tex. c. 17.) Et confirmatur ista ratio: quia, cum optimum in aliquo genere est melius optimo in alio genere, tũc totum illud genus est melius toto illo genere. vt patet in Tertio Topicorum, (Tex. c. 3.) & est manifesta per exemplum. nam, cum optimus homo sit melior simpliciter optimo asino, totum genus hominum est melius simpliciter toto genere asinorum. similiter autem & in alijs dicitur esse vera hæc propositio ab illo, qui vsus est ea ad demonstrandum muscã esse meliorem coelo simpliciter, cum optimum huius generis ex illa dispositione, in qua comparatur ad optimum alterius generis, habet excellentiã simpliciter respectu optimi alterius generis, nunc autem optimum in genere actuũ ex dispositione, quæ est actus, melius est simpliciter optimo
B in genere potentiarum. vt Deus ipse est melior simpliciter potentia receptiua. Similiter autem optimum in genere entium actu simpliciter subsistentium, est melius simpliciter optimo in genere entium in potẽtia receptiua. vt Deus est melior simpliciter optima potẽtia receptiua. ergo totum genus actuum respectu actus est melius simpliciter toto genere potentiarum receptiuarum. cum igitur motiuum intellectus sit ens actu respectu ipsius, sequitur, q omne motiuum intellectus est simpliciter honorabilius intellectu. si igitur entia naturalia sint motiua intellectus, erunt simpl'r nobiliora ipso intellectu: quod est absurdũ. ergo entia naturalia non sunt motiua intellectus, nec per consequens intelligibilia: quare de ipsis non est scientia.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Aristotelis, qui tradit sciẽtiam de rebus naturalibus. Et arguitur ratione cõmuni: quia entia naturalia sunt entia intelligibilia vniuersalia, habentia partes & passiones demonstrabiles de
C ipsis, vt satis patet exercitatis in philosophia. Hęc autem requirunt & sufficiunt ad hoc, quòd de aliquibus sit scientia, vt scribitur in Primo Posteriorum, quare &c.

CONCLVSIO

Rerum naturalium scientiam proprie habemus quo ad ea, quæ illis ut in pluribus conueniunt, proprissime vero quò ad ea, quæ semper insunt.

AD quæstionem intelligendum est breuiter, quòd per res naturales hic intelligimus res mobiles. natura enim est principium motus & quietis, Secundo huius. hæc autem sunt animalia & plantæ & eorũ partes, similiter autem mineralia, scilicet lapides & metalla, amplius elemẽta & omnia corpora coelestia. (Res naturalis, i. mobilis. Tex. c. 3.) Vlterius considerandum, quòd scientia proprie, prout distinguitur contra alios habitus intellectuales, est habitus conclusionis demonstratæ ex proprijs & necessarijs principijs: & hoc habetur in Sexto Ethi. & Primo Posteriorum. (Scia pprie ẽ habitus cõclusionis.)

Tunc dico ad quęstionem, quòd de rebus naturalibus (De reb⁹ naturalib⁹ potest eẽ scia.)
D potest esse scientia. quia de quocunq; potest haberi habitus certus per demonstrationem acquisitus ex proprijs principijs, de tali potest esse scientia, & hoc est euidens ex dictis: sed de rebus naturalibus potest haberi certus habitus per demonstrationem acquisitus ex proprijs principijs & necessarijs, sicut patet inspicienti in Libros Arist. & Auerroim & aliorum naturalium Philosophorũ. verbi gratia. Quæcunque entia sunt corruptibilia illa entia habent materiam, aut sunt in materia: sed entia naturalia sunt huiusmodi: quare &c. Hæc est demonstratio ex proprio principio et necessario. principio, dico, doctrinę, per quam demonstrationem potest acquiri certus habitus intellectualis perficiens ad veram cognitionem istius conclusionis. similiter & in alijs multis. quare &c. Secundo dico, quòd Scientia Naturalis est necessaria ad felicitatem humanam, quam homo potest acquirere in hac uita, quia illud, sine quo homo non potest intelligere per-

secte substantias immateriales & præcipue primam substantiam, quæ est Deus supremus, est necessarium ad felicitatem humanam. hoc patet, quia in huius intellectione principaliter & essentialiter consistit felicitas ipsius hominis, vt dictum est Primo & Secundo Ethicorum, & Sexto, vbi dicit Aristoteles quòd sicut sanitas facit sanũ, sic sapientia felicitatem, & per sapientiam, intelligit habitum intellectualem, quò perficitur intellectus ad cognitionem separatorum, præcipue ipsius Dei: sed sine naturalium entium scientia homo non potest intelligere substantias immateriales, & præcipue ipsam primam, quæ est Deus. nam intellectus humanus in intelligẽdo dependet ex phantasmatibus aliquo modo, phãtasmata autem suot similitudines respectu sensibilium, vt patet Tertio de Anima. Species quidem igitur in phantasmatibus intelligitur: cum igitur substantiæ immateriales non sint secundum se sensibiles, nec secundum aliqua accidentia eis inhærentia, vt patet ex Octauo Physicorum. & Duodecimo Metaphysicæ. sed solum sunt sensibiles secundum suos effectus, quos producunt in substantijs corruptibilibus, & præcipue secundum motus perpetuos corporum cœlestium: de istis autem consyderat Scientia Naturalis, & nulla alia. ergo sequitur quod ipsa Scientia Naturalis est necessaria ad felicitatem humanam. Et est consyderandum, quòd proprietates rerum naturalium, quantum ad propositum spectat, sunt duplices, quædã enim sunt, quæ insunt rebus naturalibus solum, vt in pluribus & in maiori parte temporis & in maiori parte suppositorum, & tamen in aliquibus temporibus & in aliquibus indiuiduis deficiunt, vt hominem habere duas manus, & decem digitos in manibus contingit vt in pluribus, attamẽ raro, & vt in paucioribus contingit, quòd non habet nisi vnam manũ, & quatuor digitos, aut duos. similiter pars dextra fortior est vt in pluribus quam sinistra, tamen aliquando contingit eas esse æquales, idest æque fortem habere sinistram, & dextram: & contingit aliquando quòd sinistra sit fortior dextra, quo ad motus exteriores, vt patet ad sensum. Et de ipsis rebus naturalibus quantum ad istas proprietates est scientia, quam Lincon. essis propriè dictam vocat, quæ est comprehensio vel comprehensionis habitus veritatis eorum, quæ vt in pluribus eodem modo se habent. Aliæ sunt proprietates rerum naturalium, quæ insunt ipsis rebus naturalibus semper, & quantum ad omnia indiuidua, vt humanæ speciei semper & in omnibus indiuiduis competit susceptibilitas disciplinæ & risibilitas, homini enim competit semper aptitudo ad esse disciplinatum, & omni igni & semper competit aptitudo ad esse sursum, & corpi cœlesti omni & semper competit moueri, et sic de alijs. Et de ipsis rebus naturalibus quantum ad tales proprietates potest esse scientia, quam dicit Linconiensis proprijssime dictam, quæ est comprehensio veritatis alicuius impossibilis aliter se habere per comprehensionem siue cognitionẽ propriæ causæ, quæ est impossibilis aliter se habere. Et sic patet, qd sit dicendum ad quæstionem.

AD rationes in contrarium. Ad primam, quæ est de singularibus & cætera, verum est secundum rationes suas proprias singulares, & sic vere procedit probatio. sed de singularibus, idest de rebus, quæ singulariter existunt sub rationibus vniuersalibus & abstractis, bene est scientia. & hoc sensit Commen. in Procemio de Anima, vbi dicit, quòd definitiones sunt rerum singularium existentium extra animam, supple secundũ rationes vniuersales, quas facit intellectus. Et ad minorem, in qua dicitur, entia naturalia, & cætera, verum est secũdum quòd existunt extra intellectum. tamen secũdum quòd sunt in intellectu, sic habent esse vniuersale. nihil enim prohibet quin res indiuidualis existens in materia, vniuersaliter intelligatur: & secundum hoc de ipsis potest haberi scientia, vt patet Septimo Meta. Ad secundam, quæ est de sensibilibus, ad hoc dicũt aliqui, quod sensibile dicitur dupliciter.

Scia naturalis ẽ necessaria ad humanam felicitatẽ naturalem.

Tex. c. 12.

Proprietates rerum naturalium sunt duplices.

Singulariũ ẽ scia sub ratione vñi. Com. 8.

Ad secũdũ Tex. c. 35.

E ter. vno modo abactu sentiendi, & sic de ipso nõ est scientia: alio modo à potentia sensitiua, sic de ipso potest esse scientia, vt dicunt & capiũt ab Arist. in Primo & Secundo Poste. vbi vult, quod sensus bene ẽ vniuersalis, sentire autem singularis. Sed contra hoc arguunt aliqui, quia potentia organica non põt esse vniuersalis, & hoc patet Tertio de Anima. sed omnis sensus est potentia organica, vt patet Tertio de Anima: quare &c. Iterũ, cuius est potentia eius est actus, & ẽ cõuerso, vt patet in Libro de Sensu & Sensato: si igitur potentia sensitiua est vniuersalis, similiter actus sentiendi est vniuersalis, &, si actus sentiendi est singularis, & potentia sensitiua est singularis. Ad primum posset respõderi, quod vniuersale dicitur dupliciter. vno modo dicitur vniuersale per abstractionem à materia, alio modo dicitur vniuersale per quandam indifferentiam ad plura. primo modo potentia organica nõ est vniuersalis, sed secundo modo bene. nam potentia organica potest esse indifferens ad multa obiecta, vt visus ad albũ

F & ad nigrum, & similiter in alijs. Sed contra hoc obijcitur. Nam sicut visus est indifferens ad album & ad nigrum, similiter videre quod est actus visus est indifferẽs ad album & nigrum. si enim videre esset determinatum ad album, tunc non contingeret videre nigrum, & ẽ conuerso. Dicitur quod non est simile, quia vnus & idem visus dicitur respectu albi & nigri, sed non dicitur esse vnus & idem numero actus videndi respectu albedinis & nigredinis, immo forte nec vnus secundum speciem specialissimam. & sic probabiliter posset illa responsio sustineri.

Ad aliud argumentum, cum dicitur, cuius est potẽtia eius est actus, verũ est loquendo de potentia passiua subiectiue. Nam in subiecto eodẽ est potentia passiua & eius actus, vt visus & visio, & ẽ conuerso: sed obiectiue, non oportet quod omnino cuius est potentia eius sit actus, & eodem modo: potentia enim vna numero est susceptiua speciei albedinis & nigredinis, vt tenet omnis doctrina. sed non est vnus actus numero, & similiter visio albedinis et

G nigredinis. quare sic non valet. Aliter posset dici ad rationem illam principalem, cũ dicitur, de sensibilibus &c. verum est secundum suas rationes singulares, et secundũ suum esse singulare: ita quod secundum ipsum esse singulare eorum sit scientia, aut propinquum principium scientiæ. sed de ipsis sensibilibus secundum rationes vniuersales & esse vniuersale bene est scientia: ita quod ipsa vniuersalis ratio eorum est scientia eorum in anima humana, scilicet ipsum esse vniuersale est ipsa sciẽtia vel propinquum principium scientiæ: & hoc sufficit.

Ad aliam cum dicebatur, illud, de quo est scientia &c. Dico quod, si est sciẽtia proprijssime dicta, scibile debet esse impossibile aliter se habere quãtum ad proprietates, quæ habentur de ipso, ita scilicet quod semper & in omni indiuiduo habeat proprietates illas. Si autem sit scientia solũ propriè dicta, tũc sufficit quod vt in pluribus similiter se habeat quãtum ad tales proprietates, vt dictum fuit prius.

H Nec est imaginandum quod illud, de quo est scientia, nõ possit aliter se habere, i. non possit variari secundum aliquod esse. quia hæc est falsissima pro rebus naturalibus. sed est impossibile aliter se habere quantum ad prædicata, quæ sciuntur proprijssime de ipso. ita quod conclusio scibilis est vera in omni hora. & sic se habent entia naturalia secundum rationes vniuersales. quoniam scientia huius cõclusionis est perpetuæ veritatis, omnis homo est perceptibilis disciplinæ, & omnis ignis est aptus esse sursum: sed non hæc, omnis homo speculat actu, nec omnis ignis est actu sursum simpliciter. Dicimus igitur vno sermone, quòd entia naturalia sunt possibilia aliter se habere quãtum ad accidentia separabilia, & secũdum ista trãsmutantur: sed quantum ad prædicata se habentia semper, quæ de eis demonstrantur, sunt impossibilia aliter se habere, ita quod conclusio, quæ de eis formatur, est perpetuæ ueritatis. & hoc modo intelligit Lincon. in Primo Poste. & secundũ talia accidentia per se & propriæ non fit transmutatio, respectu naturalium.

Sẽsibile ca. dupl.

Replica. Tex. c. 4. Tex. c. 7.

Rñsio. Replica.

Responsio,

Potẽtia passiua & eius actus sunt in eodem subiecto.

Alia solu. Ad secũdũ. De singularibus secundũ esse singulare nõ ẽ scientia.

Ad tertiũ.

Illud d quo ẽ scia põt se aliter hẽre.

Entia naturalia põt se aliter habere quãtum ad accidentia separabilia.

naturalium. Ignis enim manens ignis nunquam transmutatur de aptitudine essendi sursum ad carẽtiam istius aptitudinis. similiter homo, manens homo, nunquam trãsmutatur de risibilitate ad carentiam risibilitatis. & hæc est perfecta solutio illius rationis.

Ad quartũ. Ad aliam cum dicebatur, illud, de quo est scientia &c. potest dici, ꝙ verum est ſm speciem, sed nõ oportet ꝙ sic ingenitum & incorruptibile ſm indiuiduum. & sic est de rebus naturalibus. secundum enim speciem sunt æternæ & ingenerabiles, vt satis patet in Secundo de Generatione, & Secundo de Anima. Sed hic dubitaret aliquis qd

Tex. c. 70. intelligitur hic per speciem, ſm quã entia naturalia sunt ingenita & incorruptibilia. cũ enim species & forma sunt idem, aut illa species est forma in anima, aut forma extra animam. si sit forma extra animam, aut est indiuidualis, aut separata ab indiuiduis. si separata ab indiuiduis, hæc est opinio Platonis, quam Arist. reprobat Septimo Me-

Tex. c. 14. Dubitatio. taphysicæ. si vero sit in indiuiduis, aut est eadem forma substantialis cum formis indiuiduorũ, aut alia. si alia, hoc est contra cõmunem doctrinam, in qua tenetur, ꝙ vnius indiuidui non sint plures formæ substãtiales. si sit eadem cum forma substantiali indiuidui, si corrumpatur, & illa species corrumperetur. & sic non essent ingenita & incorruptibilia. Si forma in anima, tunc est dicere, ꝙ ipsa entia naturalia sunt ingenita & incorruptibilia & æterna, quantum ad formam in anima. & hoc videtur impossibile: qa forma rei naturalis in anima, non est aliud ꝙ eius species intelligibilis, vt omnes concedunt. species autem intelligibilis nõ est perpetua & in intellectu vna numero & eadem, immo generatur & corrumpitur ſm generationem & corruptionem phantasmatis, seu intentionem imaginantis, vt vult Commen. in Tertio de Anima, vbi dicit, ꝙ intellecta vniuersalia sunt colligata cum intẽtionibus imaginatis, & corrupta per corruptionem eorum. Ad

Com. 10. hoc dicunt aliqui, ꝙ, cum dicebatur entia naturalia sunt ingenita & incorruptibilia ſm speciẽ, ibi intelligitur spe-

Solutio. cies pro forma, quæ est extra animam, quæ est eadẽ substantialiter cum formis indiuiduorum. &, cum dicitur, ꝙ formæ indiuiduorũ corrumpũtur, dicunt, ꝙ verum est per accidens, vt capiunt ex Septimo Meta. dicunt tñ, ꝙ ipsa

Tex. c. 27. forma est ingenita & incorruptibilis per se, & ita non repugnat generabile & corruptibile per accidens, & ingeni-

Reprobatio. tum & incorruptibile per se. Sed hoc non stat, quia cuicunq; simpliciter & indiuidualiter inest unum oppositorum per se, eidem simul non inest alterũ per accidens: hãc concederet omnis homo non habens intellectum deprauatum. si igitur forma substantialis rei naturalis est incorruptibilis per se ipsa, simul non est corruptibilis per accidens, cum sit simplex. Itẽ Arist. in fine Decimi Meta. demonstrat ꝙ nihil est corruptibile per accidẽs, immo corruptibile per se inest cuicunq;. & idem aperte Commen.

Tex. c. 26. vult ibidem. & de hoc fuit longior sermo, s. in quæstione de generatione alias in sophismate de genere formæ substantialis, vbi ostẽsum fuit & defensum, ꝙ forma substã-

Alia solo. tialis est per se & primo generabilis. Alij aliter euadũt & dicunt, ꝙ per illam speciem, ſm quam entia naturalia sunt ingenita & incorruptibilia, debet intelligi forma in anima, s. species intelligibilis. hæc enim non est generabilis nec corruptibilis proprie & per se, cũ generatio & corruptio proprie dicta sit transmutatio ſm substantiam, & hæc species non est substantia, sed accidens. Sed hic videtur esse debile. nam similiter posset dici, ꝙ sit homo in-

Reprobatio. generabilis & incorruptibilis ſm albedinem, eô ꝙ albedo, cum sit accidens, non proprie generatur, nec corrumpitur. Iterũ, species intelligibilis est quid extrinsecum ab ipsa re naturali, cuius est species: & ideo nõ est proprie dictum, ꝙ ſm eam res naturalis sit incorruptibilis. Ideo

Solutio autoris. potest aliter dici ad præsens, sicut dicebam, ꝙ res naturalis bene est corruptibilis et genita ſm indiuiduum, sed est ingenita & incorruptibilis secundum speciem, hoc est secundum formam vniuersalem. sed ipsam formam natura-

A lem esse ingenitam & incorruptibilem potest intelligi dupliciter. vno modo, ꝙ nullo modo generetur, nec tota, nec

Forma naturalis ẽ ingenita. ſm aliquam sui partem, similiter etiam ꝙ non corrumpatur, & sic cœlum dicitur esse ingenitum, vt demonstratũ est in Octauo Phy. & Primo Cœli & Mundi, quia nec ipsum totum, nec ei9 pars integralis, nec subiectiua generatur & corrumpitur, nec simul, nec ſm successionẽ. Alio modo potest intelligi formã naturalem esse ingenitã & incorruptibilem, quia ipsa non generatur vnquã tota simul, nec etiam corrumpitur tota simul ſm omnes suas partes subiectiuas, sed solum successiue: quẽadmodum aliquod elementum nunquam corrumpitur simul totum quo ad omnes suas partes quãtitatiuas. & hoc modo sine dubio species rei naturalis est ingenita & incorruptibilis. nunquã enim oẽs formæ humanæ generãtur simul, ad quas materia sit in potentia, nec omnes simul corrumpuntur, sed successiue est generatio vnius post aliam in infinitum secundum

Tex. c. 11. circulum, vt est ostensum in Secundo de Generatione. si-

F militer & in alijs. indiuiduum autẽ, quod nõ habet partes subiectiuas, corrumpitur & generatur simul totum ſm suã formã indiuidualem: & ille modus essendi ingenitũ & incorruptibile bene sufficit ad hoc ꝙ de aliquo sit scientia.

Ad quintũ. Ad aliã, cum dicebatur, illud, de quo est sciẽtia, potest mouere intellectum &c. Hic videtur, ꝙ quidam doctor huius temporis, qui probauit muscam simpliciter esse nobiliorem cœlo, non posset istam rationẽ dissoluere sic deductam, vt deducebatur in arguendo. ipse enim concedit immo pro principio assumit, ꝙ, cum optimum in aliquo genere ſm dispositionem, in qua comparatur ad optimũ in alio genere est simpliciter melius optimo alterius generis, tunc totum illud genus est simpliciter melius alio toto genere, & hoc vult verum esse. tunc deducatur vt prius, & apparebit resolubiliter concludi, vel ꝙ lapis est simpliciter melior intellectu, vel ꝙ lapis non est ens actu potẽs mouere intellectum aliquo modo ad intellectionem. quare &c. Sed quid dicemus ad illam rationem? possumus

G dicere, sicut dicebatur in Secundo de Anima. tractatu de sensu agente. ꝙ illa propositio veritatem habet in speciebus specialissimis eiusdem generis proprie dicti, & forte in generibus contentis sub aliquo genere proprio & vniuoco et, secundum ꝙ dictum fuit ibidem, sed in æquiuocis aut analogis omnibus istis superioribus & inferioribus non est necessarium. nunc autẽ actus & res actu sunt quædam æquiuoca vel analoga communia istis inferioribus & superioribus entibus: & ideo nõ oportet, ꝙ, si optimus actus sit nobilior optima potẽtia, ꝙ omnis actus sit

Nõ semper ois optim9 actus ẽ nobilior oi optima potentia. nobilior omni potentia: nobilior, dico, simpliciter & absolute. poterit igitur res naturalis mouere intellectum mediante suo phantasmate vna cum intellectu agẽte, vt cõmuniter dicitur, & tñ non est simpliciter nobilior intellectu. &, cum dicitur, mouens est nobilius moto, & agẽs est nobilius patiente, potest dici ꝙ verum est de virtute propria, sed cum mouet in virtute alterius non oportet: nunc

H autem phantasma non mouet intellectum nisi in virtute, quæ est intellectus agens, vt habet videri Tertio de Anima. Sed contra istam solutionem posset rationabiliter dubitari quid intelligitur per agẽs virtute propria. nam, si per agens virtute propria intelligitur tale agẽs, quod in esse suo & in sua virtute à nullo depẽdet, tunc non est nisi vnum solum tale agens in toto uniuerso, scilicet ipse De9, & tunc ex ista propositione, semper agens est præstãtius patiente, nihil poterit concludi de ipso intellectu agente, nisi quis diceret, ꝙ ipse intellectus agẽs est ipse Deus, qd est contra Aristo. & Commen. secundum eorum expositionem. Si autem per agens virtute propria intelligatur omne quod agit per naturam suã & formam: (quamuis non agit sine quocunq; alio:) sicut cœlum diceretur agere per formã propriã in ista inferiora, & si non agat sine suo motore: tunc phantasma rei materialis multum bene vr̃ esse agens virtute propria: & si non agat sine præsentia & virtute intellectus agentis. hoc enim nõ obstante, tamẽ agit

aliquo modo per formam suam, aut poneretur agens solũ per accidens: quod multi negant, ergo phãtasma est agẽs in intellectu virtute propria, licet nõ sine intellectu agente. & si omne agens virtute propria est simpliciter nobilius suo patiente, tunc redit ꝙ phãtasma rei materialis est simpliciter nobilius intellectu humano, quod est ridiculum: & ideo illa solutio non est sufficiẽs. Propter quod

Solotio auctoris. Ad quiotũ,

ad præsens dico aliter, saluo meliori iudicio, ꝙ agẽs bene est præstantius patiente sm ꝙ patiens est. sed non oportet ꝙ omne agens, qualitercunq; sit agens, sit nobilius patiente ipso simpliciter: quia possibile est ꝙ ipsum patiens habeat aliam operationem nobiliorem ꝗ sit recipere ab illo agente, & ꝗ sit nobilissima operatio illius agentis, & ita est in pposito. phantasma enim rei naturalis bene agit spiritualiter in intellectum imprimendo ei speciem repræsentantem ipsam rem, & intellectus eã recipit, & sm hoc phantasma est quodammodo nobilius intellectu: tamen intellectus habet aliam operationem nobiliorem, s. intelligere, quam non recipit complete ab ipso phantasmate, sed forte ab intellectu agẽte: & hæc operatio est nobilior quacunq; operatione phantasmatis, vt omnes concedũt. & ideo remanet ꝙ intellectus est simpliciter nobilior ꝗ phantasma: quia nobilitas simpliciter cuiuscunq; rei debet attendi ex eius perfectissima & nobilissima operatione. De hoc autem videbitur amplius in quæstione de intellectu agente, sed ad præsens tanta sufficiant.

Licet phantasma sit aliquo mõ nobilius intellectu, nõ tñ simpliciter,

QVAESTIO II.

An Ens Mobile, uel Corpus Mobile sit Scientiæ Naturalis subiectum.



Consequenter quæritur de subiecto Scientiæ Naturalis. Vtrũ ens mobile vel corpus mobile sit subiectum, i. obiectum eius. Arguitur Primo ꝙ non. quia tũc partes eius essent subiecta in partibus Scientię Naturalis: hoc est falsum: ergo & primum. falsitas consequentis est de se nota. Nam anima est subiectum in Sciẽtia de Anima, cũ ab ea intituletur: & tñ ipsa anima non est aliqua pars subiectiua entis mobilis, nec corporis mobilis, cum ipsa non moueã per se, sicut patet in Tertio de Anima, & pręcipue anima intellectiua, quæ est incorporea. & patet cõsequentia, & quia sicut totum ad totum, ita pars ad partem. Itẽ secundo, subiectum vnius sciẽtiæ debet esse vnius rõnis, vt patet Primo Poste. vna. n. scientia est, quę vnius generis subiecti est. sed Scientia Naturalis est vna sciẽtia, cum distinguaã & numeretur contra alias partes philosophię, vt patet in Sexto Meta. ipsum . n. ens mobile vel corpus mobile non est vnius rõnis, nec vnũ genus. Nam generabile & perpetuũ nõ sunt vnius generis, vt patet Decimo Meta. modo ens mobile & corpus mobile cõe est corporibus cœlestib⁹, quæ sunt perpetua, vt patet Primo Cœli & Mundi, & est ẽt cõe istis inferioribus, quæ sunt corruptibilia, vt patet ad sensum: quare &c. Itẽ tertio, æquiuocum non est subiectum in aliqua sciẽtia, vt vult Arist. & Cõmen. in Quarto Meta. nunc aũt ens mobile est ęquiuocum, cũ includat æquiuocum, s. ens, quod est æquiuocum sm Porphy. quare &c. Itẽ quarto, ens p accidens non est subiectum in aliqua scientia, cum de eo non possit esse scientia Sexto Meta. sed ipsum corpus mobile est ens per accidens, cum mobilitas accidit ipsi corpori. Item quinto, oẽ subiectum sciæ debet habere aliquã passionẽ primã, vt habeã Primo Poste. sed ens mobile nullã habet propriã passionem, vel si habet dicas eam. ergo. &c. Itẽ sexto, ens quiescibile non est subiectum in ista scientia: ergo nec ens mobile. antecedens est cõcessum ab oĩbus. & tenet cõsequentia, qa natura est principiũ motus et qetis. ergo, qua rõne ens mobile ẽ subiectũ in Sciã Naturali, sic & ens quiescibile. Et confirmaã, quia oppositorũ est eadẽ sciæ: sed mobile & quiescibile sunt opposita: quare &c.

Tex. c. 6. Tex. c. 2. Tex. c. 26. Tex. c. 20. Tex. c. 2. Tex. c. 4.

OPPOSITVM arguitur ex cõi dicto. Nam communiter dicitur, ꝙ Scientia Naturalis distinguiã sm distinctionem entis mobilis, vel corporis mobilis. quare &c.

E

CONCLVSIO

Ens mobile, idest substantia mobilis secundum sui communem rationem, huius primæ partis Philosophiæ, quæ est de Physico Auditu, subiectum est: cæterarum autem partium subiectum est secundum determinatas rationes, seu mobilitatis participationem.

De ista quæstione est diuersitas inter expositores Arist. Antiquior enim expositor est sanct⁹ Thomas, q putatur fuisse melior inter latinos. Dixit enim, ꝙ ens mobile est hic subiectum, sed non probat expresse multum, nec soluit argumenta facta in contrarium saltem in sua expositione super hunc Librum. quia forte non videbatur ei difficultas in hoc, nec erat fortassis reuocatum in dubiũ in suo tempore. Dicit tñ cum hoc, ꝙ corpus mobile non est subiectum Scientiæ Naturalis: quod probat, quia nulla scientia demonstrat suum subiectum, vt habetur Primo Poste. sed in Sexto huius ostẽditur, ꝙ omne mobile est corpus: quare &c. Ex hoc autem posset aliquis sic arguere, aut corpus mobile est hic subiectum, aut ens mobile, per diuisionem cõcessam: sed corpus mobile non est hic subiectum: quare &c. Sed, quicquid sit de ista conclusione, mihi videtur, ꝙ iste homo, salua pace & reuerentia, adducat rationem insufficiẽtem. non enim idẽ est corpus, & corpus mobile omnino. vnde licet probetur in Sexto huius, ꝙ omne mobile est corpus: nõ propter hoc probatur ibi, ꝙ omne mobile sit corp⁹ mobile, & sic qui poneret corpus mobile hic esse subiectum, non est contra se, ꝙ hæc scientia probaret suum subiectũ esse.

Opio Thomæ in principio Physicorũ & . 6. Meta. & . 1. Phy.

Tex. c. 32.

F

Item videtur differre probare ꝙ omne mobile est corpus mobile: & probare corpus mobile esse. & potest alicui esse manifestum, ꝙ corpus mobile est, cui non est manifestum aut certũ, ꝙ omne mobile sit corpus: immo aliqui negarent istam, ꝙ omne mobile sit corpus, s. illi, qui dicunt angelos moueri: qui tamen omnino concederent istam sine dubio, corpus mobile est. Item, quãuis subiectum Scientiæ non demonstratur esse, tñ in aliqua scientia ipsum bene potest probare de aliquibus suis specieb⁹, de quibus est occultum, sed de aliquo alio, de quo est aliquo modo incertum, ꝙ ei adueniat, sicut docet Linco. in Secundo Poste. vbi sic dicit, ꝙ omnis scientia accipit suũ subiectum esse simpliciter, vt Metaphysica ens, & Geometria magnitudinem. Verũtamen de his, quæ sub subiecto sunt, non accipitur semper, qm̃ sunt sub illo. immo probatur subiectum ipsum de speciebus, quæ sunt sub ipso. hæc sunt verba eius. & pari ratione potest quæri subiectum de aliquo pertinente ad illam scientiam, cum non sit de illo notum. vnde, quamuis aliquis poneret corpus esse subiectum in aliqua scientia, non esset inconueniens ipsum probari de aliquo consyderato in illa sciẽtia. vt puta de mobili, demonstrando, ꝙ omne mobile esset corp⁹, nec pro tãto probatur corpus mobile esse. & sic multum deficit ratio illius Expositoris, vt videtur.

G

H

Alius expositor, s. dominus Egidius dicit, ꝙ ipse non intelligit illam positionem, ꝙ ens mobile sit subiectum in Naturali philosophia. immo arguiã cõtra hæc principaliter duab⁹ rationibus. Prima est hæc. quia, si sic, sequereã ꝙ Naturalis Sciẽtia esset subalternata Metaphysicæ. qđ statim patet esse falsum & impoẽ, cũ sint diuersæ partes philosophię principales. Consequentia declaraã: quia illa scientia subalternaã alteri, cuius subiectum includit subiectum alterius cum conditione accidentali, quæ non fluit ex principijs proprijs illius subiecti cui additur, ut Perspectiua subalternatur Geometriæ, eò ꝙ linea visualis, quæ est subiectum perspectiuæ, addit supra lineam, quam consyderat Geometria, conditionem accidentalem, quæ nõ fluit, nec oritur ex proprijs principijs ipsius lineæ, s. visualitatem, similiter & in alijs. Nunc autẽ ens est subiectum Meta. vt patet Quarto Meta. & ens mobile includit ens cũ conditione accidentali, quæ nõ oriã ex proprijs princi-

Opinio Egidij.

pijs

priis entis ſm q ens, ſ. mobilitate. Item, ſi ens mobile eſſet ſubiectum hic, tunc Naturalis ſcientia eſſet pars Metaphyſicæ, quod patet eſſe falſum, cum ſint diuerſæ partes principales philoſophię. & probat conſequentiā: quia ad ipſam Metaphyſicam non ſolum pertinet conſyderare ipſum ens, ſed primas partes entis, vt patet I Metaphyſica. nunc autem ens mobile eſt vna de primis partibus entis. ens enim non cōtrahitur ad ſuas partes per differentias, cum ſit analogū, ſed per diuerſos modos eſſendi: nūc autem eſſe mobile eſt quidam modus eſſendi. quare &c.

Et per iſtas rationes ducit expoſitor ille, q corpus mobile eſt ſubiectum in iſta ſcientia.

Alij vero dicunt aliter, & dicunt, q corpus mobile nō eſt ſubiectum hic, ſed magis ens mobile. quod probant p rationes ſimiles prædictis rationibus: quia ſic ſequeretur q Nturalis ſcien tia eſſet ſubalternata Geometriæ, eò q Geometria conſyderat corpus abſolute. corpus autē mobile includit conditionem accidentalem ſupra ipſum corpus mobile, & ſic Naturalis ſubalternatur Geometriæ: quod eſt inconueniens. Item aliqui ſic arguunt. Si naturalis conſyderat corpus mobile, tunc Geometria eſt pars Scientiæ Naturalis: quod eſt abſurdum. & probatur conſequentia, quia eiuſdem ſcientiæ eſt cōſyderare totum, & eius partes. vnde, cum corpus ſit pars quædam huius, qđ dico corpus mobile, & ipſa Geometria conſyderat corpus, ipſa vtiq; eſt pars Scientiæ Naturalis. Et tunc ipſi volunt ſoluere ad rōnes domini Egidij. Ad cuius euidentiam capiunt, q hoc totum, ens mobile, non dicit diuerſas rationes, i. non ſignificat illud, quod ſignificat ſub diuerſis rationibꝰ, ita q ens ſignificat ſub vna ratione, & mobile ſub alia ratione, ſed totū ſub vna ratione, ſcilicet mobilis, & ideo non eſt ibi additio vnius ad aliud, ſicut ſupponebat prima ratio. quare &c. Et credo quòd ipſi coguntur hoc dicere, ſcilicet quòd ens mobile nō importat diuerſas rationes propter ſolutioonem vnius rationis, qua arguitur quòd genus pđicatur de differentia per ſe. Arguitur enim ſic, iſta eſt vera per ſe, rationale eſt ens. aut ergo accipitur ibi ens pro ratione tertia diſtincta à ratione ſubſtantiæ & accidentis, aut pro ratione ſubſtantiæ, aut pro accidente, aut pro ipſomet rationali. vt ſit ſenſus, rationale eſt ens, ideſt rationale eſt rationale, nō primo modo, quia ens nō eſt vnius rōnis, vt patet in Quarto Meta. & in Porphyrio. nec ſecundo modo, quia tunc genus prędicaretur de differentia per ſe. nec tertio modo, quia conſtat q rationale non eſt accidens: ergo relinquitur quarto modo, ſ. q ens prædicatur de rationali per rationē propriam ipſius rationalis, & pari ratione de vno genere per rationem propriā vniuſcuiuſq;. & ſic additum vnicuiq; non dicit aliam rationem ab eo. vt dicendo homo ens, ly ens non dicit aliam rationem q̃ rationem hominis, ſic eſt in propoſito, ens mobile non dicit ibi aliquam aliam rationem q̃ mobile, nec ſub alia ratione. Et hoc dicunt fuiſſe intentio. Ariſto. in Quarto Meta. vbi ſic ait. & non diuerſum aliquid dicit ſecundum dictionē repetitam, idē enim eſt ens homo, & homo, & vnus homo.

Sed mihi videtur q iſti deficiunt quantum ad duo. Primo quantum ad illas rationes de corpore, quas adducūt. nam corpꝰ poteſt accipi dupliciter. vno modo pro trina dimenſione, & ſic eſt in genere quantitatis, & hoc modo non ponitur in ſubiecto Scientiæ Naturalis, & ſic procedunt illæ rationes. alio modo accipiť corpus pro ſubſtantia ſubiecta trinæ dimēſioni, & hoc modo intelligitur, cū dicitur, corpus mobile eſt ſubiectum in Sciētia Naturali, & ſic illæ rationes nihil valent cōtra Egidium, quamuis forte nec ipſe bene demonſtret concluſionem ſuam, vt videbitur. Secundo peccant iſti vltimi, vt credo, in hoc, q dicūt, q ens mobile nullo modo importat diuerſas rationes, ſed vnam rem ſub eadem ratione. & hoc ad præſens non credo propter duo. Primo, quia, ſi ſic eſſet, tunc nullus proprie & philoſophice loquendo deberet dicere ſubiectum Scientiæ Naturalis eſſe ens mobile: cuius tamen

A opooſitum ipſi tenent. Et conſequentia probatur: quia, poſtquam dicendo ens mobile, ibi ly ens nō habet aliam rationem intelligendi & ſignificandi q̃ mobile, ſuperflue & omnino inutiliter ponitur: immo tantum valeret dicere, q mobile eſſet ſubiectum Scientię naturalis, & multo melius eſſet: quia ſicut natura non facit per plures, quod æquæ bene poteſt facere per vnum, ſimiliter ars debet ſe habere. unde Lincomēſis in Primo Poſterio. dicit, q mos Phyſicorum eſt ponere verba, quæ magis ſunt ad rē pertinentia, nec vtuntur pluribus inſtrumētis quod poſſunt vno facere. ſi igitur idem ſub eadem ratione intelligeretur per mobile & per ens mobile, ita q nihil differret, niſi ſolum ſm hanc vocem ens, inutiliter et ſuperflue poneretur ens in expreſſione ſubiecti Sciētię Naturalis, & fieret pluribus vocibus & inſtrumētis, quod æque bene poteſt fieri vno. Et amplius Commen. dicit ſuper primū Phyſi. q nomina ſynonyma non vſitantur in ſcientia demōſtratiua: quare mihi videtur inconueniens eſſe q dicendo ens (Com. 1.)

B mobile, ipſum ens nullam aliam rationē ſignificat quàm mobile. Et iterum propter aliud, quandocunq; per aliquem terminum intelligimus aliquid de primario intellectu ſub aliqua ratione, illud idem ſub eadem ratione intelligiť per ipſum cuicūq; addatur, ſi nō ſit determinatio diſtrahens quæ facit oppoſitionē in addito. vt dicendo homo mortuus, hanc recipio pro vera ad præſens. nunc autem per ipſum ens ſecundum ſe ſumptum intelligitur ſubſtantia ſub ratione ſubſtantiæ primæ & principaliter, vt omnes cōcedunt. vnde cuicunq; addatur hoc intelligitur, cum non ſit determinatio diſtrahens, aut quæ non poſſet ſtare cum ſubſtantia, rationabile videtur, q debet intelligere ipſam ſubſtantiam cum qua ſtat, aut q mobile non eſt determinatio diſtrahens: immo ſtat cum ſubſtantia. Ideo, cùm dico ens mobile, debet per ipſum ens intelligi ſubſtantia mobilis, vt ſit idem dicere ens mobile & ſubſtantia mobilis. (Per ens mobile debet itelligi ſubſtantia mobilis.) Nec valēt motiua illorum, cum enim

C primo dicunt, quòd dicendo rationale eſt ens, ibi ly ens prædicatur de ipſo rationali vt ſtat ſub eius ratione, hoc videtur omnino inconueniens: quia terminus non prædicat niſi illud quod ſignificat, modo hoc nomen ens non ſignificat rationale ſub propria ratione rationalis, ſicut patet per Philoſophum Quinto Metaphyſicæ. vbi enumerat omnia ſignificata huius analogi, ens, & nunquam poſuit ibi rationale. (Tex. c. 14.) cū ergo quæritur, quid dicit ibi ly ens, cum dicitur rationale eſt ens. dico quòd ibi ſumitur pro ſubſtantia. & cum dicis tu, ergo genus prædicatur de differentia per ſe. ego concedo: ſed non ſic per ſe proprijſſime, ſicut prædicatur de ſpecie: tamen prædicatur per ſe ſecundum quòd per ſe diſtinguitur contra per accidēs. (Genꝰ pđicatur de dña p ſe, put diſtinguit cōtra p acciñs.) Nec vnquā negauit hoc Ariſtoteles nec in Tertio Metaphyſicæ, nec in Sexto Topicorum. hoc autem diſcutere pertinet ad aliam ſcientiam, ſcilicet ad Logicā & Metaphy. tamen ad præſens adduco vnam rationem talem. omne, quod eſt animal per ſuam formā, eſt animal per ſe: ſed rationale eſt animal per ſuam formā: ergo rationale eſt ani-

D mal per ſe. maiorem capio à Cōmen. Quinto Metaphy. capitulo de Secundum ſe. vbi dicit, q omne, quod eſt aliquid ſm formam, eſt illud per ſe ſecūdum verum modū. (Tex. c. 24.) & minor eſt euidēs: rationale enim eſt animal per ſuā formam ſubſtantialē. de hoc non plus ad præſens. Ad auctoritatem Ariſt. dico q non dicit Ariſt. q dicendo ens homo, q ly ens non differt ratione ab homine, ſed bene dicit, q ens homo, & homo, dicunt aliquid aliud, ideſt aliquam aliam rem ſecundum dictionē repetitā. vnde bene volo, q hæc dictio homo repetita dicendo ens homo & homo, non dicit aliquam aliam rem: nunquam tñ ex hoc habetur q ens homo ſolum dicit vnam rationē. & q hęc ſit intentio Ariſt. patet diligenter inſpicienti literam ibidem. Redeamus igitur ad principale propoſitū. Et dico breuiter ad præſens, q ens mobile. i. ſubſtātia mobilis eſt ſubiectū Scientiæ Naturalis, de quo eſt Sciētia Naturalis. Et hoc probo rōne cōi. quia de ipſa & eius partibus

Marginal notes (left): Qu. 5. Me. — Tex. c. 2. — Corpꝰ accipi duplr. — Ens mobile nō importat vnā rē ſub vna ratione.

& passionibus & principijs consyderatur in ista scientia, & quæcunq; in ea inquiruntur pertinent ad complementum cognitionis ipsius. de principijs enim intrinsecis ipsius entis mobilis consyderatur in Primo huius, de principijs autem extrinsecis omnibus causalitate, s. de mouentibus, consyderatur in Septimo & Octauo, de partibus et subiectiuis in diuersis partibus Scientiæ naturalis, de omnibus autem passionibus cõsyderatur in Tertio & Quarto huius, & similiter in Quinto & Sexto aliqualiter. & hoc videtur esse rationabile: cum enim motus sit principalior passio consyderata in scientia ista, illud, p quod ipsa, tãquam per subiectum definitur, videtur esse subiectũ in ista scientia: nunc autem motus definitur per ens mobile, ut patet Tertio huius, dico tanq; per subiectum suum, vt conceditur. Sed cõtra hoc sunt difficultates. prima, quia secundum hoc Scientia Naturalis est subalternata Meta. & pars eius, vt deductum fuit prius. Item secundum hoc sequitur, q scietia naturalis esset pars Metaphysicæ. quia ad eandem scientiam pertinet consyderare aliquod genus & primas partes eius, ut patet Primo Poste. modo ipsum ens mobile ẽ de primis partib' entis. Iterũ hoc videtur esse contra Commen. in Secundo huius, vbi dicit, q subiectum huius Scientiæ est natura, & principia naturalia, cum sint cõmunia omnibus rebus naturalib'.

Tex. c. 6.

Arg. 1.

Secundo.

Tertio.

Com. 1.

Quarto.

Iterum, idem non est subiectum totius & partis, eo q tunc pars esset æqualis toti: si igitur ens mobile est subiectum in ista scientia, quæ dicitur Liber Physicorum, vt communiter dicitur, quo potest esse subiectũ in tota scientia naturali? Ad primum istorum dico ad præsens, q ad hoc vt aliqua scientia subalternetur alteri non sufficit q subiectum eius contineat subiectum alterius cum conditione accidentali, sed requiritur, q principium Scientię subalternatæ demonstretur in scientia subalternante, ita q ipsa subalternata non reducat suas conclusiones ad per se principia nota. hoc autem non contingit in proposito. Nam principia Naturalis Philosophiæ non indigent demonstrari per Metaphysicam: immo ipsa scientia naturalis bene reducit suas cõclusiones ad principia per se nota, s. ad motum, & pluralitatem entium, & ad naturã agere propter finem, & similia, quæ vlterius non debent demonstrari tanquam conclusiones pertinentes p se ad Metaphysicam. & ideo proprie Scientia naturalis non subalternat ipsi Metaphysicæ. Ad aliud nego consequentiam. & cum dicitur, ad eandem scientiam &c. Dico, q, si sit pars prima entis, quæ non trahat ens ad determinatum genus scibile, tunc forte de illo non debet consyderare Scientia Naturalis. sed, si sit pars entis contrahens ipsum ens ad determinatum genus scibile, & habens modum abstractionis distinctum ab alijs, tunc non oportet q pertineat ad Metaphysicam. sic autem est in proposito. Nam mobile contrahit ipsum ens ad genus determinatum, scilicet ad naturale & habet modum abstractionis distinctum ab abstractione Metaphysica & Mathematica. & ideo non oportet q Naturalis sciẽtia sit pars Metaphy. quemadmodum est scientia de actu & potẽtia, eo q actus & potentia sunt partes entis, quæ ipsum nõ contrahunt determinate ad aliquod genus scibile, & non habent modum abstractionis distinctum à naturali & mathematica. immo sunt communia reb' naturalibus, diuinis, & mathematicis quocunq; modo, & abstrahũt à motu & à materia sensibili secundum esse & definitionem: ens autem mobile solum competit naturalibus rebus, & non abstrahit à motu & à materia sensibili secundum definitionem. ens vero diuinum est abstractum ſm esse & definitionem à motu & à materia sensibili, & ens mathematicum est abstractum ſm definitionẽ quidditatiuam: ideo non valet illa ratio. Ad tertium, s. ad illud dictum Commentatoris. forte dicendum, q p naturam ipse intellexit ens naturale. hoc aũt est idem cũ ente mobili realiter, quia natura est principiũ motus &c. Vel est dicendum, q Cõmen. loquitur large & cõiter de subiecto, pro omni eo, q[uo]d

Ad primũ.

Philosophia naturalis reducit suas cõclusiones ad principia p se nota.

Ad primũ.

Mobile cõtrahit ens ad naturale

Actus & potentia sunt cõia omnibus rebus.

Ad tertiũ.

E in scientia consyderatur, & non est passio demonstrata, & sic est de natura. quare &c. Ad aliud dicendum est, q ens mobile aliter est subiectum in tota Scientia naturali, & aliter in isto Libro. nam, si cõsyderetur ipsum ens mobile quantũ ad oẽm modum essendi possibilem in se, & in alijs suis principijs, & in suis partib' specialibus, sic est subiectum in tota Sciẽtia naturali: si vero consyderet ens mobile in vniuersali, & ſm rõnem abstractã, i. cõem omnibus entibus naturalibus uel pluribus, & quantũ ad passiones eões, sic est subiectũ in scientia ista, quæ est prima pars naturalis philosophię. & hoc intẽdebat Cõmen. in procemio huius lib. vbi dicit sic. Ex hoc sermone declaratur quòd intentio huius libri est loqui de rebus naturalibus omnibus cõibus, quæ constituuntur per naturã. » & sic diuersimode ens mobile est subiectũ in sciẽtia ista, & in tota philosophia naturali: quod non est inconueniens.

Ad quartũ.

»

»

»

Ad rationes principales. Ad primam cum dicebatur. quia tunc pars entis mobilis &c. potest cõcedi. F Et, cum dicitur, q in Scientia de Anima &c. Aliquis posset dicere, sicut communiter dicitur, q in Scientia de Anima subiectum est corpus animatũ sub ratione animæ & non ipsa anima, & hęc bene est pars subiectiua corporis mobilis & entis mobilis. Et siquis vellet tenere q anima est ibi subiectum, sicut aliquib' placet, & forte sic est, tũc posset dicere q, quãuis anima non sit pars subiectiua corporis, vel entis mobilis, ipsa tamen est pars substantialis ipsius, scilicet forma & actus, saltem quantum ad animas corporales. & hoc sufficit ad hoc q de ipsa sit aliqua pars Scientiæ naturalis. Sed quid diceretur de anima intellectiua, quæ nullius corporis est act', ut patet in Tertio de Anima, forte dicendum, q licet non sit dans esse corpori humano, ipsa tamen dat sibi operari secundum Arist. & Auerroim, & operatio ipsius, scilicet intelligere, dependet ab aliquo existẽte in corpore humano, scilicet à phantasmate, & ipsa est quodammodo in potentia essentiali ad G speciem intelligibilem & mutabilis ad eam. vt habet videri Tertio de Anima. quare &c. Aliter dicunt alij, q licet anima non sit per se mobilis, est tamen mobilis per accidens ad motum corporis, ideo potest bene consyderari in scientia de Anima.

Rõnes.

Tex. c. 7.

Ad secundam est dicendum q subiectum vnius scientiæ debet esse vnius rationis vniuocę, uel ſm analogiam. vt patet Quarto Meta. nunc aũt ipsum ens mobile, quãuis non sit vnius rationis vniuocę, tamen est bene vnius rationis ſm analogiã, & dicitur ſm prius & posterius de corporibus cœlestibus, quæ sunt nobiliora mobilia alijs omnibus, & ideo de ipso ente mobili potest esse scientia vna. non tamen intelligo q tota Naturalis philosophia, quæ cõiter ponitur de ente mobili, sit una penitus ſm speciem specialissimam, sed est vna ſm analogiam: sicut est eius subiectum. hoc aũt alibi verificare propono.

Tex. c. 2.

Philosophia naturalis ẽ scia una secundũ analogiam.

Ad tertiam dicendum, q pure æquiuocũ non est subiectum scientiæ proprie, sed analogũ bene potest esse sub H iectum scientiæ. & hoc dicit Aristo. in Quarto Meta. nõ enim, si multipliciter alterius, sed si nec ſm vnum, nec ad vnum rationes referuntur alterius, i. non oportet, si aliqd sit multipliciter dictum, i. ſm diuersas rationes dictũ, non propter hoc oportet q alterius & alterius scientiæ sit ipsum consyderare, & nullo modo vnius. sed, si dicatur ſm diuersas rationes nõ habentes ordinem ad vnam primã, tunc bene est alterius & alterius. si autem dicatur secundum diuersas rationes ordinatas, tũc potest ad vnã scientiam pertinere. & hoc ipse prius dixerat: non enim solum eorum, quæ sunt vnius dictorum, est vnius sciencię speculari, sed & eorum, quæ sunt ad vnam naturam.

Tex. c. 2.

»

»

Ad quartam dicendum, q, quamuis mobilitas accidit ipsi corpori, tñ corpus mobile non est ens p accidens, put Aristo. loquitur de ente per accidens Sexto Metaphysicæ. nam illud dicitur ibi ens per accidens, cuius vnio non habet causas per se & determinatas, vt album esse musicum & huiusmodi: sed vnio mobilitatis cũ corpore habet

habet causas determinatas & per se, vt patet in ista scientia. & quamuis in ente per accidens sit ens additum enti, non tamen sequitur, q etiam ens additum enti sit ens per accidens: sed solũ illud, cuius partiũ concursus est interminatus non habẽs causas p se & determinatas simpliciter.

Prima passio ẽtis mobilis ẽ motus.

Ad quintam dici potest, q prima passio entis mobilis est ipse motus eius, & hic inquiritur quid sit, & quæ sunt eius partes & principia: verũ est tñ, q motus nõ demonstratur esse, quia manifestũ est ad sensum: & ideo est principium doctrinæ, vt vult Commen. in isto primo. nec similiter demonstratur q mobile moueatur, quia manifestum est ad sensum. non enim docetur nec addiscitur, nec per consequens demonstratur, nisi illud, quod primo concepimus, & nobis apparet dubium vel falsum: et post dubitationem manifestatur ei' veritas nobis, vt scribit Lincolniensis super Primo Poster. prope principium. Aliæ tñ passiones, quæ sunt occultæ vel minus notę, demonstrantur, vt q omne ens mobile est corpus, & cætera alia huiusmodi, vt patet in Sexto huius. Etiam de principiis ipsius entis mobilis bene demonstrantur aliqua, vt quòd principia sunt contraria. & hęc fortasse est prima cõclusio hic demonstrata: & quòd principia rerum naturalium sunt quodammodo tria & cætera alia.

Mobilitas nõ ẽ passio entis mobilis.

Et est sciendum, q licet motus sit pars entis mobilis, non tamen esse mobile vel ipsa mobilitas est passio entis mobilis: immo est formale principium huius secundum quòd huius, sicut risibilitas est formale principium risibilis.

Ad sextam dicendum, q non est simile de ente mobili & de ente quiescibili, quia motus est habitus, & quies priuatio: priuatio non cognoscitur nisi per habitũ, vt patet. & ideo ens mobile poterit esse subiectum & nõ ens quiescens. Vel potest dici, q licet motus & quies opponanť, tamen ens mobile & quiescibile non opponuntur: immo vnum & idem est ens mobile & quiescibile, saltẽ in istis corruptibilibus. & ideo non valet ratio.

Tex. c. 2.

Qm̃ quidem intelligere, & scire cõtingit circa omnes scientias, quarum sunt principia, causæ, & elementa ex horum cognitione &c.

QVAESTIO III.

An ad perfectam scientiam de aliquo causato omnes causas cognoscere oporteat.

Circa literam. Primo quæritur, vtrum ad perfectam scientiã de aliquo causato oportet cognoscere omnes causas. Arguit primo q non. quia per definitionẽ habetur sciẽtia perfecta. (nã ipsa definitio vel est tota demõstratio, vel potissima pars demonstrationis, differẽs à demonstratione sola positione terminorũ.) sed in definitione non ponunť omnes causæ definiti, sicut in definitione substantiæ non ponuntur nisi materia & forma, quę pertinent ad compositum: quare &c. Item secundo, si ad perfectam scientiã rei causatæ oporteret cognoscere omnes causas, tunc oporteret cognoscere primam causam, cum ipsa sit prima & nobilissima & perfectissima causa: sed cõsequẽs est falsum. qa intellectus animæ nostræ ita se habet ad notissima in natura, sicut oculus nycticoracis ad lucem Solis, vt dicit Arist. Secũdo Meta.

Com. 1.

modo manifestissima in natura sunt substantiæ separatæ, vt ibidem exponiť: quare videtur, q intellectus animæ nostræ non potest ea cognoscere, & sic non potest cognoscere primam causam. quare &c. Item tertio solet sic argui, Medicina est perfecta sciẽtia de sanitate, vel de corpore sanabili: hoc bene concederent medici. sed in ipsa Medicina non cõsyderantur omnes causæ sanitatis, vt patet in libris medicorum. quare &c. Item quarto, Scientiæ Mathematicæ sunt scientiæ perfectissimæ, cum ipse sint sciẽtiæ in Primo gradu certitudinis, vt dicit Commen. Secundo Metaphysi.

Com. 16.

sed istæ non accipiũt omnes causas, immo solum causam formalem, vt dicit Cõmen. ibidem. Item quinto, Metaphysica, quantum ad illam partem, quæ est de substantiis separatis, est scientia perfecta, cũ sit de substantiis perfectis: & tamen illa non continet omnes causas, vt dicit Commen. Primo huius, sed solum cõsyderat formam, & motorem, & finem.

Com. 1.

& prius dixerat q scientia consyderans de principiis cuiuscunq; entis, s. Metaphysica, cõsyderat de rebus simplicibus carentibus principiis: & per principia ipsa, intelligit causas agentes. quare &c.

OPPOSITVM arguiť auctoritate Arist. in principio huius libri, vbi dicit, quoniam intelligere & scire conuenit omnibus scientiis. etiam & Commen. ibi dicit, q doctrina perfecta est incipere à cognitione causarum remotarum rei cognoscendę perfectæ, deinde intendere ad cognitionem aliarum causarum remotarum ſm ordinem, donec perueniat ad causas propinquas: in quo quidem videtur intelligere, q ad perfectam cognitionẽ rei oportet cognoscere omnes eius causas &c.

B CONCLVSIO

Ad perfectam simpliciter cognitionem rei, oportet omnes eius causas cognoscere, quas apta nata est habere, non autem ad cognitionem perfectam in genere de omnibus causis sollicitum esse necessarium est.

Ad euidentiam quæstionis est intelligẽdum, q perfectũ dicitur dupliciter, vt habeť Quinto Meta. cap. de perfecto. uno modo dicitur perfectum simpliciter, alio mõ dicitur perfectũ in genere.

Tex. c. 21.

Et sic applicãdo ad propositum dicitur, q scientia perfecta dicitur dupliciter. vno modo perfecta simpliciter, alio modo perfecta in genere.

Scia pfecta dr duplr. s. simplr & in genere.

Scientia simpliciter perfecta de aliqua re est illa, per quam res cognoscitur ſm omnem rationem consyderandi per se, ſm quã potest consyderari. vt, si cognoscatur aīal ſm oẽm modum essendi per se sibi conuenientem, & ſm omnem rationem essentialem, s. inquantũ animal, & inquantũ corpus animatum, & inquantũ substantia, & quo ad oẽs p se passiones sibi conuenientes, ſm oẽs istas rõnes seu modos. Scientia aũt perfecta in genere est illa, qua cognoscitur res ſm aliquã determinatã rõnem, & quantum ad ea, quæ conueniunt proprie ei, vt tale ens solũ. vt, si cognoscatur aīal solum q animal, & quo ad p se accidens ipsius animalis, vt animal est, silr & in aliis.

Tunc dico duo ad quæstionem. Primo dico, q ad perfectam scientiam simpliciter alicuius rei oportet cognoscere omnes eius causas. secundo dico, q ad sciẽtiam perfectam in genere, non oportet cognoscere omnes causas ipsius rei cognoscendæ. Primum ostẽditur sic. ad scientiam rei causatæ simpliciter perfectã, oportet cognoscere omnia illa, ex quibus res dependet quantum ad esse suũ. dico per se, sed res causata dependet ab omnibus suis causis: quare &c. Maior propositio nota est. nã eadem sunt principia esse & cognitionis naturę, vt habetur ex Secundo Metaphysice.

Tex. c. 15.

& hoc est rationabile. nam res cognita est causa cognitionis suæ apud humanum intellectum, ut patet ex Tertio de Anima, & Duodecimo Metaphy. & Commenta.

Tex. c. 18. Com. 5.

vnde quæcunq; sunt principia per se ipsius rei, quantum ad suum esse simpliciter, debent esse principia cognitionis naturæ ipsius. Minor est euidens. cõstat enim quòd res causata dependet in suo esse ab omnibus per se causis & principiis. quare &c. hoc etiam ostẽditur ex alio. nam ad perfectam cognitionem siue scientiam de re oportet absolui omnes quæstiones, quæ fiunt de ipsa, ita quòd amplius nõ dubitemus de ipsa te propter quid, & hoc est manifestum. nam quamdiu contingit dubitare propter quid de aliquo, non habetur perfecta cognitio de ipso: sed non possunt solui & determinari omnes quæstiones propter quid de aliquo scibili causato, nisi cognoscantur omnes causæ ipsius: ergo &c. Secundum declaratur. quia ad cognitionem alicuius rei sub aliqua determinata ratione sufficit cognoscere causas proprias illius sub aliqua ratione. cognitio autem scientifica habetur per propriam causam: sed non omnes ipsi'

rei causæ sunt causæ propriæ eius secundum aliquam rationem terminatam, vt corpora cœlestia & primus motor nō sunt causæ propriæ ipsius animalis, vt animal est, nec prima materia est cuius causa propria, vt animal est, similiter aūt & in aliis, quare &c. Sed contra primam cōclusionem solet dubitari, quia, si ad perfectam scientiā substantiæ naturalis oportet cognoscere omnes eius causas, tunc eius definitio erit per additamētum: quod patet esse falsum ex Septimo Meta. & probatur cōsequentia, quia sm hoc, cum cognitio perfecta non sit sine definitione perfecta, oportet in definitione substantię naturalis ponere omnes eius causas, & per consequens eius causam finalem: modo causa finalis eius est operatio, vt patet in Secundo Cœli & Mundi, & in Secundo Ethi. operatio autē rei est accidens eius: ergo in definitione substantiæ naturalis ponetur accidens, & per consequens est definitio p additamentum, cum accidens sit extra genus substantiæ, ut patet in Septimo Metaphysicę. Itē dubitatur ex alio, quia non est aliqua scientia, in qua terminat̃ cognitio omnium causarum alicuius rei naturalis, sicut patet inducendo in omnibus partibus Philosophiæ, non enim in Metaphysica docentur omnes causæ animalis, vel plantæ, vt patet scientibus eam, nec similiter in Sciētia Naturali, ibi enim non declarant̃ substantiæ separatæ, quæ tamen sunt principia omnium naturalium, ab ipso enim primo motore dependet cœlum & tota natura, vt dicit Aristoteles Duodecimo Metaphy. quare inconueniens videtur, q ad cognitionem perfectam simpliciter alicuius rei causatæ, oportet cognoscere omnes causas eius.

Arg. 1.
Tex. c. 17.
Tex. c. 64.
Tex. c. 2.
Arg. 2.
Tex. c. 38.

Ad primū. Ad primum istorū potest dici, q duplex est definitio, scilicet logica, & ista est definitio substantiæ, & non est per additamentum, & sic Aristo. intellexit, talis enim definitio est per genus & differentiam, & hæc sunt de essentia speciei definitæ. alia est definitio realis & naturalis, & hæc bene est per additamentū. Sed hæc solutio non placet aliis, quia bene posset dici quòd definitio accidentis non esset per additamentum, cum posset definiri per genus & differentiam, quæ sunt de essentia eius. & sic non esset in hoc differentia inter substātiam & accidens: quod est contra Aristotelem.

Definitio duplex.

Alii dicunt aliter, cōcedendo, q in definitione substantiæ naturalis bene poni debet finis ipsius, s. operatio eius, quæ est eius accidens: sed nō sequitur ex hoc, q definitio sit per additamētum, cum in definitione ponitur aliquid quod est extra genus definiti, & ipsum definitū subsistit in illo tanquam in suo subiecto & fundamēto. & hoc modo se habet substantia & accidens. Modo licet finis substantiæ naturalis, qui est operatio, quæ est eius accidens, sit extra essentiam & genus substantiæ, non tamen substantia subsistit in illo tāquam in suo subiecto. & ideo nō est definitio per additamentum. Aliter dicunt aliqui, & dicunt, q duplex est finis, scilicet finis quo, & finis gratia cuius: & hoc habetur in Secundo de Anima. Finis gratia cuius est illud, propter quod principaliter ē res & operatur, et hoc modo Deus est finis omnium alioꝝ entium: finis autem quo est ipsa operatio propria, per quam adipiscitur finis gratia cuius, vt speculatio diuinæ quidditatis est finis quo ipsius hominis, similiter autem & in aliis suo modo, modo dicunt ipsi, quòd in perfecta & propriissima definitione substantiæ naturalis ordinatę in finem non ponitur finis quo, qui est accidentis eius, sed finis gratia cuius: & iste est substantia perfectior, gratia cuius est ipsa substantia definita: & ideo non valet dubitatio illa.

Tex. c. 35. finis quo, & cuius grā.

Ad secūdā Ad aliam dicendum est breuiter, quòd simpliciter perfecta cognitio alicuius rei naturalis vel intentio non habetur per vnam solam scientiam, seu per vnam solam partem philosophiæ. Sed, si habetur simpliciter perfecta cognitio talis rei, hoc est per diuersas scientias, vt per Naturalem cognoscentur causæ materiales & mouentes, per Diuinam autem cognoscentur formales & finales, vt dicit Commen. Duodecimo Metahy.

E Ad rationes priores dicendum est. Ad prima, q ad cognitionem perfectam definitiuā rei causatæ oportet cognoscere omnes per se causas eius, eo quòd definitio notificat essentiam rei definitæ perfecte. & tamē, si sit definitio imperfecta, potest accipere aliquā causam vel aliquas, & potest alias dimittere. Rōnes.

Ad secundam concedo cōsequens. & cum dicebatur, q intellectus animæ nostre &c. Dico breuiter, q illud dictum notat difficultatem, & non impossibilitatem, vt exposuit Commen. ibidem. Quomodo autē intellectus humanus deuenier ad cognoscendū substantiā separatā, debet inquiri in Secundo Meta. & Tertio de Anima.

Ad tertiam dicendum est, quòd Medicina est scientia perfecta non simpliciter, sed solum in genere, & ideo nec est contra dicta.

F Ad quartam similiter de Mathematica dicendum est, q mathematica, vt dicit Cōmen. non habent omnes causas, sed solum habent causam formalem. & ideo ad perfectam cognitionem de eis siue scientiam, sufficit cognoscere illam causam. quomodo aut illud sit verum, quòd mathematica solum habēt causam formalem, cum videātur habere subiectum, quod est eorū causa materialis in qua, & etiam causam finalem, scilicet ipsum primum, inquirat intelligens intellectus. forte Commentator intelligit, q mathematica non habent nisi causam formalem, per quā procedunt demonstrationes mathematicæ. alias autem causas non omnino eis negaret. Mathematica habēt oēs causas.

Ad quintam similiter dicēdum est, q res diuinæ posteriores Deo, non habent causas agētes proprie, sm doctrinam Auer. in Duodecimo Meta. & in Quarto Cœli & Mundi, sed bene habēt causas finales, & formales, & mouentes, quas consyderat Metaphy. vt vult Commenta. Primo huius: & ideo sic est intelligendū, q cognitio perfecta requirit cognitionem omnium causarum, à quibus causatur illa res, ita q, si habet omnes causas, scilicet materiam, & formam, efficientē, & finem, vt res naturales, oportet istas cognoscere. Si vero habent solum unam causam aut aliquas, tunc per illam aut per illas, habetur cognitio perfecta, si haberet omnes. vt dicit Cōmen. super literam. quare non valet. Com. 51. Com. 1. Com. 1.

G

Non enim eadem sunt nobis nota & simpl'r. Tex. c. 2.

QVAESTIO. IIII.

An eadem notiora simpliciter sint, & quò ad Nos.



Consequenter quęritur, vtrum eadem sint notiora simpliciter, & notiora quò ad nos. Arguitur primo q sic. quia, nisi essent eadē simpliciter notiora, & quò ad nos, tunc aliquid esset ociosum i natura. hoc patet esse falsum in Primo Cœli & Mundi. & Secundo Meta. à Cōmen. probatur consequentia, quia aliquid notius quo ad naturam est ordinatū ad hoc, vt sit simpliciter notius nobis. & sic, si non esset nobis notius, tunc esset ociosum quò ad hoc. nam ociosum est illud, quod ordinatum ad aliquem finē non attingit ipsum, vt patet in Secundo huius. Item, secundo, illa sunt notiora quò ad nos, à quibus noster intellectus maxime patitur: sed intellectus noster patitur maxime ab illis, quæ sunt notiora secundum naturam: quare &c. Maior propositio nota est, quia nostrum intelligere vel est pati, vel aliquid consequens passionem, ut patet ex Tertio de Anima: & ideo id videtur maxime esse nobis notius, à quo maxime patitur intellectus noster. & probatur minor. nam intellectus noster patitur ab intelligibili, vt patet in Tertio de Anima: ergo magis patitur à magis intelligibili, & maxime à maximo intelligibili. Nam si simpliciter ad simpliciter, et magis ad magis, & maxime ad maxime, Secundo Topicorum. cōstat autem, q quædam notissima sm naturam sunt maxime intelligibilia, sicut substantiæ immateriales. vt patet in Secundo Meta. quare patitur noster intellect⁹ maxime ab eis, Com. 32. Com. 2. Tex. c. 42. Tex. c. 2. Tex. c. 1.

H

eis, & sic sequitur ꝙ ista sint nobis notiora. Item tertio, illa, q̄ sunt magis abstracta sunt notiora quo ad nos: sed notiora simplr̄ sunt magis abstracta: ergo &c. Maior propositio patet, quia, pro tanto vniuersalia aliqua sunt magis nota quo ad nos, quia sunt magis abstracta, vt videtur. Minor apparet. nam illa, quæ sunt notissima ſm naturā, sunt abstracta à motu, & à materia sensibili sicut Deus, & aliæ substantiæ separatæ, quare &c. Item quarto. illa, quæ nostro intellectui sunt magis similia, videntur esse notiora quo ad nos, cū Intellectus cognoscat per assimilationem cognoscentis ad cognitum, vt patet
T.c.18. in Tertio de Anima, & in Quinto Ethi. sed notiora secūdum naturam sunt magis similia nostro intellectui. sicut enim noster intellectus est perpetuus & sine magnitudine corporali, sic illa, quæ sunt manifestissima ſm naturā, sicut Deus & aliȩ intelligentiæ, quare &c. Item quinto, si aliqua essent notiora quo ad naturam, & minus nota quo ad nos, hoc pro tanto videtur esse, quia essent magis entia & minus sensibilia: sed propter istā causam non est dicendū, ꝙ aliqua sint notiora quo ad nos, & sint minus nota quo ad naturam. quare videtur, ꝙ nulla sint notiora ſm naturam, quæ sint minus nota quo ad nos. Maior videtur manifesta. nam pro alio non videtur ꝙ aliqd sit minus notum, nisi quia est minus sensibile. minor declaratur, quia materia prima est minus ens, q̄ compositum ex materia & forma, sicut omnes concedunt. ergo, si pp̄ illam causam esset aliquid notius simpliciter alio, s. quia esset verius ens q̄ illud, tunc materia prima non esset simpliciter & ſm naturā notior q̄ cōpositum: quod tamen videtur esse falsum. Nam causæ sunt notiores simpliciter, & ſm naturam ipsis causatis, vt vult Aristo. in litera. & similiter Commen. materia aut prima est cā cōpositi, vt omnes concedunt. quare &c.

OPPOSITVM Arist. vult in litera, vbi dicit sic, Non enim eadem nobis sunt nota, & simpliciter.

CONCLVSIO.

In Naturalibus & diuinis non sunt eadem nobis & simpliciter notiora, in matematicis vero, eadem nobis, & simpliciter notiora sunt.

T.c.80. AD intellectū qōnis est intelligendum, ꝙ cognitio intellectiua humana dependet ex phātasmatibus humanis, vt patet ex Tertio de Anima. & ideo illa dicuntur notiora quo ad nos, q̄ sunt magis sensibilia & magis phantasiabilia. & hoc signū est, quia hoīes vulgares, qui non sunt exercitati, non cognoscunt nisi sensibilia, vt in pluribus. Notiora autem simpliciter sunt illa, quæ sunt prioris entitatis, eò ꝙ vnūquodq; est intelligibile ſm ꝙ ens, vt patet ī Quarto Meta. Et ista sunt dicta
T.c.16. notiora naturæ, non quia natura ea cognoscat (multæ. n. sunt naturæ quæ non cognoscunt.) Sed dicuntur notiora naturæ, quia, quantum est ex sui natura, nota sunt & cognita prius, vel quia natura si cognosceret, primo cognosceret ea, sicut videtur Commentator intelligere. Dicit enim, ꝙ sicut causæ rerum artificialium sunt notiores artificiatis pro tanto, quia artifex facit rationes artificiales ex suis causis, sic causæ rerum naturalium sunt notiores apud naturam, quia natura facit cōposita ex suis causis: ideo, si cognosceret, prius cognosceret eas q̄ composita. & nihil prohibet cōditionalem esse veram, cuius antecedens est impossibile, vt Commen. accipit in Octauo Physicorum. & hæc conditionalis, si natura cognosceret
Com.79. prius cognosceret causas q̄ composita ex causis, non posset esse vera, nisi causæ essent notiores apud naturam. & sic fortasse Commen. intelligit.

Pria cōclō Tunc dicenda sunt ad quæstionem tria. & Primo dicēdum est, ꝙ in rebus naturalibus non sunt eadem notiora nobis & simpliciter notiora. quod ꝓbatur sic. Illa sunt notiora simpliciter & apud naturam, quæ natura cognosceret prius, si ipsa cognosceret: hoc est euidens ex dictis, sed causæ, & principia rerum naturalium sunt huiusmodi, ꝙ natura prius cognosceret ea q̄ composita, si ipsa cognosceret, cum natura faciat compositionem ex suis causis, vt artifex facit artificialia: ergo causæ & principia rerum naturalium sunt notiora apud naturam: sed constat ꝙ huiusmodi causæ non sunt nobis prius notæ, nam effectus ipsarum rerum naturalium, s. motus, et operationes, & qualitates sensibiles sunt prius sensibiles & cogitabiles q̄ ipsa principia intrinseca substantiarum naturaliū, vt cuilibet est manifestum. ideo sunt nobis notiores, vnde & motus & qualitates entium sunt principia doctrinæ in Naturali Philosophia, vt vult Cōmen. in isto primo. quare &c. Com.8. Item, illa, quæ sunt simpliciter notiora, sunt prius entia, vt patet ex dictis: sed in rebus naturalibus illa, quæ sunt nobis notiora, nō sunt prius entia. Causæ enim & principia per se rerum naturalium sunt priores ipsis entibus compositis naturalibus, & eorum accidentibus: ipsa autē accidentia sensibilia sunt notiora quo ad nos, vt manifestum est vnicuiq; intelligēti. quare &c. cōclō scda

Secundo est dicendum, ꝙ in demonstrationibus mathematicis eadē sunt notiora simpliciter & quo ad nos. nam in quibuscūq; causæ sunt notiores quo ad nos, in talibus sunt eadem notiora simpliciter & quo ad nos. constat autē, ꝙ causæ sunt simpliciter notiores suis causatis: sed in Mathematica causæ demonstratiuæ sunt nobis notiores suis passionibus, vel conclusionibus demonstratiuis, vt dicit hic Commen. & patet scienti demonstrationes mathematicas: & ideo dicit Cōmen. in Secundo Metaphy. demonstrationes mathematicæ sunt in primo gradu certitudinis, quare &c. Com.16. Tertio dicendum est, ꝙ in rebus diuinis non sunt eadem simpliciter notiora & quo ad nos: quia in quocunq; genere, effectus, et ea, quȩ sunt posterioris entitatis, sunt notiora quo ad nos: & ea quæ sunt principia & prioris entitatis sunt notiora simpliciter, in illo genere entium non sunt eadem notiora nobis & notiora simpliciter, vt patet ex dictis: sed in rebus diuinis, s. ad vnam scientiam pertinētibus, vt ad Metaphysicam, effectus sunt nobis notiores q̄ causȩ: quia effectus sunt simpliciter posteriores, & notiora quo ad naturam sunt principia & causæ, quæ sunt priora simpliciter. Nam ea, quæ sunt nobis notiora, in Metaphysica, quo ad principalem eius partem, sunt motus & tempus, & numerus motuum cœlestium: & ex istis inquiruntur principia abstracta esse, & numerus eorum: ipsa autem principia abstracta sine dubio sunt notiora simpliciter: & ideo dicit ea Arist. manifestissima, in natura in Scdo Meta. q̄re &c. Conclusio tertia. T.c.1.

Rn̄siones. AD primam rationem neganda est cōsequētia, & ad illud, quod accipitur in probatiōe, ꝙ aliqua sunt notiora simpliciter &c. Dicendum est, ꝙ falsum est: sed bene ordinatur ad hoc ꝙ sit notius alicui alteri cognoscēti. mō diceret aliqs, ꝙ licet hȩ notiora simpliciter, non sint notiora quo ad nos, tamen bene sunt notiora alicui alteri cognoscenti. Vel dicendum, ꝙ aliqua esse notiora simpliciter non est finaliter propter propter hoc, vt sit nobis notius, sed vt per ipsum habeatur à nobis cognitio perfecta de eo, quod est minus notum ſm naturam, & hoc bene est verum. Nam hæ causæ rerum naturalium nō sunt nobis notiores, ita ꝙ prius fiat in intellectu nostro cognitio earum q̄ aliarum, tamen perfecta & completa cognitio ipsarum rerum naturalium causatarum nō potest haberi sine cognitione ipsarum causarum, vt videtur velle Aristo. in litera, quare non valet.

Ad secundam, cum dicebatur, illa, à quibus maxime patitur intellectus &c. conceditur intelligendo sic, à quo prius recipit intellectus, & cum dicitur, ꝙ intellectus maxime recipit à maxime intelligibili, dico, ꝙ non est verū sic intelligendo, ꝙ prius ab ipsis recipiat. & cum probatur, quia intellectus recipit ab intelligibili phātasiato vel cogitato, & ideo prius recipit ab intelligibili prius phantasiato, & maxime ab intelligibili maxime phantasiato recipit et patitur. modo ipsa separata non sunt intelligibilia prius phantasiata seu cogitata, sed magis intelligibilia

corporea

corporea & sensibilia phantasmata & similitudines sensibilium. quare &c.

Abstractio duplr̃ter. Ad tertium cum dicitur, magis abstracta &c. potest dici q verum est de illis, quæ sunt magis abstracta abstractione à suppositis, vt animal est prius notum quo ad nos q̃ homo. similiter autem & in alijs. Sed loquendo de abstractione, quæ est realis separatio à motu & à materia sensibili, non oportet q illud, quod est magis abstractum, sit prius nobis notum: imo ad talia abstracta quodammodo se habet intellectus animæ nostræ, sicut oculus nycticoracis ad lumen Solis, vt dicit Aristo. in Secu-

T.c.1. do Metaphy. & ideo ratio equiuocat de abstractione.

Ad quartam, cũ dicit, illa, quæ sunt magis similia &c. q verum est loquendo de similitudine spirituali, quæ est

Similitudo dup ex. per speciem receptam, sed de similitudine reali non oportet. Non enim cognitio fit per similitudinem, ita q res cognita sit actu in potentia cognoscente, vt probatum est

T.c.25. T.c.18. Primo de Anima. & m.3. & hoc modo intellectus possibilis est in potentia omnia fieri, s. modo similitudinis & receptionis, vt exponit ibi Commen. nunc intellectus humanus, quãuis forte sit similior fm realem conuenientiã cum ipsis principijs abstractis, q̃ cum rebus corporalibus, non tamen assimilatur eis fm speciem receptam, immo prius recipit specię à rebus phãtasiatis vel cognitis:

Com. 12. ideo dicit Commẽ. in Tertio de Anima, species quidem igitur talium in phantasmatibus intelligit. quare &c.

Ad quintam, cum dicebatur, si aliqua essent, et c. aliq concedunt et ponunt istam causam, quare aliqua sunt notiora fm naturam, s. quia plus habẽt entitatis: & hoc modo scripsit sanctus Thomas in expositiõe huius loci. Sed istud non videtur bene tutum pp rationem illam de materia. nam fm hoc materia non esset notior fm naturam q̃ compositum eo q ipsa non habet plus entitatis, cũ sit

T.c.79. ens in pura potentia. vt patet in Primo huius, compositũ vero est ens actu. Et aliqui concedunt istud, s. q materia nullo modo est notior composito. & cum dicitur, q causæ sunt notiores causatis, ipsi dicunt, q hoc habet veritatem in alijs à materia, eo q ipsæ sunt actus, vel sunt entia in actu. Alij vero dicunt, q materia non habet plus de en-

Materia quo plʼ hẽt de entitate q̃ cõpositũ. titate actuali q̃ compositum, ipsa tamẽ habet plus de entitate potentiali: ideo ipsa est notior quo ad naturã quàm ipsum compositum. compositum enim nõ est in potẽtia ad esse simpliciter, nisi ratione materiæ.

Aliter posset dici, q licet illa, quæ plus habent de entitate, i. quæ sunt posterioris entitatis, non sunt notiora

Rõ essendi aliqd notiʼ simpliciter, tñ plus habere de entitate nõ est vñ ratio huius, q est esse simpliciter notius, sed esse prioris entitatis est ratio cõis, qua aliquid est notius apud naturam. modo, licet materia non habeat simpliciter plus de entitate q̃ compositum, ipsa tamen est prioris entitatis quàm cõpositum, prioris dico via generationis. potentia enim præcedit actum in eodem ordine generationis, vt patet

T.c.20. Nono Metaphysi. & hoc sufficit.

T.c.1. Sunt autem primum nobis manifesta & certa confusa magis, posterius autem fiunt ex his nota elementa & principia nobis diuidentibus hæc. H

QVAESTIO V.

An Vl'ia Notiora quo ad nos sint ipsis Singularibus.



Onsequenter quæritur, vtrum vniuersalia sint notiora quò ad nos ipsis singularibus.

Arguitur primo, q non, quia in rebus naturalibus, illud, quod est notius aliquo secundum naturam, non est notius eo quò ad nos, vt patet ex prioribus: sed vniuersale est notius fcdm naturã singulari. probo: quia illud, quod est verius ens, est notius quò ad naturam: sed vniuersale est verius ens singulari. Maior cõceditur ab omnibus, Minor probatur:

E quia vniuersale est perpetuum, vt patet Primo Poste. & singulare naturale est corruptibile. pperuum autem est prius & nobilius corruptibili, vt patet Octauo Physico.

Item secundo, si vniuersale esset notius singulari quò ad nos, tunc idem esset notius & minus notũ quò ad nos: T.c.71. quod videtur impossibile. & probatur consequentia: quia vniuersale & suum singulare sunt idem, sicut communiter tenetur. Item tertio, illud, quod habet esse in anima, non est notius quò ad nos eo, quod habet esse extra animam: sed vniuersale habet esse in anima, & singulare extra animam. Maior patet. nam entia animæ, & ipsa anima cognoscuntur posterius rebus extra animam: vt patet ex Tertio de Anima. Minor patet in Septimo Meta. T. Com.4. & Commen. in. Duodecimo Meta. dicit, q vniuersalia apud Aris. sunt collecta per intellectum ex singularibus concipientem in eis vnam tñ similitudinem, et facientem eam intentionem vnam. Item quarto, definitum est notius quò ad nos definientibus vt dicit Philosophus in li-

F tera. Sed ipsa diffinientia sunt magis vniuersalia q̃ definitum, vt patet in Secundo Poste. & spécialiter quantũ ad genus, quod est vniuersalius q̃ species diffinita, vt manifestum est. Item quinto, partes alicuius totius sunt minus notę quò ad nos ipso toto, sicut vult Phylosophus in litera, et Cõmẽtator: sed vniuersaliora sunt minus vl'ium partes. nam ipsa species, quæ est minus vl'is, est composita ex genere & differentia. Item sexto, difficillima ad cognoscendum non sunt notiora quò ad nos: sed vl'ia sunt huiusmodi. Maior est nota in Quinto Meta. cap. de T.c.1. principio. Minor apparet per Aristo. in Secundo Meta. T.c.1.

Item septimo, illud, quod est propinquius ei, quod est minime notum quò ad nos, videtur esse minus notũ quo ad nos: quia semper propinquius maxime tali est magis tale. sed vl'e est ppinquius minime noto quò ad nos vel maxime ignoto, s. materiæ primæ, quæ videtur esse maxime ignota quo ad nos. quare &c. Item Octauo arguitur auctoritate Arist. in Primo Posteriorum. vbi di-

G cit, q singularia sunt notiora quo ad nos ipsis vniuersalibus. Item nono arguitur sic. si vniuersale esset nobis notius singulari, hoc esset pro tanto: quia totum sensibile in diuiduum esset notius quantum ad sensum q̃ suę partes: istam propositionem ponit Commenta. in commẽto in his verbis: Causa in eo quod principium doctrinæ de rebus vl'ibus est, quoniam vniuersum demonstratum notius est apud sensum q̃ eius partes. & idem ipse dicit in pluribus alijs locis istius prolog. Sed ista non potest esse causa, quare vniuersale est notius quò ad nos q̃ singulare, oporteret enim assignare in quo genere causalitatis esset huiusmodi notioritas ad illam: quod est impossibile.

OPPOSITVM Arguitur auctoritate Arist. & Commentatoris. qui volunt, q vniuersalia sint notiora quo ad nos ipsis singularibus. et concludunt, q, cũ natũ simus procedere à nobis notioribus ad ea quæ suat minus nota nobis, oportet ex vniuersalibus ad singularia peruenire.

CONCLVSIO

Vniuersalia intentionalia non sunt nobis priora ac notiora ipsis singularibus, quorum sensitiua cognitio prior est vniuersalis cognitione intellectiua, quæ tamen prior est cognitione singularis, idest minus vniuersalis.

Singulare dr̃ dupl'r. AD quæstionis solutionem sunt præintelligẽda aliqua. Primum est intelligendum, q singulare, quãtum ad propositũ spectat, dicitur dupliciter. vno modo dicitur singulare simpliciter, alio modo dicitur singulare in respectu. Et hanc distinctionem innuit Cõmẽ. Singulare simpliciter est indiuiduum & vnum numero, quod non prædicatur de pluribus per se, vt Sor. & Pło. & similia. Singulare in respectu est illud, quod est minus vniuersale & minus commune q̃ alterum: & hoc modo species specialissima dicitur singularis respectu generis, quia est minus communis ipso genere. vnde Cõmenta.

ibi dicit ꝙ Aristo. intendit ibi per singularia species vltimas. Et vlterius consyderandum est, ꝙ in homine est duplex cognitio, s. sensitiua & intellectiua. & istę duę cognitiones conueniunt in hoc, ꝙ vtraque fit per speciẽ receptam à re cognita, quæ species repræsentat rem cognitam. differũt autem in hoc: quia cognitio sensitiua est in organo corporeo, & fit per speciem, quæ ita repræsentat vnum singulare ꝙ non alterum: cognitio autem intellectiua est vniuersalis, & non est in organo corporeo, & fit per speciem, quæ repræsentat quidditatẽ rei, non præcise vnum indiuiduum quidditatis. qualiter autem intellectus abstractus à materia potest intelligere indiuiduũ materiale, vt hunc hominem, ad præsens nõ determino.

Cognitio ẽ in hoĩe duplex

Vlterius consyderandum est ꝙ vl'e potest accipi dupliciter, vt communiter dicitur in Logica, & in Septimo Meta. vno modo potest accipi pro re quæ denominatur vniuersalis, & istud vl'e est res quæcunq;, cui per naturã suam non repugnat esse in pluribus. alio modo sumitur vl'e, ꝓ intentione, qua aliquid formaliter denominatũ vl'e, & isto modo vl'e est conceptus intellectualis, quẽ habet intellectus de tali re, quæ est apta nata, vel cui non repugnat esse in pluribus. Dicunt tamen aliqui ꝙ ad rationem formalem vniuersalis pro intentione non sufficit ꝙ sit cõceptus intellectualis, sed requiritur respectus ad plura superadditus: de hoc autem non est ad præsens distinguendum. Vlterius accipio ꝙ vniuersale esse notius singulari nihil aliud est, q̃ cognitionem vniuersalis esse prius intellectu cognitione singularis. vt animal esse notius hoĩe, nihil est aliud, q̃ cognitionẽ animalis præcedere in intellectu cognitionẽ hoĩs. similiter autẽ & in alijs.

Vl'e cãliter dupliciter. Quid sit

Nota.

B

vl'e esse notius singulari.

His visis possumus dicere ad quæstionem tria. Primo ꝙ vniuersale, quod est intentio, non est prius notum quo ad nos q̃ res singularis. Et statim probatur. quia res, quę sunt in anima intellectiua, non sunt notiores quo ad nos ipsis rebus sensibilibus existentibus extra animam. hoc videtur haberi ex Tertio de Anima. sed vniuersale, ꝓ intentione est res existẽs in anima intellectiua, vt patet ex dictis: est enim conceptus intellectualis & vniuersalis cũ respectu ad plura superadditus. quare &c. Maior apparet. sicut enim res, quæ est in sensu, s. species rei sensibilis, & ipsa sensatio non sunt prius cognitę ad sensum q̃ ipsę res existentes extra animam, vt manifestum est cuilibet intelligenti (Non enim visus prius videt speciẽ ipsius coloris aut visionem ipsius coloris, q̃ ipsum colorem. similiter autem & in alijs) Sic videtur ꝙ res existentes apud intellectum, scilicet, species rerũ intelligibilium, nõ sunt prius notę intellectui q̃ ipsæ res. & ideo apparet maior. & minor est euidens: quia vniuersale pro intentione est ipsa rei intellectio cũ respectu ad plura superaddito, vel saltem ipsa sola rei intellectio, vt omnes confitentur. quare &c. Secũdo dico, ꝙ cognitio intellectiua magis vniuersalis, prior est in intellectu nostro cognitione minus vniuersalis. & hoc dico ordine generationis. quod sic ꝓbatur. Illud, quod ducitur de potentia ad actum per medium, prius peruenit ad medium q̃ ad extremum: dummodo illud medium sit dispositum ad extremum, vt patet Quarto Metaphy. medium enim est, in quod prius trãsmutat transmutans: sed intellectus ducitur de potẽtia pura ad cognitionem minus vniuersalis tanquam ad quendam actum completum, & ipsa cognitio intellectiua magis vniuersalis est quid medium inter potentiam puram ipsius intellectus & actum illum, nam cognitio vniuersalis est quidam actus respectu potentiæ intellectiuæ, & est quid potentiale & imperfectum respectu cognitionis magis determinatæ. Vnde Commẽtator dicit Duodecimo Meta. ꝙ scire aliquid in vniuersali est scire ipsum in potẽtia. vt cognitio intellectiua animalis, s'm ꝙ animal, potẽtialis est, i. imperfecta respectu cognitionis hominis s'm ꝙ homo: similiter autem & in alijs. quare &c. Sed aliquis cauillaret contra istam rationem: quia s'm hoc conceptus primæ materiæ, deberet prior esse q̃ conceptus vniuersalis substantiæ compositæ, eò ꝙ ille conceptus est imperfectus. sed dicendum, ꝙ non oportet illud quod transmutatur de extremo ad extremũ peruenire prius ad omnia media, vt dicit Commen. Secundo de Anima. Nam conceptus materiæ primæ non est dispositio ad conceptum substantiæ compositæ, sicut conceptus magis vniuersalis est dispositio ad conceptum minus vniuersalis, & medium essentiale, sed accidentale recipiendi ipsum, vt habetur à Commen. primo Meta. Notandum tamen circa hoc, ꝙ licet cognitio intellectiua minus vniuersalis sit in intellectu posterior ordine generationis, tamen est prior via perfectionis. hoc enim est quod dicit Arist. in Nono Meta. ꝙ ea, quæ sunt posteriora generatione sunt priora perfectione.

Conclusio prima.

C

Cõclo secũda

D

T.c.27.

Com.25.

A

Refutatio.

Tertio dico, ꝙ cognitio sensitiua singularis simpliciter est prior via generationis q̃ cognitio vniuersalis intellectiua. quod patet: quia cognitio, quæ depẽdet ab alia, est posterior ea, à qua dependet aliquo modo: sed cognitio intellectiua vniuersalis dependet à cognitione sensitiua singularis hominis. vt cognitio intellectiua hominis dependet ex cognitione sensitiua singularis hominis. vt patet ex Tertio de Anima, vnde deficiente aliquo sensu à natiuitate, necesse est deficere scientiam de sensibili illius sensus. vt patet Primo Poste. vtrum autẽ omnis cognitio singularis simpliciter, vt Sortis, sit prior apud intellectũ q̃ cognitio intellectiua vniuersalis, hoc est magnum dubium, & nolo ad præsens determinarę de isto.

T.c.15.

Conclusio tertia.

B

T.c.10.

Sed contra istam positionem insurgunt dubitationes multæ. Prima est contra primam conclusionem. videtur enim ꝙ vniuersalia, quę sunt intentiones, sint notiora quo ad nos ipsis rebus singularibus: quia effectus rerum naturalium sunt notiores quo ad nos suis caussis: sed intentiones rerum naturalium, quæ vocantur vniuersalia, sunt quidã effectus rerum naturalium, vt omnes concedunt. res enim naturales intelligibiles faciunt suas intentiones in intellectu humano, saltem mediantibus phãtasmatibus, & intellectu agente cooperante, vt fere omnes concedunt. Vnde & Commentator in Duodecimo Metaphy. dicit, ꝙ scientia nostra causatur à rebus: quare &c. Item, si vniuersalia, quæ sunt intentiones, essent minus nota quò ad nos ipsis rebus singularibus, tunc deberent esse notiores s'm naturam, & simpliciter: quemadmodum enim illa, quæ sunt minus nota simpliciter & s'm naturam, sunt notiora quo ad nos, & è conuerso, videtur ꝙ ea, quæ sunt minus nota quò ad nos, sint notiora simpliciter & quò ad naturam. & sic patet, ꝙ huiusmodi vniuersalia essent notiora s'm naturam q̃ res ipsæ. hoc autem est falsum, vt videtur, quia notiora apud naturam & simpliciter dicuntur illa, quæ habent plus entitatis, vt omnes concedunt. Istę autem intentiones, quæ sunt intellectiones respectu substantiæ, non videntur habere plus entitatis, nec esse prioris entitatis: immo Aris. dicit, ꝙ animal vniuersale aut nihil est, aut posterius, vt patet in procemio de anima: quare &c. Præterea. Si vniuersalia essent minus & posterius nota quo ad nos ipsis rebus, quarum sunt conceptus, tunc scientia, quæ traditur in Porphyrio, non deberet prius doceri q̃ scientia prædicamentorum Aristo. aut q̃ Scientia Naturalis. docet enim illa scientia vniuersalia, quę sunt intentiones, vt communiter dicitur: doctrinæ autem principium dicitur esse à prius notis & cognitis nobis, eo ꝙ à talibus homo faciliter addiscit, quare &c. Alia dubitatio est contra secundam conclusionem. si enim vniuersalius est notius quò ad nos minus vniuersali, vt animal homine, tunc ipsum minus vniuersale debet esse notius s'm naturã et simpliciter. Nam ita videtur esse in rebus naturalibus, ꝙ nota minus nobis vidẽtur esse nota magis s'm naturam, et simpliciter. sed consequens est falsum, quia notius apud naturam est, quod habet plus entitatis, vel quod est prioris entitatis, vt acceptum est.

Dubitatio prima.

Rõ prima.

C

Com.18.

Rõ secũda.

T.c.8.

D

Rõ tertia.

Dubitatio secunda.

Ad primum possumus dicere, ꝙ effectus &c. verum est ꝙ effectus sensibiles respectu naturalium sunt nobis

Ad primã rationem.

notiores ipsis substantijs & causis naturalibus: sed effectus non sensibiles non oportet. nunc autem vniuersalia, quæ sunt intentiones, non sunt sensibiles, vt vult Philosophus, quare &c. Aliter diceret aliquis, q uerũ est de effectibus naturalibus, qui remanẽt in ipsis rebus materiaribus naturalibus, vt est motus & pluralitas entiũ, & huiusmodi entia talia: sed intellectio rei naturalis non est remanens effectus in ipsa re intelligibili, sed recipitur in intellectu, qui est incorporeus. quare &c.

Ad scdam rõnem.

Ad aliud diceret negando consequentiam. cum dicebatur, q ea, q̃ sunt minus nota nobis, sunt notiora naturæ, verum est in rebus, quæ sunt extra animam, non autem in rebus, quæ sunt in anima est verum. nunc autẽ ipsa vniuersalia sunt res existentes in anima humana. quare &c. Aliter dicerent aliqui concedendo consequentiam & cõsequens. & cum dicebatur q intentiones, quæ sunt intellectiones respectu rerum naturalium, essent maioris entitatis q̃ ipsæ res naturales, hoc dicunt esse verum saltem loquendo de rebus materialibus. dicunt enim q esse artis in intellectu est longe nobilius q̃ esse artis extra animam. similiter autem & in alijs, de hoc autem ad præsens non determino.

Ad tertiã rõnem. Porphyri⁹ tradit sciã de vlib⁹ p rebus &c.

Ad aliud posset dici, q Porphyrius non tradit in suo libro doctrinam & scientiã de vniuersalibus, quæ sunt intentiones & intellectiones ipsarum rerum, sed de vniuersalibus pro rebus, quibus attribuuntur intentiones, nec est scientia realis, quia illa cognitio vniuersaliũ, quam ipse dat ibi, consyderat propter ratiocinationis cognitionem vel instrumenti sciendi, quod est subiectũ in logica: quod Ari. consyderauit in prædicamentis de rebus prædicamentalibus, vt ex eorum cognitione iuuaretur Logicus ad cognitionem suorum scibilium propriorum. Et, si quis vellet dicere, q Porphy. cõsyderat & diffinit intentiones secundas in habitudine ad res, poterit dicere, q non prius docetur illa scientia de vniuersalibus, eo q ipsa sint nobis notiora q̃ res: sed, quia cognitio eorum fuit necessaria ad cognitionem & doctrinam prædicamentorum Arist. vt dicunt multi Logicorum.

Scia pdicamentorũ prior esset docenda q̃ vlium.

Credo tamen salua pace & reuerentia cuiuscunque, q non satis rationabiliter est introductum legere librum Porphyrij ante librum Prædicamentorum Arist. immo Arist. tradidit in prædicamentis primam partem logicæ. Primam dico ordine doctrinæ rationabilis. Et, si esset vna pars Logicæ distincta ab alijs, et prius esset docẽda doctrina de quinq; vniuersalibus q̃ de alijs rebus logicalibus, ipse Aristo. bene sciuisset, & prius tradidisset eam.

Quæ cõsueuimus, sermone difficillime mutamus.

quia tamen sic consuetum est in istis temporibus, ideo prius legatur liber Porphyrij in nomine domini. non enim facile quæ ab antiquis consuetudinibus comprehensa sunt sermone transmutantur, vt Arist. docet in Secũdo Ethico.

Ad scdam dubõnẽ.

Ad aliam dubitationem potest concedi consequens. &, cum dicebatur, q hoc est notius apud naturam &c. concedendum est aliquo modo, non autem simpliciter. & ita est in proposito. nam licet homo, quantum ad suã substantiam, non sit nobilioris aut perfectioris entitatis q̃ animal, eo q vna & eadem est substantia hominis & animalis in homine, similiter autem & in alijs secundum communem viam, tamen homo, s̃m q stat sub apparenti, à quo sumitur proprius conceptus ipsius hominis, vt homo, est nobilioris entitatis q̃ animal, vt stat sub apparenti, à quo sumitur cõceptus animalis, vt animal est.

Cõceptus hois est nobilior q̃ animalis.

Nã ratiocinari, à quo sumitur cõceptus hominis intellectualis, est nobilioris entitatis q̃ conceptus sentire, à quo sumitur conceptus animalis. Aliter dicerẽt aliqui, q homo, s̃m q homo, est nobilioris entitatis q̃ animal in homine existens, dicunt enim q alia est forma substantialis, per quam homo est homo, & per quam homo est animal, & sic de cæteris: & semper forma inferior est nobilior & perfectior simpliciter forma superiori. sed de hoc inquiretur in quæstione sequenti.

Rñsiones.

AD rationes principales dicẽdum est. Ad primam concedendũ est totũ vsq; illuc, vbi dicitur, q vniuersale est nobilioris entitatis, istud enim est negandum.

E

Singulare est incorruptibile.

Et, cũ dicitur, q vniuersale est incorruptibile, & singulare est corruptibile. dicunt aliqui: q verum est de singulari simpliciter, saltem materiali, & de isto non loquitur Arist. sed singulare in respectu ita bene est incorruptibile, sicut ipsum vniuersale.

Vl'e ẽ corruptibile per accidens.

Aliter dicunt alij, q ipsum vl'e licet non sit per se corruptibile, ipsum tamen bene corrũpitur per accidens, s. ad corruptionem suorũ singulariũ. destructis enim primis substantijs, impossibile est aliqd aliorum manere, vt dicit Arist. in prædicamẽtis. Et, cum dicit, q incorruptibile est verioris entitatis q̃ corruptibile, verum est de eo, quod est incorruptibile, sed de eo, qd est corruptibile per accidens, licet non sit corruptibile secundum seipsum, non oportet q sit simpliciter nobilius. quare &c. Sed vtrum hoc sit verum, q vniuersale est corruptibile solũ per accidens, bona difficultas est, & habet videri in Septimo Metaphy.

Impoẽ est idẽ esse noti⁹ [illegible] tius.

Ad secundum dicendũ, q idem esse notius, seu prius notum, & posterius notum eadem cognitione, & s̃m eandem proprietatem est impossibile, sed diuersis cognitionibus & s̃m diuersas proprietates non est inconueniens. nunc autem ipsa cognitio vniuersalium, quam ponimus priorem minus vniuersali, est alia à cognitione minus vniuersali. & ideo nõ valet ratio.

F

Ad tertium solutum est per distinctionem positam in positione.

Diffiniẽtia capiuntur dupl'r.

Ad quartum, cum dicitur, definitum &c. possumus dicere q ea, quæ ponuntur in definitione, possunt accipi dupliciter. vno modo s̃m se & absolute, & sic sunt notiora quo ad nos ipsa specie definita, vt animal absolute est prius notum quo ad nos q̃ homo, similiter & in alijs. alio modo possunt consyderari talia secundum q sunt diffinientia ipsam speciem, & hoc modo species, quæ diffinitur, est notior quo ad nos quadam cognitione confusa, q̃ sint diffinientia ipsam speciem, siue ipsum hominem. Ad quintum cum dicitur, partes et c. conceditur, vt sunt partes: & cum dicitur, q minus vniuersale est totum respectu vniuersalioris, Dicitur, q verum est aliquo modo: & sub ista ratione ipsum vniuersalius, s. vt est pars minus vniuersalis, s. pars diffinitiua, est posterius, & minus notum quo ad nos. Sed ipsum vniuersalius, s̃m q est totum, est nobis notius: & nihil prohibet minus vl'e esse aliquo modo totum respectu vl'ioris, scilicet totum diffinibile, & ipsum vniuersalius esse totũ respectu minus vl'is, s. totũ vl'e. Qualiter autem ipsa species est composita ex genere & differentia videbitur postea.

G

Ad sextum, cum dicitur, illa, quæ sunt difficiliora &c. cõceditur. Et, cum dicitur, ista sunt difficiliora: dicunt aliqui, q Aristo. loquit̃ ibi de vniuersalioribus causalitate, sicut est De⁹ & aliæ substantiæ separatæ, ad quas intellectus animæ nostræ se habet &c. Sed non sequitur de vniuersalibus s̃m prædicationem, & de istis hic loquitur.

Vl'ia cognoscũtur dupliciter.

Aliter potest dici, q vniuersalia possunt dupliciter cognosci. vno modo cognitione confusa & imperfecta, & isto modo non sunt difficillima ad cognoscendum ipsis singularibus. alio modo possunt cognosci cognitione perfecta & determinata, ita, s. q cognoscantur quantum ad comparationem ipsorum adinuicem in idẽtitate & diuersitate, & quantum ad prædicata demonstrabilia de eis, & sic sunt multum difficillima. nec isto modo cognitio eorum est necessario prior cognitione singulariũ. Vnde, quamuis facile sit cognoscere ens & vnum absolute & confuse, tñ difficile est certitudinaliter & complete cognoscere identitatem & diuersitatem entis ad vnum & è conuerso. similiter differentiam & idẽtitatem ipsius entis, quod est essentia ad ipsum esse, similit' & in alijs.

H

Magis vniuersale cõsideratur dupliciter.

Ad septimum cum dicitur, illud quod est propinquius &c. Cõcedendo q non est notius sub illa ratione, sub qua est propinquius minime noto. Et cũ dicitur vniuersale &c. dico q ipsum magis vniuersale potest dupliciter consyderari. vno modo, s̃m q est minus perfectum mĩ⁹ vniuersali, saltem quantum ad apparẽs, sub quo intelligitur, & hoc modo non est prius notum. alio modo potest cõ-

syderari

fyderari ipſum magis vniuerſale, vt prius cognoſcitẽ ſuis ſingularibus ſenſibilibus, & ſic eſt notum prius quo ad nos, vt hoc ſentire, vel ſenſus prius occurrit ſenſui ꝙ̃ hoc ratiocinatum: & ſic prius ſit intellectio animalis, quæ ſumitur à ſenſu, ꝙ̃ intellectio hominis, quę ſumitur à ratiocinando. ſimiliter autem & in alijs ſuo modo.

Ad octauũ. Ad nonũ.

Ad auctoritatem Ariſto. patet ex prædictis. Ad altã rationẽ de illo dicto Commentatoris, quæ multos fecit dubitare & cogitare, & paucos aut nullos noui expoſuiſſe illud dictum Cõmentatoris, ꝙ notioritas totius ſenſibilis apud ſenſum eſt cauſa notioritatis totius vniuerſalis apud intellectum. & ſic hoc eſt cauſa, vt ipſe dicit, quare in rebus naturalibus poſteriora in eſſe ſunt nobis notiora. hoc dicit in his verbis, & ꝙ vniuerſum illud, ſ. totum ſenſibile, de quo locutus fuerat, eſt notius apud ſenſum: cauſa eſt, quia vniuerſalia intellecta ſunt notiora apud intellectum ꝙ̃ ſuæ partes intellectæ, ſiue illæ partes ſint ſpecies, ſiue cauſa. ſimiliter cauſa in hoc eſt, ꝙ res poſteriores in eſſe

Totũ noti⁹ ꝙ̃ ſuę ptes

B ſcilicet accidẽtia, ſunt notiora apud nos ꝙ̃ cauſæ: hoc autem dictum, eſt quam mirabile & occultum. ꝙ enim aliquod totum ſenſibile ſit prius notum apud ſenſum ꝙ̃ ſuę partes, cuiuſmodi cauſabilitatem habent ſuper hoc, ꝙ cognitio intellectiua animalis præcedat cognitionem hoĩs, aut ſuper hoc, ꝙ motus & pluralitas entium ſint notiora quò ad nos ipſis ſubſtantijs naturalibus, dato enim ꝙ ſenſus alicuius hominis nunquam cognouerit aliquod totũ ſenſibile quantũ ad eius ꝑtes ſeorſum & diuiſim, tamen adhuc poſſet eſſe prius notus ipſe motus, ꝙ̃ ſubſtãtia naturalis. Forte dicendũ, ꝙ non fuit intentio Auerrois illam notioritatem totius ſenſibilis apud ſenſum eſſe per ſe cauſam illius notioritatis totius vniuerſalis: ſed ꝙ ex huiuſmodi ſimilitudine, ſ. ꝙ totum ſenſibile eſt notius ſenſui ꝙ̃ eius partes diuiſim, nota fuit iſta veritas, ꝙ vniuerſale eſt prius nobis notũ ꝙ̃ ſingulare, ſimiliter ex illo innotuit iſta veritas, ꝙ res poſteriores in eẽ. ſ. accñtia, ſunt

C nobis vel quo ad nos notiora ꝙ̃ cauſę. poſſibile. n. eſt aliquid eſſe cãm cognoſcendi, quod nõ eſt cauſa eſſendi ſimpliciter. vnde videmus, ꝙ Ariſt. cum dixiſſet vſe eſſe notius, declarauit hoc ꝑ ſimile ĩ toto ſenſato, ita ꝙ illud fuit quodammodo medium ad probandum iſtam veritatẽ.

Dubitatio tertia Tex. c. 48.

Dubitaret adhuc aliquis contra tertiam concluſionẽ, propter vnum dictum Commentatoris in Primo huius, verſus finem illius capituli, omnes igitur contraria principia faciunt. Dicit enim ibi Commentator hæc verba,
» comparatio inter comprehenſibilia ab intellectu & à ſen
» ſu non verificatur, niſi, qñ accipitẽ in reſpectu cõprehẽſio
» nis cõis: cũ igitur cõprehenſio intellectualis ſit vl̃is: & cõ
» prehenſio ſenſus ſingularis ſimpl̃r non ſit aliqua cõp̃hen
» ſio vl̃is: videtẽ ꝙ nulla ſit cõparatio, vt dicere ꝙ ſingulare
» ſimpl̃r ſit prius notũ cognitione ſenſitiua ꝙ̃ ipſum vl̃e ſit
notũ cognitiõe intellectiua. hęc tñ cõparatio ponebatur

Ratio

in tertia cõcluſione. ergo male. Ad hoc poſſet dici, ꝙ

D comprehenſioni ſenſitiuæ & intellectiuæ non ſit aliqua cõis cõprehenſio vniuoca, tñ bene põr eis eſſe cõprehenſio cõis analogica ad iſtas: dicitur. n. comprehenſio ſecũdũ analogiam de comprehenſione ſenſitiua, & de intellectiua, vt habet videri Tertio de Aĩa. Si aũt quæratẽ de qua prius dicitẽ cõprehenſio. Dicendum, ꝙ ſm ordinẽ impoſitionis nominis, prius dicitur de ſenſitiua comprehenſione eò ꝙ iſta notior eſt multis. intantum, ꝙ aliqui non cognoſcunt aliam comprehenſionem niſi ſenſitiuam: & quidam antiquorũ non ponũt dĩam inter intellectum et ſenſum, vt patet in Secundo de Aĩa. & hos ſequebatẽ quidam ſociorum meorum theologizans: qui frequenter dicebat ſe intelligere colorẽ per viſum, & intelligere ſonũ ꝑ auditum. Sed ſm ordinem naturæ rei prius dicitur comprehenſio de intellectiua, ꝙ̃ de ſenſitiua: quia comprehẽſio intellectiua eſt ſimpl̃r nobilior ſenſitiua, quia ad eã ordinatur ſenſitiua, dicente Themiſtio in Secundo de Aĩa,
» quibuſcunq; mortalibus natura tribuit intellectum, eiſ
» dem dedit ſenſus intrinſecos & extrinſecos in miniſteriũ

Cõprehenſio prius dicitẽ de ſenſitiua &c. in. c. 150.

A rationis. i. intellectus. Aliter poſſet exponi illa auctoritas Commẽtatoris, vt ſit propoſitio copulatiua talis, cõparatio inter comprehenſibilia ab intellectu non verificatur niſi cum accipiuntur in reſpectu comprehenſionis communis: & hæc copulatiua eſt vera. & debet ſic legi & intelligi prima pars. comparatio inter comprehenſibilia ab intellectu non verificatur niſi cum accipitur reſpectu comprehenſionis communis, ſ. intelligibilis. Nec eẽt dicere ꝙ comprehenſibile ab intellectu ſit notius ſenſui ꝙ̃ illud aliud. ſed bene verum eſt dicere & proprie ꝙ hoc comprehenſibile ab intellectu notius eſt apud intellectũ ꝙ̃ illud aliud. Similiter autem ſecunda pars ſic debet intelligi. comparatio inter comprehenſibilia à ſenſu nõ verificatur niſi cum accipitur reſpectu comprehenſionis cõmunis, ſ. ſenſitiuę: opera dico, qua comparantur adinuicem diuerſa comprehenſibilia etiam à ſenſu. non. n. eſſet proprie dictum, hoc comprehenſibile à ſenſu eſt notius

Cõparatio iter cõprẽhenſibilia qño uerifi catur.

B apud intellectum ꝙ̃ illud: ſaltem non eſſet ita proprie dictum, hoc comprehẽſibile ſenſu eſt notius ſenſui ꝙ̃ illud. Hanc autem auctoritatẽ & eius declarationẽ, quam poſui, ideo hic vltimo induxi, quia mihi poſt conſyderationem alterius auctoritatis occurrit. ſed tu potes eam ponere tanquam dubitationem, & inde ſoluere modo prædicto. quare &c.

QVAESTIO VI.

An ſpecies ſpecialiſſima ſit Primum Cognitum ab intellecto humano.

Vidam Reuerendus doctor & ſubtilis multũ, poſuit, ꝙ cõceptus cõfuſus ſpeciei ſpãliſſimæ eſſet prius in intellectu ꝙ̃ conceptus vniuerſaliorũ, vt ſi quis bene diſpoſitus ſm ſenſum ſentit indiuiduũ albedinis, prius cõcipit cõceptu confuſo albedinẽ ꝙ̃ colorẽ, et ꝙ̃ qualitatẽ,

Scotus Spẽs ſpãliſſima eſt primũ cognitũ ab itelectu

C ſimiliter aũt & in alijs. Et hoc probauit tribus rõnibus. Prima eſt. agens naturale non impeditum approꝑinquatũ ſuo paſſiuo ſufficienter diſpoſito agit in ipſum ſm vltimũ ſuæ potentiæ: ergo agit effectum ꝑfectiſſimũ inquantũ põt. ſed oĩa concurrentia ad iſtũ actũ intellect⁹ ſunt omnes res naturales medię, quę pręcedũt oẽm actũ voluntatis & nõ impeditę, vt patet: ergo producunt conceptum perfectiſſimum inquãtum poſſunt: ille autẽ non eſt niſi cõceptus ſpeciei ſpecialiſſimę. ſi enim aliquis ali⁹, vt puta conceptus alicuius cõmunioris, qui ſit imperfectior ꝙ̃ ſpẽi ſpecialiſſimæ, ſicut pars eſt imperfectior toto, ſequitur ꝙ illa non poſſunt in conceptũ ſpeciei, & ita nunꝙ̃ cauſarent illũ.

Rõ prima

Secundo dicit Auic. Scd̃o Meta. cap. tertio, Metaphyſica eſt vltima ordine doctrinæ: ergo principia oĩum aliarũ ſcientiarũ & termini illarũ poſſunt cõcipi ante principia Metaphyſicę. quod nõ eſſet, ſi prius oporteret concipi ens et huiõi talia, et ſequeretẽ Metaphyſicã eſſe priorem ordine doctrinæ.

Rõ ſcd̃a.

D Tertio ſic, ſi oporteret pręcedere cõceptus vl̃iores ante cõceptum talis ſpeciei, tunc ſenſu poſito in actu de ſingulari & mouẽte ſenſum & intellectu ſoluto, oporteret magnum tẽpus ponere anteꝙ̃ conciperetur ſpẽs illius ſingularis primo ſenſati: quia prius oporteret intelligere prædicata in quid cõia de illa ſpecie ſm ordinem. ex hoc autem, vt dicit, patet cauſa quare intelligat intellectus prius vnũ itelligibile ꝙ̃ aliud, licet ſpecies plurũ ſint ei pñtes. hoc enim non eſt à voluntate, cum tunc habeat intellectus actum intelligendi, ſed huius cauſa eſt, quia ſingulare vnius fortius mouet ſenſum ꝙ̃ ſingulare alterius: ita ꝙ primum cognitũ ab intellectu cognitione confuſa eſt ſpecies ſpãliſſima, cui⁹ ſingulare efficacius mouet ſenſum primo, ſiue ſit viſibile ſiue audibile ſiue tangibile: quodcunq; enim indiuiduum prius mouet ſenſum, eius ſpecies prius eſt cognita cognitione confuſa, vt iſte dicit.

Rõ tertia

Concluſio.

CONCLVSIO

Facile sustineri potest conceptum speciei specialissimæ, non esse prius cognitū, sed aliquid vniuersalius, nec contra hoc aliquid demonstrari potest.

Et quamuis illæ rationes pulchræ sint & subtiles, tamen sententiam Aristo. & communem doctrinā tenenti possibile esset eas debilitare. Arguetur. n. secundum primam rationem q̄ conceptus distinctus & distinctiuus speciei specialissimæ, cuius indiuiduum fortius mouet sensum prior est in intellectu via generatiōis q̄ conceptus confusus eiusdem speciei accipiendo ꝓpositiones illas easdē, agens naturale &c. sed conceptus distinctus speciei specialissimę, cuius indiuiduū prius mouet sensum & fortius, est perfectissimus cōceptus in quē possunt causę naturales illę, s. indiuiduū primo & fortius mouēs sensum, tñ intellectu agēte: quare prius producet intellectū distinctū illius spēi q̄ conceptū confusum. cuius oppositū vult iste hō, quia dicit q̄ totus ordo cōfuse cognoscēdi prior est. Cōtra tertiā rōnem sic oppono: Si conceptus cōfusus speciei specialissimę esset prior via cognitionis in intellectu q̄ conceptus vl'is, tunc singulari mouente sensum in intellectu soluto oporteret magnū tēpus ponere anteq̄ cōciperet genus generalissimū illius spēi & illius singularis: quia prius oporteret cognoscere ꝑdicata cōta prædicata in quid de illa spē sm ordinē vsq; quo ꝑueniretur ad genus generalissimū. hoc aūt est incōueniens, vt patet cuilibet intelligenti. Nā quilibet exercitatus & hñs sufficientē veritatē, statim sine magno tēpore pōt cōcipere genus generalissimū illius spēi, vt concepto hoīe statim sine longo tpe pōt cōcipere ipsam substātiā. Sed quia cōtra arguere nō est soluere, & si ad mille incōuenientia quis deducat, ideo dico aliter ad istas duas rōnes.

Margin: Reflexio rōnū Scoti cōtra ipsū

Margin: Ad primā rationem.

Ad primā dico, q̄ singulari alicuius spēi mouēte sensum & intellectū non impedito, intellectus non est sufficienter dispositus ad cōceptum confusum spēi specialissimę, nisi ꝑcedentibus aliquo modo cōceptibus vl'ioribus: & ideo non fiet in intellectu cōceptus illius spēi cōfusę, nisi aliquo mō precedant oēs cōceptus vl'es ꝑdicatorū in quid de illa specie, sicut albedine pñte aeri nunq̄ induceret suā spēm & intentionē in aere, nisi aer esset dispositus lumine et diaphanitate. similiter materia prima, si ꝑ possibile ponat esse separata ab oi forma, & poneret posse recipere formā misti ab aliquo agente naturali, nō reciperet eā nisi ꝑcedentibus formis elemētorū quocunq; mō.

Margin: Ad sedam rationem.

Ad altā rōnem dico, q̄ Metaphysica pp hoc nō est posterior ordine doctrinę alijs scientijs, quia cōceptus vl'es suorū scibiliū sint posteriores cōceptibus spālissimorum cōsideratorū in alijs: posteriores dico via generationis. tales. n. cōceptus simplices cōfusi non docentur, neq; per doctrinā acquiruntur: quia sm Lincoln. in Primo Poste. ꝓprie principiū, nō docetur nec addiscitur: nisi illud qd' cū primo concipitur apparet nobis dubiū vel falsum. Isti aūt conceptus incomplexi & confusi nec sunt dubij nec apparent falsi: ideo, cū tales non doceantur ex ordine doctrine nō est accipiendus ordo doctrinę ipsius metaphysicę ad alias scientias. Sed si quæras, quare ergo Meta. posterior est ordine doctrinę: hoc est pro tanto forte, qa complexa, quę in ea demonstrantur, sunt difficilia multū ad cognoscendum certitudinaliter & vl'r, vt patet in problematibus, quæ disputantur in ea. nihil. n. prohibet ex aliquibus, cū concipiuntur conceptibus simplicibus, formari qōnes multū dubitabiles & difficiles ad soluendū, vt vtrū ens & vnū & esse sint eadē inter se & similia talia. Itē posset dici, q̄ Metaphysica est posterior ordine doctrinę rōne illius, qd' consyderat de vl'ibus cālitate, sicut est Deus, & alia principia abstracta, quorū quidditas debet ꝑ Metaphysicā cognosci. si aūt doceret posterius quātū ad illā partē, in qua consyderantur vl'ia ꝑdicatione, hoc non est nisi, quia cognitio taliū ꝑtinet ad eandē partē philosophię, ad quā ꝑtinēt principia abstracta, de quibus est ibi intentio principalis. Concedendo tñ q̄ cognitione distincta, prius cognoscunt magis vl'ia q̄ cognoscant minus vl'ia cognitione distincta & ꝑfecta. nunquam. n. haberetur ꝑfecte conceptus distinctus hoīs, nisi prius haberetur conceptus distinctus aīalis, & sic de alijs superioribus, quę distincte possunt cōcipi: ita q̄ sicut cognitio confusa aīalis ꝑcedit cognitionē confusam hoīs, ita cognitio distincta aīalis aliquo modo ꝑcedit cognitionē distinctam hoīs, s. sicut pars pręcedit totū. cum. n. aīal ponatur in diffōne hoīs, oportet q̄ in eius diffōne ponatur diffinitio aīalis, si debet perfecte & oīno explicite diffiniri. Sed, qa hoc sciuerūt pauci exercitati in Logica de hoc volui solicitari. hęc aūt ad pñs sint dicta non reprobādo doctrinā illius, cuius intellectū non attingo, sed ad veritatis pleniorē inquisitionē, ad quā oēs hoīes hñt desideriū naturale.

Margin: Metaphysica ē ordine doctrine posteri. oe

Margin: Ad tertiā rōnem.

Ad altā rōnem potest dici q̄ quātūcunq; cōceptus vl'ior confusus sit in intellectu prior via generōis, q̄ conceptus confusus spēi specialissimę sm intentionem Arist. tñ non oportet magnū tp̄s apponere anteq̄ cognoscatur suū genus: quia tales conceptus ordinati adinuicē non hñt adinuicē tantā repugnātiā vel cōtrarietatem, q̄ oporteret ad aduentū vel receptionē vnius in aliquo magno tpe corrūpi alterū. & est simile argumētū, sicut si diceretur sic, si pñte albedine nunq̄ ageret suā intētionē in aere nisi oporteret aerē illuminari, tunc oporteret apponere magnū tp̄s anteq̄ ipsa faceret intentionē in medio, hoc aūt mediū seq nō est verū: ideo nec illud sequit. Et cōfirmat solutio ista: qa certū est q̄ tot media sunt inter cōceptum confusum speciei specialissimæ & cōceptum sui vniuersalissimum, quot sunt media inter cōceptum vniuersalissimum & conceptum speciei specialissimæ.

Necesse est igit̄ vnū eē principiū aut plura. Tex. c. 6.

Similiter naturalis non habet loqui de principijs an sint &c. Tex. c. 9.

QVAESTIO VII.

An Naturalis, contra naturalia principia negantes, disputare possit.



Circa istud capitulū primo querit̄, vtrū Philosophus Naturalis possit disputare contra negantē principia naturalia. Arguit̄ primo q̄ sic. quia sicut se habet Metaphysicus ad ꝑncipia Metaphysicalia, sic se habet Naturalis ad principia naturalia. hoc patet ꝑ cōuenientē similitudinē. sed Metaphysicus pōt disputare contra negātē principia metaphysicalia, vt patet in Quarto Meta. quare &c. Tex. c. 9.

Itē scd'o, ad illū pertinet disputare contra negantē principia naturalia, cuius ipsa principia naturalia sunt maxime propria. hoc videt̄ rōnabile: sed ipsius philosophi Naturalis principia naturalia sunt maxime propria, vt manifestū est. quare &c. Itē tertio, ille, q pōt demonstrare principia naturalia, pōt disputare contra negātē ea: sed Naturalis Philosophus potest demonstrare ꝑncipia naturalia: quare &c. Maior patet: quia ꝑ eandē rationē, ꝑ quam ostenditur aliqua veritas, concedet illi q̄re re huiusmodi veritatē, vt satis patet in Primo Poster. & minor est euidens ex primo huius. Vbi Aristo. demonstrat ipsam materiā primā, quę est vnū principiū rerum naturalium, quare &c. Itē quarto arguitur auctoritate Aristo. in isto primo lib. vbi ipse disputat contra Parmenidem & Melissum qui negauerunt principia rerum naturalium. tamen in isto lib. tradit Aristo. primam partem Philosophiæ Naturalis, quare &c. Tex. c. 11. Tex. c. 6.

OPPOSITVM Arguitur auctoritate Arist. in litera vbi dicit, q̄ naturalis non habet ꝑ se disputare contra negantem principia rerum naturalium. Idem vult Commētator & omnes expositores Arist. Et probatur ratione: quia sicut se habet geometria ad principia geometrię sic se habet naturalis ad principia naturalia per conuenientem similitudinem: sed geometria non habet per se disputare

tare contra negantem sua principia & propria, vt patet in Primo Posteriorum. quare &c.

Cõmen. 8. Principia triplicia cõsyderans in scientia Naturali.

AD quęstionem est intelligendum sicut communiter dicitur, & accipitur à Commẽtatore in isto primo, Scientia Naturalis consyderat principia triplicia, s. principia doctrinę & non ipsius esse simplr: & principia esse non doctrinę: & principia esse & doctrinę. sunt aũt principia doctrinę & non esse ipsa accidentia p se respectu naturalium sensibiliũ, vt est motus & pluralitas entium, & exemplificat Cõmentator sifr, & sunt qualitates naturales p se & proprie ipsorũ naturaliũ, quæ dñt in cognitionẽ substãtiarũ naturaliũ: & tñ nõ sunt principia ipsius esse simplr, sed solũ alicuius esse accñtaliter. Principiũ autẽ esse, sed non doctrinæ est materia prima & forte primus motor: hæc. n. bene sunt principia rerũ naturaliũ, hæc tñ non sunt proprie principia doctrinæ: quia principiũ doctrinæ debet esse à facilioribus & faciliter cognoscibile,

Tex. c. 1.

vt habet Quinto Meta. cap. de principio. vbi Ari. dicit, φ optimũ doctrinæ principiũ est, à quo qs faciliter addiscit. Faciliter aũt aliquis addiscit, p ea, q̃ faciliter cognoscit: constat autẽ φ prima materia & primus motor non sunt facilia ad cognoscẽdũ: imo plurima difficultas est ad cognoscendum ista principia. Principia vero doctrinę et esse sunt proprię formæ substantiales reꝝ naturaliũ. sunt enim quodãmõ principia doctrinæ inquantũ p cognitionẽ ipsarũ & transmutationis substãtialis, q̃ est fm formã substantialẽ, puenimus ad notitiã primę materię, & ipsi⁹ priuationis & potentię. sunt aũt principia essendi ipsis rębus naturalib⁹, vt manifestũ est in Primo et Scd'o huius. & ideo formę rerum naturalium aliqualiter sunt principia doctrinæ & esse. Dico autem aliqualiter, quia formæ non sunt omnino principia prima doctrinæ, sed innotescunt ex operibus proprijs rerum naturalium, quæ sunt actiões earũ, vt patet ex Scd'o de Gene. & Octauo Met.

Conclusio prima.

His visis possunt dici ad quæstionẽ tria. Primo φ Naturalis Philosophus non põt reprobare illum qui negat principia doctrinæ pertinentia ad Scientiam Naturalẽ, dico, per se & directe. Et hoc statim probatur. quia ille, q non põt demonstrare proprie & per se principia aliqua, non potest disputare contra negantem ea. idem enim est syllogismus, quo demõstratur aliqua cõclusio, & quo cõtradicitur neganti, vt patet in Logica. sed Naturalis non potest demonstrare principia doctrinæ: quia vel demonstraret ea demonstratione ostẽsiua, vel demonstratione ad impossibile, & hæc est diuisio sufficiẽs, vt patet ex Primo Poste. non demonstratione ostensiua: quia ista debet procedere ex aliquibus notioribus conclusione: nunc autem ipsis principijs doctrinæ nihil est notius quo ad nos in scientia naturali, vt in scientia naturali nihil est notius quo ad nos, q̃ φ motus sit, vnde Arist. dicit, subijciãtur nobis naturalia moueri. Item nihil addiscitur, & p cõsequens non demonstratur, nisi quod cum primo concipimus est nobis dubium vel apparet falsum, & post dubitationem vel oppositionem contradicentis, manifestatur eius veritas nobis, vt pulcherrime dicit Lincõ. in Primo Posteriorum prope principiũ. Nullus aũt sanę mentis concipiens motum dubitat istam, quia sensui est euidens. igitur non possunt demõstrari demõstratione ostẽsiua. nec demõstratione ad impolẽ: quia ista procedit ex aliquo falso cõcesso ab aduersario, & aliquo vero coassũpto, & concludit aliquid manifestius, ex cuius interemptione reuertitur ad interẽptionẽ illius falsi cõcessi, & ad concludendũ eius oppositũ esse verũ, & hoc nõ latet scietes logicã. si igitur principia doctrinæ demõstrarẽtur negãti, oportet φ aliquid esset manifestius falsum q̃ oppositum ipsorũ principiorũ: & hoc est falsum. nã sicut pma principia doctrinæ sunt in scientia Naturali notissima in sua veritate, sic eorum opposita sunt notissima in falsitate sua: sic enim se habet in scientijs, vt dicit Arist. Primo Poste. vt, si notissimũ est in sua veritate motum esse, ipsum non esse notissimũ est in sua falsitate, & ponẽs mo-

Conclusio secunda.

A tum non esse nõ posset deduci ad aliquod manifestius falsum. quare &c. Secundo dico, φ Naturalis bñ põt disputare cõtra negantẽ principia naturalia, quæ sunt principia ipsius esse, & non doctrinæ, quod probatur. quia ille, qui põt probare aliqua principia esse, potest redarguere illum qui ea negat, vt manifestum est cuilibet intelligẽti. nam p eundem processum ostenditur aliquod cõplexum, & redarguitur negans ipsum. sed Philosophus Naturalis bene potest demõstrare principia ipsius esse, quæ non sunt propria principia doctrinæ, vt patet per Arist. qui demonstrat primã materiã esse, & similiter in Octauo huius demonstrat primum motorem esse, quare &c.

Conclusio tertia.

Tertio dico φ Naturalis bene potest disputare cõtra negantem principia doctrinæ & esse, scilicet formas substantiales naturales. quia illud quo aliquid est notius consyderatum in Scientia Naturali, cuius notitia potest necessario concludi esse potest demonstrari in Scientia Naturali, & per consequens põt redargui negans ipsum. sed

B aliquid consyderatum in Scientia Naturali est notius ipsa forma substantiali, & ex illo potest ipsa forma substantialis necessario concludi esse. quare &c. Maior est nota: quia oratio est syllogismus ex notioribus nobis, & proprijs de necessitate concludens. Minor propositio est nota. nam factio seu productio rei naturalis est aliquid notius ipsa forma substantiali, & ex ea potest necessario cõcludi ipsa forma substantialis esse. cum enim sensui, saltẽ interiori, s. cogitatiuæ manifestum sit rem naturalem fieri seu produci postquam non est, oportet φ sit ab aliquo producente propinquo & per se. &, cum ipsa materia rei factæ non faciat ipsam rem factam, sed sit in potentia receptiua ad eam, vt aqua non faciat ex seipsa piscem, quẽadmodum nec lutũ faciat ex seipso vas, sed artifex, oportet ergo φ ipsa materia sit subiecta, & φ ibi sit aliquod aliud principium producens rem naturalem: illud autem est forma substantialis: quare &c. Aliæ autem demõ

C strationes possunt induci ad demõstrandũ formas substãtiales esse, sed quod dictum est loco exempli sufficiat ad præsens. Et est consyderandum, φ licet Naturalis Philosophus non possit per se & per habitum scientiæ Naturalis disputare contra negantes prima principia suæ doctrinæ vt ostensum est: Tamen alius Philosophus, precipue Metaphysicus potest contra eos disputare: quia ipsẽ consyderat ens, et vnum, & substantiam, et qualitatem, & actum, & potentiam, & alios modos entis primos ex quibus possunt formari rationes contra eos procedentes ex concessis ab eis. & hoc modo procedit Arist. contra ipsos in capitulo præsenti, vt patet inspicienti. & hoc facit per habitum Philosophiæ primæ, vt ipsemet ostendit in his verbis. Habet enim ad Philosophiã hic respectus, idest consyderatio eorum, ex quo disputandum est cõtra antiquos, habet vnam partem ad Philosophiam, idest ad Metaphysicam, quæ dicitur Philosophia absolute p antonomasiam, i. excellentiam: ipsa enim est principalissi-

Metaphysicus disputat contra negantes principia Philosophię naturalis.

D ma omnium habituum intellectualium.

Tunc ad rationes. Ad primam dicendum est, φ simile est in hoc, φ vtraq; consyderat sua principia, sed dissimile est in alio: quia Philosophus primus consyderat ens inquantum ens, & omnia sub ratione entis, ideo ipse habet disputare contra negantem principium primũ quod formatur de ente: præcipue quia primum principium cõcedit quocunq; concesso vt habet videri in Quarto Metaphy. sed Phylosophus Naturalis non cõsyderat per se ista principia materię, p q̃ põt pcedere contra negãtes pmũ motũ & pluralitatẽ entiũ. ideo non põt disputare cõtra negantes ista.

Tex. c. 10.

Sed aliqui dubitant hic. quia sicut Metaphysicus consyderat aliquid, quod conceditẽ quocũq; concesso, sic Naturalis cõsyderat aliqd qđ concediẽ quocunq; concesso, vt motũ vr, & qcquid cõcedit, oportet φ cõcedat motus. non. n. potest concedi sine sermone, & sermo non põt fieri sine motu aeris. quare &c. sed Metaphysicus põt disputare cõtra negantẽ suũ pncipiũ, eò, φ

Obiectio.

illud

illud conceditur quocunq; concesso. ergo Naturalis Philosoph⁹ poterit disputare contra negantē suũ principiũ, s. motũ, eò q̄ istud concedit quocunq; concesso. Ad hoc

Ratio. pōt dici, q̄ non est sile de principio primo complexo, & de motu q̄tum ad propositũ: quia, si primũ principiũ cõplexũ conceditĩ quocunq; concesso, hoc est pp cõitatem ipsius entis de quo constituitur primũ principiũ, s. nõ cõtingit idē simul esse & non esse, vt patet Quarto Meta.

Tex.c.198 ita q̄ ipsum concedit quocunq; concesso prouenit ex parte sua & ex cõitate sua ad oĩa vera: sed q̄ motus concedatur quocunq; concesso, hoc non prouenit ex parte ipsius motus, eò q̄ sit cõis ad oĩa entia, sed forte prouenit ex parte ipsius concedentis, qui non pōt concedere sine motu, vt arguebatur. Aliter diceret aliquis, q̄ ipse motus nõ conceditur quocunq; concesso de actu significato, sed solũ de actu exercito. Primũ aũt principium complexum, quod pertinet ad Metaphysicũ, conceditur de actu significato, quod est determinate verũ. Itē licet sm veritatē ille, qui negat motũ, ponit motum de facto, tñ iste, qui

F negat oĩno motum, hoc nõ cõcederet: ideo Naturalis nõ haberet contra illum. sed ille, qui negat primũ principiũ complexum, necessario concedit q̄ vox sua significet aliquid, aut ipse esset similis plantis, & deterior brutis, vt

Tex.c.9. dicit Philosophus in Quarto Meta. hoc aũt cõcesso, inevitabiliter concludit, q̄ nõ de quolibet verum est simul esse & nõ esse, vel affirmare & negare, vt Arist. deducit ibidem. Ad scd'am rõnem cum dicitur, ad illum &c. verũ est, si sint propria ei, & si sint occulta vel minus nota, sed, si sint notissima, non oportet. Sic autē est de principijs doctrinę apud Philosophum naturalem: quare etc.

Alię duę rõnes solutę sunt ex dictis. Tertia enim bene cõcludit de principijs, quę nõ sunt principia prima doctrinę, q̄ Naturalis demonstrat ea, et hoc est concessum.

Ad auctoritatē Arist. in oppositum dico, q̄ ipse nõ disputat contra Parmenidē & Melissum per habitũ Philo-

G sophię naturalis, sed p habitũ Philosophię primę, vt ipse dicit in litera. pro tãto tñ coactus fuit illam disputationē ordinare inter partes huius sciētię, q̄a illi Philosophi deficiebant & errabant contra res naturales. quare &c.

Principium autem maxime proprium: q̃m multipliciter dicitur id quod est.

QVAESTIO. VIII.

An ens sit uniuocum, idest unius rationis, substantiæ, & accidenti.

QVæritĩ hic, Vtrũ ens sit vnius rõnis ad substantiã & accñs. Arguiĩ primo q̄ sic, q̄a illud, q̄d est subiectũ vnius scientię, est vni⁹ rõnis. Nã vna scientia est, quę est vnius generis subiecti, vt patet in Primo Poste. sed ens est subiectũ vnius scientię, s. Metaphysicæ, vt patet in Quarto Metaphy. Itē secũdo, quod p̃dicatur de ali-

Tex.c.1. H quo & non p̃dicatur ęquiuoce, nec denominatiue p̃dicatur vniuoce, & p cõsequens est vnius rõnis: non. n. sunt plures modi prædicandi, vt patet in prædicamentis: sed ipsum ens p̃dicaĩ de substantia & accidente non ęquiuoce: quia tunc non esset subiectũ alicuius scientię, vt patet

Tex.c.2. ex Quarto Meta. nec p̃dicatur denominatiue: quia talis p̃dicatio est accidentalis, vt patet ex prędicamentis. ens autem prædicatur de quocunq; essentialiter. ergo relinquitur ipsum vniuoce prędicari. Vniuoca aũt sunt vni⁹ rationis, vt dicitur in prędicamentis, quare &c. Item tertio, quod est obiectum vnius virtutis cognoscitiuę est vnius rationis: cũ virtutes p actus distinguantur & act⁹ p obiecta, vt patet in Secundo de Aĩa. Sed ipsum ens est obiectum vnius potentię, s. intellectus, vt dicitur cõiter,

Tex.c.13. quare &c. Itē quarto, illud ex quo constituitur primũ principiũ complexũ est vnius rationis: sed ens est hmõi. quare &c. Maior patet: quia ipsum primum principium complexum est vnũ & complexũ est vna propositio, &

E non est vnũ ex suppositione: & hoc non esset si cõstitueretur ex aliquo multiplici: & minor patet per Aristo. in

Tex.c.9. Quarto Meta. vbi dicit, q̄ hoc est primũ principiũ complexũ: non contingit idē simul esse & non esse. quare &c.

Itē quinto, illud quod primũ producitur à cã maxime vna est vnius rõnis eo, q̄ cã & cãrum debētpportionari: vt i Scd'o Phy. Sed ipsum ens est p̊mũ cãrũ à cã maxime vna. nam p̊ma rerũ cãrũ est eē, vt patet in libro de Cãis.

Tex.c.18. OPPOSITVM arguitur hic auctoritate Arist. qui dicit, q̄ ipsum ens diciĩ multiplr̃. quod nõ esset, si esset vni⁹ rationis ad substantiam et accidens: quod enim est vnius rationis ad aliqua non dicitur de eis multipliciter,

CONCLVSIO

Ens non vniuocum, nec pure ęquiuocum, sed analogũ est ad substantiam, & accidens, siue decem prædicamenta,

Opinio. DE ista quæstione sunt opiniões diuersę. Quidã enim dicunt, q̄ ens est vnius rõnis tertię distinctæ a ratio-

F nę substantiæ & à ratione accidentis, quod probãt rõnibus prius adductis, & p̃cipue fundãt se sup hoc, quod ipsum ens habet vnũ modũ essendi seu vnum apparens in substantia & accidente, s. esse formaliter p se. nã ipsa substantia est ens p se & formaliter, & accidens est ens per se formaliter: quãuis. n. ipsum sit subiectiue in substãtia, tñ non est ens p ipsam substãtiã formaliter, s. quod ipsa substantia sit formale principiũ, p quod est ipsum accñs, immo seipso & non aliquo alio est ens formaliter, & ab isto modo essendi cõi potest sumi vnus cõceptus intellectualis diuersus à conceptu substantiæ proprio, & à cõceptu accidentis proprio. Dicunt tñ quidã istorum, quod licet ratio entis, sit vna sm se ad substantiam & ad accñs, tñ p prius prædicatur de substantia q̃ de accidēte. & ideo dicitur quod ens non est pure vniuocum, sed analogũ quocunq; modo. Nã substãtia ipsa est prius & verius ens formaliter q̃ ipsum accñs. Et p hoc soluunt oẽs auctoritates

Reprob. G Aristotelis & Cõmentatoris. Sed istud nõ placet alijs pp multa. Primo, quia si ens esset vnius rationis ad substantiã & ad accñs, tunc esset genus, cũ p̃dicaretur de eis essentialiter & sm vnã rõnem. hoc aũt reputaĩ inconueniens sm Arist. & Porphyriũ. nec valet si dicatur, quod illa ratio p prius participatur à substantia q̃ ab accidēte, & ideo non est pure vniuocũ. quia similiter dicerē quod ratio aĩalis p prius & principalius inuenitur in hoĩe q̃ in alijs spēbus, & vĩr spēs eiusdē generis nõ pñt comparari ad se inuicē eē ęque pfecte, nec æqualiter habere rationē illius generis: potest itaq; sic opponi si participatio alicuius modi essendi scd'm magis pfectũ & minus pfectũ impediret vniuocũ, sequitur q̄ aĩal non esset vniuocum ad hoĩem & ad alia aĩalia, cũ hõ participet ipsum multo fortius q̃ cætera aĩalia. Itē, si ens esset vnius rationis distinctæ &c. tunc conceptus decē p̃dicamētorũ non eēnt simplicissimi & p̊mi: q̄d patet esse falsum p Porphiriũ, q̄ dicit, q̄d decē genera pdicamentorũ sunt decē p̊ma princi-

H pia rerum. & patet consequentia: quia semper conceptus inferioris est compositiųs aliquo modo ex conceptu superioris, vbi superius habet vnum conceptum distinctum, hæc aũt rõ non est multũ euidēs: q̄a supponit vnũ quod est forte æque dubiũ, vel magis proposito, s. q̄ cõceptus inferioris sit cõceptus compositus ex pluribus conceptibus, & hoc multi negant: sed de hoc visum fuit aliq̄d p̊us.

Item ista positio videtur aperte contra Arist. intentionem in Quarto Metaph. vbi ipse exemplificans multiplicitatem entis, exēplificat de salubri, quod dicitur sm diuersas rationes, vt manifestum est ibidem. Nec valet q̄d ipsi dicunt de illo modo essendi substantiæ & accidentis. q̄d patet: quia esse per se formaliter substantię est idem essentialiter cum ipsa substantia: et similiter esse formaliter accidentis, vt isti met concedunt, nihil aliud est q̃ modus essendi suĳpsius. Vnde sicut substantiæ & accidentis nõ est vnus modus essendi communis, sic esse formaliter nõ est vnus communis modus essendi illis, Item aliqui sic arguunt,

arguunt, prædicatum non prædicatur essentialiter de modo essendi, à quo sumitur ratio ipsius termini, vt animal non prædicatur de illo modo essendi, qui est sentire, vel sensus, a quo sumitur ratio animalis: & homo non prædicatur essentialiter de ratiocinari, vel rationali virtute, a quo sumitur ratio hominis. Tunc arguitur sic. ille modus essendi, scilicet esse formaliter, aut est ens vel non ens. si non ens, tunc est derisorium, ꝙ ratio intelligendi entis sumatur à non ente: si est ens, tunc ens prædicaretur essentialiter de modo essendi, à quo accipitur ratio entis: quod videtur esse impossibile. Item modus essendi à quo sumitur conceptus alicuius rei, debet esse modus essendi cuiuslibet contenti sub significatione illius termini, vt modus animalis est modus essendi cuiuslibet animati. similiter autem & in aliis. si ergo esse formaliter est modus essendi, à quo sumitur ratio conceptus entis, tunc esse formaliter est modus essendi cuiuslibet entis: nunc autem, cum ipsum esse formaliter sit quoddam ens, ipsum esse formaliter erit modus essendi ipsius esse formaliter: & sic proceditur in infinitum in modis essendi per se ordinatis, aut idē esset modus essendi sui ipsius: ꝙ videtur esse impossibile.

Conclusio [prima?]. Et ideo dico aliter ad quæstionem, & dico tria. Primo dico, ꝙ ipsum ens non est vnius rationis tertiæ distinctæ à rationibus decem prædicamētorum. Et hoc probatur rationibus prędictis, tum quia esset genus, tum etiam, quia haberet aliquem vnum modum essendi communē substantię & accidenti: quod est valde remotum. quare &c.

Conclusio [secunda?]. Secundo est dicendum quod ipsum ens non est pure æquiuocum, quia de ipso, vt de subiecto, nō esse vna sciētia, vt vult Arist. in Quarto Meta. Sed consequēs est falsum, vt patet ibidem.

Conclusio [tertia?]. Tertio dico, quòd ipsum ens est analogum, quia illud, quod dicitur de diuersis secundum diuersas rationes ordinatas secūdum prius & posterius, ita scilicet, ꝙ prius dicitur de vno, & posterius de alio, et de posteriori non dicitur nisi in habitudine ad ipsum primum, scilicet vt est aliquid illius primi, dicitur analogice de illis: hanc recipio pro manifesta. sed ipsum ens dicitur de substantia & accidente secundum diuersas rationes ordinatas secundum prius & posterius, ita ꝙ de posteriori dicitur in habitudine ad prius, vt est aliquid eius (de substantia enim dicitur prius secundum rationem substantiæ, quæ est per se subsistere, vel substare: & dicitur de accidente secundum rationem suam, quæ est inhęrere: & non dicitur de accidente nisi in habitudine ad substantiam, inquātum, scilicet est aliquid ipsius substantiæ entis, scilicet qualitas, vel quantitas ipsius substantiæ vel actio: quare &c. Item probatur ratione antiqua, ꝙ non sit vnius rationis communis substātiæ & accidentis: quia illa ratio vel esset ratio entis absoluti, & sic esset ratio substantiæ, & non conueniret accidenti: vel esset ratio alicuius alterius accidentis, & sic esset ratio accidentis, & non competeret substantiæ.

Pria dubi[tatio?]. Sed hic sunt difficultates. Prima est Commentatoris: quia, si ens non esset vnius rationis, tunc genus prædicaretur de differentia per se: quod reputant impossibile, secundum Arist. Tertio Metaph. & Sexto Topi. & patet consequētia, quia dicendo rationale est ens, aut ibi ens prædicatur sub ratione substantię, aut sub ratione accidentis, aut sub ratione cōmuni distincta ab vtraque. si primo modo, tunc, cum substantia sit genus, prædicatur genus de differētia per se. si secūdo modo, hoc est impossibile: quia rationale nec est substantia, nec accidens. si tertio modo, habetur propositum.

Secūda du[bitatio?]. Item aliqui dubitant sic. Omne commune, quod potest esse notum & certum de aliquo, de quo nullum inferiorum suorum potest esse notum & certum, est alterius rationis ab vnoquoque suorum inferiorum: sed ens potest esse notum et certum de aliquo, de quo non est certum ꝙ sit substantia, nec ꝙ sit accidēs. quare &c. Maior propositio nota est, quia, si aliquod commune nō differret re, nec ratione à suis inferioribus, tunc de quocunque id esset notum & certum, oporteret esse notum aliquod suorum inferiorum vel significatorum, sicut, quia canis

A dicitur secundum diuersas rationes de latrabili & pisce & sydere, si non differret ab illis secundum rationem communem vnā, oportet de quo cognoscitur canis, cognoscatur vel stella, vel latrabilis, vel piscis. similiter autē & in aliis. & sic patet maior. Et minor declaratur: quia quidam antiqui cognouerunt & crediderunt firmiter, ꝙ lumen sit ens, & tamen dubitauerunt, vtrum esset substantia vel accidens, ita ꝙ nec esset certum eis ꝙ esset substātia, nec ꝙ esset accidens. similiter dicitur, ꝙ aliqui cognouerunt animam esse ens, & tamen non cognouerunt vtrum esset substantia vel accidens. quare &c. Et hoc est quod aliqui arguunt sub aliis uerbis. unus & idem conceptus nō potest esse certus & dubius alicui eidem simul: sed conceptus entis est certus alicui, cui est dubius conceptus substantiæ & conceptus accidentis, vt patet ex dictis.

Confirmatio. Et cōfirmatur per experimentum. Videmus enim, quòd, si quæreremus à puero uel à rustico de aliquo, utrum sit ens, ipse respondebit quod sic: &, si quęratur ab eo, utrum sit substā**B**tia, vel accidens nescit quid debeat respondere: quod non uidetur, nisi quia ens est alterius rationis. quare &c.

Ad primā dubōnem. Ad primam dubitationem dicunt aliqui, quòd ista propositio, rationale est ens, non est uera nisi de ipsomet rationali, et sub ratione propria rationalis: & ideo genus nō prędicatur de differētia per se, nec oportet ens habere unam rationē. & hoc fuit uisum in quæstione de Subiecto Philosophiæ Naturalis. ubi dictum fuit, quod ens non significat rationale sub ratiōe propria rationalis. nam ens actu extra animam non significat nisi decem prędicamēta sub suis primis rationibus: ideo in propositione, in qua prędicatur ens, non prædicatur rationale sub ratione propria ipsius, eò quòd in propositione oon prędicatur nisi illud, quod significatur per terminum positum in loco prædicati. Qualiter autem soluitur hæc ratio, quæratur in secūda quæstione, quę est de subiecto Scientiæ Naturalis.

Supra fol. 2. & 3. c. A. secundā dubōnem. Ad aliud dubium dicunt aliqui, quòd, si quis cognoscit de aliquo quòd sit ens, oportet quod cognoscat ꝙ sit substātia vel accidens sub disiunctione, licet non sit necesse quòd **C** sciat determinate ipsum esse substantiam, vel determinate ipsum esse accidens. Sed istud non videtur sufficere, quia si determinate cognoscitur aliquid de aliquo sub ratione entis, tamen non cognoscitur determinate sub ratione substantiæ, nec determinate sub ratione accidentis: oportet ergo ꝙ ratio entis sit alia ab vtraque illarum. detur enim ꝙ penitus sit eadem cum ambabus, oportet ꝙ habens rationem entis determinate, oportet ꝙ habeat vel determinate rationē substantiæ, vel determinate rationē accidentis. Et ideo dico aliter concedendo maiorem & negando minorem. immo credo, ꝙ quicunque cognoscit certitudinaliter esse ens, concipit ipsum determinate conceptu substantię, vel determinate cooceptu accidentis. Et, cū dicitur, ꝙ aliqui sunt scientes lumen esse ens, tamen nesciuerunt ipsum esse substantiam. Dico, ꝙ hoc ooo fuit pro tanto, quia ipsi intelligerent lumen intellectu aliquo, qui non esset intellectus substantiæ, nec intellectus accidentis. immo necessario conceptus, quem habuerūt de lumine secundum rei veritatem vel erat conceptus substantiæ, ita ꝙ non accidentis, vel erat conceptus accidentis, ita ꝙ non **D** substantiæ. nam ille intellectus vel representabit ens per se subsistens, & sic esset intellectus substantiæ: vel representabit ens inexistens alteri, & sic esset conceptus accidentis. Quod autem ipsi nesciuerunt dicere vtrum esset substantia vel accidens, hoc fuit pro tanto, quia nesciuerunt quid nominis ratione substantiæ & accidentis, sed, si cognouissent quid dicitur nomine substantiæ, & nomine accidētis, statim cognouissent ꝙ ipsum lumen esset accidens, et ꝙ concipiebāt ipsum vt accidens. Et per idem dicēdum est ad aliud dubium de conceptu.

Ad confirmationem Similiter ad experimentum de puero & rustico, dicendum est, ꝙ puer & rusticus bene intelligit quid nominis entis, sed nescit quid nominis substantiæ & accidentis: quia ista sunt nomina physica, quæ non referuntur ad sua significata nisi per

 exercitatos

E exercitatos aliqualiter in philosophia. vnde, si puero vel rustico exponeretur quid dicitur substantia, & quid accidens de quocunq;, quod concessit esse ens, statim concederet ipsum esse substãtiam determinate, & non accidẽs, vel determinate accidens, ita q non substantiam. Et si quis causa rationis diceret se experimentaliter cognoscere quòd ipse concepit aliquid vt ens, tamen non habet de illo ente conceptum substantiæ nec accidentis, non crederem ei non enim est necessarium quod quilibet dicit estimare, vt dicit Aristot. in Quarto Metaphy. Potest ergo dici ad maiorem, cùm dicebatur omne commune &c. verum est, si illud contingat secundum ignorantiam rei: sed si cõtingat secundum ignorantiã quid nominis non oportet. modo q aliquis cognoscat de aliquo q sit ens, et ignoret an sit substãtia vel accidens, hoc non est secundũ ignorantiam rei, sed secundum ignorantiam quid nominis, & tu considera propriam solutionem et manifesta eam secũdum dicta.

Dubitatio tertia.

Sed adhuc aliqui dubitant sic, ista propositio est vera. Substantia est prius ens & perfectius q̃ accidens: aut igitur ibi sumitur ens pro substantia, aut pro accidẽte, aut pro ente in communi sub ratione tertia. si pro substantia, hoc est inconueniens, quia tunc erit sensus, q substantia est prius substantia, q̃ accidens sit substantia, quod est ridiculum: quia nunq̃ ipsum accidens est substãtia. Si vero sumatur ibi ens pro accidente, adhuc est magis inconueniens, quia tunc erit sensus, q substãtia prius est accidẽs q̃ accidens, quod est impossibile. si tertio modo habetur propositum.

Responsio.

Substantia est pri⁹ ens q̃ accñs.

Hæc quidem ratio uidetur multum apparens, & reputant eam demonstratiuam nonnulli: quam ideo vltimo induxi, quia non est ita communis, sicut aliæ, saltem apud doctrinam illorum, quos noui. Et potest sic responderi ad istam rationem, vt dicatur q ibi sumitur ens pro substantia, sed non propter hoc erit sensus, q substantia sit prius substantia q̃ accidens sit substantia: sed erit sensus, q substantia sit prius substantia q̃ accidens sit accidens, et hoc est verũ, sicut enim substantia est prior saltem naturaliter accidente, sic etiã substantia est prius naturaliter substantia q̃ accidens sit accidẽs: & hoc non est inconueniens. Similiter, cùm dicebatur, q substantia est nobilius ens accidente, forte intelligendum est q ipsa substantia est nobilius substantia q̃ accidens sit accidens. & hoc uerum est aliqualiter. Nam ipsa substantia sic est substantia, q in essendo substantia nõ dependet ab accidente, nec vniuersaliter ab aliquo ente actu cui inhæreat, sed ipsum accidens in essendo accidens dependet à substantia, cui inhæreret, intantum, q si non inhæreret, nõ esset accidens. Vnde Aristoteles dicit in Septimo Metaphy. q accidentis esse est inesse, q in Primo huius, q passiones non sunt separabiles. & intendit per passiones accidentia omnia, vt ibi dicit Commentator.

Tex. cõ. 2.
Tex. cõ. 9.

Rñsiones.

Vnitas analogię suffis cit ad sciæ vnitatem.

AD rationes priores. Ad primam, cùm dicebatur, illud, quod est subiectũ &c. hic communiter dicitur, q ad vnitatem scientiæ non requiritur vnitas numeralis subiecti, nec vnitas secũdum speciem specialissimam, nec vnitas secundum genus vniuocum, sed vnitas analogiæ sufficit. nunc autem ipsum ens bene est vnum secundum analogiam. Nam omnia alia entia referuntur ad vnũ primum ens, vt ad subiectum, non tanquam ad vnum efficiens aut finem, vt dicit Commentator. & loquitur de substantia materiali, vt puto: nam omnia accidentia, immo etiam omnes substantiæ aliæ attribuuntur uni substantię immateriali vt fini, scilicet ipsi Deo, immo etiam dicunt aliqui tanquam agenti. Quę autem sit vnitas scientiæ, ad quam sufficit vnitas obiecti secundum analogiam, bonũ esset inquirere, vtrum scilicet sit vnitas secundum speciẽ specialissimam, ita q omnis habitus scientifici, qui habẽtur de ente ex primis partibus entis, sint idem secundum speciem, aut sit vnitas secundum genus, aut solum analogiam. sed hoc nimis esset longum, ideo propter breuitatẽ dimitto ad presens. Ad secundam est dicendum, quod ens non prædicatur pure æquiuoce, sed prædicatur analogice. & istum modum prædicandi comprehendit Arist. sub æquiuoco propter diuersitatẽ rationum, quas habet ipsum analogum, & de tali bene est scientia, vt docet Aristot. in Quarto Methaphy. vbi dicit sic, nõ enim solum eorum, quę sunt secundum vnum dictorũ est vnius scientiæ speculari, sed eorum quæ ad vnam naturam. Tex. cõ.

Duplex e obm pri mũ intell

Ad tertiam dicendũ, q ipsius intellectus dicitur esse duplex primum obiectum. vno modo primum primitate principalitatis, & primum primitate communitatis. Obiectũ primum primitate principalitatis est vnius rationis vniuocę, & tale est substantia. sed primum primitate communitatis est illud, quod est commune ad omnia per se intelligibilia, & hoc est ipsum ens, et tale potest esse vnius rationis secundum analogiam, et sufficit. Ad quartam, cum dicitur, illud, ex quo constituũtur principia &c. Dico, q cum primum principium complexum debeat esse cõmunissimum: est enim naturaliter prĩcipium omnium dignitatũ, vt dicitur Quarto Metaphy. ideo oportet ipsum esse constitutum ex termino cõmunissimo, scilicet ex ipso ente: & ideo sufficit q sit vnum secundum analogiam. Tex. cõ.

F Et cum dicebatur, quod ipsum primum principium non debet haberi ex suppositione, sic est intelligendum hoc, q non debet esse notum ex aliquibus aliĩs propositionibus notioribus, & præsuppositis notioribus ipso. dico ipso primo principio, ex quibus concludatur: tamen nõ negatur quin ad eius veritatem requiratur veritas suarum partium, vt hoc, quod dico, non contingit idem simul esse & non esse idem, requirit veritatem huius, non contingit idem simul esse substantiam, & non esse substantiam, & huius, non contingit idem simul esse accidens, & non accidens. Ad quintam, cùm dicebatur, illud, quod est causatum &c. cõcedatur. Et cũ dicitur, q ipsum esse &c. dico, q in illa propositione, prima rerum causatarum est esse, non accipitur ibi esse, prout est commune secundum G prædicationem ad substantiam & ad accidens, sed sumit ibi esse pro existentia alicuius determinati entis, quod se habet immediate ad primam causam: cuiusmodi est nobilissima intelligentia post ipsum Deum. vnde secundum aliquos vult dicere q in ipso primo causato idem est esse suũ cum sua essentia, vnde sicut essentia primi causati est primum causatũ, sic esse ipsius est primum causatum: de hoc tamen ad presens non determino &c.

Melius autem infinitum esse dicit, quod est quantum: itaque aliquid est, quod est. Tex. cõ.

QVAESTIO IX.

An substantia materialis sit per se in partes eiusdem rationis diuisibilis.



QVia Aristot. dicit hic, q substantia non est finita de se, scilicet sine quantitate: omne autem finitum isto modo, quo loquitur, est diuisibile in partes eiusdem rationis, & econuerso: ideo solet hic introduci quæstio, H Vtrum substantia materialis sit per se diuisibilis in partes eiusdem rationis.

Arguitur primo q sic: quia sicut se habet substantia ad quantitatem, sic partes substantiæ ad partes quantitatis, per conuenientem similitudinem: sed substantia prior est naturaliter quantitate, vt omnes confitentur: ergo partes substantiæ sunt naturaliter priores partibus quantitatis, & sic substantia per se est diuisibilis in partes naturaliter eiusdem rationis, anteq̃ sibi inest quantitas. Item secũdo, si substantia esset diuisibilis in partes eiusdem rationis, non per se, sed per quantitatem, tunc partes eiusdem rationis ipsius substantiæ non essent substantiæ, quod patet esse falsum: partes enim ligni sunt substantiæ: similiter autem & in aliĩs. consequentia declaratur: quia partes uniuscuiusq; diuisi sunt illud, quod sunt per illa, quibus totũ diuiditur in eas, vt animal diuiditur in hominem & asinum

num

num per rationale & irrationale, & constat ꝙ homo est illud, quod est per se rationale. similiter autem & in alijs: si ergo substantia materialis diuideretur in partes eiusdē rationis per quantitatem, tunc vnaquæq; illarum partiũ esset illud, quod est, per ipsam quantitatem, & tale non potest esse substantia. cum enim quantitas non sit substãtia per ipsum, nihil potest esse substantia: quare &c. Itē tertio, illud, quod competit causæ & causato, per prius competit causæ q̃ causato: sed esse diuisibile in partes rationis eiusdem competit quantitati & substantiæ, & substantia est causa quantitatis, vt omnes concedunt: quare &c. Maior habetur à Commentatore Octauo Metaphysicæ capitulo, oportet autem non ignorare. Item quarto, si substantia esset diuisibilis per quantitatem, tũc forma substantialis non vniretur immediate materię primę: quod communiter reputatur impossibile. & probatur consequentia. cum enim forma substantialis non adueniat nisi materiæ diuisibili & partitæ ab alia materia, tunc, si materia non esset diuisibilis & partita ab alia materia nisi per quantitatem, sequeretur ꝙ forma substantialis non vniretur, nec adueniret immediate materię primæ: quare &c. Item quinto per illud substantia materialis est diuisibilis in partes eiusdem rationis, per quod ipsa est apta nata habere plura indiuidua eiusdē speciei.
Com. 21. nam ipsa indiuidua non sunt partes eiusdem rationis per quantitatem, sed per materiam, hoc habent secundum ꝙ videtur velle Commētator Septimo Metaphysicę, vbi dicit, ꝙ causa multitudinis indiuiduorum sub vna specie ab eodem agēte est multitudo partium materiæ, in quas agens agit. quare &c. Vnde etiam substantiæ separatæ dicuntur à Philosophis non esse plurificatæ numeraliter in vna specie: quia non habent materiam.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Arist. in isto Primo, vbi dicit, ꝙ substantia non est finita nisi per quantitatem. & intendit de finitate s͞m extensionem, non de finitate vigoris, aut durationis: & pari ratione non est diuisibilis nisi per ipsam quãtitatem. diuisibilis dico, in partes eiusdem rationis.

CONCLVSIO

Materialem, seu sensibilem substantiam, quamuis nonnulli per se indiuisibilem putent, ea tamen per se in eiusdem speciei, partes, licet mediante quantitate, necessario diuisibilis est.

AD istam quæstionem dicunt aliqui, ꝙ substantia materialis nullo modo est diuisibilis per se in partes eiusdem rõnis, sed solum per quantitatem. Et
Opinio. Rõ prima. hoc probant sic: si substantia esset diuisibilis per se in partes eiusdem rationis, aut hoc esset in primo modo dicēdi per se, aut in secundo. non in primo modo: quia tunc esse diuisibile in partes eiusdem rationis poneretur in definitione substantiæ materialis: quod falsum est & inconueniens. nec similiter in Secundo modo, quia sic substantia materialis poneretur in definitione huius, quod est esse diuisibile in partes eiusdem rationis: hoc autē relinquũt pro inconuenienti. Item, illud, quod per se est diuisibi-
Rõ secũda le in partes eiusdem rationis per se, habet partem extra partem: hanc recipiunt pro manifesta. sed ipsa substantia materialis per se non habet partem extra partem, vt manifestum est cuilibet intelligenti: quare &c. Secundo dicunt, ꝙ esse diuisibile in huiusmodi partes debetur substantiæ materiali per quantitatem. quod probant sic: quia per illud cui primo & principalius competit diuisibilitas in partes eiusdem rationis debetur esse sic diuisibile, cuicunque debetur. primum enim in vnoquoq; genere est causa quare omnia alia sunt talia, vt satis patet in Secũdo Metaphysi. modo ipsi quantitati cõpetit primo & prin-
Tex. c. 4. cipaliter esse diuisibile in partes eiusdem rationis: hoc ha-
Tex. c. 15. betur, vt dicunt à Philosopho Quinto Metaphy. capitulo de Quanto. vbi Aristo. definiens quantum dicit, quantum est diuisibile in ea, quę insunt, quorum vnumquod-
A que &c. Sed videtur mihi ꝙ hæc opinio deficit in duobus. Primo in hoc, ꝙ dicit, ꝙ substantia materialis nullo modo sit diuisibilis per se. secũdo in hoc, ꝙ dicit, ꝙ ista diuisibilitas primo competit quantitati. Primum sic osñditur: illud, quod inest alicui per accidens, contingit ei
Tex. c. 26. non inesse, vt habetur plane ab Aristo. in Decimo Me-
Tex. c. 16. taphy. versus finem. & in Octauo Physicorum in illo capitulo. ad dicta sic intendentibus. sed substantiam materialem non contingit non esse diuisibilem in partes: quare &c. Sed dices ꝙ duplex est accidens, scilicet necessarium, & non necessarium. De primo non est vera maior. sed de secundo modo substantiam esse diuisibilem est accidens necessarium. Istud non sufficit, quia Philosophus
Tex. c. 26. in Decimo Metaphysi. intendit ostendere, quòd nihil est corruptibile per accidens. & ad hoc assumit propositionem prædictam, scilicet accidens contingit non esse. si igitur intelligeret de accidente non necessario, tunc nõ probaret nisi ꝙ corruptibile non est accidens non necessa-
B rium. & hoc est ridiculum: quia constat vnicuique quòd corruptibile non est accidens non necessarium. Item accipiam aliam propositionem ex Primo Posteriorum in primo capitulo. Si igitur scientia demonstratiua &c. ibi dicit Philosophus, accidētia enim nõ necessaria sunt. Vnde vult aperte ibi ꝙ omnia necessaria sunt per se aliquo modo. Et confirmatur, quia sermones in demon-
Confirmatio. stratiuis sunt intelligendi de per se, vt dicunt illi, qui tenent positionem prædictam, & præcipue rationabile est vt intelligantur de per se in illa arte, quæ docet demonstrare, & vbi demonstrat Aristo. vnam de principalibus conclusionibus illius scientiæ. Cum igitur dicat ibi Aristo. absolute ꝙ accidentia non sunt necessaria, ista propositio est vera per se, & per consequens nulla sunt accidentia, quę, scilicet nullo modo sunt p se sunt necessaria. sicut enim in affirmatiuis per se præsupponit de omni, ita & in negatiuis per se supponit de nullo, vt scitur ex Logica.
C Et confirmatur: quia Aristo. in illo capitulo, si igitur
Confirmatio. demonstratiua scientia, prope principium ponit istam diuisionem, Omne quod inest alicui, aut inest ei per se, aut secundum accidens, & statim post subdit istam propositionem, accidentia autem non sunt necessaria: & sic de eodem accidente intelligenda est illa propositio & diuisio. si ergo propositio intelligitur de accidente non necessario, & diuisio: intelligenda est de accidente non necessario, & erit intellectus, omne quod inest alicui, aut inest ei per se, aut non necessario: sed constat quòd accidens necessarium non inest non necessario: ergo inest per se, & hoc est quod volumus. Item Aristot. Quinto Meta-
Tex. c. 16. physi. capitulo. de eodem dicit, quòd illa, quæ sunt eadem aliquibus per accidens non dicuntur vniuersaliter de eis. nam vniuersalia secundum se existunt, accidentia non sunt necessaria: constat autem quòd esse indiuisibile in partes eiusdem rationis vniuersaliter dicitur de substantia materiali: ergo non dicitur de ea pure secun-
D dum accidens. Item Aristo. in eodem quinto capitulo
Tex. c. 11. de accidente, non ponit nisi duo significata accidentis. Primum est, quòd non est necessarium, secundum est ꝙ quicquid inest alicui per se, & non est de substantia eius. Et primum quidem significatum ponit his verbis. Ac- "
cidens igitur quod inest alicui, & verum est dicere. sed "
cum non ex necessitate nec secundum magis, & post "
exemplificat. Secundum vero significatum sic exprimit, "
Dicitur & aliter accidens, vt quæcunque existunt vnicuique secundum se, non in substantia entia. Ecce secundum Aristo. quòd omne accidens, quod distinguitur contra accidens non necessarium, inest secundum se: & si quis ponit tertium genus accidentis, scilicet quod est necessarium: & tamen non inest secundum se, hoc est concedere Aristo. fuisse diminutum in numerando significata huius analogi accidens. & ideo non credo esse verum quod substantia materialis sit diuisibilis per accidens pure, sicut isti concedunt & ponunt. Peccant

etiam in alio, quòd, scilicet dicunt quantitatem esse illud, cui principaliter competit esse diuisibile, cum enim diuisibilitas in partes eiusdem rationis sit quoddam accidēs, & accidens non potest esse principale subiectum alterius accidentis, vt omnes concedunt, & habetur ex Secundo Metaphysi. inconueniens est, q ipsa quantitas, cum sit quoddam accidens, sit subiectū illius diuisibilitatis principale, nec sequitur, q, si quantum describitur per esse diuisibile: ergo ipsa quātitas principaliter sit subiectū illius diuisibilitatis. Et confirmatur: quia idē debet esse principale subiectum potentiæ vel aptitudinis ad aliquem actum recipiendum, & illius actus. vt idem est principale subiectum potentiæ ad formam substantialem, & ipsius formæ substantialis, similiter autem & in alijs. Si igitur ipsa quantitas esset principale subiectum diuisibilitatis quæ est quædam potentia vel aptitudo ad actum diuisionis recipiendum, vtique sequeretur ipsam quantitatem esse principaliter subiectum diuisionis actualis, cum aliquid diuiditur actualiter in partes eiusdem rationis, & quis hoc diceret?

Tex. c. 2. & prio Phis 26.

Quantitati non cōpetit solū diuisibilitas.

Dico igitur aliter ad quæstionem præmittendo quædam. Primo intelligendum, q partes eiusdem rationis sunt partes eiusdem speciei adinuicem, vt duæ partes ligni, quarum quælibet est lignum, similiter duo homines, qui sunt eiusdem speciei specialissimæ, & sic de similibus. & huiusmodi partes quandoq; sunt sibi̇ inuicē continuæ, vt duæ partes ligni, aut ignis, & tunc possunt dici partes quantitatiuæ: aliquando vero non possunt esse sibi̇ inuicem continuæ, sed distinctę & diuersę secundum actum, vt duo homines, & tunc possunt dici partes subiectiuæ seu supposita. Vlterius accipio à Commentatore Quinto Metaphy. capitulo de Secundum se, q aliquid competit alicui secūdum se duobus modis, vno modo sicut substantia eius, alio modo sicut accidens, & vtrunq; duobus modis, vno modo immediate, alio modo mediate, & ponit exempla de istis: & sunt verba sua ista. Omne quod in aliquo existit per se, aut existit in eo tanquam substantia, aut tanq̄ accidens, & vtrunq; istorum aut per medium, aut sine medio. vt substantia per medium, aut cū medio est homo viuus, accidens per medium, corpus coloratum, substātia sine medio, homo rationale, accidens sine medio est superficies colorata, in hac autem notabili distinctione non parum gaudebat animus meus.

Partes eiusdē rōnis.

Tex. c. 11. Cōpetere alicui aliquid secundū se dupliciter.

His præmissis dico ad qōnem, q substantia materialis est p se diuisibilis in partes eiusdē rationis, secundo dico, q hoc non competit ipsi substātiæ per se immediate. Primū ostenditur ratione præacta, quia substantia materialis aut est per se diuisibilis in partes eiusdem ratiōis, aut pure per accidens, hoc concederetur ab omnibus sapientibus, sed non est diuisibilis pure per accidens, vt probatum est: quia nullum pure per accidens est necessariū, & vniuersaliter inexistens, vt vult Arist. in locis prædictis: quare &c. Item, id, quod est principale subiectum alicuius accidentis, cui assignatur subiectum per se, non potest esse subiectum illius accidentis pure per accidēs: hanc recipio pro vera. sed ipsa substantia materialis est principale subiectum diuisibilitatis in partes &c. & ipsi diuisibilitati datur subiectum per se, sicut isti concedunt quare ipsa substantia materialis non est pure per accidēs subiectum diuisibilitatis, ergo relinquitur q aliquo modo per se. & probatur Minor: subiectum enim diuisibilitatis principale, aut est ipsa quantitas, aut substantia materialis subiecta: & hæc diuisio videtur sufficiens. sed ipsa quantitas non est principale subiectum simpliciter ipsius diuisibilitatis, vt ostensum est. quare &c. & sic patet primum. Nunc autem declaro secundū: illud enim, quod competit substantiæ mediante quantitate, non debetur ei per se immediate, hoc est euidens: sed ipsum esse diuisibile in partes eiusdem rationis inest substantiæ mediante quantitate, tanquam dispositione & præparatione ad istam diuisibilitatem, vt omnes concedunt. Et

Conclusio Substantia materialis est p se diuisibilis in ptes eiusdem rationis.

E ad istam intentionem dicit Aristo. q substantia non est finita extensiue, nisi secundum accidens, i. nisi ei insit aliquod accidens, s. quātitas, & hoc ipsemet exponit statim post, sed simul, & aliquę quantitates sunt: & hoc sufficit ad intentionem Arist. vt, s. ostendat, q non tm̄ est vnū ens, q sit substantia: ista enim non esset finita nec infinita extensiue: cuius oppositum volebant illi, contra quos arguebat, & disputabat ibidem. Item aliqui sic arguūt. si substantia esset diuisibilis per se et immediate in partes eiusdem rationis, quemadmodum genus est per se & im mediate diuisibile in suas species, tunc sequeretur, q partes illæ eiusdem rationis, quæ sunt indiuidua eiusdem speciei, differrent fm substantiam, sed hoc est falsum & inconueniens, vt vult Arist. in Secundo Posteriorum, vbi sic ait, multę sunt differentiæ in eadem specie, sed non fm substantiam, nec per se. & probatur cōsequētia: quia illa, in quæ aliquid diuiditur, differunt ab inuicem fm illa secundum quæ diuiditur. vt cum animal diuiditur fm rōnale & irrationale ideo homo & brutum differunt ab in-
F uicem fm ista. si igitur forma substantialis speciei specialissimæ diuideretur fm se ipsam & immediate in diuersa indiuidua, quæ sunt partes eiusdem rationis, videret consequens esse, q ipsa indiuidua eiusdem speciei differrent ab inuicem fm formas substantiales: & tunc differrent secundum speciem. quod est absurdum. Sed aliqs posset cauillare, dicēdo, q substantia materialis est per se & immediate diuisibilis in indiuidua substantiæ non mediante aliquo accidente, & concederet, q indiuidua eiusdem speciei differunt ab inuicem fm substantiam & formam substantialem naturaliter, priusquam differāt aliquibus accidentibus, sed non differunt ab inuicem per formam fm se, sed per formam indiuisibilem: & per hoc multū innantur aliqui illorum, qui ponunt q indiuiduum substātiæ est indiuiduum per formam substantialem, vt videtur velle Commentator in Secundo de Anima. hoc au-
G tem videtur difficile tenere: quia, cum dico forma indiuidualis, aut indiuidualitas, addit aliquam rem super formam, aut nihil addit. sed, si nihil addit, tunc sicut indiuidua differunt ab inuicem per formas indiuiduales, ita differunt per formas absolute: quod est inconueniens, & cōtra eos, & cōtra veritatē. si indiuidualitas addit aliquā rē supra formam, aut illa res est substantia, aut accidens. si accidens, tēdit contra eos, q, indiuidua, cum differant secundum formas indiuiduales, differant formaliter secundum accidens. Si illa indiuidualitas sit substantia, aut est forma, aut materia: sed non est dicendum, q substantia materiæ, quia tunc per substantiam materiæ differrent formaliter indiuidua eiusdem speciei: quod est ridiculū. si dicatur, q huiusmodi indiuidualitas est forma substantialis, aut est eadem cum forma absolute, aut alia: si eadē, tunc reuertitur inconueniens, scilicet q differunt per formas absolute. si est alia forma substantialis à forma ab-
H solute, tunc vnum indiuiduum numero habet simul diuersas formas substantiales, & species non dicet totam substantiam indiuiduorum: quæ omnia inconuenientia sunt, & contra doctrinam communem. Qualiter autē se habet veritas, de hoc ad præsens nō determino, sed in problemate de principio indiuiduationis, videbitur deo dāte. Ad rationes huic positioni contrarias facile est respondere visis prędictis. Cum enim ipsi dicunt, primo, q aut in primo modo &c. dico, q in secundo modo prædicatorum essentialiū competit esse diuisibile ipsi substātiæ materiali, sed nō oīno imediate: quęadmodum risibilitas aīæ humanę, sed mediante quātitate aliquo modo mediatiōis, vt dictū est. & ad hoc cōsensit Philosophus Quinto Meta, capito de Quāto: non enim dixit quantitas est, qd est diuisibile &c. sed dixit quantum, quia esto, q q̄titas bene sit diuisibilis, vt puto, tamen non ita principaliter substat ipsi diuisibilitati, sicut substantia materialis, quę includitur in quanto: nō igitur oportebit pro tāto q substantia materialis ponatur in diffinitione diuisibilitatis, vel

Cōmen. 8.

Ad primas rationem. Diuisibilitas cōpetit substanę. Tex. c. 18.

vel, si diceretur ꝙ substantia materialis ponitur in diffinitione perfecta ipsius diuisibilitatis, non esset magnũ inconueniens, vt, s. ipsa diuisibilitas in partes eiusdem rõnis intelligatur esse quædam aptitudo substantiæ materialis ad recipiendum diuisionem in partes eiusdem speciei: quarum vna est extra aliam. Ad aliam cum dicitur, ꝙ est diuisibile &c. dico, ꝙ ipsa substantia per se immediate non habet partẽ extra partẽ, cũ per se mediate est apta nata habere partem extra partẽ, & hoc ꝙ sit diuisibilis mediate per se, non pure per accidens.

Ad secundam rationem.

Rñsiones.

AD rationes in principio quæstionis adductas, licet tendant ad conclusionem, quam posuimus: quia tamen per viam rectam incendunt, opus est ad eas intendere. Cum primo dicitur, sicut substantia ad quantitatem etc. potest dici, ꝙ in hoc est simile: ꝙ sicut substantia materialis non potest esse sine quantitate, sic partes substantiæ materialis non possunt esse sine quantitate, i. sine partibus quãtitatiuis. sed dissimile est in alio: quia substãtia non includit in sua essentia aliquod esse accidentale: iõ potest esse materia prior quantitate, sed pars substantiæ eiusdem rationis cum alia icludit in essentia sua aliquod esse accidentale, s. esse partem eiusdem rationis. & istud esse accidentale non potest habere immediate, sed mediãte quantitate. & hoc tamen forte verum est, ꝙ id, quod est pars substantiæ eiusdem rationis, naturaliter præcedit illud, quod est pars eiusdem quantitatis. vt hoc lignũ, quod est pars ligni eiusdem rationis ſm id quod est, prius est hac quantitate sua: prius dico natura. sed non oportet ꝙ sit prius quantum ad hoc esse, quod est partialitas vel esse partem eiusdem rationis, & ideo ratio non cõcludit.

Pars substãtiæ eiusdem rõnis præcedit id, qd est ps eiusdẽ q̃titatis.

Ad secundam dico negando consequentiam. Et ad probationem cum dicitur, partes vniuscuiusq; diuisi &c. dico ꝙ hoc est verum in diuisione per se & essentiali seu per se, in qua diuisum est idem substantialiter cum diuidentibus, sicut animal diuisum per se per rationale & irrationale: sed in diuisione secundum accidens non est necesse: sed sic est in proposito, diuisio enim speciei in indiuidua est ſm accidens, & non per se & immediate. In eadem. n. specie sunt multæ differentiæ, sed non secundum substantiam, nec per se, vt iam allegatum est in Secundo Posteriorum. Ad tertiam concedendum est, ꝙ esse diuisibile in partes &c. competit ipsi quantitati per ipsam substãtiam subiectiue, & ideo principalius competit ipsi substãtiæ subiici tali diuisibilitati q̃ ipsi quãtitati: semper enim substantia materialis est principalius subiectum suorum accidentium q̃ aliud accidens. vnde licet veriori modo per se conueniat quantitati illa diuisibilitas q̃ substãtiæ: quia quantitati competit per se & immediate, s. non mediante aliqua alia forma disponente eam ad istam aptitudinem. substantiæ autem materiali conuenit per se immediate, subiectiue: quia substantia sola est per se subsistens & alteri non inhærens, saltem enti in actu: ideo dicitur, ꝙ substantia sit principalius subiectum accidẽtium q̃ vnũ accidens subiectum alterius. Vtrum autem diuisibilitas substãtiæ in partes eiusdem rationis & diuisibilitas quãtitatis sit vna secũdum speciem specialissimam, relinquo posteriori perscrutationi, quibus placuerit prolõgare sermonem: plurimam enim connecterem, nisi inspicientium animos crederem tedio contristari. Sed, si quis sumeret istam propositionem, cuicunq; competit aliquod accidens magis proprie per se, eidem competit principalius: potest dici, ꝙ verum est comparando in eodem genere, sed non in diuersis. & ratio assignatur: quia substantia sola est per se subsistens & alteri non inhærens, saltem enti in actu, vt dixi supra. Ad quartam rationem concedo consequens, s. ꝙ forma substãtialis adueniat materię mediantibus dimensionibus remanentibus eisdem numero ſm essentiam, quæ prius erant. &, cum dicitur: ꝙ tũc forma substantialis non immediate vniretur materiæ primę: dico, ꝙ immo per priuationem medij principalioris, quòd, s. sit principalius receptiuum formę q̃ materia: sed

Diuisio speciei in indiuidua est secundũ accidens.

Rõ prima. Substantiæ materiali conuenit per se imediate subiectiue diuisibilitas.

A non immediate per priuationem medij dispositiui & pręparatiui: immo potest esse medium dispositiuum ad recipiendum formam substantialem: ideo non valet ista ratio contra nos. Quinta ratio soluta est ex dictis in distinctione Commentatoris.

Habet autem dubitationem de toto & parte. Tex. c. 17.

QVAESTIO X.

An Totum Distinguatur à suis partibus, vel cum illis idem sit.



QVæritur hic, vtrum totum sit idem cum sua parte vel diuersum. Arguit primo ꝙ non sit idem cum sua parte: quia, si totũ esset idẽ cum aliqua sui parte, tũc partes essent inter se eædem: quod est falsum. quia manus non est idem cum capite, nec è conuerso. Consequentia declaratur: quia qua ratione totum esset idem cum aliqua vna sui parte eadem ratione esset idem cum alia: & sic esset idem cum omnibus suis partibus, & è conuerso oẽs partes essent eædem ipsi toto: modo quæcunq; vni & eidem sunt eadem inter se sunt eadem: igitur partes erunt eædẽ inter se: quod est impossibile: quare &c. Item secũdo, si totum & pars essent idem, tunc quicquid cõueniret toti, & parti conueniret, saltem de partibus realibus. sed cõsequẽs est falsum. totum enim omnes partes totius includit, & nulli partium hoc competit, ꝙ includat omnes partes totius: quia tũc esset æqualis toto. Item tertio, si totum esset idem cum sua parte & è conuerso, tunc totum esset indiuisibile: quod est manifestum impossibile. Et probatur cũsequentia: quia sicut dicebatur, si totum est idẽ cum sua parte & è conuerso, eadem ratione cum alijs: & sic oẽs partes essent eædẽ toti. & per cõsequens erũt eædem inter se: quia quæcunq; vni & eidem &c. & sic vlterius sequitur, ꝙ ipsum totum est indiuisibile: quia diuisio debet esse in diuersa. & iam ostensum est, ꝙ partes erunt eædem & non diuersa &c. Item quarto, quod potest separari ab aliquo nõ est idẽ cũ eo, nec è conuerso: sed pars potest separari à toto, vt manus à corpore: quare &c.

B

C

OPPOSITVM arguitur: quia, si totũ esset aliud à sua parte, tunc esset aliud à seipso: quod est impossibile. Probatur consequentia: quia, si totum est aliud à parte, similiter, pars erit aliud à toto, & qua ratione vna pars erit aliud à toto, eadem ratione omnes partes erunt alię à toto: sed, si omnes partes sunt aliud à toto, cum totum non sit aliud q̃ congregatio oĩum suarum partium, sequitur, ꝙ totum est aliud à seipso: quod falsum est & impossibile. & hanc rationem induxit Commentator.

CONCLVSIO

Totum per se & primo idem vel diuersum cũ aliqua sui parte nequaquam est, at per se, sed nõ primũ idem vel diuersum esse potest.

D

AD quæstionem dimissis opinionibus alijs, dico, quòd totum esse idem cum sua parte vel etiam diuersum, potest itelligi dupliciter. vno modo per se primo, alio modo per se non primo. Item posset accipi distinctio totius in totum essentiale, & vniuersale, & quantitatiuum: & subdistingui totum quantitatiuum in totum continuum, & non continuum. sed causa breuitatis pertranseo: quia est idem iudicium de omnibus quo ad quæstionem propositam. Tunc dico breuiter quatuor. primo dico, quòd totum non est idem cum sua parte per se & primo. Secundo dico, ꝙ totum non est diuersum ab aliqua sui parte simpliciter & primo. Tertio dico, quòd totum est idem cum sua parte per se, sed non primo. quarto, quòd totum est diuersum per se à parte sua et non primo. Primum ostenditur sic. quia, si totum esset idem simpliciter & primo cum sua parte, tunc quicquid includeretur in toto, includeretur in parte. quod est manifestum esse falsum: quia tunc totum non esset maius sua parte, cõsequentia de se patet. Et declaratur sic secundum,

Comẽ. 17. Totum idẽ esse cũ suis ptib⁹ quõ intelligit.

Totũ non est idẽ cũ suis ptib⁹ per se primo.

quia illud, quod est de essentia alicuius & perfectione, E
non est idem omnino aliud ab eo: hoc est euidens, sed
Tex,c,27. pars est de essentia & integritate totius, vt manifestum
est, & habetur ex Quinto Metaphy. totum enim nõ est
perfecte totum, si habeat omnes partes suas per se. Ter
tium declaratur sic, scilicet ꝙ totum est idem cum sua par
te per se et non primo, quia illud, quod competit alicui ra
tione alicuius suæ partis, & non secundum alias, debetur
ei per se aliquo mõ, licet non primo: & hoc habet Primo
Tex.c.1. Posteriorum & Quinto huius. sed ipsum totum compa
ratum ad aliquam suam partem determinatam est idẽ cũ
ea ratione vnius partis, & non ratione aliarum, quæcun-
que enim pars determinata sumatur, ipsa est eadẽ sibiip-
si & non aliis. ergo & ipsum totum, quantum ad illã par
tem est idẽ illi parti, & nõ quo ad alias: & sic per se & nõ
primo. verbi gratia sit vnum totũ A B C: dico, ꝙ hoc to
tum est idem p se cum A, non tamen primo: habet enim
ipsum A in sua substãtia. & ideo est aliquo modo ei idẽ.
F sed constat ꝙ non est idem cum A ratione ipsius B, nec
ratione ipsius C, quia nec B, nec C, est idẽ cum A. est igi-
tur solum idem cum ipso A, ratione ipsius A, quod est si
bi idem. quare &c. Quartum declarat sic: illud, quod
est diuersum ab aliquo solum ratione vnius partis, licet
non omnium suarum partium, est diuersum ab eo per se,
& non primo: nunc ipsum totum comparatum ad aliquã
sui partem est diuersum ab ea, non ratione omnium sua-
rum partiũ, nec sm omnes sui partes: quia tunc illa pars
esset aliud à seipsa. quare &c. Maior patet: quod enim cõ
petit alicui simpliciter, per se primo cõpetit cuilibet eius
parti: vnde illud, quod solum est diuersum ab aliquo se-
cundum aliquam sui partem, vel sm aliquas, non est di-
uersum ab eo, vel aliud ab eo p se & primo: & minor est
Dubitatio prima. euidens: quare &c. Sed aliqui vlterius quærunt cõtra
istud, cum totum sit diuersum à parte et è conuerso, an to
tum sit magis diuersum à parte, vel pars à toto, vel è con
uerso. Potest responderi sic breuiter: ꝙ totum verius est
G aliud à parte q̃ è conuerso: quia ipsum totum includit ali
quid aliud, quod pars non includit. vt totus homo inclu
dit aliquid, quod non includit manus, sed pars non inclu
dit aliquid quod non includatur à toto: quia quicquid est
Dubitatio secunda. pars partis est pars totius, & non è conuerso. Et tũc du
bitaret aliquis iunior: quia illud, quod differt ab aliquo,
debet differre ab illo per aliquid, quod nõ sit in illo alio.
vt, si homo differt ab asino, oportet ꝙ differat per aliqd
quod sit in homine, & non in asino: cum igitur pars ipsa
nihil includat, quod non sit in toto, sequitur ꝙ ipsa ps nõ
differat à toto. Ad hoc possumus dicere, ꝙ illa propo-
sitio, illud, per quod differt ab aliquo &c. vera est in illis
quorum vnum differt ab altero primo & per se & è con-
uerso. sed vbi vnum differt ab altero per se & nõ primo,
non oportet: & sic est in proposito, vt visum est. Aliter
potest dici, ꝙ ipsa pars bene includit aliquid, vel ipsamet
est aliquid, quod non includitur in toto totaliter, i. quan-
tum ad omnes partes totius. sicut hæc pars, caput, bene
H est aliquid, quod non includitur in homine quantum ad
alias partes hominis, secundum quas homo differt à capi
te & è conuerso. tunc ad formam rationis, cum diceba-
tur, illud, quod differt ab aliquo, includit aliquid, quod
non includitur in illo alio. Verum est quod includitur in
illo alio quantum ad ista pro quibus differt ab illo: sed nõ
oportet ꝙ includat aliquid, quod omnino nullo modo sit
in illo alio: & ideo non valet ratio.

Rñsiones. AD rationes patet solutio ex dictis. primæ, enim be-
ne concludunt, ꝙ totum non est idem penitus cum
suis partibus, sed nõ conuincunt, ꝙ nullo modo sint idẽ.

Ad rationem in oppositum cum dicebatur, ꝙ, si vna
pars differret à toto, ꝙ similiter & omnes, Commenta.
dicit ad istam rationem, ꝙ ibi est sophisma compositio-
nis & diuisionis. quod sic intelligo: quia ista propositio,
omnes partes sunt aliud à toto, potest itelligi dupliciter.
vno modo, ꝙ omnes ptes seorsum et diuisim sunt aliud à
E toto, alio modo, quòd omnes simul acceptæ sunt aliud à Hęc ppositio oẽs ptes sunt aliud à toto intelligit duplicter.
toto, primo modo est vrum. Nam sensus est, quòd quæ-
libet pars seorsum & diuisim accepta est aliud à toto: &
hoc est verum. nam manus seosum accepta est aliud à to
to homine: similiter et caput, et aliç &c. sed, si intelligatur
secundo modo, sic est falsa, s. ꝙ omnes partes simul acce-
ptæ sint aliud à toto: sic enim sequeretur omnino, ꝙ totũ
esset aliud à seipso: & quia illa propositio, s. omnes partes
sunt aliud à toto, quæ potest esse composita aut diuisa, est
falsa in sensu composito, ideo potest ibi assignari speciali-
ter fallacia compositionis: si autem acciperetur hæc pro-
positio, totum nihil est aliud q̃ omnes suæ partes cũ præ
dicto, & concluderetur inde, ꝙ totũ sit aliud à seipso, tũc
posset ibi assignari fallacia diuisionis, siue sophisma diui-
sionis. Si enim intelligeretur, ꝙ totũ nihil aliud est q̃ om
nes suæ partes diuisim sumptæ, falsa esset. &, si intellige-
retur, ꝙ totum nihil aliud est q̃ omnes suæ partes simul
sumptę, vel vnitæ, vera esset. & quia in sensu diuiso esset
F falsa, ideo quantum ad hoc potest ibi attendi fallacia di-
uisionis. ideo dixit Commentator, ꝙ ibi est sophisma cõ
positionis & diuisionis. Vel potest dici, ꝙ ipse accipit &
pro vel, ita ꝙ est ibi fallacia compositionis vel diuisiõis.
& hoc forte esset melius: quia Commentator non ponit
in illo paralogismo illam maximam propositionẽ, quę di
cta est, scilicet totũ aliud nihil est q̃ omnes suę partes, sed
istam, totum nihil aliud est q̃ congregatio partium. &
hoc nõ significat nisi vnum, s. ꝙ totum sit idem cum suis
partibus omnibus simul sumptis. & ideo solum videtur,
ꝙ ibi sit fallacia compositionis propter multiplicitatem
illius compositionis, quæ est, ꝙ omnes partes sunt aliud
à toto. ideo forte melius est exponere Commentatorem,
vt dictum est: ꝙ ipse intendit ibi esse fallaciam composi-
tionis vel diuisionis, quia non fuit ei curæ consyderare, q̃
istarum fallaciarum ibi committeretur, eò ꝙ hæc consy
deratio est logica, vel potest exponi Commẽtator, ꝙ nõ
intendit ibi esse sophisma compositionis & sophisma di-
G uisionis, sed intẽdit, ꝙ ibi est sophisma, idest fallacia, quæ
requirit compositionem & diuisionem, & hoc est verũ.
nam vtraque fallacia requirit compositionem & diuisio-
nem, vt sciunt logici &c.

At vero, si est indiuisibile, nullum erit quan Tex,c.18.
tum, neque quale.

QVAESTIO XI.

An indiuisibile Infinitum esse possit.



HIc quæruntur duo. Primo vtrum indiuisibi
le possit esse infinitum. Arguitur primo
ꝙ sic: quod nõ habet principium nec finem
est infinitum: hoc est euidens de se: sed indi-
uisibile nõ habet principium, nec finem, vt
punctus, & vnitas. Item secundo primus motor est in
finitus, vt patet Octauo huius: sed primus motor est indi Tex.c.86.
uisibilis, vt demonstratum est ibidem: quare. Item ter Tex.c.8.
H tio. materia pma est indiuisibilis: sed ipsa est infinita: qua Tex.c.7.
re &c. maior patet Septimo Metaphy. vbi habetur, ꝙ
materia prima nec est quid, nec quale, neque quantum,
neque priuationes horum: & minor patet secundo Me- Tex.c.82.
taphysi. & Primo huius: quare &c.

OPPOSITVM Arguitur auctoritate Aristo. contra
Parmenidem & Melissum.

CONCLVSIO

Nullum Indiuisibile, secundum extensionem, aut vigorem infi-
nitum esse potest, sed secundũ durationem, ac priuationem
formalis ac specificę determinationis.

INtelligendum est, quòd infinitum dicitur quatuor Infinitũ dr quadrupl'r.
modis. Primo modo dicitur infinitum secundum
extensionem, & de isto loquitur hic Philosophus
cum dicit, quòd ratio infiniti, scilicet quid nominis,
congruit soli quantitati. est enim infinitum, sic di-
ctum, quòd ipsum est quantum extensum sine terminis.
Alio

Alio modo dicitur infinitum sm durationem, s. q nõ habet finem nec principium suæ durationis. Alio modo dicitur infinitum sm vigorem, i. sm qualitatem mouẽdi, s. q non habet aliquem determinatum in vigorem ad aliquam determinatam velocitatem, sed quacunq; velocitate data, potest causare maiorem, & hoc dicitur infiniti vigoris intensiue. Quarto modo dicitur infinitum p priuationem formalis & specificæ determinationis.

Conclusio prima. Tunc est dicendum ad quæstionem. Primo q indiuisibile non est infinitum primo modo: quia quod non est quantum non est infinitum illo modo. Illud enim infinitum est quantum extensum sine terminis, vt dicit Commentator: sed indiuisibile non est quantum. hoc enim esset implicare contradictionem: quia in diffinitione quanti ponitur diuisibile, vt in Quinto Metaphy. **Tex. c. 18.** & manifestum est: quare &c. Secundo dicendum est, q indiuisibile bene potest esse infinitum sm duratione, quia quilibet motor cœlestis est infinitus hoc modo, cũ **Conclusio secunda.** moueat motu perpetuo, vt patet in Octauo huius, sed quilibet eorum est indiuisibilis cum sit sine magnitudine, vt etiã patet Octauo huius. **Tex. c. 78. Tex. c. 78.** motor .n. in magnitudine existens nõ potest mouere per tempus infinitum, vt demonstratum est ibidem. quare &c. **Conclusio tertia.** Tertio dico sm intentionẽ Ari. & Commentatoris, q indiuisibile non potest esse infinitum sm vigorem, id est, sm quantitatem mouẽdi: quod sic probatur. Si enim aliquis motor esset infiniti vigoris simpliciter, tunc motus fieret in instãti: sed hoc est impossibile: quare &c. impossibilitas consequentis est manifesta. motus enim proprie dictus non potest fieri in instanti, vt patet in quarto huius, & sexto & octauo. Et consequentia declaratur quantum ad propositum spectat. **Tex. c. 81. Tex. c. 56. Tex. c. 40.** Nã, si esset motor vigoris infiniti & moueret, aut moueret in instanti, aut in tempore. si primo modo habetur propositum: si secundo modo hoc non potest esse. quia in quocunq; tempore moueret, oportet illud tempus habere determinatam proportionem ad tempus, in quo moueret aliqua virtus finitæ motionis: nũc autem proportio motus ad motum, quantum ad velocitatem, est sm proportionem motoris ad motorem: ergo ipsius motoris vigoris infiniti est aliqua proportio ad alium motorem finitũ quod est impossibile: quare &c. Multa autem alia pertinent ad istam conclusionem, sed habet locum specialiter in Octauo huius, & in Duodecimo Meta. & ideo ad præsens pertranseo. **Conclusio quarta.** Quarto dico, q indiuisibile, i. quod ex se non habet diuisionem, nec diuisibilitatem immediate, bene est infinitum quarto modo: quia illud, quod de se nullam formam substantialem sibi determinat, est infinitum per priuationem determinationis specificæ. hæc manifesta est: quia determinatio specifica est à forma substãtiali, quæ proprie est species. sed materia prima, quæ sic est indiuisibilis, s. quia de se & immediate non est diuisibilis, nullam formam substantialem sibi determinat. quia, si sibi determinaret vnam, omnes aliæ sibi repugnarent, quod est falsum, immo est in potẽtia ad omnes. nec intelligo ipsam materiam primam esse infinitam per priuationem cuiuscunq; determinationis formalis & specificæ p tanto, quia actu sit priuata & denudata omni determinatione specifica, quemadmodum oculus cæcus est priuatus omni visione: sed pro tanto, quia in essentia sua nõ includat aliquam determinationem specificam, sed ipsa est in potentia receptiua ad omnes, vt apparebit clarius in sequentibus. **Obiectio.** Logici arguerent. Omne diuisibile est finitum: ergo omne indiuisibile est infinitũ: qa sicut oppositum in oppositum, & propositum in proposito. **Responsio.** Dicendum q tenet in prædicatis essentialibus, & sic nõ est hic, quia finitum non est essentialiter idem cum diuisibili.

Rãsiones. AD primum argumentum dicendum, q ad esse infinitum secundum extensionem, non sufficit non habere principium magnitudinis, neque finem, sed requiritur q sit quantum extensum sine terminis: indiuisibile autẽ non est quantum extensum: hoc enim esset dicere bãchas

A albas, caligas nigras. Ad secundum patet ex dictis. Et ad tertium similiter: quare &c.

QVAESTIO XII.

An ipsum Indiuisibile possit esse Quale.

SEcundo quæritur circa illam particulam, virum indiuisibile possit esse quale. Arguitur primo quòd sic. quia, quod per naturam suam non determinat sibi vnum oppositorum, ei non repugnat reliquum: hæc est manifesta. sed indiuisibile per naturam suam sibi non determinat non quale. quia tunc non quale deberet poni in diffinitione indiuisibilis, quod non est. quare &c. Itẽ **Tex. c. 48.** secundo, quod est coniunctum qualitati est quale: sed indiuisibile est coniunctum qualitati: ergo est quale. Maior est manifesta, Minor apparet: quia punctus est cõiunctus albedini & è conuerso, vt puta pũctus existens in su-B perficie alba. punctus autem est indiuisibilis: quare &c.

Item tertio intellectus humanus est indiuisibilis, primo de Anima: sed ipse itellectus humanus est qualis: est enim sciens, & scientia est qualitas, vt patet in prædicamentis. quare &c.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Aristo. in litera.

CONCLVSIO

Et si indiuisibile per se subsistens, i. alteri non coniunctum, nulla sensibili qualitate, nec specie quarta illius generis, affectum esse possit, sed sic indiuisibile, primę vel Secundę speciei qualitatibus quale esse contingat, Indiuisibile tamen in quantitate, sumptũ, i. alicui inhærens, quale aliquo modo esse non inconuenit.

AD quæstionem est præintelligendum, q duplex est indiuisibile. Quoddam est per se subsistens, vt intellectus humanus, vt patet I Primo de Anima. **Indiuisibile ẽ duplex Tex. c. 48.** C & vniuersaliter omnis intellectus est indiuisibilis, secundum quantitatem. aliud dicitur esse indiuisibile alteri inhærens, sicut punctus & vnitas. Item considerandũ, q qualitas habet multa species, vt patet in prædicamentis. **Qualitas habet quatuor spẽs.** Prima species est habitus & dispositio. Secũda est naturalis potentia, & impotentia. tertia est passio & passibilis qualitas: & ista continet omnes qualitates sensibiles. quarta est forma, & circa aliquid constans figura: & ista continet omnes qualitates immediate fundatas in quantitate, quæ tamen non sunt primo sensibiles, cuiusmodi sunt figuræ continuorum, & forte qualitates numerorũ, vt paritas & imparitas, quadratum, solidum, & hmõi.

Tunc dicendum est ad quæstionem primo, q indiuisibile per se subsistens, i. alteri non coniunctum vel vnitũ **Contra primam** non potest esse quale aliqua qualitate sensibili. Et hoc probant aliqui sic: quia quod est immobile non potest esse quale aliqua qualitate sensibili: sed indiuisibile per se **Rõ prima.** stans est immobile: quare &c. Maior patet. quia secundum qualitates sensibiles proprie fiunt motus, s. altera-D tionis, vt secundum calidum, frigidum, siccum, & humidum, & huiusmodi. sicut patet in Secundo de Generatione, **Tex. c. 24. Tex. c. 58. Tex. c. 14. Tex. c. 1.** & Secundo de Anima. & Septimo huius. Minor patet ex Sexto huius. vbi demõstratum est plane, q omne, quod mouetur est corpus. constat autem q indiuisibile non est corpus: quia corpus est omniquaq; diuisibile, vt dicitur Primo de Cœlo & Mundo: quare &c. **Rõ scda. Tex. c. 2.** Aliter probat Aristo. in fine libri de Sensu & Sensato, q nullũ indiuisibile est sensibile, nec per consequens quale qualitate sensibili: quia, si aliquid omnino indiuisibile esset sensibile, contingeret q posset simul videri & non videri ab eodem visu, scilicet si poneretur sensibile sm visum, eodem modo poterit deduci de aliis: sed consequens est impossibile, quia contradictio non potest esse simul de eodem. Probatur consequentia supponendo, quòd sit aliqua determinata distãtia, in qua tota potest videri quodlibet visibile, & non vltra eam, & etiam est aliqua

distãtia à visu, in qua tota non posset videri visibile qđ cunq; citra eam versus visum & post vltimum terminũ illius distantię potest videre visu præsente ei, & istæ duę distantiæ copulatę sunt in termino communi, ita ꝙ vltra illum terminum, visibile non videbitur. & citra illũ terminum videbitur. Si igitur est aliquid omnino indiuisibile, quod sit visibile, ponatur illud in vltimo distantiæ, in qua potest videri, & illius in qua non potest videri, tunc istud visibile, ratione qua est in vltimo distantiæ in qua poterit videri, videbitur: & ratione, qua erit in vltimo distantiæ in qua tota non poterit videri, non videbitur. Vel aliter deducunt aliqui ꝙ ratione, qua erit in vltimo distantiæ, in qua ponebatur posse videri, & non erat in aliqua eius parte, tunc secundum hoc non videbitur, & ratione qua est vltra istam distantiam, in qua tota ponebatur non posse videri videbitur: quia scilicet nõ erit in aliqua parte illius distantiæ, in qua ponebatur non posse videri. Prima tamen deductio est ad intentionem Aristo. nisi quòd ipse illud vltimum distantiæ, in qua nõ potest videri, vocat primum distantiæ in qua potest videri. & hoc est verum accedendo ab illa distantia, in qua non poterat videri ad ipsum visum sed procedendo à visu ad distantiam in qua non potest videri, sic potest dici vltimum distantiæ, in qua potest videri: & sic indubitãter simul videbitur & non videbitur: quod est impossibile. quare &c.

Conclusio secunda. Secundo dico, quòd indiuisibile subsistens non potest esse quale, qualitate de quarta specie: qa omnis qualitas de quarta specie fundatur in quantitate, (Comẽ. 21.) vt dicit Commentator in septimo huius, nunc autem indiuisibile non est quantum: quare &c.

Conclusio tertia. Tertio dico, ꝙ indiuisibile per se subsistens, idest alteri non inhærens, bene est quale qualitate de prima specie qualitatis: quia illud, quod est habituatum habitu intellectuali, est sic quale: & hoc patet in prædicamentis. sed indiuisibile secundum magnitudinem, scilicet intellectus humanus, est habituatus habitu intellectuali, scilicet sapientia, & sciẽtia, intellectu, prudentia, & arte, vt patet in Sexto Ethicorũ.

Conclusio quarta. Quàrto ad præsens dico, ꝙ indiuisibile non inhærens, scilicet intellectus humanus, potest esse qualis secundum secundam speciem qualitatis, quæ est naturalis potentia receptiua. si enim intellectus possibilis non haberet potẽtiam receptiuam specierum intelligibiliũ, non posset eas recipere: quod est inconueniens. ergo oportet concedere ipsum habere potentiam receptiuam speciei intelligibilis: quemadmodum materia prima habet potentiam receptiuam formæ substantialis. & huiusmodi potentia nõ potest esse idem essentialiter omnino cum substantia intellectus possibilis: quemadmodum potentia materię nõ est idem essentialiter omnino cum substãtia materiæ, vt videbitur in consequentibus. Vtrum aũt indiuisibile per se subsistens aliud ab intellectu humano sit quale fm primam speciem qualitatis, s. intelligentia mouens cœlũ, de hoc non determino ad præsens. tñ Commentator in Duodecimo Metaphy. dicit, ꝙ quædam sunt substãtiæ sine omni accidente, & per consequens sine qualitate. & illæ non videntur esse alię nisi Intelligentiæ mouẽtes corpora cœlestia.

Punctũ & vnitatẽ nõ est incõueniens esse qualia. Sed de indiuisibili inhærente alteri, s. de puncto & de vnitate, vtrum tale sit aliquo modo quale, fortasse non est magnum inconueniens, ꝙ huiusmodi indiuisibile esset quale secundum accidens: quia quicquid informat superficiem informat terminũ eius, saltem per accidens. cum igitur albedo informet superficiem & det ei esse quale, s. album: quare non informabit ex cõsequenti lineam & vlterius ipsum punctum. Nec istud est contra intentionem Aristo. hic. sufficit enim ei ducere Parmenidem & Meliss. ad istud inconueniens, ꝙ, si totum ens esset vnum indiuisibile: nullum ens per se subsistens esset quale qualitate sensibili: cuius oppositum patet ad sensum. Si tamen viderem aliam demonstrationem probantẽ, ꝙ nullo mõ pũctus sit qualis nec p se nec p accñs, nec mediate nec imediate, non recusarẽ credere veritatẽ.

E AD primam rationem dicendum, quòd indiuisibile sibi determinat non quale modo prędicto. nec oportet quòd ponatur in eius diffinitione: quia non est sua essentia, nec pars suæ essentiæ. tamen non quale bene posset poni in descriptione ipsius indiuisibilis, vt diceret sic, indiuisibile est non quale illud, quod non habet aliquam magnitudinem, nec qualitatem sensibilem. Ad aliud patet ex dictis. Ad quintum similiter concessum est, ꝙ intellectus humanus est qualis secundum primam speciẽ qualitatis, quæ est habitus intellectualis. Et hoc dictum sit secundum communem doctrinam. qualiter autem intellectus humanus indigeat habitu proprie dicto bono, perscrutatio est. (Rñsiones.)

QVAESTIO XIII.

An Propositio hæc, Tantum unum est, uera sit.



F CIrca opinionem Parmenidis & Melissi solet hic quæri, Vtrum ista propositio sit vera, tantum vnum est. Arguitur primo ꝙ non: quia, si tantum vnum est, aut illud vnum est substantia, aut accidens. & hoc patet per sufficientem diuisionem: sed non potest esse tantum vnum, quod sit substantia: quia accidens tunc non esset ens. nec tantum vnum, quod sit accidens, quia tunc substantia non esset ens: quare &c. Item secundo. illa propositio exclusiua est falsa, cuius prædicatum competit alteri q̃ subiecto, vt ista est falsa, tantum homo est sensibilis: quia sensibile competit alteri, q̃ homini: sed sic est hic. nam esse non solum competit vni, sed etiam multis, multa enim sunt: quare &c. Item tertio. si tantum est vnum, aut est vnum continuitate, aut diffinitione, aut indiuisibilitate: hanc recipit Aristo. in litera. non vnum continuitate, quia sunt multa quæ non habẽt continuitatem, vt vnitas & punctus & substantię separatæ. Nec est dicẽdum ꝙ tantum sit vnum ens diffinitio-

G ne: quia tunc omnia essent essentialiter vnum. illa enim sunt essentialiter vnum, quæ habent easdem diffinitiones. Nec est tantum vnum indiuisibilitate: quia tunc nullum ens esset quale qualitate sensibili, vt patet ex dictis, quod est impossibile: quare &c.

OPPOSITVM Arguitur. tãtum ens est: ergo tantum vnum est. Antecedẽs est manifestum: quia cõstat ꝙ ens est, & nihil est, quod non sit ens: ergo tm̃ ens est. cõsequẽtia patet. quia ens & vnum conuertunt, & sunt idẽ essentialiter, vt patet Quarto Meta. ita, ꝙ oẽ, qđ est ens, est vnum, & oẽ, quod est vnũ, est ens: ergo, si tm̃ ens est, tm̃ vnum est: & est simile argumẽtum, sicut, si diceretur, tm̃ homo currit: ergo tm̃ rationale currit. (Tex. c. 2.) Itẽ, vnum est, et nihil est, quod non sit: vnum ergo tm̃ vnum est. p̃missæ sunt manifestæ. (Nihil ẽ qđ nõ sit vnũ.) Primo quidem, ꝙ vnum est, hoc est notum: quia ens & vnum sunt idem, & ipsum ens est: ergo vnum est. Itẽ secunda propositio est vera, s. ꝙ nihil est, quod nõ sit vnum: quia oẽ ens est vnum: hoc patet, quia

H inducendo in quolibet ente, est vera. ergo nihil est, quod non sit vnũ: & sic patet ꝙ p̃missæ sunt veræ, & cõsequẽtia declaratur p simile. sequit. n. hõ currit, & nihil currit qđ non sit homo. ergo tm̃ homo currit, per interpretationem huius dictionis tm̃. ergo similiter sequitur, vnũ est, & nihil est, quod non sit vnum: ergo tm̃ vnum est. Itẽ, illa propositio exclusiua est vera, cuius prædicatum cõpetit subiecto, et nulli alteri à subiecto. hęc est manifesta, qa ista requiruntur & sufficiunt ad veritatẽ propositiõis affirmatiuæ exclusiuæ, vt patet in syncategorematibus: sed sic est in proposito, cõstat autem ꝙ esse competit vni & non alteri alicui ab vno. probatio: quia, si esse diceretur de aliquo alio ab vno, illud aliud aut esset ens, aut nõ ens, si non ens, ergo non ens esset: quod est impossibile. si ens: ergo vnum. quia ens & vnum conuertuntur. & sic ens erit aliud ab vno: quod est impossibile. ergo esse non conuenit alicui alteri ab vno: quare sequitur quòd tantum vnum est.

Ad

CONCLVSIO

Tantum vnum esse, prout vnum sumitur à forma, necessario verum est, prout autem à quantitate sumitur, falsum est.

Tex, c, 12.

AD solutionem quæstionis, consyderãdum est primo, ꝙ ratio vnius sumitur ab indiuisione, vt docet Arist. in Quinto Metaphy. capitulo de Vno, vbi sic ipse dicit, vniuersaliter enim quæcunq; non habẽt diuisionem, vt sicut vnum dicãtur: indiuisio autem, cum opponatur diuisioni, multipliciter dicitur, sicut & ipsa diuisio. nam quot modis dicitur vnum oppositorum, & alterum, vt dicitur Primo Topi. Est autem duplex diuisio quantum ad propositũ spectat. vna est diuisio rerum sm formas, alia est diuisio rerum sm quantitates, & hoc satis innuit Commẽtator in Primo huius versus principium. vbi dicit, ꝙ multitudo vel est rerum differentium sm formas, vel est rerum differentium sm quantitatem. Idẽ autem est iudicium quô ad hoc de multitudine & de diuisione. nam multitudo vel est ipsamet diuisio, vel cõcomitatur per se diuisionem, vt habet videri in Decimo Metaphy. est ergo duplex indiuisio, s. sm formam, & sm quantitatem. Et, cum ratio vnius sumatur ab indiuisione, ut dictum est, sequitur ꝙ est duplex vnũ. quoddam est vnũ, cuius ratio sumitur ab indiuisione sm formam. aliud est vnum, cuius ratio sumitur ab indiuisione sm quantitatẽ. & hoc forte est illud, quod dicitur sub aliĵs uerbis, ꝙ vnũ vel dicit indiuisionem in natura, vel forma entis, vel dicit indiuisionem in natura quantitatis.

Diuisio duplex.

Com. 8.

Tex. c. 20.

Indiuisio duplex.

Vnum duplex.

Conclusio prima.

Tunc dicenda sunt duo ad quæstionem. Primo, ꝙ si accipiatur vnum, sm ꝙ dicitur ab indiuisione sm formam, sic propositio est vera, tantum vnũ est. & loquor de vno actu, & ente actu. Secundo est dicẽdum, ꝙ, si accipiatur vnum, prout dicitur ab indiuisione sm quantitatẽ: sic nõ est vera simpliciter & vniuersaliter.

Conclusio secunda.

Rõ prima.

Primum probatur ratione prius adducta. illa propositio exclusiua affirmatiua est vera, cuius prędicatum competit subiecto, & nulli alteri à subiecto. hæc est nota cuilibet intelligenti. sed ista est huiusmodi: quia esse cõpetit vni, & nulli alteri ab uno sm formam, & loquor de esse actu. si enim esse actu cõueniret alicui, quod non esset vnum sm formam, tunc illud esset ens & non ens: quare &c.

Rõ secũdæ

Secundum ostendit sic: illud, quod non habet quantitatem, non est vnum secundum quãtitatem: hoc est euidens. sed aliquod ens est, qđ non habet quantitatem, vt Deus & aliĵ motores cœli, vt patet in Octauo huius: ergo aliquid est, quod nõ est vnũ sm quantitatem. & sic ista propositio non est vera, tantũ vnum est, prout ipsum vnum dicitur ab indiuisione sm quantitatem. & sic debet intelligi in proposito.

Tex. c. 76.

Rñsiones.

AD primum argumentum, cum dicebatur, tantum vnum &c. dico per interemptionem. sicut enim non oportet, ꝙ, si tantum ens est, ergo vel istud tantũ est substantia, vel tantum est accidens, sicut non sequitur, tantũ animal est sensitiuum: ergo tãtum rationale est sensitiuũ. similiter non oportet licet tantum vnum est, ꝙ illud tantum vnum vel sit tantum substantia, vel tantũ accidens. Et, cum dicitur, ꝙ substantia & accidens sufficienter diuidunt ens & vnum, sine dubio verum est: & ideo quicquid absolute competit enti, competit vel substantiæ vel accidenti, de prædicatis realibus. sed non oportet, ꝙ quicquid attribuitur enti & vni, cum exclusione, attribuatur ipsi substantiæ cum exclusione, vel accidenti cum exclusione. sicut non est necesse, ꝙ omne, quod tantum conuenit animali, conueniat tantum homini, vel conueniat tantum asino, & sic de aliĵs. immo etiam, quamuis valeat cõsequentia à superiori distributo ad inferius distributum absolute & sine exclusione, tamen nõ teneret cum dictione exclusiua. vt bene sequitur, omne animal est sensitiuũ: ergo omnis homo est sensitiuus, non tamen sequitur, tm̃ omne animal est sensitiuum: ergo tantũ omnis homo est sensitiuus.

Absolute competens enti, cõpetit vel substantiæ vel accidenti.

Ad secũdam cum dicitur, illa ꝓpositio &c. cõcedatur. &, cum dicitur, sic est hic: falsum est &c. &, cũ dicitur vlterius, ꝙ esse competit multis: dico ꝙ prædicatum istius propositionis, tantum vnum est, s. ipsum est, nunquam verificatur de multis. non enim uerum est dicere multa est. ipsa enim oratio est incõgrua: modo verum & falsum præsupponunt cõgruum, vt patet ex Peri Hermeniĵs.

Instantia.

Sed dices ad minus ista est vera, multitudo est: & multitudo est aliud ab vno: ergo non tãtum vnum est.

Dilutio.

Ad hoc dico, ꝙ multitudo vel est rerum differentium sm quantitatem, vel est rerum differẽtium sm formam. si primo modo, sic est numerus indiuiduorum, et ista est, quid vnum, & non aliud ab vno quod conuertitur cum ente. si autem est multitudo rerum differentium sm formas, sic est numerus essentiarum, & ista proprie non est ens, sed entia: quia ista est idem realiter cum essentiĵs, quę non sunt ens, sed entia.

Multitudo non est ens, sed entia.

Et, si dicatur, ꝙ ipsa multitudo est ens, oportet dicere, ꝙ ipsa est quid vnũ aliquo modo: quia ipsa est quid indiuisum aliqualiter. non enim est diuisa in multitudinem & non multitudinem, & sic est quid vnũ, & non est penitus alia ab vno: quare &c. Ad tertiam dicendum, ꝙ vnumquodq; ens actu est vnum in se sm formam, & per consequens sm definitionem. sed non sequitur propter hoc, ꝙ vnumquodq; sit vnum cum alio sm definitionem, ita ꝙ omnia entia sint vnũ ens solum, & eadem sibiinuicẽ, vt imaginabant Parmenides & Melissus. Sicut, licet Socra. sit vnus numero secundum se, similiter & Plato sit vnus numero seorsum, tamen non sequitur ꝙ Socra. & Plato sint vnus & idem sibiinuicẽ numero. similiter & in proposito: quare non valet. Et sic sit dictum ad istam quæstionem.

Tex. c. 31.

Si igitur infinitum sm ꝙ infinitum ignotum est sm multitudinem & magnitudinem, infinitum ignotum quantum est quoddam &c.

QVAESTIO XIIII.

An Infinitum sit Ignotum.

HIc quæratur vtrum infinitum sit ignotum. Arguitur primo ꝙ nõ: quia, quod habet definitionem, non est ignotum, cum definitio notificet definitum, vt patet Primo Topic. et etiam in Secundo Posteriorum. sed ipsum infinitum habet definitionem, cum sit quantum & extensum sine terminis. Item secundo. illud, de quo est scientia, non est ignotum: hoc est euidens per se. sed de infinito est scientia, vt patet Primo Cœli & Mundi, & in Tertio huius: quare &c. Item Tertio. illud, cuius oppositũ est notum, ipsum non est ignotum. nam ad eandem sciẽtiam pertinent opposita, vt patet Nono Metaphy. sed oppositum infiniti est notum, s. ipsum finitum, vt manifestũ est cuilibet intelligenti: quare &c.

Tex. c. 8.

Item quarto, si in intellectu possibili possunt esse species intelligibiles infinitæ, infinitum potest esse intellectũ: sed sic est, ꝙ in intellectu possibili possunt esse species intelligibiles infinitæ: quare &c. Maior patet, quia sicut per speciem intelligibilem vnam potest intelligi vnum intelligibile, sic infinita per infinitas. & Minor declaratur: quia cõstat ꝙ in intellectu possibili possunt esse species intelligibiles duę vel tres, vt omnes concedunt: modo, qua ratione possunt simul esse duæ vel tres species intelligibiles in intellectu, pari ratione infinitæ, eò ꝙ infinitæ non magis repugnant sibiinuicem ꝙ̃ duæ vel tres. Itẽ quinto, qui cognoscit vniuersale cognoscit infinita, cum ipsum vniuersale comprehendat singularia: sed intellectus cognoscit vniuersale, vt animal & hominẽ, sub quo infinita singularia cõprehẽdunt, sm Porphyriũ. Itẽ sexto. motus & tp̃s sunt infinita, ut patet in Octauo huius, & tamen ista entia non sunt ignota, immo sunt scita sufficienter, vt patet in isto libro.

Tex. c. 84.

OPPOSITVM dicit Aristo. in isto capitulo, vbi dicit, ꝙ infinitum, secũdum ꝙ infinitum, est ignotum. idẽ vult Aristo. Secundo Metaphy. vbi dicit, ꝙ non numerabit sectiones, qui ꝑ infinita procedit, & impossibile est intelligere lineam nisi statu entem.

Tex. c. 11.

Conclusio

CONCLVSIO

Infinitum, ut infinitum, idest secundum extensionem, qod ad numerum suarum partium, est ignotum, formaliter autem, idest quantum ad suam infinitatis rationem, cognoscibile est.

Infinitũ eẽ ignotũ itelligit dupl'r.

AD quæstionem est intelligendũ, ꝙ infinitum, ſm ꝙ infinitum esse ignotum, potest intelligi duob⁹ modis. vno modo potest intelligi, ꝙ ipsum infinitum, quantum ad rationem formalem, qua dicitur infinitum, s. quantum ad ipsam infinitatem, nullo modo sit cognitum. alio modo potest intelligi ꝙ ipsum infinitum est ignotum quãtum ad numerum determinatum partium: ita, s. ꝙ non cognoscitur esse aliquis numerus determinatus partium infiniti, ſm ꝙ est infinitum. vt, si est infinitũ ſm quantitatem, nõ cognoscitur vera cognitione esse aliquem numerum determinatum partium quantitatiuarũ ipsius: &, si est infinitum ſm formam, non cognoscit' esse aliquis numerus determinatus suarum formarum.

Conclusio prima.

F Tunc dico duo ad quæstionem. Primo dico, ꝙ infinitũ non est ignotũ primo modo, s. ꝙ ratio formalis ipsius infiniti nullo modo sit cognita. hoc enim probant sufficiẽter quædam rationum præmissarum. cum enim oppositum ipsius infiniti sit cognitum ab intellectu, s. finitas & terminatio, non est impossibile intelligere ipsam priuationẽ terminorum, quæ est infinitas. Item, cum ipsum infinitũ ſm extensionem definiatur aliqualiter, s. ꝙ est quantum extensum sine terminis, impossibile est ipsum esse penit⁹ ignotum, saltem quantum ad quid nominis. Est tamẽ considerandum, ꝙ ipsum infinitum ſm extensionem, cũ sit impossibile esse, vt demonstratum est in Primo Cœli & Mundi, non intelligit' intellectu affirmatiuo vero, quo affirmetur esse, nec etiam intelligitur intelligẽtia simplici vera, sed ficta, cum sibi non correspondeat aliquid ex parte rei. & loquor de infinitate ſm actum, quæ est negatio terminorum magnitudinis. Et idem intelligẽdum est de infinito ſm multitudinem. ista enim nec est nec eẽ potest in rerũ natura, immo omnis magnitudo & multitudo necessario est terminata. sed bene intelligit' intelligentia simplici ficta, vt hircocervus. Intelligitur etiam intellectu negatiuo vero, vt intelligitur nõ esse in natura rerum & nõ esse possibile. & ex hoc conuincitur necessario ipsum infinitum, ſm ꝙ infinitum, i. quantum ad rationem formalẽ infinitatis esse cognitum: quia illud, de quo intellectus aliquid negat et affirmat, intelligitur ab intellectu: modo de ipso infinito, ſm ꝙ infinitum est, intellectus aliquid enunciat negatiue, vt ipsum non esse vere: similiter potest aliquid affirmare de ipso, vt ipsum esse, oppositũ finito aliquo modo. quare.

Oũ magnitudo & multitudo est finita.

Conclusio secunda.

Secundo dico, ꝙ ipsum infinitũ, ſm ꝙ infinitum, bene est ignotum secundo modo, s. quãtum ad numerum suarum partium, ita, s. ꝙ non cognoscit' aliquis determinatus numerus partium infiniti. partium dico omnium. & hoc est facile videre: quia illud, quod nullum numerum determinatum habet, nõ potest cognosci vera cognitione quantum ad determinatum numerum. hoc est euidens: quia cognitio non est vera nisi conformetur rei, vt patet in Tertio de Anima, & ex Sexto Ethicorum: ſm similitudinem enim & proprietatẽ cognitio fit. nunc autem partes infiniti omnes nõ habent aliquem numerum determinatum: quia tunc infinitum esset finitum, quod est impossibile. vt, si est infinitum ſm quantitatem, partes eius omnes quantitatiuæ nõ sunt in aliquo numero determinato, si autem est infinitum ſm formã, partes suæ formæ non habent numerum determinatum: quare &c. Et hæc videtur esse intentio Commentatoris super istam partem. in primo enim syllogismo, quem ibi ponit, accipit istam propositionem, omne cõpositum ex principijs infinitis in quantitate & forma est compositũ: quod non scitur ex quot & qualibus est compositum. in quo uidetur intelligere ꝙ ipsum infinitum ſm quantitatẽ & formam est sic ignotum, ꝙ nõ scitur ex quot partibus & qualibus est constitutum: & hoc est idem quod ipsarũ

Tex. t. 22.

E infinitum nesciri quo ad numerũ determinatum omnium partium. & hoc etiam bene videtur intendere Aristo. in Secundo Metaphy. vbi dicit sic, propter quod non enumerabit sectiones, qui per infinita procedit: q. d. numer⁹ partium, in quas diuiditur linea diuisione, quæ procedit in infinitum, non poterit cõprehendi determinate. uel sic, quasi dicat, ille, qui procedit per infinita, i. qui inciderit lineam ſm ꝙ est diuisibilis in infinitum, nõ enunciabit sectiones, i. non cognoscet numerum determinatum sectionum, i. diuisionum. Vnde necesse est intelligere lineã ipsam statuere, i. inter duo constitutam & finitam intelligere, s. inter duo pũcta. si igitur infinitum, ſm ꝙ infinitum, non potest esse cognitum vera cognitione quãtum ad numerum determinatum omnium suarum partium. Et hoc accepit Aristo. contra Anaxagoram, qui ponebat principia prima rerũ naturaliũ esse simpliciter infinita. ex quo sequeretur ipsa principia esse ignota quantum ad numerũ determinatum ipsorum omnium, ita scilicet, ꝙ nõ cognoscerentur esse aliquis numerus ipsorum omnium, nec ipsa omnia cognoscerentur. ex quo sequeretur omnia composita naturalia non esse nota. tunc enim arbitramur cognoscere vnumquodq; cõpositum, cum cognoscimus ex quibus & ex quantis: idest ex quot sit compositum. Ex quibus verbis manifeste videtur Arist. ostendere, ꝙ ipse nõ sumpsit infinitum ſm ꝙ infinitum, esse ignotũ, nisi quia non cognoscitur determinate quot sint partes eius ſm ꝙ infinitum. sic enim concordabit prima propositio cũ vltima, tũc arbitramur cognoscere &c. sed, si principia essent infinita non cognoscerentur ex quot & quibus essent: q̃a infinitum secundum ꝙ infinitum, est ignotum quantum ad hoc, quot & quæ contineantur in eo: quare &c. Patet igitur quomodo infinitum, secũdum ꝙ infinitũ, est ignotum, & quomodo est notum.

Tex. c. 11.

Rñsiones.

Habens definitionem ꝓprie dictã cognoscatur.

Tex. c. 8.

G EX his ad rationes. Ad primam cum dicebatur, quod habet definitionem &c. Dico, ꝙ, si habet definitionẽ proprie dictã, quæ dicit quid rei, sic potest proprie & vere cognosci. intellectus enim, qui est ipsi⁹ quod quid est, semper est verus, Tertio de Anima. sed, si habet definitionem solum dicentem quid nominis, etiius partes sint impossibiles in essendo, vel ad seinuicem incompossibiles; tunc non intelligeretur simplici intelligentia vera, cum ei non correspondeat res, cui cõformetur. nec intelligeretur intellectu affirmatiuo vero, vt dictum est. tamen bene intelligeretur intellectu non vero simplici, sed ficto, & intelligeretur negatiue vere, vt supra dictum est. Et est hic aduertendum, quòd, cum ipsum infinitum, quantum ad rationẽ formalem suam, quæ est negatio terminorum magnitudinis, aut numeri, sit non ens, non potest intelligi primo & principaliter, sicut nec aliæ negationes, sed intelligitur secundario post intellectionem entis, cui contradicit. vtrum autem per eandem intelligatur ens & nõ ens, & quomodo, alia quæstio est, & alias visum fuit.

H Ad secundam dicẽdum est, ꝙ de infinito est scientia negatiua, qua scitur non esse, & ideo cõcessum est ipsum esse aliqualiter notum: sed de ipso non est scientia, qua cognoscatur distincte quãtũ ad omnes suas partes, & qua sciatur omnium suarum partium numerus, & sic indubitanter est ignotum ignorantia opposita cognitioni determinatæ omnium suarum partium seorsum & diuisim, & sic impossibile est ipsum cognosci, & hic est vn⁹ modus. Nullus enim posset determinate & distincte cognoscere omnes partes ipsius infiniti: quia aut cognosceret eas oẽs sub rationib⁹ proprijs & simul, & hoc est impossibile: q̃a intellectus nõ potest bene simul diuersa intelligere sub rationibus proprijs & distinctis, aut cognosceret eas successiue, & hoc dupliciter. quia aut in considerando unã post aliam perueniret ad vltimam, aut nũquam perueniret ad vltimam. si primo modo, hoc est impossibile. quia infinitum, ſm ꝙ infinitum, non habet partem vltimam. quia tunc haberet primam: & sic esset finitum. si dicatur secundo modo, vt ꝙ nunquam perueniat ad ultimam partem, sed

Tex. c. 1.

Partes infiniti nõ pñt distincte cognosci.

sed semper consyderaret vnam partem post aliam partē, tunc sine dubio nūquam complebitur cognitio partium ipsius infiniti. & sic non habetur perfecta cognitio cōpositi quod constituetur ex huiusmodi partibus. Et sic, si bene consyderemus videbimus duos modos, quibus infinitum est ignotum. vno modo est ignotum quātum ad numerum determinatum omnium suarum partium, quē est impossibile vere de ipso enunciare. alio modo est ignotum ignorantia opposita cognitioni determinatæ omnīū suarum partium determinate seorsum & diuisim. & vtraꝗ cognitio requiritur ad cognitionem perfectam compositi, s. qua cognoscatur quot numero sunt per se eius principia, & qua sciantur seorsum & diuisim omnia, ex quibus componatur. & hoc tetigit Arist. cum dixit, ꝙ cognoscimus ex quot, & ex quibus.

Infinitum duob⁹ modis est ignotum.

Ad tertiā patet solutio ex dictis. concessum enim est, ꝙ ipsum infinitum est aliquo modo notum, quantum ad rationem formalem, qua dicitur infinitum, & alijs modis est ignotum. Ad quartam concedo maiorem. Et, cum dicebatur, ꝙ species intelligibilis &c. dico per interemptionem. Et, cum dicebatur, ꝙ duæ spēs vel tres possunt simul esse in intellectu, cōcedo. sed non sequitur, ꝙ infinitę possint simul esse: quia ad hoc ꝙ species intelligibiles essent simul in intellectu non sufficit ipsas non opponi sibiinuicem, sed oporteret phantasmata, à quibus dependent, esse simul infinita & res phantasiabiles esse simul infinitas, quarum species per se simul essent in intellectu. hoc autem est impossibile. quare &c.

Ad quintā, cum dicebat: qui cognoscit vniuersale &c. potest dici, quod qui cognoscit vniuersale, cuius sunt infinita indiuidua successiue, non oportet ꝙ cognoscat infinita indiuidua simpliciter. quia nondum cognoscit singularia sub rationibus proprijs & distinctis. vt q intelligit hominem non oportet ipsum intelligere Socratem & Platonem sub rationibus proprijs singulariū. & ideo nō oporte ꝙ cognoscat infinita. verum est enim, ꝙ, si cognoscēs tale vniuersale cognosceret omnia eius indiuidua sub rationibus proprijs, ipse cognosceret infinita, sed nō est ita. Et ad istam intentionem intelligendum est dictum Commentatoris in Tertio de Anima, vbi dicit, ꝙ in ꝑpositione vniuersali intellectus iudicat res infinitas sub iudicio vnico, hoc enim modo iudicat infinite, qa intelligens subiectum propositionis vniuersalis habet intellectionem, quæ est indifferens ad infinita secūdum reprę sentationē, & de se nō plus repræsentat vnum illorum ꝙ̄ alterum. & hoc est impossibile in virtutibus corporalibus: quia cognitio, quælibet vniuscuiusꝗ eorū est determinate vnius indiuidui repræsentatiua sic, ꝙ non alterius.

Com. 19.

Ad sextū est dicendum, ꝙ motus & tempus non habent infinitatē ſm actum & simul, sed partes eorum sibiinuicē succedūt in infinitum: & istarum partium omniū, temporis & motus impossibile est cognoscere vere aliquē numerum determinatum, ipsa tamen ratio infinitatis motus & temporis bene est nota intellectui.

Nota.

Et est hic cōsyderandum, ꝙ, cum diximus superius, ꝙ ipsum infinitum, quātum ad suam rationem formalem, s. infinitatem, non esse notum affirmatiue & vere, ita ꝙ cognoscatur esse, intelleximus non esse notum de infinito ſm extensionē, sicut patet ibidem: sed volum⁹ dicere ꝙ infinitum ſm durationē quantum ad ipsam infinitatem sit notum vera cognitione ſm affirmationem: immo sufficienter demonstratur aliquid esse infinitum ſm durationem successiuam. Similiter non intelleximus de infinito per priuationem specifice determinationis. demonstratur enim sufficienter aliqd esse infinitum per priuationē specificæ determinationis, & ſm ꝙ in essentia non includit aliquam formam determinatā, & hæc est prima materia, sicut etiā tactum fuit prius. De infinito autem ſm vigorē ad præsens non determino, nisi quod prius fuit tactum, quod non potest esse aliquis talis motor, qui simpliciter sit infiniti vigoris. & ideo est ignotum sic ꝙ non cognoscit esse vera cognitione. Ex omnibus igitur prædictis hoc est accipere, siquis intenderit,

A primo, quòd infinitum secundum extensionē non est omnino ignotum secundum rationem formalem qua dicitur infinitum. Secundo, quòd huiusmodi infinitum bene est ignotum quo ad numerum determinatum omnium suarum partium, ita scilicet quòd non cognoscatur esse aliqs certus numerus omnium suarum partiū. Tertio, quòd etiam ipsum sic infinitum est ignotum ignorantia opposita cognitioni omnium suarū partium seorsum & diuisim, & hæc sunt principalius hic intenta. Quarto tamen potest haberi, quòd infinitum secundum durationem successiuam non est ignotum esse, cum sit demōstratum ipsum esse in Quarto huius, scilicet mot⁹ & tempus. Quinto, quòd etiam infinitum secundum priuationē specificæ determinationis non est aliquo modo ignotum, cum sufficienter possit demonstrari primam materiam esse sic infinitam. Sexto, patet aliquid, sed modicum de ipso infinito secundum vigorem: quia de hoc in Octauo plenius est consyderandum.

B Patet etiam ex dictis solutio quorundam argumentorum Logicorum. Arguitur enim sic. infinitum aut est ens, aut non ens. si est ens & nullum ens sit ignotum naturaliter, vt patet per Commentatorem in Secundo huius, & in Primo de Generatione, & habetur in Tertio de Anima: qa intellectus possibilis est in potentia omnia fieri, vt ibi dicitur. & si sic est, sequitur quòd ipsum infinitum non est ignotum. Si est nō ens, cum ipsum non ens possit intelligi, vt patet in Quarto Metaphysicę, adhuc ipsum infinitum nō est ignotum. Item, illud, de quo intellectus aliquid enunciat, non est ignotum, cum secunda operatio intellectus pręsupponat primam. cōstat autem quòd de infinito aliquid enunciatur secundum affirmationem & negationem. quare &c. omnium istorū & similium patet solutio ex dictis. Et scias, quòd ista quęstio est bona & difficilis & ab alijs parū inuenī ordinatū sufficienter, sed præmisso labore non modico cōgregaui.

Tex. c. 8. Tex. c. 19. Tex. c. 18. Tex. c. 4.

C

QVAESTIO XV.

An Quanti cognitio ex partibus suis quantitatiuis, dependeat.



Ecundo quærit circa eandem partem. Vtrū cognitio quanti dependeat ex eius partibus quantitatiuis. Arguitur primo quòd nō, quia quod intelligitur simplici intellectu nō intelligitur intellectu partiū, vt patet in Tertio de Anima: sed linea intelligitur simplici & vna intellectione, vt patet ibidem. Præterea secundo, quod intelligitur in indiuisibili temporis, non intelligitur intellectu partium: quia si sic, tunc non intelligeretur simul. modo linea intelligitur in indiuisibili temporis, sicut alia incomplexa, vt vult Arist. in Tertio de Anima. quare &c.

Tex. c. 21. Tex. c. 21.

Item tertio, si intellectus intelligeret quantum ex suis partibus, sequeretur aut quòd nunquam intellectus finiret intellectionem, aut quòd intelligeret infinita. patet cōsequentia, quia partes quanti continui sunt infinitæ: modo vtrunꝗ consequēs est impossibile, vt manifestum est cuilibet intelligēti. quare &c. Item quarto. quod prius cognoscitur aliquibus alijs, non dependet ex cognitione illorum: sed ipsum totum quantum prius cognoscitur ꝙ̄ suæ partes. Maior est manifesta. Minor patet: quia totū vniuersaliter prius cognoscitur suis partibus, vt hic dicit Commentator: quare &c.

D

OPPOSITVM arguitur auctoritate Aristotelis hic. vult enim, quòd tūc arbitramur cognoscere vnūquodꝗ, cum cognoscimus ex quot & quantis sit. & per quot & quantis sit partibus, intelligit partes quantitatiuas, vt omnes exponunt. Item, sicut totum essentiale habet se ad partes essentiales, sic totum quantitatiuum se habet ad partes quantitatiuas: sed totum essentiale cognoscitur ex suis partibus essentialibus, scilicet materia & forma, vt vult Aristoteles & Commētator in Procemio huius: quare &c.

Conclusio

CONCLVSIO

Quanti notitia distincta ex partium actu, non autem in potentia, cognitione consurgit.

AD hoc dicunt aliqui, q ipsum quantum potest cognosci duplici cognitione. s. cognitione confusa & imperfecta, & cognitione pfecta & distincta. tūc dicunt ad quæstionem duo. Primo, q quantum non cognoscitur ex suis partibus cognitione confusa, & quantū ad talem cognitionem, ipsum totum prius est notum q̄ suæ partes seorsum & diuisim sumptæ, sicut tangebatur arguendo. sed cognitione perfecta & determinata bene cognoscitur quantum ex suis partibus. qa ex illis cognoscitur aliquid, ex quibus habet esse: sed ipsum quantum habet esse ex suis partibus. Maior patet: quia quæcunq; sunt principia essendi eadem sunt principia cognoscendi cognitione perfecta: minor patet de se. Est tamen intelligendum secūdum Aristotelem in de Sensu & Sensato, quòd duplices sunt partes quantitatiuæ: quædam sunt in actu, & quædam in potētia. partes in actu sunt, quæ seorsum & diuisim sumptæ possunt participare formam totius. partes in potentia sunt partes excellentis paruitatis, quæ seorsum & diuisim sumptæ non possunt participare formam totius, sed resoluerentur in cōtinens. vt caro posset diuidi in partes tam paruas, quòd illæ partes diuisę nō remanerent carnes, sed resoluerētur in aerem. hoc autem amplius consyderabitur in sequenti quæstione. Nunc ergo dicunt aliqui, quòd quantum cognoscitur cognitione suarum partium in actu, sed non cognitione suarum partium in potentia. primæ enim sunt infinitæ in vnoquoq; ente naturali & quanto, & quo ad tales non procedit diuisio in infinitum secundum proportionem eandem, vt habet videri super Libro de Sensu & Sensato.

Conclusio prima.

Partes quātitatiuæ sūt duplices.

Sed hic sunt duæ dubitationes satis bonæ. Prima ē, quia sicut primum quantum habet esse ex suis partibus secundum actum, sic etiā habet esse ex suis partib⁹ quantitatiuis, quæ dicuntur partes in potentia. caro enim minima cōposita est ex partibus excellentis paruitatis, quæ non possunt seorsum subsistere, similiter autē & in alijs. cum igitur quicquid est pars partis est pars totius, sequitur quòd ipsa tota caro habeat esse ex huiusmodi partibus, quæ dicuntur partes in potentia, & per consequens habet cognosci ex eis. Alia dubitatio: quia licet partes quanti, quæ dicuntur partes secundum actum, sint finitę in quolibet continuo naturali, tamē videntur esse in tam magno numero, quòd quasi impossibile videtur ipsum cognoscere. qs enim cognoscet quot carnes minime sint in carne hominis, aut alterius animalis? & similiter quis cognoscet quot lapides minimi sint in lapide magno: minimi dico, idest tam parui, quòd minores non possint subsistere? Ad primam potest dici: quòd licet totum habeat esse ex suis partibus aliquo modo in potentia, tamen non oportet quòd cognoscatur ex illis propriè & per se. Et cum dicebatur, vnumquodq; cognoscitur ex illis ex quibus &c. Dico, quòd, si loquamur de partibus essentialibus, hoc est vniuersaliter verum. sed, si loquamur de partibus quantitatiuis, debet sic intelligi, vnumquodque & cætera. verum est potentibus separari abinuicē & subsistere seorsum, sed de alijs non oportet. Sed adhuc aliquis dubitabit: quia secundum istum intellectum Aristoteles non dicit contra Anaxagoram. ponebat enim Anaxagoras partes infinitas rerum naturalium esse principia earum: sed non dixit eas esse seorsum & diuisim subsistentes, sed coniunctim. ideo non bene argueret Aristoteles contra Anaxagorā, si solum intelligebat quòd vnumquodq; cognoscitur ex illis, ex quib⁹ est, potentibus seorsum & diuisim subsistere. Ad hoc est dicendum, quòd licet Anaxagoras poneret infinitas partes carnis coniunctim existentes, tamen ad eius positionem sequebatur necessario, quòd infinitæ sint partes carnis per se existere potentes, idest seorsum ab alijs partibus carnis participantibus formam carnis. Hoc sic patet. po-

Dubitatio prima.

Dubitatio secunda.

Ad primā.

Obiectio.

Responsio.

E nebat enim Anaxagoras, quòd in vnaquaq; re naturali essent particulæ infinitæ alterius rei naturalis, verbi gratia in vna portione aquæ dicebat esse infinitas partes carnis, & per se. ponamus igitur quòd ex ipsa carne segregetur aliqua caro seorsum existens, tunc certum est, quòd caro remanens in aqua erit minor quàm erat prius: quia semper quantum minoratur ex ablatione quanti, vt manifestum est ad sensum. tunc vlterius moueatur ab aqua alia caro subsistēs, adhuc remanebit in aqua caro, & fiet minoris quantitatis: aut igitur segregatio cessabit remota illa carne, aut non: si cessabit, ergo deuenietur ad aquā, in qua non est aliquid carnis: & sic nō omne in omni erit, cuius oppositum volebat ille. si autem semper segregari possit in infinitum caro seorsum subsistens, & similiter remaneret semper caro subsistens, tunc habebitur quòd ipsius carnis sunt infinitæ partes non solum coniunctim existentes, sed etiam potentes seorsum formam carnis participare: omnes autem tales partes necesse est cognoscere
F ad cognitionem totius simpliciter perfectam, & sic oportebit cognoscere infinita, quod est impossibile: & sic multum subtiliter procedit Aristoteles in litera contra Anaxagorā, vt patet inspicienti literam. Ad aliam dubitationem possumus dicere ad præsens, quòd quamuis sit multum difficile cognoscere numerum determinatum partium carnis, similiter lapidum & plurium aliarum rerum naturalium: & quamuis forte non sit aliquis, qui huiusmodi notitiam habeat, tamen, cum talis numerus sit ens, & nullum ens sit ignotum naturaliter: & cum intellectus possibilis sit in potentia ad omnia fieri, vt dicitur in Tertio de Anima, ideo non reputo impossibile habere talem cognitionem rerum naturalium. quamuis enim confitear me non habere, nec forte alij multi, nec istud est remotū. quia dicit Philosophus in Prædicamentis, quòd multa sunt scibilia, quorum scientiæ nondum sunt, vt quadratura circuli scibilis est, & tamen scientia circuli
G nondum est.

Ad secūdā, du.

Tex, c, 18.

EX his dicendum est ad rationes priores. Ad primā dicendum est, quòd bene concludit, quòd cognitione confusa totum non cognoscitur ex suis partibus, saltem diuisim consyderatis, sed cognitione perfecta & distincta sic cognoscitur. Per idem ad secundam. in cognitione enim confusa cognoscitur in instanti secundum cognitionem determinatam & perfectam. Ad tertiam patet ex dictis. non enim ponimus quantum cognosci ex suis partibus in potentia, quæ sunt infinitæ, sed ex partibus actu modo prædicto. Ad aliam solutum est. cognitio enim confusa & imperfecta totius prior est via generationis cognitione partiū: sed cognitio partium prior est cognitione perfecta cognitione totius: & hoc non est inconueniens. quare &c.

Rōsiones.

Amplius, si necesse est cuius pars conuenit esse quantumcunq; secundum magnitudinem
H & paruitatem, & ipsum contingere &c.

Tex, c, 26.

QVAESTIO XVI.

An Naturalia ad Maximum & Minimum terminata sint.



Væritur hic, vtrum entia naturalia sint determinata ad maximum & minimū. Arguitur primo quòd non. quia illud, quod est diuisibile in infinitum, non est determinatum ad minimum. nam semper in quod aliquid diuiditur est min⁹ illo, quod diuiditur, cum pars sit minus toto: sed entia naturalia sunt diuisibilia in infinitum, quia sunt continua. continuum autem est diuisibile semper in ea, quæ sunt semper diuisibilia: vt demonstratum est in Sexto huius, & in Libro de Lineis indiuisibilibus, & in Quinto Metaphysicæ. quare &c. Item secundo, si naturalia essent determinata ad maximum & minimum,

Tex, c, 1.

Tex, c, 12.

A mum, tunc in quantitate eſſet contrarietas: ſed hoc eſt inconueniens. quare &c. Falſitas conſequentis patet in Prædicamentis. conſequentia patet: quia cõtrarietas eſt inter maxime diſtantia: modo in quantitate inuenietur maxima diſtantia, cum erit determinata ad maximũ & ad minimum. Item tertio, ſi naturalia eſſent determinata ad minimum, tunc eſſent compoſita ex indiuiſibilibus: ſed hoc eſt impoſſibile: quare &c. impoſſibilitas conſequen-

Tex. c. 36 tis patet in Sexto huius. conſequentia declaratur: quia, poſtquam entia naturalia eſſent determinata ad minimum, tunc in diuiſione ipſorum deueniretur ad indiuiſibilia. cum enim in diuiſione perueniretur ad minimum, tunc in diuiſione eſſet dare minus minimo: ſic iſtud minimum diuideretur quod eſt impoſſibile. ergo perueniretur ad indiuiſibilia: modo vnumquodq; eſt compoſitum ex his, in quæ diuiditur. quare &c. Item quarto, omne graue eſt grauius aliquo: ſed hoc non eſſet, ſi & cætera.

Tex. c. 27. maior patet in Quarto Cœli & Mundi, minor patet. Ipſa enim grauitas eſt quædam forma naturalis. ergo, ſi determinaretur ad minimum, & illud minimum eſſet grauius aliquo, tunc minimo graui eſſet minus graue: quod eſt impoſſibile. Item quinto, ſi ſic eſſet, tũc materia prima eſſet quandoq; ſine omni forma: quod eſt impoſſibi-

Tex. c. 29. le, vt patet in Primo de Generatione. & patet conſequentia: quia, ſi ſit minima caro, adhuc eſſet diuiſibilis, cum ſit quid continuum. ſi ergo diuiditur, aut partes, in quas diuiditur, habebunt formas carnis, aut non. ſi ſic: cum pars ſit minor toto, erit dare minus minimo: quod eſt impoſſibile. ſi non habebunt formam carnis, tunc materia illarum partium erit ſine omni forma. Item ſexto, ſi ſit dare minimam carnem, & illa diuidaſ, aut diuidetur in partes, quæ ſunt carnes, aut diuidetur in partes, quæ nõ ſunt carnes: & ſi in partes, quæ ſunt carnes: ergo erit caro minor carne minima. ſi in partes, quæ non ſunt carnes: ergo caro erit compoſita ex non carnibus, cum vnumquodq; ſit compoſitum ex his, in quę diuiditur. Item ſeptimo, quod poteſt augeri in infinitum nõ eſt determinatum ad maximum: hoc eſt euidẽs de ſe. ſed ignis poteſt augeri in

Tex. c. 41. infinitum, vt vult Ariſtoteles in Secundo de Anima, & eſt quoddam ens naturale: quare &c. Item octauo, ſicut eſt in entibus mathematicis, ita videtur ſe habere in entibus naturalibus, cum entia mathematica non ſint ſeparata à naturalibus, nec è conuerſo: ſed mathematica nõ ſunt determinata ad maximum & ad minimum, cum continuum ſit diuiſibile in infinitum: quare &c.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Ariſtotelis in iſto capitulo, vbi vult quòd quodlibet ens naturale habeat quantitatem determinatam ad maximum & ad minimum: & idem vult Commentator & omnes Expoſitores Ariſtotelis.

CONCLVSIO

Naturalia omnia, quatenus naturalia, ad maximum & minimum neceſſario determinata ſunt.

Concluſio Entia naturalia ſũt determinata ad maximũ & minimum.

AD quæſtionem eſt dicendum, quòd entia naturalia ſunt determinata ad maximum & ad minimũ, ſic intelligẽdo: quòd cuiuslibet entis naturalis eſt aliqua quantitas ita parua, quòd ſub minori non poteſt ſaluari forma illius ſeorſum & diuiſim. ſimiliter eſt ita magna quantitas, quòd ſub maiori non poteſt ſaluari forma illius. verbi gratia, eſt aliqua quantitas carnis ita parua, quæ ſub minori nõ poteſt exiſtere forma carnis diuiſim. ſimiliter eſt aliqua quantitas ita magna, quòd ſub maiori non poteſt ſaluari forma carnis: ſimiliter autem eſt de omnibus partibus entium naturalium. & de totis ipſis natu-

Rõ prima. ralibus: & huius ratio eſt plana. Quia illa, quæ ſunt determinata ſecundum virtutes & qualitates naturales, ſunt determinata ſecundum magnitudines naturales: ſed omne ens naturale eſt determinatum ſecundum virtutem naturalem. quare &c. Maior propoſitio eſt manifeſta: quia virtus ſequitur magnitudinem, ita, q in maiori magnitu-

A dine eſt maior virtus, & fortior, & in minori minor, cæteris paribus: & præcipue hoc verum eſt in ſimplicibus corporibus, de quibus minus videtur q eſſent determinata ſecundum magnitudinem, ut in maiori igne eſt fortior caliditas & in minori debilior cæteris paribus. & minor patet: quia quodlibet ens naturale habet operationem determinatam: operatio autem determinata eſt à virtute deter-

Com. 11. minata. quare &c. Et declarat Cõmentator hoc in Octauo huius per ſimile in rebus artificialibus: quælibet enim res artificiales requirunt quãtitatem determinatam, ſine qua non poſſunt in ſuam operationem propriam. vt ſecuris poſſet eſſe ita paruæ quantitatis, q nõ ſufficeret ad ſecandum. & ſimiliter poſſet eſſe tam magnæ quantitatis, q homo non poſſet eã mouere ad ſecandum. ſimiliter autem & in aliĵs. ſic autem eſt in natura, ſicut in arte quo ad

Rõ ſecũda. hoc. Item, ſi entia naturalia non eſſent determinata ad maximum & ad minimum, tunc ex quocunq; exceſſu ſecundum magnitudinem & paruitatem non oporteret ea

B corrumpi. hæc conſequentia eſt euidens: ſed conſequens eſt falſum: quia materia aquæ ad tantam quantitatem poteſt perduci, q ſub ea non ſtaret forma aquæ. Similiter in tantum aer poſſet per condenſationem minorari, q ipſe

Rõ tertia. corrumperetur. ſimiliter autem & aliĵs. quare &c. Itẽ, ſi entia naturalia non eſſent determinata ad maximum, tunc quantocunq; ſuppoſito alicuius ſpeciei dato, poſſibile eſſet eſſe maius. hoc eſt inconueniens: quia ſic homo poſſet eſſe tãtæ quantitatis vt attingeret vſq; ad cœlum. poſtquam enim, quantocunq; ſuppoſito exiſtente, vtputa homine, adhuc contingeret eſſe maiorem homine, poſito, quòd eſſet homo habens quantitatem viginti pedum adhuc poſſet eſſe maior, & adhuc illo poſſet eſſe maior: et ſic perueniretur ad hoc q poſſet eſſe tantę quantitatis q attingeret vſq; ad cœlum: quod eſt impoſſibile. quia nũc non eſt nec vnquam fuit nec erit. & patet conſequentia. poſtquam enim homo non eſſet determinatus ad maxi-

C mum, tunc quantocunq; ſuppoſito hominis exiſtente, adhuc eſſet dare maiorem: ſimiliter autem & in cæteris. Sed eſt intelligendum q entia naturalia poſſunt conſyderari dupliciter. vno modo ſecundum q naturalia ſunt, & ſic determinata ſunt ad maximum & ad minimũ modo prædicto. alio modo poſſunt conſyderari ſecundum q continua ſunt, & ſic non ſunt determinata ad maximum & minimum, immo eis non repugnat diuidi in infinitum in partes, quarum vna eſt extra aliam. Conſyderandum etiam q licet naturalia per ſe ſubſiſtentia & ſeorſum ſiue diuiſim ſint determinata ad minimum, tamen quantũ ad partes in toto exiſtentes & excellentis paruitatis non potentes participare ſeorſum & diuiſim formam naturalẽ, ſic non ſunt determinata ad minimum ſimpliciter: immo quacunq; parte carnis data adhuc eſt minor exiſtẽs in tota carne: non tamen quælibet talium poteſt participare ſeorſum & diuiſim naturam carnis: immo ſi ſepararẽtur reſoluerentur incõtinenti, vt minimus ſapor infuſus aquę maris, vt docet Ariſto. in Libro de Senſu & Senſa. Scien-

D dum etiam, q iſtud dictum eſt intelligendum de entibus naturalibus & formis permanentibus. ſed de entibus ſucceſſiuis, vt ſunt tempus & motus, non eſt omnino manifeſtum. & de hoc plus videbitur in Quarto.

Rñſiones. AD rationes. Ad primam patet ex dictis. Ad ſecundum dicendum, q quantitati ſecundum ſe nõ eſt aliquid contrarium, ſaltem proprie. tamen, ſecũdum q coniuncta eſt naturalibus formis, bene habet contrariũ, quò ad diſpoſitiones ſuas. Ad tertium eſt dicẽdum, q in diuiſione entium naturalium, bene peruenitur ad indiuiſibilia, ſic, q nõ poſſunt diuidi in partes minores eiuſdem naturæ ſeorſum & diuiſim ſubſiſtentes: & ex talibus bene ſunt cõpoſita. non tamen peruenitur ad indiuiſibilia ſimpliciter & totaliter, ſicut ſunt puncta & vnitates: immo vnaquæq; partium talium entis naturalis eſt diuiſibilis in infinitum in partes inexiſtentes, quemadmodum etiã ipſa dimenſio diuiſibilis eſt in infinitum in partes, quarũ

vna

vna est extra aliam. Ad quartum, cum dicebatur omne graue &c. Concedo quòd omne graue subsistens seorsum & diuisim est grauius aliquo graui in toto existente & coniuncto alteri graui: sed non est intelligendum quòd omne graue seorsum existens sit grauius alio graui seorsum existente, vt arguebatur. Ad quintum dicendum, quòd sic non erit materia prima sine omni forma: quia illæ partes minimæ carnis, cum diuiderentur adinuicem, acciperent formam continentis. vt, si sint in aere, acciperent formam aeris, & sic de alijs, et hoc docuit Arist. in de Sensu & Sensato. Sed aliqui mirantur, quid generabit huiusmodi formam substantialem: verbi gratia, si minimum plumbum diuidatur, quid dabit illis partibus formam aeris. Et est dicendum, quod ipsum diuidens instrumentaliter, & virtus cœli existens in continente dabit talem formam substantialem, vel ipsummet continens per suã formam generabit sibi similem formam in materia particularum diuersarum. Sed aliqui dubitant hic: quia forma aeris non põt stare in materia sub minori quantitate quã forma terræ, immo minimum terræ est minoris quantitatis minimo aeris, ponatur igitur minimum terræ in aere, & diuidatur: si partes illius minimę terrę resoluantur in aerē, tūc forma aeris saluabitur in materia minoris quantitatis quàm materia formæ terræ. partes enim materiæ illius terræ minimæ sunt minores tota terra. hoc autem ē impossibile, vt videtur. Ad hoc est dicendum, quòd forma aeris non potest stare in materia sub minori quantitate seorsum & diuisim quàm sit minima quantitas terræ, sed coniunctim: & in toto possibile est formam aeris esse in materia minoris quantitatis minore terrę seorsum existente. Ad sextum dicendum, quod, si minima caro diuidatur, diuideretur in partes, quæ prius erant carnes, scilicet cum erant coniunctæ adinuicem: sed non erunt amplius carnes, cum erunt abinuicem separatæ. Et tu dicis, ergo componeretur caro ex non carnibus, dico, quòd nõ sequitur: quia caro non componitur ex illis diuisim seorsum existentibus, sed coniunctim, & vt sic bene sunt carnes: quare &c. Ad septimum dico, quòd ignis non augetur in infinitum simpliciter & omnino, immo est aliqua quantitas ignis, ita magna, quòd sub maiori non potest saluari forma ignis, sed verũ est, quòd caliditas ignis, inquantum caliditas ignis, potest se extendere vltra terminum, qui communiter inuenitur in rebus viuentibus. & ideo caliditas ignis non potest esse sufficiens causa augmentationis in viuentibus. Et ad hanc intentionem dixit Aristoteles Secundo de Anima, quòd augmentum ignis est in infinitum quousque combustibile apponatur, in infinitum dico, idest vltra quantitatem, quæ communiter inuenitur in viuentibus, & hoc sufficit Aristoteli. Ad octauum potest dici, quòd nõ est simile de entibus naturalibus & mathematicis: quia mathematica non determinant sibi formas determinatas, & virtutes determinatas, dico per seipsa immediate: naturalia autem sic: quare &c. Item ipsa mathematica bene sunt determinata ad minimum, quod possit seorsum existere, vt aliqua linea est tã parua, quòd minor seorsum & diuisim non posset existere, licet sit semper accipere in toto minorē, & sic de alijs. Est etiam aliqua quantitas ita maxima, quæ non potest esse maior, sicut quantitas totius mundi corporei, sed fortè istam maximitatem non habet ratione qua dimensio seu quantitas, sed ratione naturæ, cui est coniuncta: quare non valet ratio.

Dubitatio. Responsio. Dubitatio. Responsio. Tex. c. 41. Mathematica sunt ad minimum determinata.

Tex. c. 17. Amplius, si omnia insunt quidem huiusmodi in inuicem, & non fiunt, sed segregãtur cum insunt: dicuntur autem & à plurimo, fit autē ex quolibet quodlibet, vt ex carne aqua segregatur & caro ex aqua: omne autem corpus finitũ resecatur à corpore finito &c.

E

QVAESTIO XVII.

An Quodlibet corpus finitum consumi contingat, per ablationem finiti aliquoties factam.

Circa istam partem quæritur, vtrum quodlibet corpus finitum consumi possit per ablationem alicuius finiti aliquoties factã. Arguitur primo breuiter quod non, quia illud, quod est diuisibile in infinitum, non potest consumi per ablationem alicuius finiti aliquoties factam: hoc est euidens, sed omne corpus finitum est diuisibile in infinitum, cum sit continuum: quare &c.

OPPOSITVM arguitur per Aristo. in litera.

CONCLVSIO

Corpus generabile aut corruptibile, per ablationem æqualium partium, non autem per partium inæqualiũ secundum proportionem aliquoties factã, consumi tandē contingit.

F AD quæstionem est intelligendum breuiter, quod diuisio corporis finiti in suas partes potest fieri duobus modis. vno modo in partes eiusdem quantitatis & æquales sibiinuicem, vt, si lignum diuideretur in partes, quarum quęlibet est vnius pedis. alio modo potest fieri diuisio corporis finiti in partes eiusdem proportionis, nõ tñ eiusdem quantitatis. vt, si lignum diuideretur in duas medietates, & vlterius qualibet medietas in duas medietates, & sic procedendo, hæc esset diuisio in partes eiusdē proportionis: ita quod sicut primę partes, in quas fit diuisio sunt dimidię ad totum, sic partes, in quas fit diuisio secunda, sunt dimidiæ ad illas, quæ diuiduntur in eas, & tñ non sunt æquales ad inuicem: quia medietas totius est maior medietate partis. similiter autem posset fieri sm alias proportiones, vt, si lignum diuideretur in tres partes, & quęlibet illarum in tres partes. Vlterius sciendum, quod aliquid non repugnat alicui sm vnam rationem, quod tamen repugnaret ei sm aliam, vt homini albo secũdum quod albus, repugnat nigrum esse, sed non repugnat homini secundũ quod homo. similiter autem & in alijs multis.

Diuisio corporis fit duobus modis.

G Tunc dico, quod nulli corpori finito, sm quod continuum est & finitum, repugnat consumi per ablationē partium eiusdem quantitatis, & æqualium aliquoties factam. immo, si ab aliquo corpore finito, quantumcunque sit magnum, auferaf corpus finitum quantũcunque paruum, toties posset auferri, quod totũ esset cõsumptũ. Et hoc statim probaf: quia, si corpori finito repugnaret cõsumi per ablationem partium eiusdem quantitatis, tunc in ipso essent partes infinitæ sibiinuicē æquales. pro alio. n. non repugnaret ei in quantum continuũ & finitum, nisi pp infinitatem hmõi partium: sed hoc est impofe. non. n. est intelligibile, quod in aliquo corpe finito sint partes eiusdem quãtitatis simpliciter infinitæ: immo sicut in ligno decē pedũ non est quantitas vnius pedis nisi decies, sic in corpore quantũcunque finito, nõ est nisi finities, quæcunque determinata. ut in cœlo non sunt partes infinitæ æquales vni grano milij, sed finitæ sm naturã. Et hoc probaf euidēter: quia, si in aliquo corpe finito essent infinitæ partes sibiinuicem ęquales, sequeret, quod, si esset infinitum corpus simpliciter, non haberet plures partes æquales quã finitum: quia vtrobique essent simpliciter infinitæ. hoc aũt est impossibile. licet enim sit impossibile esse corpus infinitum, tñ ista cõditionalis est necessaria, si esset corpus infinitum simpliciter, in ipso essent plures partes quantitatiuæ æquales quã in ipso finito. aliter enim infinitum non esset maius finito. ergo impossibile est in corpore finito esse partes infinitas multitudine æquales sibiinuicem: quare videt quod ipsi corpori finito, ratione, qua finitum est, non repugnet consumi per ablationem partium æqualium aliquoties factam. Secũdo est dicendum, quod corpus finitum non potest cõsumi per ablationem partiũ eiusdem proportionis, inæqualium tamen adinuicē. quia, illud, quod est in infinitũ diuisibile, quantum ad aliquas partes non posset consumi per quantamcunque ablationem partium huiusmodi. detur enim quod consumeretur,

Conclusio prima.

H

Corpus finitum non habet partes infinitas æquales.

Conclusio secunda.

sumeretur, tunc diuisio terminaret, & sic non esset infini-
tum: sed omne corpus finitum diuisibile est in infinitum
in partes eiusdē proportionis. aut. n. est diuisibile in infini
tum, aut eius pueniet diuisio ad indiuisibilia: sed nō est di-
cendū q diuisio cōtinui pueniat ad indiuisibilia: qa tunc
cōtinuum esset compositum ex indiuisibilib9, cū vnum-
quodq; sit cōpositum ex illis, in quæ diuidit. hoc aūt est
Tex. cō. 3. impossibile, vt demonstratum est in Sexto huius. ergo di
uisio cōtinui est in infinitū in ptes eiusdē proportionis: &
Conclusio prima. sic p ablationem talium ei repugnat consumi. Tertio di
cēdum est, quòd alicui corpori finito, ut tale corpus, repu
gnat diuidi. & p consequens repugnat ei consumi p abla
tionem talium ptium æqualium. quia illi, quod est ppetu
um & ingenerabile & incorruptibile, repugnat consumi
per ablationem ptium quarūcunq;. repugnat dico rōne
qua tale. sed corpus cœleste finitum sm magnitudinem
exñs, est ingenerabile & incorruptibile. quare &c. Ma-
ior patet, quia omnis substantia, quæ aliqñ diuidit in par
tes quantitatiuas, est corruptibilis aliquo modo: quia ad
tam paruam q̄titatem pōt deduci, q in ea non potest sal
uari forma naturalis, vt patet ex præcedenti questione.
Tex. c. 20. Et minor patet in primo cœli et Mundi. ibi n. demonstra
tum est, q cœlum est ingenitum & incorruptibile. ergo
ipsi, ratione qua tale, repugnat diuidi & cōsumi per abla
tionem partium quarūcunq;.

Rñsiones. AD rationem patet ex dictis. verū est. n. q ipsum con-
tinuum diuisibile est in infinitum in partes eiusdem
proportionis, sed non in ptes eiusdem quantitatis, i. æqua
les: ideo non est contra dicta. quare &c.

T. cō. 41. Omnes igitur principia contraria faciunt.

QVAESTIO XVIII.

An Rerum naturalium Principia sint Contraria.



Veritur hic, vtrum principia rerum natura
lium sint contraria. Arguitur primo q nō:
quia principia non fiunt ex alterutris: sed cō-
traria fiunt ex alterutris, quare &c. Maior
patet in litera, & Minor similiter ibidem. nō
enim quodlibet fit ex quolibet, sed ex contrario vel me-
dio, vt album fit ex non albo non quocunq;, sed ex nigro
& ex medio, similiter autem et in alijs. Item secundo, si
prima principia essent contraria, tūc primi principij esset
principium, quod est impossibile: quia primo nihil est pri
us. & probatur consequentia: quia, cum substantiæ nihil
sit contrarium, oporteret, q, si prima principia sint con-
traria, q ipsa essent accidentia: accidens aūt semper est in
subiecto aliquo, quod est prīcipium eius, & prius eo: qua
re &c. Item tertio, si principia essent contraria, tunc ex
non substantijs fieret substantia: hoc aūt est impossibile,
qa illud, ex quo aliquid fit, est prius eo quod fit: & sic nō
substantia esset prior substantia: quod est falsum. & con-
sequentia pbatur: quia substantiam non dicimus esse cō-
trariā substantiæ. vnde, si principia essent contraria, tunc
non essent substantiæ: cum igitur substantia fiat ex prin-
cipijs (omnia enim uel sunt prīcipia uel ex principijs) seq-
tur q non ex substantijs fiet substantia. Item quarto,
si principia essent contraria, omnia naturalia essent corru
T. cō. 20. Cō. 10. ptibilia: q est falsum pro corporibus cœlestibus, ut patet
Primo cœli et Mundi, et patet consequentia: quia contra
ria sunt adinuicem corruptiua, vt demonstratur in litera.
& in Primo de Generatione, quare &c.

OPPOSITVM arguit p Arist. & Cōmentator. et i hoc
cōcordauerunt oēs antiq &c. vt dicit Aristot. in litera.

CONCLVSIO.

Principia rerum naturalium, licet sint in genere substantiæ, ea ta-
men quò ad fieri ipsarum rerum contraria esse necessa
rium est, licet non omnia contraria sint: quā-
tū vero ad esse minime cōtraria sunt

T. cō. 2. AD quæstionem istam est intelligendum, q res na
turales possunt considerari dupliciter. vno modo
quantum ad suum esse, alio modo quantum ad su

A um fieri, quod præcedit ipsum esse actu. Tunc potest dici
ad quæstionem. Primo, q principia rerum naturaliū quā Cōclō pri.
tum ad suum esse non sunt contraria sibijnuicem, scilicet
principia intrinseca, & hoc est facile uidere, quia illa, quo
rum vnum est perfectio alterius, non sunt contraria sibi-
inuicē: & hoc est manifestū, qa vnū contrarioꝝ nō est p-
fectio alterius dans ei esse, vt albedo nō est pfectio nigre-
dinis dans ei esse, nec econuerso. silr aūt & in alijs: sed pri Conclusio
cipia reꝝ nālium q̄tum ad esse coꝝ sic se hñt, q vnū est
pfectio alterius: forma. n. est actus & pfectio mãæ. quare
&c. Secundo est dicendum, q aliqua principia rerū na
turalium quantum ad fieri eorum sunt cōtraria, et ad hoc
potest adduci ratio, quam Aristo. ponit ī litera. illa sunt
principia rerum naturalium, quæ non fiunt ex alterutris,
nec ex alijs, & omnia alia fiunt ex eis. hæc. n. requiruntur
& sufficiunt ad hoc q aliqua sint principia rerum natura
lium: sed prima contraria sunt huiusmodi. non. n. fiunt ex
alijs, quia tunc non essent prima, nec fiūt ex alterutris, eò
q ipsa sunt contraria. vnum enim contrariorum non fit
B ex alio, id est non mutatur in illud, vt exponit Commen-
tator: & omnia alia à primis contrarijs fiunt ex ipsis pri-
mis contrarijs, oīa enim alia à primis contrarijs, vel sunt
contraria secunda, vel media: modo ipsa contraria secun-
da fiunt ex contrarijs, ut patet inducendo. album. n. fit ex
non albo, et domus ex non domo: et ipsa etiā media fiunt
ex cōtrarijs, ut colores medij fiūt ex extremis, s. rubeū ex
albo & nigro, & tepidū fit ex calido et frigido, quare &c.
Item, forma & priuatio sunt principia rerum naturalium
quantum ad fieri, & hoc probabitur in sequentibus: sed
forma & priuatio sunt cōtraria aliquo modo: ergo aliqua
contraria sunt principia rerum naturalium quantum ad
fieri ipsorum. Tertio est dicendum, q non omnia prin Conclusio
cipia rerum naturalium, etiam quantum ad fieri, sunt cō-
traria, immo præter contraria oportet esse aliud principi
um, quod nulli sit contrarium. & hoc probatur sic: nisi es-
set aliquod prīcipiū ipsius fieri rei naturalis aliud ab vtro
que contrariorum, tunc fieri ipsius rei naturalis non reci-
peretur in aliquo subiecto, nec similiter forma rei natura-
lis: & hoc est impossibile, ut manifestum est cuilibet intel
C ligenti. cum. n. fieri ipsius rei naturalis sit motus ad ipsam
rem generandam: motus autem requirit semper aliquod
subiectum, cum sit quoddam accidens: ergo sequitur, q
ipsum fieri vult recipi in aliquo subiecto. aliter. n. nihil di
ceretur moueri illo motu. & consequentia patet: quia fie-
ri ipsius rei naturalis non recipitur in priuatione cōtraria
formę, ad quam ordinatur fieri: nec ipsa forma, ad quam
tendit fieri, recipitur in priuatione sui. vnum. n. opposito
rum non recipit alterum, nec etiā fieri alterius. ergo præ-
ter contraria, oportet esse aliquod subiectum, quod nulli
sit contrarium, sed in potentia ad ambo. Et hæc est ratio
Aristot. in litera. Et confirmatur: quia, si fieri rei natu-
ralis reciperetur per se in priuatione præcedente formam
facti: cum ipsa priuatio sit per se nō ens, tunc non ens per
se reciperet ipsum fieri, & cum fieri sit idem, quod motus
ordinatus ad rem generandam, tūc in priuatione & nega
tione esset motus. omne aūt, in quo est motus per se, mo-
uetur per se. ergo ipsa priuatio mot9 moueretur per se ad
formam facti: illud aūt, quod per se mouetur ad aliqd, ter
D minato motu, inuenitur sub illo, et informatur eo. igitur pri
uatio inueniretur sub forma, & informaretur ipsa forma,
quod est per se impossibile. ergo fieri non recipitur in pri
uatione formę præcedente formam: oportet igitur, quod
aliquid sit subiectum præter ipsam priuationem, & sic se-
quitur, q non omnia principia rerum naturalium, quan-
tum ad fieri, sunt contraria. et q non solum cōtraria sunt
principia rerum naturalium quantū ad fieri, & ista est de-
terminatio Arist. vult. n. principia contraria esse contra-
ria aliquo modo verum est & necessarium, aliquo modo
nō, scilicet nō omnia. Et est intelligendū, q cōtrarietas
accipit dupliciter. Vno modo stricte et proprie, et ista est
repugnantia duarum formarum positarum in eodem ge-
nere

nere prædicabili existentium, & sibijnuicem succedentium in eodem subiecto. Et adhuc ista est duplex. vna perfecta, & talis non potest esse nisi vnius ad vnum, & hæc est contrarietas extremorum in illo genere. sicut contrarietas caliditatis maximæ ad maximam frigiditatem, & ista est maxima distantia talium formarum: alia est imperfecta et diminuta, sicut cõtrarietas mediorum adinuicem

Com. 27.

& ad extrema, & hoc habetur ex quarto Metaphy. Alia est contrarietas improprie dicta, quæ est oppositio inter priuationem & habitum. hęc autem oppositio rationabiliter vocatur contrarietas: quia semper vnum contrariorum proprie dictorum est diminutũ & minus perfectum respectu alterius, & sic magis appropinquat ad priuationem, & alterum est perfectius, & magis habet rationem habitus. Item subiectum existens sub vno contrariorum

Noa

est semper priuatum alio: & nomen contrarietatis extenditur ad oppositionem, quæ est inter priuationem & habitum. modo, cum dicebatur, ꝙ principia rerum naturalium sunt contraria quantũ ad fieri non intelligitur ꝙ sint vniuersaliter contraria vera contrarietate, & proprie dicta: quia talia contraria non sunt in genere substantiæ, & sic non esset contradictio omnium principiorum rerũ naturalium intrinsecorum: sed est intelligendum, ꝙ sunt cõtraria vel contrarietate improprie dicta, vel contrarietate sumpta large. talia autem contraria bene sunt in genere substantiæ. Nam licet vna forma substantialis per se non sit contraria alteri cõtrarietate proprie dicta, tamen forma substantialis generabilis opponitur priuationi: sicut habitus opponitur priuationi, ita quod quãlibet formam generabilem præcedit priuatio eius in materia.

Responsiones.

TVnc ad rationes. Ad primam, cum dicebatur, cõtraria &c. Concedo, ꝙ prima principia non fiunt ex alterutris. Et, cum dicitur, ꝙ cõtraria fiunt ex alterutris: verum est contraria secunda, vt album & nigrum, & sic de alijs. sed contraria prima non fiunt ex alterutris. Forma enim non fit ex priuatione, nec ecõtrario. & ideo non est controuersia in dictis Aristot. Aliter dicitur cõmuniter, & forte melius, ꝙ contraria possunt dupliciter considerari. vno modo, inquantum ad formas, & sic vnum non fit ex alio, id est non mutať in aliud, vt exponit Commentator. priuatio enim non mutatur in formã, nec econuerso. similiter nec albedo in nigredinem: alio modo possunt cõsiderari contraria quantum ad subiecta, et sic vnũ fit ex alio, vt album ex nigro, id est ex subiecto, quod est sub nigredine, vel medio. similiter & in alijs. Sed contra hoc obijcitur: quia, si sic intelligitur contrariũ fieri ex cõtrario, scilicet ratione subiecti, tunc contrarium non fit ex contrario nisi per accidens: cuius oppositum vult Aristoteles in litera. ubi dicit, ꝙ per se loquẽdo album non fit ex quocunq;, sed ex non albo, non quocunq;, sed ex non albo, quod est nigrum, vel medium: sermo enim sciẽtificus debet intelligi de per se. Item similiter posset dici aliqd fieri ex desperato ratione subiecti, eò quòd subiectum existens sub vno disperatorum, est in potentia ad alterum, vt dulce est in potentia ad album, & sic non plus nec minus est dicere aliquid fieri ex contrario, quàm ex disperato: cuius oppositum vult Aristoteles in litera. ergo non est sic intelligendum contrariũ fieri ex contrario vel medio, id est ratione subiecti. Ad primum dicendum, ꝙ per accidens potest capi dupliciter, vt ad propositum spectat, vno modo prout distinguitur cõtra per se, et primo, alio modo accipitur per accidens, vt distinguitur contra determinatum & necessarium. Modo, vnum cõtrarium bene fit ex altero per accidens primo modo, id est nõ per se & primo principaliter, illud enim, ex quo primo, et per se fit aliquid, est pars eius, unum autem contrariorum nõ est pars alterius. Sed secundo modo contrarium bene fit ex contrario vel medio per accidens, id est non determinate & non necessario: modo vnum contrariorum sic fit ex altero, id est determinate & necessario fit ex alio contrario vel medio, quod patet, quia contrarium per se &

Contraria cõsiderãt dupliciter.

Obiectio prima.

Obiectio secunda.

Responsio ad primũ.

E primo fit ex ente in potentia, vt album ex potentia albo: similiter autem & in alijs: Modo, illud, quod est in potentia ad vnum contrariorum, necessario & determinate est sub alio contrariorum, vel sub medio, vt omne, quod est in potẽtia ad album, necessario est nigrum, vel medio colore coloratum. & ideo vnum contrariorum fit ex altero necessario et determinate: et sic non fit pure per accidens, secundum ꝙ per accidens distinguitur contra necessariũ: & hoc modo intellexit Philosophus fieri contrarium ex cõtrario per se. Illud enim, quod est minus per accidens, potest dici p̃ se respectu eius, quod est magis per accidens & indeterminatum. Per hoc autem patet solutio ad secundum dubium, cum dicebatur, ꝙ similiter &c. dico, ꝙ non est simile: quia ex disperato non fit aliquid determinate & necessario, sed contingenter, vt album non necessario fit ex dulci: quia non est necessarium ꝙ potentia album sit dulce actu, aut actu amarum, nec econuerso: immo actu dulce potest esse non in potentia album, sed actu album. similiter autem & in alijs disperatis: quia multum F differt per accidens, et indeterminate fieri ex aliquo disperato, & respectu huius fieri ex contrario dicitur contrarium fieri per se ex alio determinate: licet non sit simpliciter per se et primo. Ad secundam rationem patet ex dictis. bene enim concluditur ꝙ principia non sunt contraria omnia, loquẽdo de contrarietate proprie dicta, sed alia contrarietate nõ contingit. similiter autem ad Tertiũ. Sed est aduertendum, ꝙ Commentator dicit, ꝙ istæ rationes non necessario concludunt principia non esse contraria: nec Aristot. induxit eas tãquam demonstratiuas, sed ut probabiles. cum enim dicitur, ꝙ contrarietas non sit in substantia, dicit Commentator, ꝙ bene verũ est secundum subiectum, sed non secundum formam. & ideo non concluditur ꝙ principia substantiæ non sunt contraria, et ad hoc induxit dictum Arist. qui dicit substantiam nõ esse contrariam substantiæ. Verum est de substantijs compositis, sed non de simplicibus. & ideo illæ rationes non omnino concludunt, ꝙ principia non sint contraria. possumus ergo dicere, ꝙ uerũ sit ꝙ istæ rationes non concludunt, ꝙ principia nullo mõ sint contraria: immo sunt G contraria aliquo modo, scilicet large loquendo de contrarietate, ut dictum est. sed, si loquamur de contrarietate p̃prie, sic forte bene concludunt, ꝙ principia non sunt contraria: quia talis contrarietas nullo modo est in substantia. vnde præter proprie dicta contraria, oportet esse aliquod aliud principium. Ad formam ergo rationũ, cum dicebatur primo, si principia essent contraria, tunc principij esset principium. verum est, si sint contraria proprie. talis enim contrarietas non est nisi inter accidentia, quæ requirunt subiectum ens actu præcedens ea. sed, si principia sint contraria contrarietate large dicta, tunc nõ sequitur: talis enim contrarietas est inter formam substantialem, & priuationem eius, & ipsa forma substantialis non requirit subiectum ens actu: & ideo bene concluditur, ꝙ principia non sunt contraria contrarietate p̃pria, sed non concluditur ꝙ nullo modo sint contraria. Et est diligenter considerandum, ꝙ licet ista ratio Aristotelis non conuincat principia non esse contraria, tamen habetur necessario ex ea, ꝙ oportet esse aliud principium preter contraria, sed in hoc sufficit ratio Aristotelis. nam siue sit con- H trarietas improprie dicta siue proprie dicta, semper oportet cõtrarium esse in aliquo subiecto. idem enim debet esse subiectum priuationis et habitus. si enim conceduntur principia contraria contrarietate, quæ est inter priuationem & habitum, etiam conceditur esse aliud principium præter contraria. Similiter ad tertiam cum dicebatur, ꝙ ex non substantijs &c. verum est si essent cõtraria proprie & stricte, sed non si sint contraria large: & talis contrarietas est inter formam & priuationem formæ. Et ex ista concessione habeť vlterius, ꝙ non sola contraria sunt principia, quia formæ, cui aliquid opponitur priuatiue, oportet esse aliquod subiectum, & sic ipsa non est tota res

Ad secũdũ obiectum.

Notandũ.

substantia

substantia. Ad quartam cum dicebatur, ꝙ tunc omnia &c. dico, ꝙ omnia naturalia aliquo modo sunt corruptibilia vel secundum substãtiam, & hæc est corruptio simpliciter, vel secundum aliqua accidentia. Et, cum dicitur, ꝙ cœlum est incorruptibile, verum est secundum substãtiam, tamen est bene corruptibile secundum ubi: nam, cũ acquirit vnũ vbi, deficit alterum: & sic in cœlo sunt principia contraria, scilicet secundum ꝙ mouetur, scilicet ubi et priuatio. nam dum mouetur ad aliquod vbi priuatum est illo, & his contrarijs subijcitur subiectum, scilicet substantia cœli. ideo dicitur materia in potentia ad vbi, & quo, id est ad terminos transmutationis localis: quorum vnus est vnde, id est termin⁹ à quo, et alius est quo, id est terminus ad quem. & ideo non ualet ratio contra dicta. Aliter dr̃, ꝙ verũ est, si principia essent contraria ꝓpria contrarietate, tunc omnia naturalia essent corruptibilia, sed non oportet, ꝙ, si sint large contraria & communiter dicta contrarietate, quare &c.

Cœlum est corruptibile secundũ vbi.

A quo modo aliarum transmutationum, scilicet subiectum remotum & mediatum. nam omnis transmutatio est aliquo modo inter contraria, vt manifestum est: et ipsis contrarijs oportet esse aliquod commune subiectum, quare &c. Item illud, ex quo componitur aliquid, est ens. nã non ens, non est de compositione entis: sed ex ipsa prima materia aliquid componitur, scilicet substãtia naturalis, vt manifestum est. quare &c. Item si prima materia esset simpliciter & pure non ens, tunc aliquid fieret ex nihilo: hoc est falsum. ergo &c. falsitas consequentis est nota: quia in hoc conuenerũt omnes, qui de natura locuti sunt, ꝙ ex non ente omnino nihil fit. Cõsequentia patet: quia ipsa materia prima est primum subiectum, ex quo fit aliquid cum insit, vt omnes concedũt, qui intelligunt quid nominis materię. quare &c.

Rõ secũda.

Rõ tertia.

Vnde, si aliquis priorem verã putabit esse rationem, et hanc necessarium est, si debet saluare vtrasq; rationes, subesse quoddã tertium &c.

QVAESTIO XIX.

An Materia prima sit ens.

QVia Philosophus concludit hic, ꝙ pręter cõtraria, oportet esse aliquam naturam subiectam, & illa non est nisi materia, ideo quęritur hic, vtrũ mã prima sit ens. Arguit̃ p̃io ꝙ non, qa cuius forma est nõ ens, et ipsum est nõ ens: hoc est manifestũ, qa esse rei est forma eius. sed forma materiæ est non ens, quia priuatio est forma materiæ, vt dicit Commentator in Primo huius: priuatio autem est per se non ens, vt dicit Arist. quare &c. Item secundo, si materia prima esset ens, aut esset ens naturale, aut mathematicum, aut diuinum per diuisionem sufficiẽtem, q̃ habetur in Sexto Metaphy. sed non est ens naturale: qa quodlibet ens naturale habet aliquem motum determinatũ, vt ignis sursum, & terra deorsum, & sic de alijs. materia autem prima non habet aliquem motum naturalẽ determinatum. nec est ens mathematicum aut diuinũ: qa ista sunt abstracta à materia, ut patet in Sexto Metaphy. & primo de Anima: materia autẽ non est abstracta à materia, vt manifestum est. quare &c. Item tertio, illud, qđ non est substantia, nec accidens non est ens, cum ens diuidatur sufficienter per substantiam et accidens, vt patet in Primo huius, & Quinto Metaphy. & etiam in Prædicamentis: sed materia non est substãtia, nec accidens, vt patet in Septimo Metaphy. vbi dictum est, ꝙ materia nec est quid, nec quale, nec quantum, nec aliquid aliorum, quibus diuisum est ens, nec priuationes horum. quare &c. Item quarto, quod est medium inter contradictoria, non est ens, ut patet Quarto Metaphy. sed materia prima est huiusmodi: nam est medium inter esse & non esse, sicut dicit Commentator in isto primo. quare &c.

T. com. 79

T. com. 2.

T. com. 2.
T. com. 17

T. com. 15.
T. com. 11.
T. com. 8.

T. cõ. 27.

Com. 70.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Aristot. in litera: qui vult, ꝙ materia prima est aliquod diuersum à priuatione. & idem vult Commentator, et omnes expositores Aristotelis.

B

CONCLVSIO.

Materia prima nec forma est, nec aliquam propriam formã habet, sed est ens in pura potentia, seipsa ab ipsa forma distincta.

AD quęstionẽ dicendum primo, ꝙ materia est ens aliquo modo, quia illud, quod est subiectum principale omnis transmutationis, est ens aliqualiter, non ens enim non potest subijci transmutationi, qa tunc non ens trãsmutaretur, quod est impossibile. sed materia prima est principale subiectum omnis transmutationis: ipsa enim est subiectum substantialis trãsmutationis quæ est generatio et corruptio, cum semper oporteat subijci aliquid, cui attribuitur fieri, ut probat Arist. in litera, & hoc demonstrabitur post hoc. Est etiam subiectum ali

Conclusio prima.

Rõ prima.

Secundo est dicendum, ꝙ materia non est forma aliqua, nec aliquam formam propriam & determinatam habet de sua essentia. quod multipliciter Commentator probat. Primo: quia, si haberet aliquam formam propriam, tunc nullam aliam reciperet nisi ipsa corrupta: sed ipsam materiam corrumpi in recipiendo formam est inconueniens: quia tunc forma reciperetur in non ente, & daret ei esse actu, quod est impossibile. & probatur consequentia: quia ad hoc, ꝙ materia recipiat formam aliquam substantialem, oportet ꝙ ipsa de seipsa non habeat esse simpliciter in actu: formæ enim substantialis est dare esse simpliciter in actu. Ad hoc igitur, ꝙ prima materia reciperet aliquam formam substantialem, oporteret remanere illam, quæ daret ei esse simpliciter in actu. & sic corrumperetur substantia materiæ, cuius esset propria illa forma. Illud. n. simpliciter corrumpitur, cuius propria forma corrumpitur: & sic prima materia nullam formam reciperet nisi corrupta ipsa. Secunda ratio est: quia illud, quod est receptiuum omnium formarum, nõ habet aliquam formã ꝓpriam: sed prima materia est huiusmodi. Maior patet: qa si illud, quod recipit omnes formas, haberet ex se aliquam formam, aut illam reciperet, aut non. si nõ, sic non reciperet omnes formas, & hoc est contra positum. si sic: tunc idem reciperet seipsum, quod est ĩpossibile: nihil. n. recipit se, nec est causa alicuius in recipiendo se, siue sit receptio spiritualis siue corporalis, vt vult Arist., & Commen. in Secundo de Anima. & Tertio. et Minor apparet. nam ipsa materia prima recipit omnes formas. non. n. est rõ, quare recipiat vnam vel quasdam magis q̃ omnes: vnde cõcedendum est, aut ꝙ nullã recipit, quod est cõtra sensum, aut ꝙ recipit oẽs, & hoc est quod volumus. quare &c. Tertia rõ est hęc, si materia prima haberet aliquam formã sibi propriam, tunc generatio non esset aliud q̃ alteratio, quod est omnino inconueniens. Consequentia probatur: quia, cum materia sit subiectũ generationis, oportet ipsam manere eandẽ sub vtroq; termino ipsius generationis. hoc. n. est uniuersaliter verũ in omni trãsmutatione, ꝙ oportet ei subijci aliquid, quod sit vnum numero sub vtroq; termino. si igitur materia per se esset aliquid ens actu, tũc sub vtroq; termino ipsius gñationis similiter maneret idẽ ens actu. Oĩs autem talis trãsmutatio est trãsmutatio accidentalis: in qua manet vnũ et idem numero ens actu, nam p talem transmutationẽ non mutat̃ nomẽ & diffinitio. ergo generatio simpl̃r erit trãsmutatio accñtalis. &, cũ non sit augmentatio, nec mot⁹ localis, vt manifestũ est cuilibet, relinquit̃, ꝙ erit alteratio. omnis. n. transmutatio accñtalis aut est alteratio, aut augmẽtatio, aut motus localis. quare &c. Item, si p̃ria materia haberet aliquã formam substantialẽ sibi ꝓpriã. dico fm ꝙ materia, & p quam esset materia, sequeret̃ sil̃r, ꝙ omnis forma ꝑficiens materiam primam esset accñs: quod est valde absurdum. sic. n. species rerũ naturaliũ non differrent ab inuicẽ nisi fm accidẽtia. & patet cõsequentia: qa forma, q̃ aduenit enti in actu, fm ꝙ actu, est accñs, qa talis non dat esse simpl̃r et ĩ actu, sed esse fm qđ. modo forma aduenıẽs materię aduenit enti in actu, fm ꝙ in actu, postq̃ ipsam materiã primã fm ꝙ

Conclusio secunda.

Prima rõ.

Scđa ratio.

C

T. com. 7?
T. com. 4.

Tertia rõ.

D

Quarta rõ.

materia ponimus habere actum proprium. Patet ergo ex omnibus istis dictis, ꝙ materia prima nullā formā habet fm ꝙ materia, scilicet per quam sit materia. Verum autem habeat aliquam formā substantialem sibi coæternam, quæ tñ non sit in eius essentia, nec de eius essentia, sicut ponunt aliq de forma substantiæ, & corporis: & utrū ipsa remanens sub una forma substāciali possit recipe aliā formam substantialem, sicut aliqui ponunt, s. illi, qui dicūt formas substantiales elementorū remanere in misto, de hoc est bona perscrutatio, & forte alias inquiretur.

Conclusio tertia. Tertio dicendum est, ꝙ ipsa materia prima est ens in potentia pura de se: qa quod est ens aliquo modo, & non est act⁹, nec de se hñs actū, illud est ens in potētia: hęc est manifesta cuilibet intelligenti: sed materia pria est ens aliquo modo, vt demonstratum est, & non est aliquis actus, nec habens aliquem actum proprium de se. ergo relinquitur ipsam esse pure potentiam, id est ens pure in potentia.

Dubitatio. T. 49. Sed aliquis hic dubitaret: quia omnis distinctio est per aliquem actum, vt habetur ex Septimo Metaphy. cum igit materia sit de se ens distinctum à forma. ipsa. n. materia secūdum suam substantiam est ꝑpetua, vt videbitur post. corruptio autem attingit essentiam formæ, vt videbitur post: relinquitur ergo ꝙ ipsa materia de se habet aliquem actū.

F

Responsio. Ad hoc pōt dici ad presens, ꝙ oīs distinctio principiatoꝝ & compositorum est ꝑ actum aliquo modo, sed distinctio principiorum nō oportet ꝙ sit ꝑ actum essentialem vniuscuiusq; distinctorū: nunc materia & forma sunt principia prima intrinseca reꝝ naturalium. ideo non oportet ꝙ materia distinguatur à forma ꝑ aliquem actū sibi essentialem, sed seipsa ab ea distinguitur. Item pōt

Cō. 26. dici, ꝙ sicut essentia vel natura materiæ est ꝑpter formā tanq; propter finem, vt dicit Commentator in Secundo huius, sic distinctio & diuersitas essentialis materiæ à forma est propter ipsam formam: & sic adhuc distinctio materiæ à forma est per formam: non quidem formaliter, sed ita ꝙ ly per, dicat circumstantiam causæ formalis intrinsecæ distinguentis: sed finaliter, ita ꝙ ly per, dicat circunstantiam causæ finalis.

G

Rñsiones. AD rationes. Ad primam, cum dicebatur, illud cuius forma &c. potest dici, ꝙ verum est si sit forma proprie dicta, si vero sit forma secundum similitudinem solum, non oportet &c. Et, cum dicitur, priuatio est huius &c. Dico, ꝙ priuatio non est proprie forma primæ materiæ, secundum quā est prima materia: eò ꝙ forma est de essentia illius, cuius ꝑpter est forma: modo nulla priuatio est de essentia materiæ: quia tunc nō reciperet omnes formas: non. n. reciperet illam formam, cuius priuatio esset eius essentia. sicut etiam priuatio formę non recipit illam formam, cuius est priuatio. sed pro tanto priuatio dicitur forma materię, quia quandam similitudinem habet cum forma respectu eius. Nam sicut forma est materię, cuius

Priuatio dicit forma materiæ. est forma, & non est separata ab ea loco, & subiecto, sed vnita ei, sic etiam priuatio est in materia, & non est separata ab eo loco & subiecto: est tamen diuersa ab ea secundum diffinitionem & essentiam, ita quòd essentia materiæ non est ipsa priuatio, nec è conuerso. sicut demonstrat Aristoteles in litera: quare &c. Item potest aliter dici, quòd priuatio præcedens aliquam formam in materia potest consyderari quātum ad negationem illius formæ, & sic est per se non ens: nec isto modo est forma materię. vel potest consyderari quantum ad aptitudinē ipsius materiæ ad huiusmodi formam, priuatio enim nō est simpliciter negatio, sed negatio in subiecto apto nato, vt patet

H

T. com. 4. in Quarto Metaphysi. & ista aptitudo bene est aliquod ens, & quantum ad hoc priuatio est forma materiæ, non quidem substantialis, sed accidentalis, vt videbitur in sequentibus. Ad secūdam dubitationem breuiter dico, ꝙ materia est ens naturale, loquendo large de ente naturali pro omni eo, quod per se pertinet ad consyderationē

T. com. 4. rei naturalis, licet nō sit proprie ens naturale: quia ens naturale proprie est ipsum compositum, vt dicit Aristo. in

E

Secundo huius. Et cum dicitur, quodlibet &c. Dicendū est, ꝙ illud est verum de entibus naturalibus proprie dictis: non oportet enim ꝙ habeat aliquē motum determinatum per se & immediate, sic autem est prima materia.

Ad tertiam est dicendum, ꝙ bene cōtingit materiam non esse aliquod ens actu de se, & ad istam intentionē loquit ibi Arist. non tñ negat quin sit ens in potētia: immo etiā Arist. ibi subdit, sed potentia omnia hæc &c. Ad quartam dico breuiter per interemptionem minoris. Et ad probationem dicendum, ꝙ male allegat Commentatorem, nō enim dicit ꝙ materia est medium inter esse & non esse, sed dicit, ꝙ est medium inter non ens purum, & non ens vniuersaliter, & non ens actu, & ita ista nō concludunt: quia in contradictorijs debet esse affirmatio & negatio de eodem & eodem modo: modo ens uniuersaliter, & ens actu non sunt idē omnino. & ideo non ens vniuersaliter, & non ens actu non contradicunt: quapropter potest inter ea eē medium fm abnegationem, s. ꝙ nec est non ens vniuersaliter, i. penitus non ens, nec ens actu de se, & illud est prima materia. hoc autem latuit antiquos Philosophos præcedentes Aristotelem.

QVAESTIO XX.

An Materia Prima sit Substantia.

SEcundo quęritur, vtrum materia prima sit substantia. Arguitur primo ꝙ non: quia illud, quod est de genere relationis, non est substantia, cū prędicamenta non sint permista essentialiter, vt patet in Primo Posteriorum: sed materia prima est in genere relationis, vt dicit Arist. in Secūdo huius, & expressius Cōmentator. Itē secundo, illud, cuius dr̄ia substantialis est accidens, nō est substantia: hæc est manifesta, quia differentia rei substantialis constituit eā in sua specie, vt patet in Septimo Metaphy. sed differentia substantialis materiæ est accidens: quia posse, siue potentia est eius differentia, ut dicit Commentator in tractatu de Substantia Orbis: sed ipsa potentia est accidens materiæ, vt dicit Commētator in Primo huius. Item tertio, quod est in potentia ad substātiam non est substantia: hęc est manifesta. sicut, quod est in potentia animal, non est animal: sed materia est in potentia ad substātiam, vt patet in isto Primo, & in Septimo Metaphysicæ: quare &c. Item quarto, illud, quod manēs vnum numero non est susceptibile contrariorum, non est substantia: sed materia manens vna numero non est susceptibilis contrariorum. Maior patet, quia hæc est proprietas communis omni substantiæ, vt patet in Prædicamentis. Minor apparet: ipsa enim materia recipit omnes formas substantiales, & substantiæ nihil est contrarium, vt patet in Prædicamentis.

T. com. 20. Com. 26. T. com. 49. Com. 70. T. com. 78. T. com. 8.

OPPOSITVM vult Arist. hic & in Secundo hu⁹. et i Septimo & Octauo, & Duodecimo Meta. & in Secūdo de Anima: & idē vult Cōmen. Et arguitur rōne: omne ens aut est substātia, aut accidēs: hæc est sufficiēs diuisio, vt patet in Primo huius, & in Prædicamentis. sed prima materia ē ens, vt demonstratū est prius, & nō est accidēs: qa accidens semꝑ est in aliquo subiecto, materia aūt non est in aliquo subiecto, cum ipsa sit primum subiectorum, vt patet in Primo huius, & omnes cōcedunt. quare &c.

Prio huius T. com. 19. Secundo huius. T. com. 15. Septimo, Metaphys. T. com. 7. Octauo Metaphys. T. com. 4.

CONCLVSIO.

Materia prima non est actu substantia vel accidens, sed est substantia in potentia.

AD quæstionē dico primo, ꝙ prima materia est aliquo modo substantia, quod probat: quia principium intrinsecū substantiæ debet esse substantia: hæc est manifesta, qa, si principiū intrinsecum substantiæ esset non substantia, tunc non substantia esset prius substantia: quod est impossibile. sed materia est principiū intrinsecū substantię cōpositę. hoc ēt est notum: quare &c. Secundo dico, ꝙ ipsa materia prima est substātia in potentia

Duodecio Metaphys. T. com. 12. Secundo de Anima. T. com. 2. Conclusio prima. Conclusio secunda.

tentia: cũ enim ipsa sit substantia, aut est substãtia in actu aut in potentia p diuisionẽ sufficientem: sed ipsa materia prima nõ est substãtia in actu, sicut patet ex pcedentibus: omnis.n. substantia in actu vel est forma, vel hñs formã partem sui eẽntialem: quorũ nullum cõtingit primę mãę.

Rñsiones. AD primum argumentũ, cum dicebat, quod est in genere relationis &c. dico, q verũ est, si sit p se, & sm suam eẽntiam in gñe relationis, sed si est in gñe relationis sm aliquam sui pprietatem supadditam suæ subæ, vel ẽt sm qdam similitudinem, nõ oportet. Et, cum dicebatur, q pria materia est ad aliquid sm Aristo. & Commentator dicit, q est de gñe relationis: dico q non est intentio Aristot. q materia pma sm suam essentiam, & pprie sit ad aliquid, sicut paternitas aut filiatio, sed dr̃ esse ad aliqd sm quandam similitudinem: qa sicut vnum relatiuorũ determinat sibi reliquum, & relatiua diuersificantur sm diuersitatem eorũ relatiuorũ ad quæ referuntur, sic materia determinat sibi vnam formam q̃tum ad esse actu, & diuersificantur materiæ prope sm diuersitatem formarũ, et sic intellexit Arist. ibidẽ, vt patet inspicientι. hoc aũt sufficit et ad pbandum quod intendit, s. q eadem scientia Naturalis habet cõsiderare de materia & forma. Et quod dicit Cõmentator, q materia est in gñe relationis: põt similiter exponi sm similitudinem pdictam. vel põt intelligi, q materia est ad aliqd, & in gñe relationis q̃tum ad suã pprietatem, q̃ est potentia ad formam, non aũt q̃tum ad suam eẽntiam: & sic ẽt habebit Arist. quod intendit. nam cum potẽtia materiæ sit ad formam, non põt sciri sine scientia formæ, & cum ipsa eẽntia primæ materiæ non põt sciri sine sua potentia, sequitur vlterius, q essentia materiæ non põt sciri sine forma: & sic ad scientiam eandẽ ptinet consideratio vtriusq. Ad sm dicendũ, q posse nõ

Tex. c. 41 est pprie differentia substantialis ipsius materiæ, sed per

Tex. cõ. 6. ipsam circunscribitur differentia materiæ ad formam. hoc.n. necessarium est in reb9 multum occultis, q notificentur ex suis accñtibus, intantũ, q eorũ accñtia ponunt̃ loco dñiarum subalium, vt dicit Aristote. in Septimo & Octauo Metaphy. Ad tertium cum dr̃, quod est in potentia substãtia &c. Verũ est, q illud nõ est suba in actu, sed non sequitur, q nullo mõ sit suba. Et, cum dicitur, q materia est suba in potentia, verũ est de se: et ideo volo, q nõ est ex se formaliter suba in actu, sed bene est suba in potentia. Ad quartum põt dici, q subam esse susceptibilem contrariorũ, intelligitur de suba composita, sicut & alia quæ ibi dicuntur de suba. agit.n. ibi Arist. de substantia composita, ut ibi dicit Boetius: modo materia pria nõ est substantia composita, sed simplex. Aliter põt dici, q licet materia non sit immediate susceptiua contrariorũ pprie dictorũ, tñ mediante forma suscepit huiusmodi contraria, et hoc sufficit. Item põt dici, q mã pria bene est susceptibilis cõtrariorũ large dicta cõtrarietate, p oppõne, q̃ est iter puationẽ et habitũ: recipit.n. alternatim formã, & formę puationẽ, vt patet i isto libro. q̃re nõ valet.

Tex. cõ. 58 Tria qdem igit̃ dicere elemẽta esse, & ex his intẽdentib9 videbit̃ vtiq habere quandã rõnẽ, sicut dixim9. Plura aũt trib9 non amplius est, ad patiendũ qdem sufficiens est vnum &c.

QVAESTIO XXI.

An Principia rerum naturalium tantum Tria sint.



HIc quæritur, vtrum principia rerũ naturaliũ sint tñ tria. Arguitur primo, q non: quia prima pncipia rerũ nãlium sunt pma contraria: vt patet in cap9. præcedente. sed prima cõtraria non sunt nisi duo: nam pma contrarietas non est nisi vna contrarietas. vna aũt contrarietas non est nisi inter duo extrema, cũ ipsa sit maxima distantia, vt patet in Decimo Metaphy. quare &c. Item, secundo, tot sunt pncipia rerũ naturalium, quot sunt causæ earum, nam oĩs causa est pncipium, Quinto Metaphysi. A sed causę rerũ naturaliũ sunt q̃tuor, vt patet Secundo huius: quare &c. Item tertio, si essent tria aut sm numerũ, aut sm speciem, aut sm genus, aut sm analogiam. hęc est diuisio sufficiens, vt patet in Quinto Metaphy. cap9. de vno: sed pncipia rerũ naturalium non sunt tñ tria sm numerum: quia tunc res naturales non essent nisi tres sm numerum: quod est impossibile. nec silr̃ sunt tñ tria sm speciem: quia tunc res naturales nõ essent nisi tres sm spẽm, quod est manifeste falsum. item quibuscunq tribus sm speciem vel sm numerum acceptis, non sufficiunt ad generationem rerũ naturalium. Silr̃ non sunt tria solum sm genus: quia tunc res naturales nõ essent nisi tria secundũ genus, quod falsum est. res.n. naturales sunt substãtiæ naturales, & qualitates naturales, & vbi naturalia, quæ differunt genere, & in vnoquoq istorum gña sunt diuersa. Similiter non sunt tñ tria sm analogiam. probatio: quia nulla entia sunt numerata sm vnitatem: hoc est euidens. sed esse tria est esse numeratum, & analogia est quædam B vnitas, vt patet Quinto Metaphy. quare videtur q nulla entia possunt esse tria sm analogiã. Et confirmatur, quia, cum aliqua entia sunt plura aliqua pluralitate: quodlibet eorum sm se debet esse vnũ vnitate opposita illi pluralitati. hoc patet inductione. si.n. Socrates & Plato et Ioannes sunt tres sm numerum, quilibet illorum secundũ se est vnus numero: & si homo et asinus sunt duo sm spẽm, quilibet ipõrum est vnus sm speciem in se. similiter autẽ & in aliĩs. Si igitur pricipia rerum naturalium essent tria sm analogiam, tũc quodlibet ipsorum esset vnũ sm analogiam in se cõsideratum. hoc autem videtur esse falsum. quia materia prima, cum dicatur esse vnum de illis trib9 principiĩs, quæ ponuntur, & ipsa materia prima non est vna secundum analogiam in rebus naturalibus, sed vna numero, vt ponit Aristo. in Secundo de Generatione. & Commentator ostendit in Duodecimo Metaphy. quare &c. Et confirmatur: quia illa, quæ sunt vnum sm analogiam, non sunt tria secundum analogiã: sicut, quæ sunt vnum numero non sunt tria numero. sed principia rerum C naturalium sunt vnum secundum analogiam. quod pbatur: quia duo principia, s. materia & puatio ordinãtur ad formam tanq ad finem, vt satis patet in Secundo huius: modo, vbi vnum propter alterum, ibi vtrobiq tantum vnum: & etiam vnus modus analogiæ est ordinatorum ad vnum finem, vt docet Commentator in Quarto Metaphy. prope principium. igitur principia sunt vnum sm analogiam: quomodo igitur sunt tria secundum analogiam? Item quarto, prima pncipia rerum naturalium debent inueniri in omnibus rebus naturalibus: hæc est euidens, sed illa tria, s. materia, forma, & priuatio, non inueniuntur in omnibus rebus naturalibus. nam ipsum cœlum est res naturalis, ut patet Primo Cœli & Mundi. & tamẽ ipsum cœlum non habet materiam, vt demonstrat Commentator in isto Primo, et Octauo huius, et in de Substãtia Orbis. & Octano Metaphy. quare &c. Item quinto probo q materia & forma nõ sunt principia rerum naturalium: quia principia rerum naturalium debẽt esse notiora sm naturam ipsis rebus naturalibus compositis, & ipsa sic cõposita sunt notiora quo ad nos, vt dr̃ in Primo D huius: nunc autẽ materia, & forma non sunt notiora quo ad naturam. quia illa sunt notiora secundum naturam, q̃ sunt verioris entitatis, vt dicitur cõmuniter supra Prooemium huius. cuius etiam signum est, q notissima sm naturam sunt verissimæ entitatis, sicut Deus & intelligentiæ aliæ, vt patet in Secundo Metaphy. mã autem, cũ sit ens in potentia, de se non est maioris entitatis cõposito, quod est in actu: silr̃ forma cũ non sit ens actu, sed act9, vt communiter dicitur, non est verius ens composito, quod est ens actu: quare &c.

Com. 1.
Com. 28 & 29.
Tex. cõ. 7.
Tex. c. 10.
Tex. c. 6.
Tex. c. 14.
Tex. c. 25.
Com. 2.
Tex. c. 15.
Tex. c. 79.
Tex. c. 79.
Com. 12.
Tex. cõ. 84
T. cõ. 1.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Aristot. in litera, vbi determinat, q principia rerum naturalium sunt tria, s. materia, forma, & priuatio: & idem vult Commen. & aliĩ expositores Aristo. hoc etiam patet ex prius ostensis: probatum

probatum enim est, q principia sunt contraria: & preter contraria oportet esse aliquod principium: quare &c. ergo sunt tria.

CONCLVSIO

Rerum naturalium Principia tam per se q per accidēs, Tria sunt, nec plura nec pauciora tribus esse necessarium est.

Conclusio prima.

AD questionem istam breuiter dico duo, primo, q prima principia rerū naturalium intrinseca sunt tria, secundo dico q nō sunt plura tribus. Primū ostēditur sic: materia, forma, & priuatio, sunt tria aliquo modo: sed materia, forma, & priuatio sunt principia intrinseca rerum naturalium: ergo principia prima intrinseca rerū naturaliū sunt tria aliquo modo. Maior est euidens de se, & Minor declaratur, primo q materia & forma sunt principia prima rerum naturalium intrinseca: quia illa, ex quibus primo & principaliter res naturales sunt & fiunt, sunt prima principia rerum naturaliū intrinseca, hęc est euidens: sed forma & materia sunt hmōi, ex eis. n. sunt & fiunt res naturales, tanq̄ ex partibus inexistētibus in ipsis. qđ patet: quia, sicut rō hōis musici resoluitur i rationē hois, et rōnem musici, sic ratio substātiæ naturalis resoluitur in rationem materię, & rationem formę. vnūquodq; autem ex illis est, in quæ resoluitur, & ex quibus componitur: quare &c. Et notandū circa istam rationē, q materia, forma, & priuatio, sunt aliquo modo tria, & nunq̄ distincta abinuicem loco, et supposito, sicut Soc. et Plato, sed sunt distincta fm diffinitionem & quidditatem, alia enim est diffinitio materię, & alia formę, & alia priuationis, materia enim est subiectum primum, ex quo

Tx. com. 62

inexistente aliquid fit, vt dicit Primo huius, Forma vero est actus dās esse isti subiecto, & per quod istud subiectū habet esse actu. Priuatio vero est negatio formę in isto subiecto, cum aptitudine ad eam formā. q̄libet enim formam generabilē precedit in subiecto negatio, & non esse ipsius, cum aptitudine tamen recipiendi eam, & sic debet intelligi. Qualiter āt materia, et forma, & priuatio sint tria

Priuatio ē principiū.

videbitur consequenter. Quod aūt priuatio sit vnum principium intrinsecum rerum naturalium ostēditur sic communiter. Illud, quod est ex necessitate coniunctum p se & principali subiecto rerum naturalium & q̄tū ad fieri, & q̄tum ad esse, est aliquo modo principium rerum naturaliū. hęc recipitur pro manifesta. sed ipsa priuatio est huiusmodi: nunq̄ enim materia rei naturalis transmutaretur ad aliquam formam, nisi deficeret illa forma, & nisi haberet aptitudinem ad recipiendum eam: & hōc quasi per se notum est. si enim materia non careret aliqua for-

Tx. com. 55

ma, tunc haberet eam: & sic non transmutaretur ad eam. et ad istam intētionem est illud quod dicit Ari. in Primo de Generatione. habitibus p̄sentibus in materia, nō amplius generatur aliquid. Similiter, si ipsa materia carēns aliqua forma non haberet potētiam siue aptitudinem ad recipiendum eam, tunc nunq̄ recipet eam, cum non recipiatur impossibile recipe. & per consequens non naturaliter debetet transmutari ad ipsam, & quia ociosa esset illa transmutatio. Necesse est itaq; ad hoc q materia trāsmutetur ad aliq̄ formam, vt prius careat ea, & hēat potentiam siue aptitudinem ad eam. hęc autem carentia cū

Tex. c. 27

aptitudine, indubitanter ē priuatio, vt patet Quarto Metaphysi. ergo priuatio necessario est cōiuncta materiæ in fieri rei naturalis. Item etiā q̄tum ad esse: nam materia existens sub vna forma necessario est priuata alia forma sibi opposita. vt materia existēs forma hominis, necessa-

Com. 50.

rio est priuata forma lapidis. & hoc etiam ponit Cōmentator in illo capitulo, manifestum igitur: sequitur ergo, q priuatio est principium rerum naturalium quantum ad esse. Vtrum autem sit principium per se vel per accidēs,

Conclusio secunda.

& quo modo videbitur in alia quęstione. Secūdo dico, q principia intrinseca rerum naturalium non sunt plura

Prima rō.

tribus: quia tot sunt huiusmodi principia quot sufficiunt ad generationem & corruptionem rerum naturalium, &

E ad alias transmutationes, & ad esse ipsarum: hæc est manifesta. nam ad hoc ordināt principia rerum naturaliū, vt ipsę res generentur ex eis, & sint, & transmutentur fm q eis conueniunt: sed tria sufficiunt q̄tum ad intrinseca, scilicet materia, forma, & priuatio, cum accidētia rerum naturalium nō sint priora substantijs naturalibus: & cuiuslibet ipsorum non possint esse intrinseca principia & prima earū. Itē, ipsa cā agens rem naturalem nō potest esse

Scda ratio. Efficiēs nō est cā intrinseca.

principium intrinsecum, & de essentia rei generatæ: quia nihil efficit seipsum, vt manifestum est cuilibet. vtrum āt agens naturale debeat esse intrinsecum ipsi materię subtę transmutationi, bona quęstio est: & forte videbitur posterius. Tamen certum est, q ipsum agens, siue faciens rē naturalem nō est de essentia ipsius generati, vel q̄uocūq; facti. Similiter etiam finis rei naturalis, proprie loquēdo,

Finis nō est cā intrinseca.

vel ē operatio rei naturalis, vel aliqua res nobilior ea, cui intendit aliqualiter assimilari, vel coniungi per operationem suam, vt satis patet in Secundo de Anima & ponit

Tex. c. 34

Commentator in Secūdo Metaphy. & quodcunq; illorum sit causa finalis vel vtrunq;, manifestum est, q non

F est itrinseca rei naturali: relinquitur ergo, q sola materia & forma possint esse principia rei naturalis per se intrinseca, & principaliter. Priuatio autem est hmōi principiū propter necessitatē prędictam: quare &c. Item, si prin-

Tertia rō

cipia rerum naturalium essent plura tribus, oporteret q illud quartum vel esset subiectū ipsum, vel aliquid aliud contrarium à duobus contrarijs primis, s. a priuatione, et à forma: sed non potest esse aliud subiectum: quia vnum subiectum aliquo modo vnitatis sufficit ad recipiendum omnia generabilia naturalia. qualiter autē necessario sit vnum, videbitur post. Nec potest esse aliud contrarium: quia tunc oporteret q esset aliquid aliud contrarium ei. Nam contrarium dicitur contrarij contrariū, & tūc inter illa duo contraria addita esset quædam alia contrarietas: sed hoc est impossibile: quia non potest esse nisi vna prima contrarietas. nam prima contrarietas est primi generis, scilicet subę, & vnius generis non est nisi vna prima cōtrarietas: suba autem est vnū genus: quare illud quartum non potest esse aliquod contrarium: & sic relinquitur

G q prima principia intrinseca rerum naturalium non possunt esse plura tribus. Et cōfirmatur magis manifestā-

Confirmatio

do: cum enim principia rerum naturalium, saltem aliqua, sint contraria, vt prius ostensum est, prima principia debent esse prima contraria, & inter quæ sit prima contrarietas. prima autem contraria nō sunt nisi vnum par cōtrariorū, & ipsa contrarietas non est nisi vna: quia quod per superabundantiam dicitur vni soli cōuenit, & sic illa cōtraria quę sunt prima principia rerum naturalium, nō sunt nisi duo, pręter hoc autem nō est nisi vnum subiectū certum, vnum dico aliqua vnitate: quare sequitur q intrinseca prima principia rerum naturalium nō sunt plura tribus. Et est intelligendum q principia rerum natura-

Pricipia dicuntur prima secūda

liū possunt intelligi prima dupliciter, vno modo primitate cōitatis, alio modo primitate principalitatis. Primo modo, scilicet primitate cōmunitatis, quæ cōiter prædicatur de oībus principijs rerū nāliu m: & sic sunt pncipia, materia, & forma, et priuatio in suis communitatibus ac-

H cepta. si secundo modo, & sic sunt principia substantiæ: quemadmodum enim substantia est primum ens primitate principalitatis respectu omnium aliarum rerum naturalium, sic etiam principia substāntię sunt principia prima respectu omnium principiorum principalitatis primitate: & sic vtraq; prima principia rerum naturalium sunt materia de genere substantię, sunt & forma substātialis, & eius priuatio. hæc sunt communia principia omnibus substātijs naturalibus gn̄abilibus & corruptibilibus: & hoc quidem verum est comparādo adinuicem principia, quę sunt in istis rebus naturalibus inferioribus: principia enim istorum sunt principia substātię. &, si volumus loq de primis principijs rerum transmutabilium simpliciter primo ordine principalitatis, sic indubitāter prima prin-

cipia rerum transmutabilium & mutationum sunt principia motus cęlestis, qui prim⁹ est inter omnes, & principium oīum aliorum: vt patet Octauo huius, & Secundo de Gñatione. Vtrum aūt in substantijs naturalibus sempiternis, s. corporibus cęlestibus sit materia talis, aut nō, perscrutatio est bona. & habet inquiri in Octauo Metaphysi. & Duodecimo, et in Octauo huius.

Tex. c. 76.
Tex. c. 14.

Dubitatio. Sed aliquis dubitaret rōnabiliter contra demōstrationem illam, qua ostensum est priuationem esse pricipium, quia sifr posset probari, ꝙ potentia materiæ, & similiter dimensio essent principia rerꝫ naturalium: eò ꝙ semper & necessario sunt coniuncta ipsi materiæ, & in esse, & in fieri.

Respōsio. Ad hoc potest dici, ꝙ ista comprehendūtur in subiecto seu materia. nam indubitanter ipsum subiectum debet esse potens informari & transmutari: quod nō essent nisi esset quantū.

Replica. Sed diceres, ꝙ similiter priuatio deberet cōprehendi nomine subiecti, & sic non dicerentur nisi duo.

Respōsio. Dico, ꝙ Aristot. expressit ipsam priuationem distincte ab alijs ꝑ tanto, qa aliqui specialiter errabant circa ipsam, nullo modo eam à materia distinguentes: Philosophus aūt non solum debet dicere veritatem, sed remouere & extirpare errores. Item ꝓpter aliud distinxit priuationem à subiecto magis ꝙ̄ potentiam aut dimensionē: qa ipsa priuatio habet alium modum ꝓncipandi ipsum fieri, ꝙ̄ materia et forma. est. n. priuatio principiū fieri, sicut termin⁹ à quo, non aūt materia neq; forma. dimensio aūt & potentia nō habēt omnino alium modum principiandi ipsum fieri nisi per modum materiæ, s. ꝑ modum receptiui saltē dispositiui. ideo bene tradidit Aristo. numerum principiorū intrinsecorum naturalium.

Numerus principiorū quomodo. Et est aduertendum ulterius, ꝙ principia rerum naturalium sunt aliquo modo duo solum, aliquo modo tria solum, aliquo modo sunt quatuor, aliquo modo quinq;. Et patet. si numerētur principia rerum naturalium intrinseca ꝑ se, & quantū ad esse, sic sunt tātum duo, s. mã & forma: si vero numerent̄ principia intrinseca per se, & ꝑ accñs, sic sunt tria, s. materia, forma, & priuatio. si vero numerent̄ causæ intrinsecæ & extrinsecæ solū ꝑ se, sic sunt quatuor, s. materia, forma, agens, et finis. Si vero cum principijs intrinsecis & extrinsecis ꝑ se cōnumerent̄ principia ꝑ accñs, sic sunt, s. materia, forma, priuatio, agens, & finis.

Analogia ē dupliciter. Considerandū est vlterius, ꝙ duplex est analogia, vt cōiter solet dici hic. Quædam est anologia, quæ est diuersa habitudo diuersorum ad vnum subiectum, & hanc analogiā hñt alia ꝑdicamenta ad substantiam, vt dicit Commentr. in Quarto Metaphy.

Com. 2. Alia est analogia, q̄ est habitudo diuersorꝫ ad vnū agens, sicut plures oꝑationes medicinales attribuūtur vni medicinę, & forte oīa ista inferiora cęlo. Alia est attributio diuersorum ad vnum finem, vt sanatiuum in cibo, & vrina ad sanitatē animalis. Alia aūt est anologia, quæ est similis habitudo diuersorum ad diuersa, ꝭm quam aliquid se habet ad alterum, sicut quoddam alterum ad alterū. vt sicut rector scholarū ad scholas regendas, sic rector nauis ad nauem regendam. & forte istam anologiam hñt ad seinuicē principia aliorum generꝫ ad principia substantiæ, & ecōuerso. sicut. n. ꝓncipia subꝫæ se hñt ad subꝫam, ita principia qualitatis se habent ad q̄litatem, similiter aūt & in alijs.

Rñsiones. AD primam rationem dicendum, ꝙ prima contraria bene sunt quædam principia, sed præter illa, oportet esse aliud subiectum, vt demonstratum fuit prius: quare non valet. Ad secundam patet ex dictis: numerãdo. n. principia extrinseca et intrinseca verꝫ est ꝙ sunt quatuor: sed intrinseca tantum quodā modo sunt duo, & quodam modo tria.

Principia sunt scḋm analogiam. Ad tertiam dicendum ꝙ sunt tria ꝭm analogiam aliquo modo. Et ad improbationes. Ad primā, cum dicitur, nulla entia &c. dico ꝙ principia esse tria ꝭm analogiam dupliciter potest intelligi. Vno modo sic, ꝙ ipsa analogia sit formalis ratio, qua denominātur tria, vt albedo est principium formale, quo aliquid dicitur albū, & hoc modo est falsum, vt probatur. Alio modo potest intelligi pricipia esse tria ꝭm analogiam, id est ꝙ sint tria analogata, quorꝫ quodlibet in se est vnum ꝭm analogiā: ex quibus analogis cōstituitur vnus ternarius, quo dicūtur tria, & hæc est veritas. nam materia, forma, & priuatio sic sunt tria ꝭm analogiam: non ꝙ vna analogia sit formale pricipium, quo dicantur tria, sed qa vnūquodq; istorum in se sumptum & in sua cōmunitate tota est vnū ꝭm quādam analogiam, & hoc est verum. materia. n. ꝭm se sumpta in tota sui communitate, prout numeratur cōtra alia duo principia cōia rerum naturalium, dicitur de materia prima, quæ est pure potētia, & de subiecto quod est ens actu simplr: est tamen in potentia ad aliquam dispositionem accidentalem. & non dicitur pure vniuoce, nec omnino ęquiuoce, sed secundum prius & posterius.

Dubitatio. Sed, si quæratur de quo per prius dicitur materia: forte dicendum est, ꝙ ꝭm ordinē naturę rei materia ꝭm prius dicitur de subiecto primo, quod omnino est ens in potētia: istud. n. est in potentia ad formam substãtialem, quę est verior potentia, ꝙ̄ potentia ad formam accidentalem.

Respōsio. Similiter forma dicitur analogice de forma substantiali, & de forma accidentali: & ꝭm prius dicitur de forma substantiali ordine naturæ rei. licet ꝭm nominis famositatem & impositionem prius dicatur de forma accidentali. similiter priuatio dicitur ꝭm analogiā de ꝓuatione formæ substantialis & accidētalis. et sic vnumquodq; istorum triū, secūdum se sumptum, est vnum ꝭm analogiam: & ad istā intentionem debent intelligi esse tria ꝭm analogiam. Et ad illud. quod contra hæc inducebatur, cū aliqua &c. concedendum est. &, cum dicitur, ꝙ materia non est qd vnum &c. dico, ꝙ verum est, si accipiatur materia prout est principiū proprie substãtię generabilis, sed, si accipiatur cōmuniter materia pro quocunq; subiecto ente in potentia ad aliquam dispositionem, sic bene est quid vnum ꝭm analogiam, vt dicebatur: et hoc modo sumitur materia cum dicuntur prima ꝓncipia rerꝫ naturalium esse tria ꝭm analogiam precise loquendo de ꝓmis pricipijs primitate cōmunitatis: & hoc etiam modo materia inuenitur in omnibus corporibus naturalibus. corpora. n. cœlestia, quamuis non habent materiam, quæ est intrinsecum ꝓncipium substantiæ, & de se in potentia ad esse, tamen bene habent materiam, id est subiectum, quod est in potentia ad vbi. aliter. n. non mouerentur localiter. & hoc intēdit Philosophus in Octauo Metaphy. et in Duodecimo, vbi dicit, ꝙ cœlum habet materiam, vel est materia, quæ est in potētia vnde, & quo, i. in potentia ad terminos trãsformationis localis. quorꝫ vnus est vnde, i. à quo, & alius est quo, i. ad quem.

Tex. c. 4.
Tex. c. 10.

Et est cōsiderandum circa istud, ꝙ, si accipiantur principia rerum naturalium prima primitate principalitatis, s. principia substantiæ generabilis, quæ sunt principia respectu accidentium, sic non sunt proprie tria ꝭm analogiam, sed materia substantiæ compositę est vnum ꝭm numerum aliquo modo, vt videbitur post: & ipsa forma substantialis generabilis est aliquo modo vnū ꝭm genus ad omnes formas sustantiales, cum pręđicetur de ipsis in eo quod quid, et sint diuersa ꝭm se. Similiter autem de priuatione formę substantialis. cum igitur dicitur ꝙ principia rerum naturalium prima sunt tria ꝭm analogiam, intelligendum est, hoc de principijs primis primitate communitatis, quæ etiam in omnibus naturalib⁹ corporibus inueniuntur. Ad tertiam confirmationem, cum dicebatur, illa, quę sunt vnum &c. conceditur, ꝙ nō sunt vnum ꝭm analogiam sic, ꝙ analogia sit ratio formalis, & principiū formale, quo dicuntur tria: sed bene sunt tria ꝭm analogiam, id est tria analogata: quorum quodlibet in se est vnum ꝭm analogiam. & hoc modo est intelligendum, cum dicitur, principia rerum naturalium sunt vnum ꝭm analogiam, verum est sine dubio loquendo de analogia, quæ est attributio ad vnum finem. forma enim aliquo modo est finis materię, similiter & priuationis: & ideo volo, ꝙ nō sint tria ꝭm illam analogiam, sed aliquo modo, vt prius dictum est. Ad quartam patet solutio ex dictis, nam licet in cœlo non sit materia, quæ est in po

tentia ad esse simpliciter, nec forma, talem materiam perficiens fm intentionem Arist. & Comment. Primo Coeli & Mundi, tamen ipsum coelum, quod est quinta essentia corporea, bene est materia in potentia ad vbi, fm ꝙ ostensum est, & aliàs plenius ostendetur, si Deus voluerit, & sibi placuerit. Ad quintam, cum dicitur, principia etiam &c. conceditur. Et, cum dicitur, ꝙ materia, & forma &c. potest hic dici, ꝙ compositum ex materia & forma de genere substantiæ cõsiderari hic põt dupliciter. vno modo fm suam essentiam circũscriptis omnibus accidentibus per intellectum, & hoc modo forte nõ est notius quo ad nos q̃ materia & forma: nec materia & forma sunt notiora fm naturam ipso composito sic sumpto. nam, sicut communiter dicitur, cõpositum de genere substantiæ circunscriptis per intellectum accidentibus, non habet aliquam rem de sua essentia præter materiã & formam, i. quę nec sit materia, nec forma. Alio modo potest considerari huiusmodi compositum quãtum ad aliquod accidens eius, vel quantum ad aliqua accidentia sensibilia. & hoc modo ipsum est notius quo ad nos forma, & materia. & forma, & materia sunt eo notiora, quo ad naturam ipso modo prædicto: & sic materia & forma bene sunt magis entia composito sic considerato: & ipsum cõpositum est notius quo ad nos fm talem modum. & hoc sentit Comment. in Primo huius, in prologo. vbi dicit, ꝙ possibile est ex rebus compositis, i. ex consequentibus earum cognoscere causas earum. Aliter dicunt aliqui, ꝙ licet materia & forma non sint maioris & perfectioris entitatis q̃ compositum, & specialiter ipsa materia: sunt tamẽ prioris entitatis aliquo modo ipso composito: & hoc sufficit ad hoc, ꝙ sint notiores quo ad naturam, vt dictũ est in quæstione de notioritate vniuersalium &c.

Cõpositũ cõsideratur dupliciter. (margin)

Tex. c. 17. Sic igitur nos dicamus &c.

QVAESTIO XXII.

An ex non ente simpliciter, siue ex nihilo aliquid fiat.



Tex. c. 62. CIrca istud capitulum quæritur, vtrum aliqd possit fieri ex non ente simpliciter, siue ex nihilo. & est circa illam partẽ specialiter. Multipliciter autem cum dicatur fieri. Arguitur primo ꝙ sic. quia agens omnipotens potest aliquid producere ex nihilo, aliter enim nõ esset omnipotens: sed aliquod agens est omnipotens, vt ipse Deus, vt concedunt omnes leges. quare &c. Item secundo, agẽs, quod nullo modo est diminutum, potest aliquid ex nihilo producere: hoc patet. ꝙ enim agens subiectum requirat ex quo agat, puenit ex diminutione ipsius: sed primũ principium est agens nullo modo diminutum, immo perfectissimum, vt patet in Quinto Metaphy. à Comment. & Arist. in proœmio Meta. dicit totaliter optimũ, quod est in natura Deus. quare &c. Item tertio, nisi aliquid fieret ex nihilo, tunc procederetur in infinitum in causis: quod est impossibile Secundo Metaphy. probatio consequẽtiæ. sumamus aliquod factum: aut illud est factum ex aliquo, aut ex nihilo. si ex nihilo, habetur propositum. si ex aliquo, quæratur de illo alio, aut illud est factum ex aliquo, aut ex nihilo. si ex nihilo, habetur propositum. si ex aliquo quæratur de illo alio, aut illud est factum &c. ex aliq̃ vel ex nihilo. si ex nihilo, hẽtur ꝓpositũ. si ex aliquo, q̃retur de illo vt prius, & sic ꝓceditur ĩ infinitũ. Item q̃rto, q̃to agẽs est nobilius & ꝑfectius tanto pauciora ꝑsupponit: sed Deus est nobilius agẽs, & ꝑfectius q̃ nã: ergo pauciora presupponit in agendo q̃ ipsa natura. cũ igitur natura presupponit materiam, Deus ipse minus q̃ materiã presupponit: & hoc non est nisi nihil. ergo nihil pręsupponit. Maior patet. quia enim natura est agẽs perfectius q̃ ars, ideo natura in agendo minus presupponit q̃ ars. pręsupponit enim natura ens in potentia, s. materiã. Ars autem semper pręsupponit ens actu, vt ars domificatoria pręsupponit ligna lapides, & medicina corpus humanũ: similiter autem & in alijs. & inde est ꝙ omnes formę rerum artificialium sunt accidentia: vt dicit Commẽtator in secundo huius, & in secundo de Aĩa quare &c. Itẽ quinto, agens virtutis infinitę potest aliquid ex nihilo facere: sed ipse Deus est agens virtutis infinitę, ergo &c. Maior patet: quia tale agens potest aliquid reducere de infinita distantia: minor patet in Duodecimo Metaphy. quare &c. Item Sexto arguitur ratione antiquorũ philosophorum naturalium. Si aliquid fit aut fit ex ente, aut ex non ente. Si ex non ente, habetur intentum. Si ex ente, hoc est impossibile. quia si aliquid fieret ex ente, tunc esset anteq̃ fieret: quod est impossibile: & probatur cõsequentia. nam, si aliquid fieret ex ente, non fieret nisi ex ente, quod ẽ ipsummet. vt si aqua fit ex aliquo ente, oportet ꝙ fiat ex ipsa aqua. si enim fieret ex aere per se, tũc aer remaneret in aqua facta, & sic vnum & idem esset aer et aqua: quod est impossibile. ergo relinquitur, ꝙ, si aliquid fit ex ente, ꝙ ipsum fiet ex illo ente, quod est ipsum. & sic sequitur ꝙ aliquid est antequam sit factum: quod est impossibile: ergo relinquitur omne quod fit fieri ex non ente. Item septimo, sicut se habet generatio quædam ad non ens quoddã, sic generatio simpliciter ad non ens simpliciter per cõuenientem similitudinẽ. sed generatio quędam est ex non ente quodam, vt generatio albi ex non albo: ergo generatio simpliciter est ex non ente simplr.

Formę rerum artificialiũ sunt accidẽtia (margin)

E, F, G, H (margin section letters)

Com. 18. Com. 8. Tex. c. 58. Tex. c. 80. Tex. c. 84. (margin)

OPPOSITVM arguitur auctoritate Aristot. in litera. vult enim, ꝙ semper oportet aliqd subijci quod fit, id est, cui attribuitur fieri, & in quo recipitur ipsum fieri. & in hoc conuenerunt omnes, qui de natura locuti sunt, ꝙ ex nihilo nihil fit.

CONCLVSIO.

Aliquid ex nihilo fieri, vel sicut ex materia, aut post sui non esse per motum, aut naturalem mutationem impossibile est: at per aliam forsitan simplicem productionem, Deo tantum propria, aliquid ex nihilo fieri, non inconuenit.

AD quæstionem est intelligendum, ꝙ aliquid fieri ex nihilo simpliciter potest intelligi duobus modis. Vno modo sic, ꝙ ly ex, determinet circunstãtiam causæ materialis. & esset sensus aliquid fieri ex nihilo tanq̃ ex materia. Alio modo potest itelligi sic, ꝙ ly ex dicat circunstantiam ordinis, id est post, vt sit sensus, aliquid fieri ex nihilo, id est post nihil, nullo sui pręexistẽte.

Ex nihilo aliquod fieri intelligitur dupliciter. (margin)

Modo ad quæstionem diceret Aristot. & Comment. & alij philosophantes, ꝙ ex nihilo non potest aliquid fieri primo modo, scilicet tanq̃ ex materia, quod multipliciter est euidens. nam, si ex non ente, vt materia, fieret aliquid, tunc non ens, seu nihil esset pars entis: quod est impossibile, vt patet per se. & probatur consequentia. nam illud, ex quo fit aliquid tanquam ex materia per se remanet in re facta tanq̃ pars facti, vt est videre in artificialibus. nam, si domus fiat ex lignis, ligna remanẽt in domo facta, similiter autem & in alijs. Item, si ex nihilo aliquid fieret, tunc ipsum nihil reciperet esse facti: quod est impossibile. & breuiter vnum oppositorum non recipit alterũ. vnde cum omnino nihil opponatur ipsi esse, nihil non recipit esse. illud autem, ex quo aliquid fit, vt ex materia recipit esse facti, quare &c. Secundo etiam dicerent Aristot. & Commentator, ꝙ ex nihilo non potest aliquid fieri secundo modo, scilicet post nihil: quod probatur sic. Primo, quia illud, quod fit, potuit esse anteq̃ fieret. nam, si non potuit esse tunc fuit impossibile esse, & sic nunquã erit: illa igitur potẽtia ad esse eius, quod fit, aut est in aliq̃ ente, aut in nullo ente oĩno. Si in ente, ergo non fit post omnino nihil: si in non ente, hoc statim est impossibile: quia non ens omnino, non habet potentiam ad esse: quia tunc aliquo modo esset ens, quare &c. Dicunt aliqui, ꝙ potuit esse potentia actiua agentis, non potentia passiua materiæ. sed non sufficit: quia nihil proprie potuit esse anteq̃ esset, nisi præcesserit potentia receptiua sui esse. Item, ratio Aristotelis est in litera: omne, quod fit, vel est accidens, vel est substantia. si est accidens, manifestum est, ꝙ

in fieri requirit subiectum: nam et ipsum accidens non potest esse sine subiecto. si autem sit substantia sic fit ex aliquo, sicut patet per inductionem. nam plantę & etiam animalia fiunt ex seminibus, similiter autē & in alijs suo modo.

Fiendi sunt quinque modi

Item hoc manifestat Aristoteles, inducendo in omnibus modis fieri. omne enim, quod fit, aut fit transfiguratione, vt statua: aut appositione, vt quæ augmentantur: aut abstractione, vt ex lapide figura Mercurij: aut compositione, vt domus: aut alteratione, vt ex aqua aer: in omnibus enim istis modis manifestum est aliquid subijci ipsi fieri & præexistere. quare &c. Item ratio Commentatoris est multum pulchra. dicit enim Commentator, quod, si indiuiduū trasferretur de non esse omnino ad esse, oporteret aut quod aliquid esset transmutatum sine transmutatione, aut quod transmutatio esset in non ente. quorum utrunque est manifestum impossibile. quod enim aliquid sit transmutatum sine omni transmutatione, hoc est impossibile, sicut quod aliquid sit album sine albedine: quòd etiam trāsmutatio fiat in non ente, hoc est impossibile: quia tunc non B ens transmutaretur, cum omne, in quo fit transmutatio, transmutetur. sicut illud, in quo est albedo, est album, & sic patet impossibilitas consequentium. sed consequentiā non multum declarat Commentator, potest autem sic intelligi. si aliquod indiuiduum est factum, habet aliquam dispositionem quam prius non habebat, nec simpliciter, nec in subiecto: prius enim non habuit esse & nunc est: ergo oportet quod aliquid sit transmutatum: detur enim quòd nihil in mundo sit variatū: omnia igitur se habent vt prius: & sic sicut prius non fuit ens, sic nunc nō est ens: & sic est ens & non ens: quod est oppositum primæ dignitatis. si autem aliquid est transmutatum, aut igitur est transmutatum sine transmutatione, & sic habet primum impossibile: aut est transmutatum transmutatione, & tunc aut illa transmutatio recipitur in non ente simpliciter, & sic habetur secundum impossibile. aut recipitur in aliquo ente, & sic illud, quod fit per illam transmutationem, nō fit ex omnino non ente, id est post omnino non ens: cuius oppositum dicebatur: & hæc quidem ratio est multum fortis C quantum ad istam conclusionem, quod nihil potest fieri ex puro non ente: semper ergo oportet aliquid subijci ei quod fit.

Trāsmutatio ē duplex.

Sed notandum est sicut dicit Cōmentator ibidem, quod duplex est transmutatio, scilicet accidētalis, & substantialis. & istæ cōueniunt in multis, sicut ipse colligit in Primo tractatu de Substantia Orbis. differunt tamē in hoc, quia in transmutatione accidentali non mutatur nomen, nec diffinitio rei circa quam fit. vt, si Soc. trāsmutatur de albedine in nigredinem manet nomen & diffinitio Socr. in tali trāsmutatione, & fieri subijcitur ens actu, & vnum numero simpliciter sub utroque termino transmutationis. In transmutatione vero substantiali mutatur nomen, id est res nominata, & diffinitio. vt, si animal moritur & generatur cadauer, non remanet animal, nec diffinitio animalis. similiter autem, si cadauer resoluitur ad terrestreitatem, in huiusmodi transmutatione oportet subijci aliquod subiectum, quod non sit ex se ens in actu: cum enim subiectum transmutationis debeat manere vnum numero sub vtroque termino, eò quod vnus terminorum non recipit alterum, cum sint oppositi, tunc, si subiectum esset D de se ens actu simpliciter, tunc maneret vtique vnū numero ens actu simpliciter. & sic, cum nomen & diffinitio sumantur ab actu, maneret idem nomē et diffinitio eadem: & sic non esset transmutatio substantialis. Vtrum autem in aliqua transmutatione possit manere aliqua forma substantialis vna numero, vt forma corporis, aut substātiæ, quę tamen forma non sit essentia, nec de essentia materiæ primæ, ad presens non determino, sed aliās videbitur Deo volente. & hæc quidem est sententia Aristotelis & Commentatoris de ista questione.

Opinio catholica.

Tenendum est tamen simpliciter, & cum fide Christiana, quod ipse Deus produxit omnia de nouo ex nihilo præexistente subiecto. sed illa productio non fuit facti, nec fieri, nisi æquiuoce, quan-

A tumcunque terminus eius fuerit vniuocus cum termino factionis naturalis: sed dicitur creatio et simplex emanatio. Hunc igitur modum ignorauerunt Philosophi gentiles. nec mirum: quia non potest cognosci ex sensibilibus, nec coniici ex aliquibus, quæ cum sensibilibus concordant. & ideo illi, qui sumpserunt cognitiones suas ex rationibus concordantibus sensatis, non peruenerunt ad notitiam huiusmodi factionis: precipue, quia raro cōtingit iste modus. & nunquam fuit nisi semel. & est valde longum tempus præteritum postquam fuit. Illi autem, qui istum modum productionis cognoscunt, dicuntur per aliam viam cognoscere, scilicet per auctoritates sanctorum, & per reuelationes, & huiusmodi. Per illam autem distinctionem productionis, quæ tacta est, soluūtur argumenta Aristo. & Auerrois.

Respōsio ad argumēta.

Probant enim sufficiēter quod ex nihilo simpliciter non possit aliquid produci productione quæ est motus & transmutatio naturalis, sed productione quæ est creatio, et supernaturalis bene potest.

Dubitatio & Rūsio.

Et si dicas, nonne terra B creata est eiusdem speciei cum terra generata? dicendū quod sic: ergo productio est eiusdem speciei, & non æquiuoce diceretur quod non sequitur, quia agens, quod creat, est alterius ordinis ab eo, qui generat. & ideo productiones sunt diuersæ.

Rūsiones.

ARistoteles autē & Auerrois soluerent rationes, quæ sunt contra eorum sententiam. Ad primam, cum dicebatur, agens omnipotens &c. dico per interemptionē. nam agens non dicitur omnipotens, nisi omnipotentia actiua, & potētia actiua non est sine potentia passiua. Vnde agens omnipotens non est potens nisi possibilium, & potētia passiua. nunc autem ex nihilo simpliciter fieri aliquid non est de numero possibilium potētia passiua &c. Ad secundam neganda est maior. non enim est ex diminutione agentis quod non facit impossibile, sed dicere ipsum agens facere impossibile fieri, est error & deceptio, vt dicit Commētator in Octauo huius: nunc autem facere aliquid omnino ex nihilo est, impossibile facere impossibile fieri, vt patet ex dictis.

Com. 4.

& sustentantur ipsi super hoc, quod C vnum oppositorum non intelligitur fieri ex altero nisi per accidens, vt album ex nigro: similiter autem & in alijs. Cum ergo non ens opponatur enti, non fit ens ex non ente nisi per accidens. semper autem per accidens reducitur ad per se aliquo modo. ideo oportet aliquod ens subijci ex quo fiat quod fit. Ad tertiam neganda est consequentia. & cum dicitur, si aliquid fit &c. dico, quod, si aliqua substantia fiat, illa fiet ex subiecto præexistente in potentia. &, cum dicitur, quæretur de illo subiecto ex quo fit, aut ex aliquo, aut ex nihilo &c. dico hic, quod tu supponis vnū falsum impossibile, scilicet quod primum subiectum ex quo per se aliquid fit, fiat de nouo, hoc autem est impossibile, vt demonstratum est in Primo, & declarabitur in sequentibus.

Tex. c. 12.

Non igitur procederetur in infinitum in caussis naturalibus per se ordinatis. sed perueniretur ad vnam primam materiam, quæ tamen erit ingenerabilis, & incorruptibilis. Ad quartam dicendum, quod quanto agens est nobilius, tāto pauciora præsupponit priora agentia. Vnde agens nobilissimum nullum agēs præsupponit, sed nō quanto agens est nobilissimum, tanto pauciora præsup- D ponit in parte subiecti, quia tunc sequeretur, quod, cum quælibet intelligentia sit nobilior natura materiali: quia minus præsupponeret quam materiam: & sic nihil præsupponeret. Et vlterius, cum primum pricipium sit nobilius qualibet alia intelligentia, sequitur quod minus præsupponit quam nihil. quod est ridiculum. & ideo non valet illa ratio. Ad quintam potest dici, quod, si sit virtutis infinitæ in vigore, bene verum est, quod potest &c. sed si est virtutis infinitæ secundum durationem, non oportet, sic autem est in proposito. nullum enim mouens est virtutis infinitæ secundum vigorem, vt videbitur in Octauo, sed bene est virtutis infinitæ secundum durationem. Ad sextam cum dicitur. aut ex ente &c. dicendum secūdum Aristotelem in litera, quod aliquid fieri ex ente potest intelligi dupliciter.

vno enim modo ex ente secũdum ꝙ ens, alio modo ex ente, non secundum ꝙ ens, sed aliquo alio modo. similiter autem ex non ente, quemadmodum Medicus aliquis potest itelligi dupliciter. uno modo sm ꝙ Medicus, alio modo non sm ꝙ Medicus, sed sm ꝙ ædificator, & licet hoc esset per accidens. Modo dicendum, ꝙ illud, quod fit simpliciter, bene fit ex ente actu, sed non sm ꝙ est ens actu p se, sed sm alium modũ. Similiter id, quod fit simpliciter, bene fit ex aliquo quod non est id quod fit. sed non sm ꝙ non est id nec per se, sed alio modo & per accidens. verbi gratia. si aer debet generari simpliciter, oportet bene ꝙ ipse fiat ex aliquo ente actu, sed non fiet ex aliquo ente actu, sm ꝙ ens actu per se. vt puta ex aqua, quia tũc simul remaneret aqua et aer, et simpliciter: sed neq; fiet ex aqua sm ꝙ aqua est non aer & per se: quia tunc remaneret non aer in aere facto: quod est impossibile. Fit ergo quod fit ex ente in actu, per accidens tamen: & similiter ex non ente, quod, s. est non ens illud quod fit. Et istam distinctionẽ ignorantes antiqui errauerunt circa generationem, dicentes generationem simpliciter non esse, quia putauerunt, si quid fieret ex ente actu, quod fieret ex ipso secundum quòd ens actu, & per se. Similiter autem, si fieret ex non ente, quòd fieret ex non ente sm quòd non ens et per se. hæc autem non sunt necessaria, sed per accidens aliquo modo fit aliquid ex vtroq;. Sed tunc restat dicere vlteriꝰ ex quo fit per se quod fit. Et Aristo. dicit, ꝙ ex ente in potentia ad ipsum, vt, si ex aqua generatur aer, oportet in aere esse aliquod ens, quod sit in potentia ad aquam: similiter autem & in aliis. Sed illi etiam non distinxerunt inter ens actu, & ens in potẽtia, & ideo peccauerunt. Ad septimam cum dicebatur, sicut generatio quædam &c. dico, ꝙ ens simpliciter potest dicere duo. Vno modo non ens vniuersaliter, & sic nõ tenet similitudo: quia non ens quoddam potest habere potentiam ad ens quoddam, sed non ens vniuersaliter nullam potentiam potest habere. Alio modo nõ ens simpliciter potest intelligi non ens principaliter, scilicet non ens actu: & hoc modo bene generatur ex non ente simpliciter, i. ex non ente actu, ente tamẽ potentia: & sic soluit Aristot. in Primo de Generatione. quare non valet.

Illud quod fit, fit ex ente in actu p accñs.

Tex. c. 11.

Tex. c. 61.

Manifestum igitur, ꝙ, si quidem causæ sunt & principia eorũ, quæ nã sunt, ex quibus primis sunt, & fuit non secundum accidens &c.

QVAESTIO XXIIII.

An Priuatio sit rerum naturalium Principium.



QVeritur hic vtrum priuatio sit principium rerum naturalium. Et habet etiam hæc quæstio locũ in capitulo præcedente, scilicet. Sic igitur nos dicamus, sed magis, proprie hic, vt puto. Arguitur prio ꝙ non: quia illud, quod est per se nõ ens, non est principium entis: cum causa rei sit dignior causato. sed ipsa priuatio est p se non ens, secundum Aristot. in litera: quare &c. Item secundo, ipsa non est principium vt causa materialis: quia materia recipit principium, vt formam facti, & priuatio non recipit principium vt formam facti, cum ipsa opponatur ei: & vnum oppositorum non recipit alterum, nec est causa formalis ipsius rei naturalis: quia ipsa priuatio non dat esse ipsi rei naturali, nec est causa agens: quia omne agẽs est mouens: priuatio autẽ non est mouens. semper enim existimabitur species aliqua mouens, Tertio huius. nec etiã est causa finalis rei naturalis: quia finis & bonum sunt idẽ, Tertio Ethicorum: priuatio autem non est bonum quid, immo imaginatur ad maleficiũ: ergo nullo modo est causa rei naturalis, nec per consequens principium, vt videt. Item tertio, magis videtur ꝙ potentia materię sit principium rerum naturalium, ꝙ priuatio. ipsa enim potentia

Tex. c. 18.

E materiæ est per se ens, & præcedit generatum, & necessario requiritur ad fieri rei naturalis: priuatio autem est per se non ens, & tamen ipsa potentia non ponitur ab Aristotele esse vnum principium rerum naturalium. quare &c. Item quarto, si priuatio esset principium rerum naturalium, aut esset principium per se, aut per accidens. hæc diuisio sufficiẽs est. sed non est principium per se, vt omnes concedunt: quia ipsa est per se non ens, nec per accidens. probatio: quia per accidens contingit non esse, vt patet Decimo Metaphysi. & Octauo huius. & Primo Posteriorum: sed ipsam priuationem non contingit non esse principium ipsius fieri, dum est ipsum fieri, vt manifestum est cuilibet intelligenti. quare &c. Item quinto, illud, quod non est principium cognoscẽdi, non est principium essendi, vt patet ex Secundo Metaphysi. sed priuatio non est principium cognoscendi, cum sit posterius nota, vt omnes concedunt.

T. com. 26

Tex. c. 56.

Tex. c. 4.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Aristotelis in litera, & Commentatoris: & rationibus. quia principia substantiarum naturalium debent esse contraria, vt prius ostensum fuit: & in hoc concordauerũt omnes antiqui ipsa veritate coacti. F sed non possunt esse contraria nisi contrarietate priuationis & habitus, vt dictum est prius. quare &c. Item, si ex homine immusico fiet musicus, aut fieri musicum attribuetur homini immusico, secundum ꝙ homo, aut secundum ꝙ immusicus: si secũdum ꝙ homo, hoc non stat: quia tũc omnis homo fieret musicus, quod est falsum. si secundum ꝙ est immusicus, tũc, cum immusicum sit priuatio musici, ipsum fieri attribuetur priuationi, & sic priuatio est principium rei naturalis.

CONCLVSIO.

Priuatio quo ad esse, rerum naturalium pricipium nequaquam est, at ipsa, quo ad earum fieri, pricipium est, non ita pure per accidens, sed principium per se, vti subiectum dispositiuum ad formam inducendam.

AD quæstionem est intelligẽdum, ꝙ sicut communiter dicitur, & bene, res naturales possunt accipi dupliciter. Vno modo quantum ad fieri. alio mo G do quantum ad factum esse. & propter illos, in qbus Philosophia oritur de nouo, dico, ꝙ per fieri rei naturalis est intelligendus motus præcedens ipsam rem naturalem & tendens ad ipsam formam extrahendam de potentia subiecti. verbi gratia, cum ignis ex combustibilibus generat ignem, præcedit quædam, alteratio in ipsis lignis, scilicet qua calefiunt, & sic causatur & disponitur & præparatur materia lignorum ad formam ignis recipiẽdam, tandem autem materia sufficienter disposita, scilicet calefacta & exiccata, ignis generans dr̃ educere formã ignis de materia lignorum, in qua prææxistebat non actu, sed potentia. talis igitur motus seu transmutatio præcedens esse rei naturalis intendens ad ipsam formam, dicitur fieri rei naturalis. Sed factũ esse est ipsum esse rei naturalis, quod terminat huiusmodi motum: vel quo aduenientẽ vel habito, cessat motus, & non amplius fit res. Sed est ẽt vlterius considerandum, ꝙ principium & causa põt accipi dupl̃r. vno modo dicitur causa per se. alio modo causa per accidens quantum spectat ad propositum. & iterum causa p H accidens põt intelligi dupliciter. vno modo pure & omnino per accidens, prout per accidens omnino distinguitur contra per se. alio modo dicit̃ per accidens sm ꝙ p accidens distinguitur contra primo & principaliter. Item considerandum, ꝙ licet pricipium dicatur multipliciter, vt patet in Quinto Metaphysi. capitulo de principio, tamen non est multum rationabile istam quæstionem intelligi nisi de principio, quod est causa: non enim est satis cõueniens, quærere, an ipsa priuatio sit principium rerum naturalium capiendo principium prout est principiũ magnitudinis, quod est primum significatum principij positum ibidem. Constat enim ꝙ ipsa priuatio nõ sic est principium rerum naturalium, nam huiusmodi principium

Fieri & esse rerũ naturaliũ qd intelligimus.

Principium dupl̃r.

T. cõ. 1.

magnitudinis

magnitudinis est pūctus, aut prima pars magnitudinis. Et manifestum est ipsam priuationem formæ naturalis non esse punctum, neque primam partem magnitudinis, immo magis reducitur ad primum modum principij. qa illud dicitur principium primo modo, vnde aliquid primo mouetur ad aliquem terminū sibi oppositum, vt pater, cum dicit, ex opposito autem alterum, in Quinto Metaphy. Nec est dicendum, q reducitur ad secuodum modum principij, quia principium secundo modo est illud, à quo pluribus datis pricipijs, facilius aliquid potest fieri: sicut significat Aristot. vt in docendo debemus incipere à facilioribus ipsi disciplinando, licet posset fieri hoc incipiēdo à difficilioribus, sed non ita bene: modo fieri rei naturalis non potest habere principium à quo sicut termin⁹ nisi suum oppositum quod est priuatio. Item principium isto secundo modo debet esse aliquid posituum, sicut principia doctrinæ sunt ipsa magis oota nobis, vt expositores concordant. & aliter ignorātia esset optimum principium doctrinæ, quod nullus diceret, quia tunc doctor primo deberet īducere ignorātiam in ipso discipulo. Relinquitur ergo, vt videtur, q ad primum modum reducatur: potest tamen ipsa priuatio, inquantum est terminus à quo ipsius fieri, reduci aliquo modo ad secuodum significatum principij, quod est illud, vnde vnumquodque fiet optime. Nam ab ipsa priuatione aliquo modo optime fieri iocipit rei naturalis, vt à termino à quo, licet nō sit illud, vnde incipit, vt ab agente. Item non quæritur an priuatio sit principium rerum naturalium accipiendo ipsum principiū pro prima parte quantitatiua inexistente, ex qua aliqoid fit, vt prima pars nauis est sedile: quia certum est q ipsa priuatio non est prima pars quantitatiua rei naturalis, ex qua inexistente fiet res naturalis.

Amplius non est rationabile quærere, an ipsa priuatio sit principium rei naturalis, accipiendo principium rerū naturalium pro suppositione, vel propositione per se nota: quod est aliud significatum principij ibi positum. notum enim est, q hoc non est verum. Vnde omnibus his significatis prætermissis remanet significatum principij, quod

Cā dr multipliciter. Tex. c. 28. & 29.

est causa: & de isto quæritur. Sed et causa multipliciter dicitur. vno modo dicitur causa materia, alio modo forma. alio modo efficiēs, vel agens. alio modo finis, vt patet io Secuodo huius. Modo non est multum dubium, vtrum

Intellīs quæstionis.

priuatio sit principium rerum naturalium, sicut causa finalis. Certum enim est q oon: cum per esse ipsius vel gratia ipsius priuationis res naturales, nec habēt esse, nec fieri, nec operari. Nec est dubium an sit causa efficiens. manifestum enim est quòd non: cum efficiēs agat per formā

Aliquid est subm dupliciter.

suam in ipsam formam generari: priuatio autem noo producit formam, cui opponitur, vt euidens est. Nec est dubium an priuatio sit principium, quod est sicut causa formalis rei naturalis: quia planum est ipsam non dare esse rei naturali cuius est priuatio. Relinquitur ergo quæstio, an priuatio sit principium rei naturalis, sicut subiectum, vel sicut materia: & hoc aliqualiter videtur dubium. Deinde præmitto, quòd dupliciter aliquid est subiectum aut pricipium subm respectu alicuius recepti. vno modo per se & pricipaliter, vt substantia respectu accidentium. Alio modo dispositiue, vt superficies respectu coloris dicitur subiectum. similiter autem & in alijs similibus multis.

Cōclones quatuor.

Tunc dico ad quæstiooem quatuor. Primo dico, quòd priuatio nō potest esse principium rei naturalis proprie, quantum ad factum esse, secundo dico quòd ipsa oon potest esse principium rei oaturalis quantum ad fieri, pure per accidens: ita q nullo modo per se. tertio dico, quòd ipsa non est per se principium subiectiuū principale respectu ipsius fieri. Quarto dico, quòd est per se principium, tanquam subiectum dispositiuum, vel dispositio subiecti. Primum sic patet: quia illud, quod noo remanet re facta, non est principium iotrinsecum ipsius rei quantum ad factum esse: hæc est manifesta, quia principium iotrinsecum vult remanere in ipso esse rei, cuius est principium intrin-

A secum: sed ipsa priuatio quæ præcessit formam in materia, non remanet in re facta, immo deficit adueniēote forma, vt notum est cuilibet intelligēti. quare &c. verum tamen est, quòd semper in materia, cum ipsa, est sub aliqua forma, est priuatio alterius formæ oppositæ: sed noo propter hoc est dicendum, quòd priuatio sit per se principium intriosecum rei factæ: quia non est aliqua pars ipsius rei, scilicet nec materia, nec forma, nec est prior ipso esse rei factæ, immo posterior omnino: consequitur enim formam illam alijs oppositam.

Scdę cōclōnis pbatio.

Secundum declaratur: qa sicut dicebatur prius in quæstione de diuisibilitate substantiæ materialis: nullum ens pure per accidens cooueniens alicui inest ei necessario. & hoc declaratum fuit auctoritatibus Aristotelis in Decimo Metaphysicæ, & in Octauo huius, & Primo Posteriorum, & in Quinto Metaphysicæ, capitulo de eodem. & capitulo de accidente: sed ipsa priuatio præcedens formam in materia necessario est principium rei naturalis quantum ad fieri, vt omnes concedunt, & capitur ab Aristotele & Commentatore: ergo ipsa non potest esse huiusmodi principium per

Tex. c. 26. T. com. 16. Tex. c. 35.

B accidens omoino: ita quòd nullo modo per se.

Dubitatio

Sed circa hoc quæruntur duo. Primo quæritur, quare Aristoteles dixit ipsam esse principium per accidens magis quā per se, cum ipsa aliquo modo sit principium per se. Secundo, quæritur in quo modo per se ipsa priuatio sit principium ipsius fieri rei naturalis.

Respōsio.

Ad primum posset dici, quòd Aristoteles pro tanto dixit eam esse priocipium per accidens, quia voluit ostendere diuersitatem eius à materia, siue subiecto, eò quòd in hoc visus fuit Plato errare: quia materiam & priuationem noo distinxit, vt habetur in litera. magis autem patet diuersitas materiæ à priuatione ponendo eam esse principium per accidens, quàm principium per se, eò quòd ipsa materia nullatenus est principium secundum accideos, sed solum per se. Ad secundum videbitur circa quartam conclusionem.

Tertię conclusionis pbatio.

Tertium ostenditur quia illud, quod est priocipale & per se primum subiectum ipsius fieri est ipsa prima materia, sicut patet per Philosophum in litera. dico autem primum subiectum ex quo fit aliquid primum cum iosit: sed ipsa

C priuatio non est idem essentialiter cum prima materia, ue omnes concedunt: & probat Aristoteles in litera. Item per se & principale subiectum fieri est in potentia ad terminum ad quem, & informabile termino ad quem ordinatur fieri. sicut est videre in artificialibus. Nam subiectum fieri domus, scilicet lapides, lateres, & ligna est informabile forma domus, & prius est in potentia ad eam, similiter autem & in alijs: sed priuatio præcedens formam in materia noo est io potentia receptiua ad terminum ipsius fieri, oec informabilis ipso. Vnum enim oppositorum non est receptiuum alterius, nec informabile ab altero: immo est destructiuum, aut destructio ipsius. quare &c. Item primum & per se subiectum ipsius fieri subijcitur ipsi formæ fieri terminato, hoc est euidens de se, sed priuatio ooo subijcitur ipsi formæ fieri terminato, immo amouetur priuatio, quæ in fieri præcedebat, vt notum est.

Quartæ cōclusionis pbatio.

Quartum declaratur. illud, quod præcedit ipsum fieri rei naturalis, & est necessario cōiunctum principali & per se principio subiectiuo ipsius fieri, est princi-

D pium dispositiuum ipsius fieri. hæc recipitur pro manifesta ab omnibus intelligētibus: sed ipsa priuatio est huiusmodi. nam antequam materia subijciatur alicui fieri alicuius rei naturalis, oportet ipsam carere & priuatam esse omni forma tali, vt dictum fuit prius, et quādiu materia transmutatur ad formam facti, necessario habet priuationem annexam. si enim haberet illam formam, non amplius moueretur ad eam: vnde dicit Aristoteles in Primo de Generatione, quòd habitibus præsentibus in materia ooo amplius generatur aliquid, sed iam est. quare &c. cum igitur priuatio sit necessario principium dispositiuū quātum ad fieri, & oon est pure per accñs, relinquitur q per se. patet ergo quartum, scilicet q priuatio est per se principium

Tex. c. 55.

subiectum

subiectum dispositiuum quantū ad fieri. Sed dubitabis E
Dubitatio hic. primo in quo modo prædicatorum per se sit ista pro-
positio, priuatio est prīcipium dispositiuū ad ipsum fieri.
Secundo, quia ſm hæc, ipsa priuatio deberet poni in dif-
Respōsio. finitione ipsius fieri: quod non videtur esse verum. Ad
primum posset dici, ꝙ hoc est in secundo modo prædica-
torum per se. nam esse principium dispositiuum ipsius
fieri est quoddam per se accidēs priuationis, quemadmo
dum dicimus risibilitas hominis. Item aliquis diceret, ꝙ
est in primo modo per se: nam esse prīcipium fieri est cau
sa finalis ꝓpinqua ipsius priuationis præexistentis in ma
teria. ad hoc enim videtur ordinari priuatio in materia,
& huius gratia esse, vt sit aliquo modo principium rei na
turalis quātum ad fieri: modo, omnis talis propositio est
in primo modo dicendi per se, in qua causa prædicatur de
causato in recto, vel in obliquo, vt dicit Lincoñ. sup Pri-
mo Posteriorum. Ad aliud dicunt aliqui, & probabili
ter, vt mihi videtur, ꝙ ipsa priuatio includitur in diffini-
tione ipsius fieri. nam fieri est motus præcedens formam
in materia, & tendens ad ipsam formam. motus autē est F
actus entis in potētia, s. ad terminum motus. potentia au
tem ad terminum motus, quę est diffinitio ipsius motus,
est carentia formæ cum aptitudine ad eam, & huiusmodi
carētia est ipsa priuatio: & sic in diffinitione motus inclu
ditur priuatio, vt patet resoluenti partem diffinitionis, et
per consequēs in diffinitione ipsius fieri quod realiter est
idem cum illo motu: non. n. solum illud dicitur poni in dif
finitione, quod in ea exprimitur nomine proprio, sed qđ
in ea implicatur & ponitur in diffinitione alicuius diffini
entiū, vt dicunt Logici. Sed dices, si in diffinitione mo
Obiectio. tus, & fieri ponitur priuatio, cum motus sit idem essentia
liter cum termino ad quem, sequitur, ꝙ priuatio ponatur
Respōsio. in diffinitione termini ad quem, s. formę, ad quam ordina
tur fieri: & hoc est falsum. Potest dici, ꝙ motus, ꝓ forma
fluente bene est idem aliqualiter cum termino ad quē va
dit, fieri tamē ab eo differt sicut imperfectum à perfecto,
& diminutum à completo. & ideo non sequitur, ꝙ illud
idem, quod ponitur in diffinitione motus, sit etiam in dif
finitiōe termini ad quē. Aliter potest dici, ꝙ priuatio est G
in diffinitione motus, capiendo motum pro fluxu formę,
& isto modo non est idem essentialiter cum termino ad
quem, vt in Secundo huius ostendetur. vel possumus di-
cere breuius, ꝙ ipsum fieri nihil aliud est nisi transmuta-
tio subiecti priuati aliqua forma ad illam formam, & hęc
diffinitio habetur plene ex intentione Aristot. & Com-
mentatoris. Aliter diceret aliquis ad priorem dubita-
tionē, ꝙ licet priuatio per se sit principium ipsius fieri tan
quam subiectum dispositiuum, quia tamen non est per se
principale principium eius, ideo non oportet ꝙ ponatur
in diffinitione ipsius motus aut fieri. sed hoc nō est tutū:
quia similiter potentia non est principale subiectum mo-
tus: tamen ponitur in diffinitione eius, & sic patet ad quę
Diuersitas huius quæstionis. stionem. Est autem diligenter considerandum, ꝙ ista
quæstio solet moueri sub alia forma sic, vtrum ex priua-
tione fiat aliquid per se. & adhuc alio modo, vtrum fieri
musicę per se attribuendum sit immusicæ præcedenti. Et
primus quidem modus perquirendi tunc vult habere ta-
lem distinctionem, ꝙ ly ex, potest dicere circunstantiam
causæ materialis, vel potest dicere circunstātiam ordinis, H
vt sit sensus ex priuatiōe aliquid fieri, id est post priuatio
nem. &, si intelligitur primo modo, patet quid sit respon
dendum. sic. n, quod fit, fit ex priuatione per se tanq̃ ex
causa materiali dispositiua, nō autem prīcipali. Si autem
intelligatur secundo modo, sic potest bene dici, ꝙ ex pri-
uatione per se fit aliquid, i. post eam: nam ex eo quod est
terminus ex quo ipsius fieri, potest dici aliqđ fieri ex pri-
uatione tali modo, i. post illud. sed ipsa priuatio est termi-
nus à quo ipsius fieri, vt conceditur, cum ab ipsa incipiat
ipsum fieri, quare &c. Si autem quęritur ſm alium mo
dum, sic potest dici ſm distinctionem suprapositam, s. ꝙ
fieri musicæ attribuitur immusicæ non tanq̃ principali

subiecto, sed tanq̃ dispositiuo. Et sic patet veritas istius
quæstionis, quę in multis & diuersis quaternis inuenitur
multum diminute & truncate tradita.

AD priores rationes. Ad primam dicitur, ꝙ non ens Rñsiones.
non est principium entis per se, sed per accidens be-
ne, & sic est in proposito. ꝙ si intelligitur est per accidens
omnino, sic, ꝙ nullo modo per se, dico ꝙ hoc est falsum
& impossibile: nullum. n. necessariū naturaliter & omni-
no est omnino ꝓ accidens, vt euidenter ostensum fuit pri-
us, similiter in quæstione de Generatione formæ, & aliàs
resumetur: sed, si intelligitur per accidens, ſm ꝙ distingui
tur contra primum & principaliter, sic est uerum. tunc di
cendum ergo, ꝙ non ens non est principale principium ꝑ
se entis: tamen aliquod non ens potest esse principium di
spositiuum ad aliquod ens pręcise ad ens diminutū & im
perfectum, sicut est ipsum fieri. sicut non substātia uel ac
cidens non est principale principium per se substantiæ, ta
men potest esse principium dispositiuum ad substantiam
per se, vt omnes concedunt. quare &c. Aliter dicunt qui
F dam, ad primam rationem, ꝙ licet priuatio nō sit ens po-
sitiuum extra animam, tamen non sequitur, ꝙ nullo mo-
do sit ens: quia ens dicitur etiam de negationibus & pri-
uationibus, et corruptionibus entiū positiuorum, vt Ari
stot. dicit in Quarto Metaphy. Ad secundam patet ex Tex. c. 4.
dictis. est. n. priuatio principium in genere causæ materia
lis dispositiuę, & hoc est esse causam materialem quodā-
modo posteriorem & non omnino primam. Ad tertiā
potest dici, ꝙ potētia materię bene est aliquo modo prin
cipium ipsius fieri. sed istud comprehenditur in materia
seu subiecto: & similiter dimensio, quæ est necessaria ad
fieri, ita ꝙ, cum dicitur subiectum seu materia est princi-
pium ipsius fieri, intelligitur per hoc totum compositum
ex substantia corporali & potētia, vnde & subiectum de
scribitur per ens in potentia. Sed quare Arist. non distin-
xit inter substantiam subiecti, & potentiam, & dimensio
nem, sicut inter substātiam subiecti, & priuationem, quæ
ratur causa huius in quæstione de numero principiorum
rerum naturalium. Ad quartam dicendum, ꝙ priuatio Priuatio
G est principium aliquo modo per accidens, prout per acci quō sit prin
dens distinguitur contra principaliter & primo, nō tamē cipium per
sic est per accidens ꝙ nullo modo est per se. Et tu dices, ac accidens.
cidens contingit non esse. uerum est accidens rarissimum
& indeterminatum, quod nec est, nec semper, nec ſm ma
gis, nec vt in pluribus: vt dicit Aristot. in Quinto Meta- Tex. c. 35.
phy. capº. de Accidente. sed accidens necessarium & de-
terminatū nō contingit nō esse, & omne tale dico esse ali
quo modo ſm se, quod, s. distinguitur contra primum si-
gnificatum accidentis, vt plane docet Aristoteles in Quī Tex. c. 35.
to Metaphysicę.

AD rationem in oppositū cum dicebatur, ꝙ fieri mu- Rñsiones rōnum ad oppositū.
sicum &c. dicitur cōmuniter ꝙ huiusmodi fieri attri
buitur ꝑ se homini, sed ipsum per se accipitur dupliciter. ꝑ se accipit dupl.
vno modo proprie prout cadit in propositionibus demō
stratiuis. alio modo per se, id est non per aliud subiectum,
vt exēplificat Aristoteles in Primo Posteriorum, capi-
tulo de statu in prędicatis. ꝙ album conuenit homini per
se, & non per aliud subiectum: sic autem dicitur in propo
sito, quòd fieri musicæ attribuitur homini non per aliud
H subiectum. Aliter potest dici, quòd fieri musicę non at-
tribuitur immusicę tanquam subiecto per se, et principali
ter, nec proprie attribuitur homini secundum quòd ho-
mo, sed secundum quòd est in potentia ad musicam.
Et tu dices, ergo omnis homo in potentia existens ad mu Obiectio.
sicam fieret musicus, cum vnus homo fieret musicus. Responsio
Dico quòd verum est, vel secundum actum, vel secun-
dum aptitudinem: omnis enim homo existens in poten-
tia ad musicam, vel fit actu musicus, vel est aptus natus
fieri musicus, nec oportet quòd omnis homo existens in
potētia ad musicam fiat actu musicus vno facto musico:
sicut quis homo sit ꝑncipale subiectū risus, non tñ opor-
tet ꝙ oīs hō rideat actu, ridēte vno. Aliter dicendū et me

lius

lius, q, si vnus homo immusicus fiat musicus, huiusmodi fieri debet attribui hic entim potentia ad hãc musicã, secundum q est hoc ens in potentia ad musicam: singulo enim causatorum debent assignari causæ singulares: vt

Tex. cõ. 18

Aristot. docet in Secundo huius. vnde, cum hoc fieri musicum sit quidam singularis effectus, debet ei assignari singularis causa subiectiua, & sic nullum inconueniens consequitur. Ad secundam potest dici, q licet priuatio non sit principium cognoscendi habitum cuius est priuatio, tamen bene potest esse principium cognoscendi aliquem alium habitum, cuius ipsa non est priuatio: quãuis igitur priuatio formę in materia non sit principium cognoscendi ipsam formam: tamen potest esse principium cognoscendi ipsum fieri rei naturalis, seu ipsam transmutationem præcedentem formam. Nec est inconueniens, q ꝑuatio alicuius habitus sit notior aliquo modo aliquo

Tex. c. 27.

alio habitu, & plane docet Cõmẽtator in Octauo huius. cap. Mouentium igitur & eorum, quæ mouentur, vbi ostendit causam quare Arist. describit illud, quod mouetur per se per illud quod mouetur per accidens. Et tu videas Commentum ibi, et alibi, si vis intelligere recte Philosophiam Arist.

Tex. c. 69.

Subiecta quidem natura scibilis est ſm analogiam. sicut. n. ad statuam æs, aut ad lectulum lignum, aut aliorum aliquod habentium formã in materia, & informe se habet prius q̃ accipiat formã, sic ipsa se ad substantiam habet &c.

QVAESTIO XXIIII.

An Oĩum Gñabilium et Corruptibiliũ sit una materia.

Q Væritur hic, vtrum materia prima sit vna numero in omnibus generabilibus & corruptibilibus. Arguitur primo q non: qa vnum numero non potest esse simul in diuersis numero: quia tunc posset esse vnum numero, & plura numero, & sic esset vnum & non vnũ, quod est impossibile: sed ipsa generabilia sunt plura numero, vt manifestum est ad sensum: quare &c. Itẽ Secundo, si sic esset, tunc omnium generabilium esset vna forma: cum in vna materia non sit nisi vna forma numero, vel saltem specifica. sed consequens est falsum & impossibile: quia tunc omnia naturalia generabilia & corruptibilia essent vnius et eiusdem speciei, quod est impossibile. Item tertio, aut esset vna secundum essentiam, aut secundum esse, per sufficientem diuisionem: sed non est vna secundum essentiam: quia tunc entia nõ essent diuersa secundum essentias, cum haberent vnam communem essentiam, nec est vna secundum esse: quia aliud esse habet materia ignis, & aquæ & bois & asini. quare &c.

C

Tex. c. 14.

Item Quarto, si sic, tunc quodlibet fieret ex quolibet quod est falsum, vt patet in Primo huius. & patet consequentia: quia illa sunt adinuicem transmutabilia, & vnũ eorum fit ex altero, quę communicant in vna materia, vt

T. com. 37

dicitur in Secundo de Generatione. quare &c.

Tex. c. 6.

Tex. c. 14.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Arist. hic, & in Primo, & in Secundo de Generatione, & per Commentatorem hic, & in Duodecimo Metaphy. Et arguitur ratione: quia omnis diuersitas et pluralitas est per aliquẽ actũ. actus est enim qui distinguit & separat, vt communiter

D

Tex. c. 49

accipitur ex Octauo Metaphysi. sed ipsa prima materia nullam formam habet de se: ergo de se non est distincta in diuersis entibus naturalibus. et sic relinquitur, q sit vna: quia quæcunq; diuisionem non habent, vt sic vnum di-

Tex. c. 11.

cuntur Quinto Metaphy. cum igitur ipsa non sit una spẽ de se: quia species & forma idem sunt, & ipsa ſm q materia est, nullam de se habet formam. Item, non est una genere: qa cuiuslibet generis sunt diuersę species. nec est vna ſm analogiam: quia semper unum analogatorum est perfectius altero, & prius. & vna prima materia rei naturalis non est simpliciter prior aut perfectior q̃ alia: relin-

A

quitur ergo, q sit vna numero, & hæc quidem ratio est fortis & demonstratiua.

CONCLVSIO

Materiam propinquam vnam numero esse omnium generabilium & corruptibilium est impossibile: materiam autem primã ac remotam vnam numero non positiue, sed priuatiue omnium generabilium esse, & per indifferentiam cõem, suscipiendũ est.

A D quęstionem præintelligendum est, q materia duplex est ſm modũ, scilicet materia propinqua, & materia remota. materia quidem propinqua est materia disposita determinatis dispositionib⁹, & pręparata, vt materia calida & sicca est materia propinqua ignis, similiter autem & in alijs. Materia remota est materia omnino prima, de qua superius fuit dictũ, quod de se nullam formam habet propriam, ſm q materia, neq; priuationem propriam: sed est In potentia ad omnes formas & priuationes. Et de ista quidem prima & remota materia dixerũt aliqui, q ipsa de se nec est vna nec plures: quod probauerunt ex hoc, q ipsa de se nec habet q̃titatem indiuisam, quæ est principium vnitatis numeralis ſm eos: nec multas quantitates distinctas, à qbus est pluralitas numeralis, cum ipsa sit ens pure in potentia. Sed istud non sufficit: quia vnum & multa sufficienter diuidunt ens ſm Arist. in Decimo Metaphy. vnde, cum materia sit ens, oportet q sit unum vel multa: & cum ipsa de se non sit multa, quia nõ habet de se quibus distinguatur in multa, remanet, q sit quid vnũ: sed non est vnum spẽ, aut genere proprie, cum non habeat aliquã formam specificam, nec generalem: ergo relinquitur q sit una numero. non enim est quid vnum ſm analogiam, vt manifestũ est cuilibet intelligenti, eo q non est distincta in prius & posterius ſm sui naturam, cum sit pure potẽtia ens. Et adeo dico aliter, & dico q materia propinqua nõ est vna numero omnium generabilium & corruptibilium: quia, si sic, omnia generabilia essent eiusdem speciei, cũ in una materia numero eodem modo disposita non sint plures formæ substantiales specificę: consequens autem est manifeste impossibile: quia entia naturalia habent diuersas operationes, & alia per se propria accidentia diuersa.

Materia est duplex.

B

Opinio.

Reprobatio.

Tex. c. 9

Conclusio prima.

C

Item, materia propinqua est materia informata dispositionibus proprijs alicuius rei naturalis, vt manifestũ est: sed certum est, q dispositiones propriæ vnius rei naturalis sunt diuersę à proprijs dispositionibus alterius. vt dispositiones propriæ ignis sunt calidum & siccum in summo, & dispositiones propriæ aquæ sunt frigidum & humidum: hæc autem sunt contraria adinuicem, similiter ãt & in alijs suo modo: semper enim dispositiones propriæ vnius rei naturalis sunt cõtrarię dispositionibus proprijs alterius rei, sicut extremum extremo, vt contingit in simplicibus corporibus, quæ sunt contraria sibijnuicem, vel in vna qualitate, vel in duabus. Aut sunt cõtraria sibijnuicem, sicut extremum medio: vt dispositiones elementorum dispositionibus mistorum. vel sicut vnum medium alteri medio, vt dispositiones panis dispositionibus carnis, vt tangit Commentator in primo Cæli & Mundi, similiter autem & in alijs. quare &c. Item, Secundo est dicendum, q materia prima & remota bene est vna numero omnium generabilium et corruptibilium. quod sic probatur: quia omnium, quæ adinuicem transmutantur, est vnum subiectum numero, cum semper transmutatio requirat subiectum vnum numero sub vtroq; termino trãsmutatiõis, vt patet in isto Prĩo, & Quinto huius. sed ipsa entia naturalia sunt adinuicẽ transmutabilia, ut patet ad sensum. nam ex animali fit cadauer, & ex cadauere fit terra: siſr aũt & in alijs. Nec est rõ quare in duobus entibus nãlibus transmutabilibus adinuicem immediate sit vnũ subm numero plus q̃ in diuersis. quare &c. Et põt ostẽdi rõne supradicta, q̃ mihi vr̃ esse sufficiens ad istam cõclusionẽ demonstrãdã. cũ. n. nõ sit mã ꝑma de se distincta in diuersis materialibus, oportet ipsam habere aliquã vnitatem

Conclusio secunda.

D

Tex. c. 12.

Tex. c. 8.

vnitatem in eis, vniuersaliter enim quęcunq; diuisionem

Tex. c. 11.

non habent, vt sic, vnum dicuntur Quinto Metaphy. & cum ipsa non sit de se vna specie proprie, nec genere, nec analogia, relinquitur q sit vna numero. quare. &c. Sed de modo vnitatis ipsius consideranda est diligenter sententia Cõmentatoris in Duodecimo Metaphy. ex eius verbis enim & eius sentētia ibi colligitur, q aliquid esse vnũ numero potest intelligi dupliciter.

Com. 14. Vnum numero scdo dupliciter

Vno modo aliquid est vnũ numero positiue & proprie, & est illud, quod habet vnam formam indiuidualem, quę est ens actu & indiuisum in se, sicut Soc. & quodlibet aliud indiuiduum subē, similiter & in aliĵs suo modo. alio modo potest intelligi aliquid esse vnum numero priuatiue, scilicet p priuationem omnium formarũ indiuidualium à quibus est multitudo numeralis: modo materia non est quid vnum numero primo modo, scilicet positiue: quia ipsa in essentia sua nõ habet aliquam formam indiuidualem propriam, qua sit vna actu & ens in actu, vt demonstratum fuit prius: sed bene est vna numero priuatiue per priuationem omnium formarum indiuidualium, à quibus est multitudo F & pluralitas numeralis: non sic q sit actu priuata et denudata ab omnibus formis simul, sicut oculus cæcus est simul priuatus omni visione. hoc enim est falsum et impossibile, vt demonstrat Commentator in Secundo huius, & Arist. in Primo de Generatione,

Com. 1 T. com. 6

sed sic, q ipsa in essentia sua secundum q est materia prima nõ includit aliquam formam propriam, & sic non habet de se multitudinem. quare relinquitur q ipsa sit vna numero priuatiue. Et est notandum circa hoc, q sicut ipsa dicitur vna numero priuatiue modo prędicto, sic ipsa potest dici communis ad omnia generabilia & corruptibilia etiam priuatiue, quia, scilicet nõ habet in essentia sua aliquam formã indiuidualem et propriam, quę determinata sit ad vnum indiuiduum seu singulare: ideo est communis priuatiue.

Materia prima ē cõmunis ad oia generabilia &c.

Et addit Commenta. q differt communitas materię primę à communitate vniuersaliũ, præcipue generis: formæ enim communes, in quibus inueniũtur vniuersalia, sunt in potentia. & ideo scire aliquid fm q vniuersale, est scire ipsum in potentia fm q dicit. Communicatio igitur, quę intelligitur in formis communibus, habet esse extra animam G in potentia. Ista autem communicatio, quæ intelligitur in materia prima, est pura priuatio: cum non intelligatur nisi per priuationem formarum īdiuidualium ab ea. Est igitur intentio Commentatoris in his verbis: q materia prima non habet communitatem suã per aliquã vnam formam communem & potentialē, quæ sit de sua substãtia & propria et fm q materia. Sed vniuersale habet communitatem extra animam per aliquam vnã formam communem, potentialem tamen & imperfectam, quæ est propria ipsi vniuersali. & in his verbis Commentator videtur intelligere, q alia est forma vniuersalis extra animam à forma speciali. vniuersali dico, pro re, de qua alias Deo fauēte dicam. Communitas autem materię primę, ad omnia generabilia non est aliud nisi eius indifferētia ad ipsa, inquantum non habet aliquem actum sibi proprium, quo sit hoc, idest speciale distĩctũ ab alio. Et dicit ibi Commentator, q verum est, q iste est verus intellectus materiæ primæ quantum ad eius vnitatem, q nunq; est dictus ab Aristot. in aliquo loco: sed inuenitur H innui ex eius verbis. & hoc est verũ, quia in Primo Metaphy. in erroribus dicit, q in fundamento naturę nihil ē distinctũ. & i Septimo dicit, q ipsa nõ est quid, nec quale, nec quantum, nec aliquid aliorum, quibus diuisum est ens. quare &c.

Tex. c. 8

Dubitatio

Vlterius est intelligendum, q aliquis posset dubitare satis rationabiliter. nam omne, quod habet entitatem positiuam extra animam, est vnum entitate positiua extra animam. hoc est euidēs ex Quarto Metaphy. sed materia prima habet entitatem positiuam extra animam, cum sit aliquid realiter & quidditatiue distinctum à priuatione, vt patet in Primo huius. quare &c.

Tex. c. 1
Tex. c. 66

Præterea, Si materia prima sit vnum numero priuatiue,

E ex hoc, q in essentia sua nõ habeat aliquam multitudinē formarum indiuidualium, à quibus est multitudo numeralis, sic ipsa posset dici plures numero priuatiue, pro tanto, quia ipsa in essentia sua non habet aliquam vnam formam, à qua sit vnitas numeralis, & sic esset vna numero priuatiua, & plures numero priuatiue simul: quod videē irrationabile, eo quia ista vidētur opposita. Præterea, Similiter posset dici, q ipsa materia est vna fm speciē priuatiue, eo q non habet in essentia sua aliquam multitudinem formarũ specificarum, a quibus est multitudo specifica: hoc autem nullus dicit.

Responsio

Ad primam dicendum, q materia prima sicut hēt entitatē positiuã, sic hēt vnitatē positiuam solum potentialem, vt patet ex pcedentibus: & iõ conceditur habere vnitatem potentialem solũ positiuã, sed non vnitatē actualem positiuã de se. Ad aliud posset aliquis euadere dicendo sic, q nõ est simile de multitudine mãę, & de vnitate ipsius. nam rõ vnitatis sumiē ab indiuisione, vt patet in Quinto Metaphy. indiuisio aũt est quædã priuatio. & iõ vnitas est ppinqua priuationi;

Tex. c. 1

sed pluralitas nõ sic se habet. & ideo poterit dici mã vna F priuatiue, & non plures priuatiue: q, si hoc non sufficit, concedatur mãm esse plures priuatiue sic intelligendo, q in sua essentia nõ includit aliquam formam à qua sit vna numero actu. & ideo sicut dr̃ vna numero, quia non est plura de se, sic dicitur plura numero, quia non est vna de se: nec ista sunt opposita realiter, vnũ numero priuatiue, & plura numero priuatiue. sicut licet albũ & nigrum sint opposita, tñ priuatio albi & priuatio nigri nõ sunt opposita, cum simul sint in medio colorato. Prima tñ solutio videtur melior, eo q ratio vnius sumitur ab indiuisione. vnde, cum materia prima nõ sit de se diuisa numeraliter, ipsa põt dici quodãmodo vna numero. sed ratio multitudinis & pluralitatis non sumiē à priuatione. et ideo, qũuis ipsa non sit vna numero per aliquã vnã formã, nõ sequiē, vt sit plures numero. nec intelligo q ipsa sit vna numero & priuatiue, & solum, & pręcise pro tanto, quia de se nõ habet multas formas indiuiduales: quia similiter posset dici, q indiuiduum ens actu, vt Soc. esset vnum numero priuatiue: quia nullum tale habet multitudinē formarũ, à G quibus sit multũ numeraliter: sed pro tãto, quia nec vnã formã indiuidualem habet, qua sit vna numero, nec multas, quibus sit numero plura: sed potentia se hēt ad ambo hęc. Vnde forte ratio principalis radicalis vnitatis materię primæ est ipsam esse ens pure potentia, ad quod cõsequitur prædicta.

Rõ vnitatis materię

Et ideo Cõmentator dicit in eo, aut qđ est in potētia dicere, est q est vnum numero, et cõmune pluribus. vt igitur sit ad vnum dicere, materia prima est dicta vnum numero, ex eo quòd ipsa est ens in pura potētia, & per ablationem formarum indiuidualium omniũ ab ea modo pdicto, nõ quia actu siđ sit sine oĩbus formis, sed quia nullã claudit in essentia sua. Ad aliud dubium põt dici, q nõ est inconueniens mãm primã esse vnã fm spēm puatiue, pportionabiliť, sicut ipsa dr̃ vna nũero priuatiue, s. qa ipsa nõ hēt ĩ sua eẽntia forãs, qb⁹ specifice distinguaẽ, ita q p ablationē formarũ specificarum dr̃ vna fm spēm priuatiue, siĉ vna fm genus: sed hoc non oportuit Cõmētatorē exprimere: qa patet ex dictis eius satis.

Rñsiones.

EX dictis patet solutio primarum duarum rationum. Ad Tertiam dicendum, q ipsa non est vna numero H fm suum esse actuale, vt bene probabatur: tamē ipsa est vnum numero secundum suum esse potentiale. non quidem, q eius potentia sit simpl'r vnũ subiectum numero, sed ipsa fm id, quod est ens vnum fm esse potentiale, & hoc sufficit. Vel dicaẽ, q est vna fm essentiam mõ pdicto. Et cũ dr̃, quia tunc entia nãlia nõ essent dĩa fm suas quidditates, dico, q immo: quia dĩa sunt illa, quæ sunt diuersa aliquid vnũ entia, Decimo Metaphy. mõ, entia nãlia sunt diuersa fm formas aliquid vnum entia, i. in aliquo uno conuenientia, s. in mã.

Tex. c. 12

Sed dices, ad minus entia nãlia non erunt diuersa fm suas quidditates & per se & pmo, cũ nõ insit eis diuersitas nisi rõne unius ptis qddi-

tatiuę:

tatiuæ, et hoc cōcederetur à multis, scilicet ab illis, qui po
nunt quidditatem substantię materialis esse compositam
ex mā & forma. Alij vero dicerent, ꝙ mā pria nullo mo-
do est pars qdditatis substantiæ siue rei naturalis, sed so-
la forma est tota quidditas, vt videtur velle Cōmenta. in
Com. 14. Septimo Methaphy. sed de hoc ad presens non discutio.
Ad quartā dicēdum, ꝙ oīa materialia sunt adinuicē trās-
mutabilia, vel immediate, vt illa, quę sunt sibijnuicem ꝓ
pinqua ſm formas, vel mediate & per plures transmuta-
tiones, ita ꝙ mā, quę nūc est sub una forma, s. asini, pōt fie
ri sub forma terrę multis trāsmutationibꝰ mediantibꝰ: &
hoc nō est incōueniēs, nec cōtra Arist. sed ꝙ vnūquodq;
immediate fiat ex vnoquoq;, hoc bene est incōueniens.

Tex. c. 70. Primum quidem igitur dictum est, &c.

QVAESTIO XXV.

An Potentia materiæ essentialiter sit idem cum ipsa substantia materiæ.


Ommentator sup istam ptem exponēdo il
lud verbū Arist. Et quid subtum, probat ꝙ
potentia materiæ non est suba eius. & ideo
circa hoc pōt quæri, vtrum potētia materiæ
Com. 70. sit idem eēntialiter cum ipsa suba mãę. Ar-
guitur primo ꝙ sic: qa illud, ꝑ quod substātiatur aliquid
est eius essentia: nihil. n. subatur ꝑ suum accñs, ut mani-
festum est: sed materia subatur per posse, vt scribit Com
men. in tractatu de Substantia Orbis. Item secundo, si
cut se habet primū agens ad esse actu, sic se hēt primū pa-
tiēs ad esse in potentia, ꝑ conuenientē similitudinem: sed
primū agēs est ens actu ꝑ suam eēntiam, ita, s. ꝙ esse actu
non est additū subę suæ, vt oēs concedunt: quare silr pri-
mum patiens est ens in potētia ꝑ suam eēntiam sic, ꝙ po-
tentia non est aliqd additum eius essentiæ. Item tertio,
Tex. c. 7. in quolibet gñe est actus et potentia, vt vult Arist. in No
Com. 4. no Metaphy. & Cōmen. in Procemio de Anima: sed sub
stantia est vnum genus: ergo in gñe subæ est aliqua potē
tia. illa aūt non est compositū, nec forma, vt manifestum
est: ergo relinquitur ꝙ sit materia, vt manifestum est: & sic
materia est subaliter potentia. Item quarto, sicut se ha-
Tex. c. 32. bet esse ad posse, ita essentia ad potentiam: sed in æternis
non differunt esse & posse ſm Aristo. in Tertio huius: er-
go in æternis non differunt eēntia & potentia. cum igitur
prima mā sit æterna, vt demōstratum est in Primo huiꝰ:
Tex. c. 82. sequitur ꝙ ipsa sit idem cū sua potentia. Itē quinto, si po
tentia materiæ esset accñs supadditum essentiæ materiæ,
sequeretur, ꝙ esset processus in infinitū in accñtibus ma-
Tex. c. 41. teriæ simul existentibus: quod videt impossibile ex Ter-
tio huius. vbi dr̄, ꝙ nō est dare infinitū actu simul, nec in
multitudine, nec in magnitudine. Et ꝓbatur cōsequentia:
qa subm est in potētia ad accñtia sua, vt manifestum est:
aliter. n. esset impossibile ea habere. si igr̄ potentia mate-
riæ est accñs materiæ, ipsa vtiq; materia videbit esse ī po
tentia ad ipsam potentiā, & sic quæreē de illa potentia, ꝑ
quā materia est in potētia ad suam potentiā, vtꝝ sit idem
essentialiter cū ipsa suba materiæ, aut non. si sic, pari rōne
erat standū in prima potentia: si non, tunc materia est in
potentia ad illam potētiam, et silr quæreē de illa tertia po
tentia, & sic, aut ibit quęstio in infinitū, aut oportet in pn
cipio cōcedere, ꝙ potentia materiæ ad formā sit idem es-
sentialiter cum ipsa prima materia. Item sexto, si poten
tia materiæ esset accñs materię, tunc ipsa potentia esset a-
ctus: quod videē impossibile, quia actus & potentia sunt
opposita, & vnum eoꝝ non est alterꝝ. Et patet consequen
tia: qa oē accidens est forma, & omnis forma est actus.
Item septimo, si potētia materiæ est accñs, tunc forma nō
vniretur immediate materiæ primę: quod videtur incon
ueniens, quia forma substantialis est prima ꝑfectio ipsius
materiæ, vt oēs concedunt. & patet consequentia: qa for
ma non vnitur materiæ nisi mediante potentia ipsius ma

A teriæ. Item octauo, si potentia materię esset accñs ma-
teriæ, tunc ex materia & forma non fieret vnū nisi ſm ac
cidēs: quod est impossibile, vt vult Arist. in Octauo Me Tex. c. 4.
taphy. & Secundo de Anima. et consequentia probatur: Tex. c. 7.
qa ex materia & forma non fit vnū, nisi quia materia est
ens in potentia, & forma est actus. si ergo esse in potentia
accideret materiæ, tūc ex ipsa forma & materia fieret v-
num ſm accidens: quod est inconueniens.
OPPOSITVM arguitur auctoritate Commentatoris Com. 70.
in ista parte, vbi dicit apte, ꝙ potentia non est idem cum
suba materię. vt idem dicit in Tractatu de Substātia Or
bis, ꝙ posse, quo substātiatur hoc subiectum, differt à na
tura subiecti, et hoc ꝓbat hic, et silr ibidem, vt uidebitur.
Et arguitur ratione: qa sicut se hñt potētię animæ ad ani-
mam, sic potentiæ materię ad materiā ꝑ conuenientem si
militudinem, sed potentiæ aīę non sunt ipsa suba aīę, cum
suba animæ non sit nisi vna in vno aīato, & potētiæ sunt
plures, vt visus et auditꝰ ſm cōmunem doctrinā, qre &c.

CONCLVSIO

B **Potentia materiæ, si subiectiue sumatur, eadem est cum substan-
tia materiæ, si vero pro formali principio, quo ipsa
potens dicitur, essentialiter diuersa est
ab ipsa eius substantia.**

AD istam quæstionem dimissis alijs opinionibꝰ, di-
co ad presens ꝑ distinctionem, ꝙ ꝑ potētiam nos
possumus itelligere duo: uno modo subiectum po
tens, alio modo formale principium, s. respectum seu ha- Cōclo pria
bitudinem ad formam gñandam, vel ad agens. Tunc
dico ad quæstionem, ꝙ potentia, si sumatur ꝓ subto potē
tię, sic est idem eēntialiter cum materia: qa illud, quod est
perfectibile, & informabile per formā subalem, est ipsa es
sentia materiæ pmæ informabile. dico prio pncipalr, hoc
est euidens: sed subiectum potens est huiusmodi, vt ēt no
tum est: qre &c. Secundo dico, ꝙ si sumatur potentia ꝓ Conclusio
formali pncipio, quo mā dr̄ potēs, sic non est idem suba- secunda.
liter, vel eēntialr cum subā materiæ. Et hoc ꝓbatur multi
pliciter. Et primo sic: illa nō sunt penitus vnum & idē es- Prima rō.
sentialiter, quoꝝ vnum multiplicaē altero manente vno:
C hoc est euidens. sed materia exñte vna numero, potentiæ
sunt plures, vt potentia ad formā ignis est alia à potentia
ad formam aquæ: silr autem & in alijs. Et hæc ratio sum-
pta est ex verbis Arist. ex Tertio huius, vbi dicit, ꝙ pos- Tex. c. 10.
se sanari, & posse infirmari non idem, licet subiectum po- Com. 2.
tens sit idem: & Commen. in Duodecimo Metaphy. di-
cit, ꝙ numerus habilitatū, i. potentiaꝝ materię est ſm nu
merum specieꝝ gñabilium. Et confirmaē ista rō: qa, si
potentia materię, q̄ formalr denoīatur potēs, est idem cū
materia eēntialr, qua rōne vna potētia, & alia erit, sic idē
cum materia, & sic oēs potētiæ, quas hēt materia ad for-
mas, erūt idem essentialiter & substantialiter cum ipsa ma
teria: modo, quæcunque vni & eidem numero essentiali-
ter & indiuisibiliter sunt eadem, inter se sunt eadem: ergo
oēs potētiæ materiæ ad formas sunt idē essentialr et vnū:
quod est impossibile ꝑ se. nam potentiæ distinguuntur per Scda ratio.
distinctionē actuū, saltem immediatoꝝ. Item, si poten-
tia, quā habet materia existens sub forma aquæ ad formā
aeris, esset vnum & idē cum potentia, quam habet ad for
D mam ignis, tunc oē, quod vnam illaꝝ potentiaꝝ reduce-
ret ad actum, reduceret & aliam, hoc non videtur bene
cōueniens: & sic, omne, quod generaret aerē ex aqua, ge-
neraret etiam & ignem: quod est impossile & contra sen-
sum. Item rationes Commentatoris sunt ad propositū Tertia rō.
efficaces. Nam, si potentia materiæ, esset omnino essen
tialiter eadem cum substantia materiæ, tunc aduentente
forma corrumperetur, vel auferretur substantia materię,
quod est manifestum impossibile. & patet consequentia,
quia forma præsente, corrumpitur potentia, quam habu
it ad formam illam, vt manifestum est. quod enim est a-
ctu non est sicut cū erat in potentia, vt dr̄ in Nono Meta Tex. c. 11.
phy. & vr̄ dicit ipse, si potentia materiæ esset suba eius,
tunc

tunc substantia eius corrumperetur apud generationē.

Dubitatio tertia. An potentia māę corrūpi valeat

Sed mirum est, cum potentia māæ ad formam sit infinitæ durationis à parte ante, vt dicit Commentator in Primo Cęli & Mundi, quomodo ipsa potest corrumpi, cum Aristoteles demonstret in Primo Cœli & Mundi multipliciter, quòd nullum ens ingenitum, scilicet æternum à parte ante, potest corrumpi, sicut nec aliquod factum pōt manere incorruptibile.

Responsio

Et forte dicendū, q̄ nullū perpetuū à parte ante pōt corrūpi sic, q̄ in posterū nullū eius sit gñatur. & sic intelligit Aristot. contra illos, q̄ posuerunt mundū ingenitū, & postea oīno corrūpi sic, q̄ in futuro null⁹ regenerabit̄ mūdus. sed potētia materiæ ad formam, q̄ fuit æterna ex parte ante, q̄uis corrūpatur & nū quam generet̄ eadem numero, tm̄ redibit potentia eadem specie, vt cū Socrat. fuerit corruptus, materia ei⁹ iterū erit in potentia ad formā hominis, sicut fuit pꝰus. Vel dico, q̄ potentia, q̄tum ad id, quod est positiuum, non corrūpit̄, sed solum quantū ad priuationē formæ, q̄ pręexistebat in materia, & hoc additū non pŕermittas.

Quarta responsio.

Item, si potentia materię esset subā materiæ, tūc materia esset in pdicamento ad aliqd, non in pdicamento subę: quod est impossibile. pars. n. subæ est suba. & patet consequentia: qa potentia pro respectu est in pdicamēto ad aliqd: & hoc etiā ipse dicit in Tractatu de Substātia Orbis, q̄ posse dr̄ respectu formæ: & ipsa materia est vnū entium existētum p se, i. absolutū essentialr̄ à respectu.

Prīa dubitatio. An cōuenienter potētia distinguat. in subiectū & i respectū

Sed cōtra istā positionem dubitat̄ multipl'r. Primo dubitat̄ circa illā distinctionem, qua dr̄, q̄ hoc nomē potentia pōt sumi vel p subiecto, vel p respectu: hoc videtur inconueniens, qa nomen abstractū non sumit̄ pro subiecto, in hoc. n. differt terminus accñtalis concret⁹ ab astracto, siue à principali: qa terminus accñtalis cōcretus pōt accipi p subiecto uel p forma: abstractus aūt nō. cum igit̄ potētia sit nomen abstractum non pōt teneri p subiecto: q̄uis hoc nomen potens possit accipi p utroq;. Vnde huic argumento innitētes quidam dixerunt, q̄ illa distinctio puenerit ex ignorantia inter abstractū & denominatiuū.

Dubitatio secunda: An ad priuatinnē formæ corrūpatur potētia.

Item dubiū est contra primam rōnem Commēt. qa supponit, q̄ ad puatinnem formæ corrumpit̄ potētia: hoc aūt videtur difficile: qa cū forma substantialis educit̄ de potentia materię à gñante, q̄ro an materia sit potēs recipere formā, aut nō: si sic, igit̄ habet potentiam recipiendi formā. nihil. n. est potens recipere formā sine potentia, sicut nihil est album sine albedine: si autē non sit potēs recipere formā, ergo recipit qd' non pōt recipe: quod est impossibile. ergo in illo instanti materia habet potētiam ad formā, & sic potentia non corrumpit̄, vt videt̄.

Tex. c. 17.

Etiam confirmat̄: qa potētię actiuæ corrospōdet potentia passiua. Quinto Metaphy. sed in instāti, cum gñans gñat, & extrahit formam ad actū, ipsum generans hēt potentiam actiuā respectu materię: ergo ei correspondet potentia passiua, & non nisi in materia, vt certum est. ergo in instanti illo materia habet potentiam receptiuā formæ, & tñ in illo instanti forma est p̄sens māæ: ergo apud p̄sentiā formæ non corrumpit̄ potentia materiæ: & sic rō Cōmenta. videtur falsum supponere.

Dubitatio tertia. An potētia materiæ fūdetur i substantiā materiæ. Tex. c. 20.

Item dubitat̄ rōnabiliter circa secundam rōnem eius. Nam nulla relatio fundat̄ immediate in suba, vt capit̄ ab Aristot. Quinto Metaphy. cap° de ad aliquid. si igr̄ potentia māę fundat̄ immediate in suba materiæ, vt cōceditur. est. n. accidens immediate consequēs eēntiā māæ, Itantum, q̄ per eam circūscribitur eēntia materię: ergo nō est ad aliquid: cui⁹ oppositū supponit rō Comment. secūda.

Dubitatio quarta. An potētia materię sit accñs reale vel rōnis.

Aliud dubiū est antiquū: q̄, si potentia materiæ est accñs eius, aut est accñs ens reale, aut accñs ens rōnis. nō ē dicēdū, q̄ sit ens solum rōnis: qa sic mā non esse potēs nisi p opationē nr̄i intellectus: quod est absurdum. si vero diceret, q̄ ipsa esset accidens ens reale, hoc videt̄ incōueniens: quia respectus vel relatio non pōt esse realis, & ens extra aīam, cui⁹ terminus non est ens extra aīam. hæc est manifesta: qa relatiua simul sunt & nō sunt, nunc aūt terminus isti⁹ respectus, s. potentiæ māæ ad formā gñandam non est ens extra aīam: terminus autē huiusmodi relationis est ipsa forma gñanda, q̄ nōdū est ens extra aīam, vt manifestū est, quare &c.

Dubitatio quinta. An potētia māę sit accidens reale.

Item qdam dubitant multv subtiliter: qa, si potentia māæ esset accñs reale p̄ter aīam, tunc simul erūt accñtia realia infinita: quod videtur impossibile, vt patet ex Tertio Physicor. qa non est infinitum in actu, nec sm magnitudinem, nec sm multitudinē, vt accipit̄ ex illo loco. Et pbatur consequentia sm mententinnē Aristot. gñatio. n. pcedit in infinitum in futuris, vt patet in Secundo de Gñatione.

Tex. c. 41.

& ideo oportet q̄ in infinitū generent̄ formæ infinitæ: modo mā ipsa habet nūc accidentaliter potentias remotas, saltem ad omnes formas illas, quas recipiet in futurū: qa, si nunc non haberet aliquā potentiā ad formam, quā recipet in millesimo anno, tūc esset impoſſe recipere eam, & sic recipetur impoſſe recipi: quod est impossibile. oportet igit̄ q̄ materia, quæ nunc est, habeat potētiam ad q̄libet formam, quam recipet in futuro: et sic, cum ipsæ formæ erunt infinitæ, sequitur, q̄ materia, quę nunc est, hēt potentias infinitas simul. Si igr̄ potentia materiæ est ens actu reale, sequitur q̄ infinita accidentia realia simul ersit actu in materia. & augēt difficultatem: qa, cum quælibet portio materiæ erit sub formis infinitis numero, & multæ sunt portiones materiæ adinuicē distinctæ, seqtur q̄ simul erunt plura infinita simpliciter. dico infinita simpl'r: nam alias formas recipiet in futuro hæc portio materiæ, q̄ illa: & sic erunt valde multoties infinita: q̄ videt̄ omnino absurdum et impossibile.

Ad primā.

Ad primū dubium, dico, q̄ vox nulli rei repugnat, nec modus significandi: immo uox quęlibet, q̄tum est de se, est indifferēs ad quodlibet significatū, & ad quęcūq; modum significādi: q̄ aūt vox aliqua significet talem rē, vel talē, sub tali modo significandi, vel tali, hoc hēt ab impositione humana & vsu. vnde, si nos inuenimus multos homines vti aliqua voce ad aliquam rem significandam, et specialiter viros antiquns & solēnes, debemus ei concedere illam vocem talem rē significare: cum igr̄ inueniamus Aristot. & Comment. vti hoc noīe potentia, p subiecto potente, & aliqñ etiam sumi p respectu, ut oēs concedūt, nullum reputo inconueniens distinguere modo pdicto.

potētia capitur dupl'r

Cum ergo dicitur q̄ nomē abstractum non sumitur p subiecto, sine dubio verum est, q̄ nomen abstractum rōne, qua abstractum est, nō sumitur p subiecto, saltem eo modo, quo cōcretum: sed aliqua vox significans aliquam formā in abstracto pōt esse imposita ad significandū ipsum subiectū sm aliam rōnem, & æquiuoce præcise: qa nulli uoci repugnat quamcunq; rem significare. Quod aūt Arist. & Cōmenta. accipiant hoc nomen potentia p subiecto potēte: hoc patet in diuersis uerbis Arist. et Commentatoris.

Tex. c. 2.

Dicit. n. Aristot. in Secundo de Anima, q̄ materia est potētia: qd' non est verum pprie, nisi, qa est subiectum potēs.

Tex. c. 8.

Similiter dicit Septimo Metaphy. q̄ materia nec est qd, nec quale, nec quantum, quare &c. sed potentia oīa ista. Similiter Cōment. in suo Tractatu de Substantia orbis dicit, mām esse potētiam recipientē numerū sm numerū formarū. & in multis aliis locis inuenire poterit diligēs consiḋerator: de noīe tamen nō est multum curandū, dummodo sciatur veritas rei: est aūt syncera veritas, q̄ ipsa materia prima est subiectum potens: quod vtrū vocetur potētia, non facio magnā curam.

Ad secūdā dubitationem.

Ad aliud dubiū, dicūt aliqui, q̄ potentia materiæ, quę est eius accñs, potest accipi dupliciter. Vno modo quantum ad priuationem formę, ad quam est potentia, & sic sine dubio corrumpitur potētia materiæ ad præsentiam formæ, & sic intellexit Commentator. Alio modo potest accipi potentia materiæ quantum ad aptitudinem materiæ ad recipiendum formam ipsam: & sic potentia materię non corrumpitur adueniente ipsa forma, vt ostendunt rationes adductæ.

Repbatio rationis.

Sed hoc non placet aliis. Primo, quia secūdum hoc, ratio Cōmentatoris non ostendit nisi q̄ puatio est aliud à mā. nam potentia materiæ quantum ad priuationem non est aliud quàm priuatio. Item opposita non possunt simul

esse,

esse modo actus & potentia sunt opposita, saltē relatiue
accipiendo potētiam pro respectu: ergo simul mā non ha
bebit potentiam ad formam & actu formam, cum actus
Com.2. & potentia sint opposita relatiue, vt scribit Commenta-
Alia rāsio. tor in Nono Metaphy. Et ideo alij aliter dicunt, ꝙ ad-
ueniente vel pręsente forma secundum actum, deficit po-
tentia præcedens non solum quo ad priuationem, sed eti-
am quantum ad respectum præcedeotem formam, ita ꝙ
materia non est amplius in tali potentia, sicut erat. Et cū
dicebatur, ꝙ in illo instanti generationis formæ, aut ma-
teria est in potentia aut non, dico, ꝙ ipsa nō est proprie in
potentia præcedente actum, sed est in potentia actui con-
iuncta, quæ non est proprie potentia realiter differens à
subiecto potentię, sed est quædam oon impossibilitas ha-
bendi actum, sicut dicimus, ꝙ Sor. sedens potest sedere;
id est non est impossibilis sedere: potentia enim multipli-
citer dicitur, vt patet in Secundo Peri her. Et cum diceba
tur vlterius, ꝙ potentia actiua requirit potentiam passi-
uam, potest dici, ꝙ verum est potētia passiua quę est sub-
iectum potens & receptiuum, sed non semper requirit po
Alia rāsio. teotiam quæ est accidens substantiæ potentis. Alij di-
cunt, ꝙ in instanti eductionis formæ substantialis, ipsum
generans non est amplius in potētia agens, quia nihil mo
uet, & omne agens ꝓprie est mouens, sed hoc est difficile:
qa in instanti generationis ipsum generans habet aliquā
causalitatem supra ipsam formam, & non aliam, nisi agē-
tis. Etiam Arist. vocat agens non solum mouens motu ꝓ
T.com. 29 prie dicto, sed vniuersaliter omne transmutans, qualiter-
Alia rāsio. cunq; transmutat, vt patet In Secundo huius. Item po-
test dici, ꝙ ipsi potentiæ actiuę agentis correspondet be-
ne potentia passiua materiæ, accipiendo potētiam pro na
turali qualitate materiæ, quæ disposita est ad recipiendū
formam, & illa non corrumpitur: sed nō oportet ꝙ ei cor
respōdeat ille affectus priuatus, qui prius erat in materia.
Ad aliam dubitationem dicitur communiter, ꝙ illa potē
tia materiæ, quæ est respectus ad formā, non fundatur im
mediate in ipsa substātia materiæ primæ, sed mediante ali
qua qualitate naturali, quæ est de secunda specie qualita-
tis: & est naturalis potentia passiua, quæ correspondet na
turali potentiæ actiuæ agentis. Et, cum dicitur, ꝙ poten-
tia ad formam est immediate consequens essentiam ma-
teriæ, potest dici, ꝙ verum est immediate, id est non me-
diante aliquo alio subiecto principaliori & priori via ge-
nerationis, sed non immediate per priuationem medij di
spositiui, imo dimensiones inhærent immediatius ipsi pri
mæ materiæ, dicente Cōmentatore in de Substantia Or
bis, ꝙ primum rerum inexistentium huic subiecto sunt tres
" dimensiones, quę dicuntur corpus. Pro tanto tamen ma-
" teria dicitur notificari per ipsam potentiam, quia per istū
respectum materia manifestius comparatur ad formam,
& ad transmutationē substātialem, à qua principaliter su
T.com.89. mitur intellectus primę materiæ, vt patet in Primo hu9.
Ad primā Ad aliud dubium dixerunt aliqui, ꝙ potentia materiæ,
dubōnem: quæ est respectus ad formā, non est aliquod accidens rea-
le pręter operationem intellectus, sed solum habet esse po
sitiuum secundum intellectum. dicunt tamen, ꝙ materia
est potens recipere formam, dato ꝙ intellectus non intel-
ligeret. & exemplificant, ꝙ priuatio non est aliquod ens
Reprobatio positiuum præter intellectum, & tamen oculus esset cæ-
hu9 rāsio- cus remota actione intellectus. Sed mihi videtur, ꝙ in
nis. istis dictis est contradictio implicita: quia constat, ꝙ præ
ter omnem actum intellectus humani materia esset potēs
recipere formam, & hoc concedunt isti: & certum est, ꝙ
ipsa non est potens formaliter nisi per potentiam: aut ipsa
potentia præter actum intellectus est aliquid, aut nihil, si
est aliquid: ergo ens. & constat ꝙ non est solum ens nega
tiuum: quia materiā esse potentē nō est solum ipsam esse
priuatam: et sic potentia, pręter actum intellectus, est ens
positiuum: cuius oppositum isti dicūt. Si vero dicatur ꝙ
potentia, præter actum intellectus, sit nihil, tunc materia
est formaliter potens per nihil: potens dico realiter, et ex-

A tra animam: quod est absurdum. Præterea, Si potentia
mãæ est ens solum ſm intellectum, aut est ens solū ꝑ intel
lectum practicum, aut speculatiuum: hæc diuisio est suf-
ficiens. non per intellectum practicum: quia tunc intelle-
ctus practicus induceret potentiā in ipsa materia, vel ipsa
potentia materiæ esset aliquod de humanis actionibus, q̃
sunt absurda. et vt sit ad vnum dicere practicus, vel est fa
ctiuus, & ille principium est artificialium necessariorum hu
manæ vitæ, sicut domus & vestimenta & huiusmodi, de
quorum numero non est potentia materiæ: vel est acti-
uus & ille est actus agibilium humanorum, s. virtutum mo
ralium & operationum earum: de quarum numero non est
potentia materię. vel esset aliqua de humanis delectatio-
nibus, quæ sunt absurda. Si autem diceretur, ꝙ ſm in-
tellectū speculatiuum, tunc solum esset ens subiectiue in
intellectu speculatiuo: & sic non esset principium trāsmu
tationis realis, aut transmutatio realis materiæ ad formā
nō esset, nisi intellectus humanus intelligeret: quod est ab
surdum. nam omni homine dormiente, adhuc ignis com
bureret. & patet consequentia: quia nunq̃ materia tran-
B smutaretur ad formam, nisi esset potens recipere eam. si
aūt potētia esset solū ens apud intellectū, tunc nō esset po
tens recipere formā, nisi intellectu intelligēte. quare &c.
Nec est simile de cæcitate ad oculum, & de potentia ma
teriæ ad materiam. nam cæcitas non est aliquid positiuū
de se, sed negatio visus: & ideo esse positiuum solū habet
apud intellectum, sed potentia materię est quid positiuū,
quo formaliter materia est potens præter omnem actum
intellectus humani. Præterea. Ens rationis solum non
est principium transmutationis per se naturalis: quia nec
est principium actiuum ꝑ se huius trāsmutationis, nec di
spositio actiui naturalis, qa tunc esset in actiuo ipso natu-
rali: nec est principium materiale, vt manifestum est: nec
principium dispositiuum passiui: & sic nullo modo ens ra
tionis est principium necessarium naturalis trāsmutatio-
nis, & sic aut oportet dicere, ꝙ potentia materiæ non est
principium transmutationis naturalis necessarium, & sic
mā posse transmutari naturali trāsmutatione ad formam
sine potentia ad eā, qđ nullus diceret: aut est dicendum,
C ꝙ ipsa potentia materię ad formam non solum est ens rō- Ad quartā
nis, & hoc puto verum. Ad aliud, quod arguitur, ꝙ respe- dubōnem
ctus realis exigit terminū entē & realē ꝑter aīam, pōt con
cedi, modo forma gn̄anda in materia, licet nō sit actu ens
in materia, ipsa tn̄ est in potētia actiua agētis: et sic ipsa est
termin9 illi9 respect9, q̃ dī potentia materiæ. non. n. est du
biū, qn potentia passiua referat̄ ad actiuā, & econuerso. et
ab ista potentia actiua illi9 agentis ipsa potentia materiæ
habet realitatē suā, vt à termino: & hoc ignorasse visi sūt
illi, q̃ potentiā materiæ dixerūt non esse ens reale, sed solū Quæstio.
ens rōnis. Et tu q̃res, an materia referat̄ ad formā gene
randā alia relatione, q̃ relatione qua refert̄ ad agēs. Et di-
cerē ꝙ non, quod ꝓbat̄: qa si materia refert̄ ad formā ge-
nerandā ꝑ aliā potentiā, quā habet ad gn̄ans, aut est ꝑ po
teotiā actiuā, aut passiuā. non ꝑ potentiam actiuā: qa cer-
tum est, ꝙ materia ꝓma non hēt potentiā actiuā respectu
formæ gn̄andæ, vt iam oēs concedunt. si vero referat̄ ad
formam gn̄andam relatione, q̃ est potētia passiua, hoc nō
est nisi relatio ad agēs, qa potētia passiua est ꝓncipium trā T.com.178
D smutādi ab altero, inquantū alterum, Quinto Metaphy-
sicæ. Dicerē ergo, saluo meliori iudicio, ꝙ materiā habe-
re potentiā ad recipiendū formā, non est aliud realiter, ni-
si ipsam habere potentiā, vt transmutet̄ ab agente, & sic
huiusmodi respectus est bene relatio realis, cum ipsum
agens sit qd reale præter aīam. Et sic potest ꝓbabiliter di
ci ad istam antiquam dubitationem, si tn̄ alias meli9 vide
rem, non recusarem. Ad aliud dubium dicūt aliq, ꝙ ac- Ad qntam
cidētia realia esse simul & actu infinita, non est inconueni-
ens in accidentaliter ordinatis, & quæ possunt esse in eo-
dem loco, & in eodem subiecto. sic autē est de illis poten-
tijs, quas habet materia ad formas ad futurū generādas;
sunt, n. per accidens infinitæ, & per accidens ordinatæ.

Sed

Sed tunc est dubium, cum potentia materiæ ad formam sit eius relatio ad agens, tunc simul essent infinitæ potentiæ adinuicē actiuæ. (E) Et ad hoc potest dici, q non est inconueniens, infinitos esse respectus virtutis actiuæ ad materiam receptiuam, & sic potentia materiæ, quæ est quantitas naturalis absoluta, est vna: relata tamen infinitis respectibus, similiter & virtus actiua primi alterantis est & aliqualiter vna, sed habet respectus infinitos ad ipsam materiam: illi tamen respectus & virtus actiua sub illis respectibus existēs non est actu generans aliquam formam, nisi sit determinatus respectus ad illam materiam, et locum generationis. & ideo non erunt simul infinita fm actum. Sed q adiungebatur in dubitatione, q non solum erūt infinita huiusmodi accidentia realia: sed plures et multoties infinita, eò q quælibet portio materiæ, habet huiusmodi potentias infinitas, difficile est. Et aliquis posset dicere, q quamuis quælibet portio materiæ sit in potētia ad formas infinitas secundum numerum, non tamen sunt plures potētiæ infinitæ simpliciter.: quia ex omnibus illis numeris potentiarum fit unus numerus simpliciter infinit⁹. (F) Sed sine dubio hoc non sufficit: quia, cum hæc demonstrata portio materiæ fiet in posterum sub formis infinitis secundum materiam, oportet q nūc habeat potentiam aliquam ad vnamquamq; illarum, aliter enim non esset potens recipere eas, & sic esset impossibile recipere. & per consequens non reciperet: & cum ponatur in posterū recipere, sequit̃, q recipiat, & q nunq̃ reciperet: qđ est impossibile. oportet igitur, q nūc habeat potentiā ad unamquamq; illarum formarum: quas ĩ futuro reciperet: & cū illæ erunt infinitæ simpliciter, sequitur, q habeat potentiam ad infinitas formas: &, cum ad vnamquamq; habeat potentiam vnam distinctam à potentia, quæ est ad aliam, sequitur, q hæc portio materiæ demonstrata simul habeat potētias infinitas simpliciter: & similiter si numerus aggregatus ex numero potentiarum huiusmodi materiæ, & numero potentiarū alterius materiæ, non est nisi infinitus, sequitur, q pars est æqualis toti: quod est impossibile omnino, quia dignitas est, q omne totū est maius sua parte. ergo relinquitur, q numerus totius aggregatus ex numeris potētiarum duarum portionum materiæ (G) sit maior q̃ numerus potentiarum vnius portionis materiæ: hoc autē iterum est inconueniens, quia infinito simpliciter nihil est maius: & iam probatum est, q numerus potentiarum vnius portionis materiæ est simpliciter infinitus. Ad huius difficultatis euasionem accipio, q secundum intentionem Aristo. in qualibet portione materiæ demonstrata succedunt in posterū formæ infinitæ numero diuersæ. quod sic patet: constat enim q hæc portio materiæ non potest subsistere sine omni forma, & cōstat etiam, q quæcunq; forma sit in ista materia, ipsa non potest perpetuo existere in ea secundum Aristot. quia vt sic corruptibile ꝑpetuaretur, quod est impossibile, vt demōstratum est in Primo Cœli & Mundi. Hæc igitur portio materiæ demonstrata, existens sub hac forma, aut aliquādo priuabitur ista forma, aut nunquam. si priuabitur ista forma, aut acquiret aliam, aut non. Si non: est contra primam suppositionem. si acquiret aliam, tunc aut semꝑ stabit sub illa, & hoc est contra secūdam suppositionem: aut non semper, & tunc sicut prius, ista corrupta, aut nullam (H) aliam accipiet, & hoc est contra primam suppositionem: aut recipiet aliam, & sic erit quæstio de illa, & sic in infinitum necesse est succedere sibĳnuicem in hac demonstrata portione materiæ formas infinitas, ita, q numerus successiuus formarum indiuidualium sibĳnuicem succedentium in hac portione materiæ, est infinitus simpliciter ex parte post: similiter autem dicetur de alia portione materiæ, & eadem ratione: & sic habetur, q duo numeri infiniti successiui erunt in materia, et constat q totus numerus aggregatus ex istis duobus numeris, est maior quolibet illorum: siquidem omne totum est maius sua parte, in finito igitur numero successiuo formarum nihil prohibet

Dubitatio: Responsio prima.

Rñsio alia.

Reproba.

Propositio

T.com.215

(E) fore numerum infinitum maiorem, nec aliquid etiā prohibet, q plures formæ constituunt numeros infinitos formarum numeralium successiuos. Si igitur cuilibet formę fiendæ correspondet in prima materia aliquis vnus respectus, qui est potentia ad eam, & alterius formæ generandæ alter respectus, quid prohibet in diuersis portionibus materiæ, simul esse infinitas portiones materiæ, et sic esse simul plures numeros infinitos huiusmodi potentiarum simul existentium? aut etiam quid prohibet unum numerum infinitum talium potentiarum esse maiorem alio? Et cum dicebatur, q plura infinita non sunt simul, nec vnum infinitum est maius alio, hoc sine dubio verū est de infinito in q̃titate continua. tale enim si esset aliquid vnū infinitum, illud comprehenderet totum, & extra illud nihil esset: sed de infinito in quantitate discreta accidentaliter ordinatarum nihil est inconueniens ipsum esse, & esse simul plura talia, & vnum talium potest esse maius alio: quia nullum illorꝫ infinitorꝫ totum comprehendit, quod est illius generis. vel posset dici satis rationabiliter, q vn⁹ illorum numerorum non est maior simpliciter alio nu- (F) mero. sicut, quāuis in qualibet linea sint infinita puncta in potentia, vt communiter dicitur, cum totum aggregatum ex numero punctorum existentium in vna linea, & numero punctorum existentium in alia linea non est maior numero punctorum, quæ sunt in una linea. Et, cum dicitur, q immo, quia omne totum est maius sua parte, dicitur q vnus illorum numerorum non est totum respectu alterius: quia ratio totius repugnat infinito, cum totū, & perfectum sint idem, ut patet ex Tertio huius: ita tamen, q omne totum est perfectum, licet non econuerso. Nullū autem infinitum, secundum q huiusmodi, est perfectum, vt vult Aristot. in Tertio huius. & ideo vnus illorum numerorum non est totum respectu alterius, nec econtrario. Sed, cum dicebatur, q Arist. hoc improbat in tertio huius. Dicitur, q ipse bene demonstrat ibi nō esse infinitum secundum magnitudinem, sed de infinito secundū multitudinem non videtur demōstrare. immo ratio, quā ad hoc inducit, videtur solum esse probabilis. hæc autem videtur esse intentio Commentatoris: quia dicit super il- (G) lam rationem, q forte ista propositio est de genere propositionum per se notarum, scilicet q omnis numerus est ꝑ se numeratus. si ergo poneretur q aliquis numerus est infinitus, tunc ille non esset numeratus: quod est impossibile, vt diceretur Commentatori, q omnis numerus specierum est numeratus. sed nō oportet de numero indiuiduorum precise accidentaliter ordinatorum, & simul potentium existere in eodem loco & eodem subiecto. quod dico, ad differentiam numeri indiuiduorum corporaliū existētium in diuersis locis, vt Socrates, et Plato. taliū enim indiuiduorum numerus non potest esse actu infinitus simpliciter. quia ex eis constitueretur vna magnitudo simpliciter infinita: quod est impossibile. modo potentiæ materiæ ad formas futuras sunt talia indiuidua: quæ bene possunt simul esse in eodem loco & subiecto. & ideo nihil videtur prohibere numerum earum esse simpliciter et actu infinitum. Vel dicatur, q Commentator non asseruit illam propositionem esse simpliciter verā: quia dicit forte. Aliter dicunt aliqui ad dubitationem principalem: q li- (H) cet formæ generandæ essent simpliciter infinitæ, & materia nunc est potens recipere formas illas: tamen non oporret q simul nunc in materia sint potētiæ infinitæ: quia nō oportet q potētia multū remota sit alia respectu alterius formæ & alterius: immo materia per vnā & eandem potentiam numero, scilicet per substantiam suam, est potēs recipere omnes formas indiuiduales: potentia dico multum remota. non ergo diceretur, q materia, quę, nūc est, habet aliam potentiam numero ad formam, quæ generabitur in millesimo anno à potētia ad formā, quę fiet post quatuor mille annos. Potentiæ tamen propinquæ bene sunt diuersæ ad diuersas formas: & istæ etiam sunt diuersæ à substantia materiæ, & de istis intelligebatur conclu-

Infinita pō esse p[...]

T.com.[...]

T.com.[...]

Infinitū s[...] multitudi[...] dinem [...]

Alia rñsio.

sio

sio. Et istæ potentiæ, ppinquæ non sunt simul in materia, sed sibijnuicem succedunt vna post aliam. Sic igitur non erunt simul actu infinitæ potentię in materia, nec plures erunt infinita, nec vnum infinitum erit maius alio. Sed istud non est bene tutum. quia, si potentia remota materiæ ad formam, quam reciperet in. 300. anno, est omnino realiter eadem cum potentia remota ad formam, quã recipiet in millesimo anno, necesse esset, q, cum vna illarũ reduceretur ad actum suum, & alia reduceretur ad actum suum: hoc enim videtur per se notum. quia, cum aliquæ potentiæ sunt eadem essentialiter & indiuisibiliter, si vna illarum reducat ad actum suum, q & alia similiter reducatur ad actum suum. igitur, cum potẽtia materiæ ad formam generandam in millesimo anno sit eadem omnino cum potentia materiæ ad formam generandam in. 300. anno, vt tu ponis, sequitur, q, cum vna illarũ reducatur ad actum suum, q & alia reducatur ad actũ suum: & sic, cum generabit forma generanda in. 300. anno, generabit & forma generãda in millesimo anno: quod est ridiculũ. ergo illæ potẽtiæ remotæ sunt diuersę ad diuersas formas generandas, & sic redit idem quod prius. Inquire diligenter, quia multum est hoc difficile & clausum.

Reprobatio.

Rñsiones.

AD rationes principales. Ad primam dicendum, q aliquid substantiari per posse potest dupliciter intelligi. vno modo q reponatur in suo essentiali genere p posse. alio modo potest intelligi aliquid substantiari p posse, i. q substãtia eius cognoscatur. modo verum est, q illud primum posse est de essentia eius, & ipsamet essentia illius quod substantiatur p posse. sed secundo modo non oportet, aliquid enim cognoscitur per alterũ, quod non est de essentia eius, sed accidens propriũ eius: & sic materia substantiatur per posse, i. substantia ipsius materiæ intelligit per posse, & ipsum posse ponitur loco drĩæ substantialis materiæ. Item potest intelligi, q materia substantiatur p posse, i. refertur ad substantiam principaliter dictam per posse, s. ad formam: & hoc modo verum est. nec sequitur propter hoc, q posse sit eius essentia: et istud ẽt dicit ibidẽ Commentator, q posse, quo substantiatur &c. Ad secundum dico, q simile est in hoc: q sicut primum agens sic est ens actu q nullo modo habet potẽtiam receptiuã, sic primum patiens est ens in potentia receptiua & passiua, q nullo modo de se habet potentiam actiuam. sed dissimile est in alio: quia sicut primum agens est ens nobilissimum, & in fine perfectionis, & act⁹ primus, & ideo nõ potest esse subiectum alicuius accidentis: quia tunc se haberet ad ipsum aliquo modo sicut perfectibile ad suã perfectionem: sed ipsum primum subiectũ est substantia imperfectissima, & indiget perfici formis substantialibus & accidentalibus. & ideo sua potentia passiua potest esse accidens ipsius.

In quolibet gñe ẽ actus & potẽtia.

Ad tertium cum dicitur, in quolibet genere &c. potest concedi, q in quolibet genere substantiæ est potentia, s. subiectũ potens, & hæc est materia prima, quæ est in genere substantię, tanquam principium intrinsecum. Vel potest dici, q in quolibet genere esse actũ & & potentiam potest intelligi dupliciter. Vno modo q ipsa potẽtia, quæ est respectus ad actum, vel ẽt subiectum, quod perficitur per actum, sit vniuersaliter in illo genere, in quo est ipse actus, & hoc est falsum in alijs generibus à genere substantię. nam subiectum, quod perficitur p qualitatem actualem, non est in genere qualitatis, sicut subiectum, quod perficitur per formã substantialem, est in genere substãtiæ. Alio modo potest intelligi, q in quolibet genere &c. ita q illud idem, quod est actu in aliquo genere, aliqñ fuit in potentia, & ẽ cõuerso, & sic verum est. nã illa eadem qualitas, quæ modo actu est in genere qualitatis, fuit aliqñ ens in potentia, ita q ad eam fuit aliquid in potentia aliqñ. similiter autem & in alijs hmõi. tamẽ potentia non est in genere qualitatis, & sic est verum: ita q potentiã inueniri in alijs generibus à substãtia nihil aliud est, q̃ aliud esse in potentia ad rẽ illius generis, quæ tñ potentia non est de alio genere tanquam principium essen-

A tiale intrinsecũ. & ideo non valet illa ratio. Ad quartũ concedo Maiorem &c. Et, cum dicitur, q in æternis &c. dico q illa propositio, in æternis non differt esse & posse, debet sic intelligi, q in æterno, sm q æternum est, nõ est prius tpe ipsum posse esse q̃ esse: quia tunc non esset æternum. illud enim, quod prius tpe potest eẽ q̃ sit, prius tpe est non ens q̃ ens sit: & hoc æterno repugnat. in æterno igitur non differt esse & posse: hoc est, q nõ prius tpe potest esse q̃ ipsum sit. Sed non oportet q in æterno nõ differat posse ab ipso eẽ, ita, q omne suum posse sit idem cũ illo esse ad quod est posse. sicut Sol sm suam substantiam est æternus, & ideo substantia eius nõ prius potuit esse q̃ fuerit: & tamen aliquod eius posse differt ab aliquo eius esse. posse enim esse in oriente differt ab esse in oriente: qa dicimus, dum est in occidente, potest esse in oriente, & tamen non est ibidem: similiter est in proposito. cum enim substantia materiæ sit æterna, nunquam prius potuit esse materia q̃ fuerit materia: tñ non sequit, q oẽ posse, qd ipsa habet ad aliquod esse, sit penitus idem cũ illo esse.

In æternis non differt eẽ & posse.

B Ad quintum dicendum est, q nõ est processus in infinitum. Et, cum dicebatur, si potentia materiæ est accidens, tunc materia erit in potentia ad illud accidens. Dico, q potentia dicit dupliciter, vt ad præsens spectat. vno modo proprie, pro potentia ad actum, & sic non oportet q oẽ subiectum sit in potentia ad suum accidens, sed solum ad accidentia separabilia, quæ de nouo acquiruntur in ipso. alio modo sumit potentia large, pro non impotẽtia habẽdi aliquid, vt Socra. sedens potest sedere, i. non est impossibile sedere, & talis potentia non est qd aliud simpliciter à subiecto, & ab actu eius. sic aũt est ipsa materia in potẽtia ad suam potentiam, s. quia non repugnat ei habere eam, sed non est in potentia ad suã potentiam primo modo, quare non valet illa rõ.

Potẽtia capit dupĺr.

Ad sextum dicendũ, q potentia ipsa materiæ potest cõparari ad substantiã ipsius materiæ primæ, & sic ipsa bene est quidã actus accidentalis imperfectus, C vel põt comparari potẽtia ipsa ad illud, ad quod est potentia, & sic non est actus, vt potentia materiæ ad formam ignis non est forma, nec actus ignis, similiter aũt & in alijs. Verũ est tñ q est in potentia pura, i. subiectũ pure potens, non est aliquis actus nec substãtialis, nec accidentalis.

Ad septimũ dicendum, q formã substantialẽ vniri immediate materiæ primæ põt dupĺr intelligi. Vno modo immediate p priuationem ois medij, & ois causæ tã principalis q̃ dispositiuæ, & hoc puto impoſe: immo quælibet forma substantialis requirit aliquas dispositiones, mediantibus qbus vniat ipsi materię. alio modo põt intelligi formã substantialẽ vniri immediate ipsi materiæ primæ p remotionem medij principalis: cui. s. vniat principalius q̃ materiæ, & q principalius substet formæ q̃ materia: & hoc est verissimũ. principale enim subiectũ retinens formã substantialẽ est ipsa essentia materiæ, & ipsa forma est eius actus prim⁹, & prima pfectio primitate principalitatis: eam tñ præcedunt multæ pparationes ordine generationis, præcipue forma misti perfecti, vt alias videbitur, si Deus voluerit.

Forma substãtiaĺ quõ vnitur materiæ.

D Ad octauum nego consequentiã. &, cum dr̃, q ex materia & forma &c. Dico, q ex materia, sm q est in potẽtia, i. sm q est subiectum potens, fit vnũ cum forma, sed non sm q est in potentia, i. sm respectum ad ipsam formam. ipse enim respectus materiæ ad formam non est principalis causa vnionis & vnitatis materiæ ad ipsam formam: fit ergo vnum ex materia & forma, sm q forma est actus, & materia est potentia, i. subiectum potens, & nullum actum de se habens: et sic intelligendum est illud dictum Aristo. & Commentatoris. bene tamen concederẽ, q sicut forma substantialis perficiens materiam, licet sit agens principale vel principalis ratio agendi, tñ non agit nisi mediante aliqua qualitate naturali actiua, quæ est eius dispositio ad agendum vt omnes concedunt, & sic ẽt materia, quæ est principale receptiuum vel principalis rõ recipiendi, non recipit nisi mediante aliqua qualitate naturali passiua, quæ est eius

dispositio ad recipiendum, & ista potentia passiua, s. qualitas naturalis disponēs ad receptionem, habet in se quendam respectum modo prædicto ad formam: & huiusmodi accidentia bene sunt in toto cōposito ex materia & forma. primo tamen primitate generationis insunt rōne materiæ, licet principaliter via & ordine pfectionis respiciāt ipsam formam, quæ est finis materiæ: & omnium motuū & dispositionū materialium pcedentium ipsam, vt satis
Tex, c, 86. habetur ex Secundo huius, & sic dictū sit ad quæstionē.

QVAESTIO XXVI.

An Materia habeat in se infinitas potentias.



AD meliorem intellectum huius quæstionis, quæritur, vtrum materia in se habeat potentias infinitas simul. Et arguitur ꝙ non: qa, cum potētiæ materiæ sit ens reale præter intellectum, vt patuit prius, sequitur ꝙ extra animā simul essent entia infinita: quod videtur valde absurdum: quare &c.

F

OPPOSITVM arguitur: quia materia habet potentias ad plures formas: aut ergo ad formas finitas aut ad infinitas, si ad finitas: ergo illis receptis vel finitis & habitis non esset amplius in potentia ad alias formas: & tunc vel corrumperetur materia illa: quod est impossibile, vel non esset amplius receptiua formæ: quod etiam est impossibile. si autem habet potentiā ad formas infinitas, sequitur ipsam habere infinitas potētias: cum numerus potentiarum materiæ sit sm numerum formarum ad quas habet potentiam, vt omnes concedunt, quare &c.

CONCLVSIO

Materiam primā infinitas potentias simul habere ad formas infinitas indiuiduales impossibile est.

AD euidētiam quæstionis præmitto aliqua. Primo ꝙ materia prima non potest per se sine alia forma subsistere: & hoc pulchre & perfecte demonstrat
Tex. c. 29. Com. 12. Arist. in Primo de Generatione & Corruptione. & Commentator in Secundo huius: quia sequetur ꝙ ens pure in potentia de se esset ens actu: & sic esset ens actu & non esset ens actu: quod est oppositū primæ dignitatis. Et cōsequentia patet: quia omne quod subsistit distinctū & separatum à quocunq; alio est ens actu de se. Si igitur materia prima esset sm se ipsam separata & distincta ab omni forma sm subsistentiā, ipsa de se esset ens actu. Secundo suppono ꝙ materia non potest esse perpetuo sub vna forma indiuiduali: quia tunc sequeretur ꝙ corruptibile simpliciter esset perpetuum. nam omne compositum ex materia & forma indiuiduali, saltem habente cōtrarium, est corruptibile de se: & hoc omnes cōcedunt. Si igitur illud compositum ex materia & forma indiuiduali est corruptibile de se, ergo si materia perpetuo staret sub illa forma illud corruptibile esset æternum: quod est contra naturam. sicut demonstratum est in Primo Cœli & Mūdi.

Tex, c, 115. Tertio accipio ꝙ materia prima accipiet in futuro formas infinitas numero, saltem successiue: aliter enim generatio non perpetuaretur: sed deficeret, quod est impossibi-
Tex. c. 59. Tex. c. 17. le sm Arist. in Secundo de Generatione. & in Primo. Et probatur ista suppositio ex præmissis: quia materia quæ nunc est sub aliqua forma aut perpetuo habebit eandem aut non. Si primum detur: hoc est contra suppositionem secundam. Si detur secūdum. hoc, s. ꝙ illa forma corrumpetur. tunc aut materia recipiet aliam formam aut nullā. Si nullam: tunc erit materia sine omni forma indiuiduali: quod est īpossibile, ut patet ex prima suppositione. Si materia recipiet aliam formam: tunc quæretur de illa an perpetuo erit in materia aut non: & sic sicut prius: oportebit ergo concedere ꝙ semper post quamlibet formā recipiat aliam in infinitum: & hoc est quod volumus. Quarto accipio ꝙ materia nunc habet potentiam ad quamcunq; formam quā recipiet in futuro: quod sic patet: quia si materia in millesimo anno aliquam formam reciperet: aut nunc habet potentiam ad illam aut non. Si habet poten-

E tiam habetur propositum. Si nullam habet potētia ad eā recipiendā, ergo non est potens recipere eam: & sic nunc est impossibile recipere eam: & ponitur ꝙ recipiet eam: quare qñq; recipiet illud quod est impossibile recipere: quod est absurdum. Sicut enim illud quod nūc est impossibile moueri nūquam mouebitur, sic omnino illud quod est impotens recipere aliquid nunquam recipiet illud.

Quinto suppono ꝙ materia respectu alteri⁹ & alterius formę habet aliam & aliam potentiam. Nam alia est potentia materiæ ad formam quam recipiet in ducentesimo anno à potentia materiæ ad formam quam recipit in millesimo anno: & hoc est satis planum cuilibet sani capitis. Nam si esset penitus eadem potētia, & nullo modo diuersa ad formam quam recipiet. i. 300. anno futuro & ad illā quam recipiet in millesimo anno, antequam vna istarum potentiarum reduceretur ad actum suum, & alia reduceretur ad suum actum. Et sic cum materia reciperet formā in 3000. anno reciperet simul formam quam potest re-
F cipere in. 30000. anno: quod est ridiculum. oportet igitur ꝙ alia sit potentia materię ad aliam & ad aliam formam: aliter enim cum reciperet vnam formam simul reciperet omnes quas posset recipere.

Ex his dico ad quæstionem ꝙ materia prima nunc habet potentias infinitas ad formas infinitas indiuiduales. Conclusio
Quod sic probatur: si prima materia recipiet in futuro infinitas formas necesse est ipsam nunc habere potentias infinitas: hoc patet ex duab⁹ suppositionibus. quarū prima dicit ꝙ materia nunc habet potentiam ad quamlibet formam quam recipiet in futuro. Alia est ꝙ ad diuersas formas habet diuersas potentias ut ostensum est: sed ipsa materia recipiet in futuro formas infinitas, vt probatum est: quare &c. Et si dicas, ergo potentiæ quas habet materia ad formas sunt ignotę: dico ꝙ verum est quantum ad numerum determinatum omnium talium potētiarum. i. ꝙ non est notus numerus determinatus omniū talium po-
G tentiarum: tñ hoc non obstante nota est quidditas potentiæ materiæ ad formam & eius diuersitas à substātia materiæ & multa talia. Solutiones autē difficultatum circa istam positionem contingentium requiras in alia quęstione præcedente istam: quia hic istam positionem non pro alio resumpsi, nisi vt manifestarentur hypostases, ex quibus ista conclusio confirmatur & demōstratur. Et sic de illis consydera distinctionem potentiæ in potentiam propinquam & remotā, & forte inuenies alio modo esse dicendum. Similiter consydera de priuatione alicuius formæ in materia quæ potest corrumpi sine eo ꝙ illa forma generetur. s. per corruptionem formæ quam consequitur illa priuatio: & tñ materia adhuc remanebit priuata illa forma priuatione alia consequente aliam formam &c.

Existente quodam diuino optimo & appeti- Tex. c. 8.
bili, Alíud quidem contrariū esse ipsi dicimus, Alíud autem est aptum natum appetere, & de-
H sydera re ipsum secundum ipsius naturam &c.

QVAESTIO XXVII.

An Materia ipsa Formam appetat.



QVæritur hic, vtrum materia appetat formā, videtur primo ꝙ non: quia aut appeteret eā appetitu naturali, aut appetitu animali. Nō appetitu naturali: quia iste consequitur formam naturalem: vt appetitus naturalis ipsius grauis ad vbi deorsum, nec appetitu animali: quia appetitus animalis non est nisi in animalibus. sicut naturalis in naturalibus. Item secūdo, sicut se habet forma ad materiam, sic se habet materia ad formam per conuenientem similitudinem. sed forma non appetit materiam. ergo nec è cōuerso. Itē tertio, si materia appeteret formā: aut hoc esset, quia simul intenderet plures formas habere: & sic intenderet & appeteret impossibile: aut quia caret omni forma, & hoc est impossibile. vt patet ex dictis:

aut

aut quia esset fastidita dicta forma quam habet & hoc est inconueniens: quia nullum perfectibile est fastiditum sua perfectione. quare &c.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Arist. in litera, & auctoritate Commentatoris ibidem.

CONCLVSIO

Materia ipsa formam appetit non animali aliquo appetitu, sed naturali.

Appetit⁹ est duplex.

INtelligendum est q̃ duplex est appetitus, sicut dicit Commentator in commento huius partis. Est enim appetitus naturalis, & est appetitus animalis. Appetitus naturalis est inclinatio consequens naturam rei ad aliquam perfectionem ipsius, sicut graue dicitur appetere esse deorsum: eo q̃ quandam aptitudinem & inclinationẽ habet ad esse deorsum tanquã ad suam perfectionem naturalem. similiter autem & in aliis. Appetitus tamen animalis aliquando sumitur pro actu: aliquando pro potentia. Actus autem qui dicitur appetitus animalis est inclinatio consequens cognitionem existẽtem in animali qua cognoscit aliquid esse bonum vel malum: cum enim animal aliquid iudicat sibi esse bonum & cõueniens: statim inclinatur ad prosequendum illud: & mouetur ad prosequendum illud nisi aliquid prohibeat. Cum autem iudicat esse malum statim inclinatur ad fugiendum & euitandum illud: & huiusmodi cognitiones sequentes cognitionem sensitiuam vocantur passiones. Appetitus autẽ animalis, s̃m q̃ dicit potentiam, est virtus naturalis animæ quæ recipit hm̃oi inclinationem seu passionem: cuius subdiuisionem relinquo ad præsens quia pertinet ad Tertiũ de Anima: & ad Secundum Ethicorum & Sextum.

Conclusio prima.

Tunc dico ad quæstionẽ ista. Primo q̃ materia prima appetit formam: quia vnumquodq; perfectibile appetit suam perfectionem: perfectio enim vniuscuiusq; est eius bonum: vnumquodq; autem appetit suum bonũ: vt patet Primo & Decimo Ethicorũ: sed materia est quid perfectibile & eius perfectio est forma vt manifestũ est. quare &c.

Conclusio secunda.

Secundo dico q̃ materia non appetit formã appetitu animali: quia non cognoscit formã. tunc enim omnia materialia naturalia cognoscerent: quod est ridiculũ. Et ex hoc syllogiza.

Conclusio tertia.

Tertio dico q̃ materia appetit formam appetitu naturali: quia quod appetit aliquid & nõ appetit illud appetitu animali appetit illud appetitu naturali: præcipue si illud appetẽs sit res naturalis aut natura: sed materia appetit formam vt ostensum est: & non appetit eam appetitu animali, vt iã probatum est, quare &c.

Præterea, illud quod per sui naturã principaliter inclinatur ad aliquid tanquam ad sui perfectionem: appetit illud appetitu naturali: sed materia est huiusmodi respectu formæ. vt patet ex dictis. ipsa enim ẽ de se ens in pura potentia passiua ad formam: & sic est perfectibilis per eam. quare &c.

Dubitatio prima.

Sed aliquis dubitaret contra demonstrationem primæ conclusionis: q̃a si materia appeteret formã: eo q̃ est perfectibilis per ipsam. tunc cum ipsa non solum habeat vt sit perfectibilis q̃n actu mouetur ad formam: sed etiam antequam moueatur ad formam non solum appetit formam cum mouetur ad eam, sed etiam antequam moueatur ad eam: hoc autem videtur esse cõtra vnum dictum Commẽtatoris: quia dicit q̃ appetitus materiæ ad formam est illud quod habet materia de motu ad formã: modo materia nihil habet de motu ad formam nisi cum actu mouetur ad eam. igitur solum appetit formam dum actu mouetur ad eam: quod non esset si appeteret formã: eo q̃ est perfectibilis per eam. quare &c.

Quæstio.

Item quæritur an appetitus materiæ ad formã sit idem cum eius potentia ad eam, aut quid aliud ab ea.

Ad primũ.

Ad primũ dico q̃ materia non solum appetit formam cum actualiter mouetur ad eam: sed etiam antequam actualiter moueatur ad eã: eo q̃ tunc est imperfecta & apta perfici.

Responsio.

Et ad dictum Commentatoris dico q̃ posset dupliciter intelligi. Vno modo q̃ appetitus materiæ ad formam sit illud quod habet materia de motu ad formam, i. aliqua pars motus ad formam: & sic esset verum q̃ tũc solum appeteret formã cum moueretur actu ad eam. Alio modo potest intelligi sic q̃ appetit⁹ materiæ est illud quod habet materia &c: idest quædam idoneitas & quædã ordinatio materiæ ad formam: quæ est principium quodammodo motus naturalis ad ipsam formam inquãtum sine tali idoneitate motus materiæ ad formam non esset naturalis: & sic est verum: & istam idoneitatem habet materia antequam actu moueatur ad formã. Vel aliter potest dici, scilicet q̃ Cõmentator intelligit de materia vt est accepta in loco propinquo generationis alicuius formæ, tunc enim appetit illam determinate: & iste appetitus est aliquid istius mot⁹ ad istam formam.

Ad q̃stionẽ Responsio.

Ad aliud dico q̃ appetitus materiæ ad formam non est omnino aliud ab ipsa eius potẽtia: sed forte differt secundum rationem & modum: quia dicis potentia materiæ respectu potentiæ actiuæ agentis: & dicit appetitus rõne qua est ad formã tãquam ad suum bonũ: ad formam dico vt est in potentia actiua agentis.

Rñsiones.

AD primum argumẽtum dico q̃ materia appetit formam appetitu naturali: sed iste non solum consequitur formam: sed quamcunq; naturam inclinatam ad perfectionem: verum est q̃ in entibus actu appetitus naturalis bene consequitur ipsam formam: sed in entibus potentialibus, sicut est intellectus possibilis & materia prima, bene consequitur ipsam naturam perfectibilem. Ad secundum dico q̃ simile est in hoc: quia sicut forma nõ existit sine materia: forma dico quæ nata est vniri materiæ: immo separatio eius à materia est sua corruptio: sic materia non potest esse sine forma, vt dictum fuit prius: sed dissimile est in hoc q̃ materia non est perfectio dans esse formæ, sicut ipsa forma est perfectio dans eẽ materiæ. Ad tertium dico q̃ non est sufficiens diuisio: quia ipsa materia appetit formam pro tanto, quia ens in potentia est perfectibile per eam: quãtumcunq; enim materia sit actu sub aliqua forma, non remouetur propter hoc ab ea quin ipsa sit quantum est de se in potentia ad alias, quibus nata est perfici. & ideo eas appetit vt formaliter perficiatur eis.

Quæstio.

Sed aliqui satis rationabiliter dubitant, cum forma hominis sit forma perfectissima quæ nata est perficere materiam vt supponunt, quare materia existens sub forma hominis appetit alias formas.

Responsio.

Et dicẽdũ q̃ licet forma hominis sit perfectissima formarũ materialium: quia tamen ipsa non dat materiæ omnia esse substãtialia quæ sunt ab aliis formis materialibus & ipsa materia non potest stare perpetuo sub forma humana. ideo ad hoc materia habet aptitudinẽ ad alias & eas appetit appetitu naturali. Melius enim est ipsam successiue esse sub formis omnibus quàm solum esse sub forma humana. In omnibus autem natura desiderat quod melius est. vt Aristoteles dicit in Secundo de Generatione. Si igitur esset possibile materiã esse perpetuo sub forma hominis: forte nõ appeteret esse sub aliis: sed quia hoc non est possibile: ideo relinquitur in materia existente sub vna forma hominis appetitus ad alias formas. Tex. c. 59.

QVAESTIO XXVIII.

An Priuatio sit materiæ appetendi formam causa.



CIrca commẽtum huius partis quæritur vnũ. Vtrum priuatio sit causa appetitus materiæ ad formam. Et arguitur primo q̃ non: q̃a non ens nõ est causa entis: sed priuatio est nõ ens: appetitus aũt est aliquod ens, vt manifestum est: quare &c. Itẽ secundo, appetitus ipsius materiæ ad formã est naturalis inclinatio ipsius materiæ ad formam. vt prius dictum est: modo priuatio nõ est causa talis inclinationis ad formã, quia cum adueniẽte forma corrumpat priuatio ipsa, vtiq; priuatio esset cã inclinationis ad suã corruptionẽ: quod vr̃ inconueniẽs. Itẽ tertio, aut esset causa materialis aut efficiẽs aut finalis aut formalis. Nõ causa materialis. q̃a ipsa substantia materiæ est huius

causa materialis. vt patet ex dictis: nec causa formalis: qa formę non est forma & ipse appetitus materię est quædam forma saltem accidentalis. Nec etiam est efficiens: quia non ens non efficit aliquid. omne enim efficiens est mouens, vt patet in Primo de Generatione. semper
Tex. c. 11. autem existimabitur species aliqua mouens in Tertio hu
Tex. c. 18. tus: nec causa finalis, scilicet quia finis est quid bonũ. priuatio autem non est quid bonum cum opponatur diuino optimo & appetibili, vt patet hic: & sic non est propter finem bonum. quare &c. Item quarto, materia appetit formam ſm ipsius naturam, vt Aristo. dicit in litera. Sed priuatio nõ est natura ipsius materiæ, vt manifestum est: quare materia non appetit formam ſm priuationem.

Com. 81. OPPOSITVM arguitur auctoritate Commẽtatoris: q quidem dicit q priuatio existẽs in materia est causa desiderij naturalis, quod habet materia ad formã. Et istud
Tex. c. 81. videtur sentire Aristot. in litera vbi dicit quòd materia
Indigẽtia ẽ cã appetit non appetit sui ipsius speciem propter non esse indigens. ergo vult quòd non indigentia est causa non appetendi: & sic per oppositum indigentia est causa appetendi. quia sicut negatio est causa negationis & affirmatio est causa affirmationis Primo Posteriorum: indigentia autem est idem quod priuatio. quare &c.

CONCLVSIO

Priuatio non principalis causa est appetitus materiæ ad formam, sed dispositiua potius.

Modus cãe est duplr. INtelligendum est q duplex est modus causæ quantũ ad propositum spectat: quædam enim est causa principalis, & quædam est causa dispositiua. & diuersitas hæc reducitur ad illam distinctionem, q quædam est causa prior, & quædam posterior, quã ponit Arist. Secundo
Tex. c. 12. huius, & Quinto Metaphy. causa enim principalis ẽ cau
Tex. c. 3. sa prior, & causa dispositiua est causa magis posterior.
Conclusio prima. Tunc dico ad quæstionem duo. Primo, q priuatio nõ est causa principalis appetitus materiæ ad formam: quia illud quod non est perfectibile per formam non est principalis causa subiectiua appetitus materiæ ad formam. hæc est manifesta. nam principalis causa subiectiua appetitus materiæ est illud quod recipit illam formam tãquam suã perfectionem: sed ista priuatio non perficitur per formã,
Conclusio secunda. vt manifestum est. quare &c. Secundo dico q priuatio est causa dispositiua appetitus materię ad formam: qa illud quod necessario requiritur in materia ad hoc vt appetat formam & nõ est causa principalis ipsius appetit⁹, videtur esse causa dispositiua. Sed priuatio necessario requiritur in materia ad hoc q appetat formam, nunquam enim materia appeteret proprie formam nisi careret ea, saltem appetitu, qui sit principium mot⁹ ad formam. Nã materia non mouetur ad formam quam habet vt manifestum est. & dicit Philosophus Primo de Generatione.
Tex. c. 55. quare &c. Est ergo intentio Aristo. circa hoc q materia priuata aliqua forma appetit illam vt perficiatur per eã: non quòd ipsa priuatio appetat formam: quia nihil appetit suiipsius corruptionem: priuatio autem corrumpitur præsente forma: sed ipsa materia subiecta priuationi est quæ appetit formam.

Rñsiones. AD primam rationem dico q non ens non est principalis causa entis: sed non ens potest esse causa dispositiua alicuius entis: vel causa sine qua non: Et cum dicitur q priuatio est non ens: dico q ipsa vt est ens positiuum: tamen bene est ens priuatiuum: priuationes enim & nega
Tex. c. 8. tiones entia dicimus Octauo Meta. Ad secundam dico q priuatio bene est causa disponens materiam ad inclinationem naturalem ad formam: & ista inclinatio nõ est de structio priuationis: sed bene verum est q ista inclinatio est ad aliquid ad quod cõsequitur remotio priuationis. s. ad formam. vnde bene cõcedendum est q priuatio disponit materiam ad inclinationem ad suã corruptionem: sed forte non per se, sed per accidẽs. accidit enim formæ q sit corruptio, vel q cã sequitur corruptio priuationis prout

E priuatio disponit ad eius appetitum. Ad tertium dico q est causa materialis dispositiua: non principalis: & hoc non est incõueniens. Ad quartum similiter potest dici q materia appetit ſm sui naturã principaliter: sed dispositiue per priuationem. vel dico q in illo verbo Aristo. ly ipsius, non refert naturam materię sed priuationem. cum enim dixisset quod est quoddam diuinũ optimum & appetibile, Subdit aliud quod contrarium ipsi esse dicimus s. priuationem. aliud autem aptum natum desiderare ſm ipsius naturam. s. ſm naturam ipsius priuationis. Sed sine dubio credo q melius est q ly ipsius, referat materiam: tum quia priuatio proprie nec est natura nec habens naturam: tum quia melius est Arist. ponere causam principalem appetitus materię ad formam q̃ dispositiuam: sed de hoc non est magna vis facienda: dummodo hoc sit declaratũ q priuatio aliqualiter habeat ingressum in generatione: vt dicit Commen. & sit aliqualiter causa &c.

F Corrumpitur autem et fit: est quidem vt sic: est autem vt non: secũdum quidem enim quod est in quo secundum se corrũpitur: quod enim corrumpitur in hoc est priuatio: inquãtum autem ſm potentiam non per se, sed incorruptibilem et ingenitam necesse est esse ipsam etc. Tex. c. 82.

QVAESTIO XXIX.

An materia prima sit per se Generabilis & corruptibilis.



HIc quæritur, vtrum materia prima sit per se corruptibilis & generabilis. Et arguit primo q sic: quia illud quod est pars compositi per se generabilis & corruptibilis est p se generabile & corruptibile. hæc videt esse manifesta. Sed materia prima est huiusmodi. ergo &c. Itẽ
G secundo, illud per quod alia sunt generabilia & corruptibilia est p se generabile & corruptibile. nã propter quod vnumquodq; tale & illud magis, Primo Posteriorũ: sed per materiam alia sunt generabilia & corruptibilia, vt patet in isto Primo & Septimo Metaphysicæ. quare &c. Tex. c. 81.
Item tertio, sicut se habet subiectum alterationis ad alterationem, sic se habet subiectum generationis ad generationem per conuenientem similitudinem: sed subiectũ alterationis est alterabile, vt omnes cõcedunt. quare &c. Tex. c. 22.
Item quarto, auctoritate Commentatoris in Primo huius capitulo. sic igitur nos dicamus. vbi sic dicit. In Com. 6. spermate quod sit homo est aliquid quod recipit formam hominis: & est illud quod in rei veritate dicitur generari. Constat autem quòd illud recipiens formam hominis est ipsa materia prima. ergo prima materia in rei veritate dicitur generari.
OPPOSITVM arguit auctoritate Arist. in ista parte.

CONCLVSIO

H Materia non est generabilis per se.

DIcendum breuiter q materia prima non est generabilis per se. quod probatur ratione Aristo. in litera, vt eam deducit Commentator. Nam si materia prima per se generaretur: tunc anteq̃ materia prima esset generata, ipsa esset: quod ẽ impossibile. Et patet consequentia. nam si materia prima generatur ipsa generabitur ex materia prima. Materia enim prima est primũ subiectum ex quo fit aliquid cum insit: modo materia prima omnium generabilium est vna numero, vt dicit Cõmentator & Aristo. igitur materia prima ex qua generabitur materia prima erit vna numero cũ materia quæ generabitur. Omne aũt quod est penit⁹ vnum numero cũ illo ex quo generaĩ est anteq̃ fit generatũ: cũ illud ex quo aliquid generaĩ sit anteq̃ fit generatum illud. Et confirmaĩ ista non remouendo quandam cauillationẽ. Nam si hæc pars materię signata generareĩ, tunc oporteret eam generari Conclusio

generari ex aliqua materia, tunc aũt illa materia præexistens esset penitus vna numero cum illa quæ generat aut alia. Si eadẽ penitus tunc illa materia quæ ponit generari fuit materia antequã fuerit generata. Si vero materia quę generatur ex hac portione materię non sit penitus eadem numero cum illa præexistente: sed alia sequuntur duo impossibilia. Primo, ꝙ duæ materiæ numero simul erunt in vno loco, s. illa, quę generatur, & ea ex qua ponitur generari: quod est omnino impossibile. Aliud est, ꝙ materia, quę ponit fieri ex materia præiacente reciperet in illa materia: illud enim, quod generatur ex aliquo, recipitur in illo vel secundum se totum, vel secũdum aliquam sui partem: impossibile est autem materiam primam, cũ sit primum subiectum, recipi in aliqua parte materię: quia tũc non esset primum subiectum. Item, cum illud, ex quo aliquid generatur, prius fuerit in potentia ad ipsum generatum materia præexistens erit in potẽtia ad materiam generandam: & tunc, cum potentia non sit nisi ad actum, sequitur, quòd materia generata sit actus: quod est vnum impossibile manifestum.

Rñsiones. AD primum argumẽtum dico, ꝙ licet prima materia sit pars compositi generabilis, non sequitur, ꝙ per se corrumpatur, sed per accidens & improprie, sm ꝙ in ea aliquid corrũpitur. vt, si diceretur dolium accrescere, qa aliquid, s. vinum accrescit in ipso, vt exemplificat Commentator. Ad secũdum dico, ꝙ illud, p quod alia sunt generabilia & corruptibilia formaliter, bene debet eẽ generabile & corruptibile, s. ipsum compositum uel forma: per materiã autem alia nõ sunt generabilia neq; corruptibilia formaliter, sed solum subiectiue. Ad tertiũ dico, ꝙ subiectũ alterationis est alterabile, i. alteratione subijcibile, sed non per alterationem acquisibile: similiter autẽ subiectum generationis est generabile, idest generationi subijcibile, sed non per generationem acquisibile. Et ẽt sic intelligendum est dictum Commentatoris, ꝙ materia recipiens formam est illud, quod in rei veritate generari dicitur, i. generationi subijci, nõ aũt generari, idest terminare generationem. Quid autem est illud quod per se & primo terminat generationem, inquirendum est.


Quæstionum super Primum de Physico Auditu, finis.

SVPER SECVNDVM LIBRVM DE PHYSICO AVDITV.

Tex. c. 1. Est igitur natura principiũ alicuius, & causa mouendi et quiescendi in eo in quo est, primũ, et per se, et non secundum accidens &c.

QVAESTIO I.

An Naturæ Definitio Bona ac Perfecta sit.



Væritur hic, vtrum definitio naturæ sit bona. Et probatur primo ꝙ nõ: quia absolutum non debet definiri p respectiuum, cũ definitio debeat esse ex prioribus: respectiuum autem non est prius absoluto, immo est posterius: sed natura est qd absolutum, s. forma & materia, principium autẽ est quid respectiuum, cum dicat ad principiatum, quare &c. Item secũdo, quãdocunq; inferius coniungitur immediate suo superiori est nugatio, vt dicẽdo, animal homo, sicut habet videri in Primo Elenchorum. sed sic est in ista definitione: quia dicitur ibi principiũ & causa, causa est quid inferius ad principium. Omnis enim causa est principium, sed non conuertitur Quinto Meta. capitulo de Principio. igit in ista definitione est nugatio,
Tex. c. 1. & talis definitio non est bona, Sexto Topico. quare &c.

A Item tertio, idem non est principium & causa oppositorum. idem enim, inquantum idem, non est natum nisi facere idem, Secũdo de Generatione: sed motus & quies Tex. c. 51.
sunt opposita Quinto huius: ergo natura nõ est principiũ Tex. c. 20.
motus & quietis. Itẽ quarto omnis bona definitio debet competere cuilibet contento sub definito, Sexto Topicorum: sed ista definitio non cõpetit omni naturæ: probatur primo, qa natura cœli non est principium quietis, cum ipsum cœlum perpetuo moueatur, Octauo huius. Tex. c. 81.
quare &c. Item quinto, forma substantialis grauis inanimati est quædam natura, vt manifestũ est: & ipsa non est principium mouendi & quiescendi in eo in quo est, s. in ipso graui: quia, si sic, tunc graue moueret seipsum: cuius oppositum vult Aristo. Octauo huius: quia hoc est Tex. c. 82.
proprium animalium. Item sexto, bona definitio non debet continere aliquod superfluum, Sexto Topicorum, & in Porphyrio. & Secundo Posteriorum. sed ista definitio cõtinet aliquod superfluum. cum enim omne, quod est
B primo tale, sit per se tale, vt patet Primo Posteriorum, videtur, postquã dictum fuerit ꝙ natura est primũ principium mouendi & quiescendi, ꝙ superflue ponatur per se: & similiter post ipsum per se superflue exprimitur, & nõ secundum accidens, quare &c.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Aristotelis & Commentatoris.

CONCLVSIO

Hæc naturæ definitio, Natura est motus & quietis principium in eo in quo est, primo & per se, & non secundum accidens, perfecta & recta est.

AD hoc est dicendum, quod illa definitio est bona, cuius oẽs particulæ conueniunt definito, & p ipsam notificatur distincte ipsum definitũ, & distinguitur ab omnibus alijs. hanc recipio pro manifesta. sed ista definitio est huiusmodi. Primo ꝙ sit principium motus & quietis eius in quo est, probat Aristo. quia na- Conclusio
turalia differunt à non naturalibus, s. ab artificialibus per Natura est principius mot⁹ & qe tis.
C principium motus & quietis existẽs in eis. artificialia. n. sm ꝙ artificialia sunt, nullum habent impetum mutationis innatum, i. nullum habent principium motus existens in eis, sm ꝙ artificialia sunt: sed naturalia, sm ꝙ naturalia sunt, necessario habent in seipsis principium aliqđ motus & quietis. & sic naturalia differunt à non naturalibus per principium motus existens in eis. sed naturalia, secundum ꝙ naturalia sunt, non differunt à non naturalibus nisi per naturam, ut manifestum est. ergo sequitur, ꝙ natura est principiũ per se motus & quietis in eo in quo est, scilicet in quo est ipsa natura, & ipse motus & quies. Et posset hęc declaratio sic reduci ad syllogismum. Illud, per quod naturalia, secundum ꝙ naturalia sunt, differunt à non naturalibus, est principium motus in eo in quo est motus & quies: sed natura est illud, per quod naturalia, secundum ꝙ naturalia sunt, differunt à non naturalibus, s. ab artificialibus: istæ præmissæ sunt manifestæ cuilibet
D bene disposito. quare &c. Quòd autem natura ipsa sit primum, i. principale principium intrinsecum motus & Natura est principale principius mot⁹ & qe tis.
quietis, hoc non multum declarat Arist. sed potest sic videri. Cum enim in rebus naturalib⁹ sint aliqua principia motuum & quietum instrumentalia: & quædam secundaria, scilicet qualitates naturales, quæ sunt earum virtutes, & quædam magis prima & principalia, s. substantiæ ipsarum, necesse est, ꝙ natura vel sit principiũ motus instrumentale & secundarium, vel principium, i. principale: sed non est dicendum, ꝙ natura sit principium intrinsecum motus solum secundarium & instrumẽtale: quia res naturalis, ut naturalis est, principaliter & primo habet eẽ & distinctionem ab alijs per naturam. Vnde omnino irrationale esset, quòd natura esset solum principium instrumentale & secundarium mouendi & quiescendi. ergo relinquitur ipsam esse primum, idest principale principium: dico intrinsecum mouendi & quiescendi. & potest sic ordinari syllogismus, Principium mouendi &

quiescendi secundarium, & organicũ solum non est principale principium intrinsecum essendi & distinguendi. Sed ipsa natura est principium intrinsecum principale essendi & distingnendi naturalia à non naturalibus, vt manifestum est: ergo natura non est principium motus solũ instrumentale: relinquitur ergo, q ipsa sit principale, & primum huiusmodi principium. ex hoc autem sequit q sit per se & non fm accidens. Consyderandum tamen est, q istæ duæ particulæ, s. per se & non fm accidens, nõ inutiliter subiunguntur post hanc particulam primum, nam per eas euidentius notificatur ipsa natura, & magis distincte. ista enim particula primum, distinguit naturã à virtutibus naturalibus rei naturalis, quę solum sunt principia instrumentalia motuum, vt grauitas in graui, & leuitas in leui: & calefactibilitas in calefactibili, & sic de cæteris. Et hæc particula per se, debet referri ad istam particulam, in eo in quo est: vt sit sensus, q ipsi naturæ per suã essentiam competit q ipsa sit in illo in quo est motus, cuius ipsa est principium. et in hoc distinguitur natura à mouente violentante, quod non est intrinsecum ei in quo est motus, cuius est principium, sed extrinsecum. vt patet in Tertio Ethicorum. Hæc autem particula, & non secundum accidens. licet comprehẽdatur satis in hoc, quod est per se, non tamẽ inutiliter exprimitur: quia per eius expositionem manifestius & euidentius distinguitur ipsa natura ab arte, quæ quodammodo est principium motus. Nã licet aliquę artes sint aliquando principia motuum in illis eisdem suppositis, in quib⁹ sunt huiusmodi artes, tamẽ hoc est per accidens, verbi gratia. medicina aliquãdo est principium medicationis in ipso medico in quo est medicina: cum scilicet ipse medicus infirmus existẽs per suam artem medicatiuam seipsum medicatur. sed hoc sine dubio est omnino per accidens. si enim arti medicatiuæ conueniret per se, q ipsa esset subiectiue in illo eodem in quo est motus, cuius ipsa est principium, tunc, cum nunquam medicatiua ars sit principium sanationis nisi in laborante (sanus enim non recipit motum medicationis:) sequeretur vtrũq, quòd medicus, in quo est ars subiectiuæ medicinæ, semper esset infirmus, cum ipse medicaretur, & quòd nunquam medicaretur infirmũ nisi seipsum: quod est absurdum. hoc igitur cõtingit arti medicatiuæ per accidẽs, scilicet q ipsa sit in illo eodem, in quo est motus cuius ipsa est principium. vt ergo euidentissime ostenderetur differentia inter naturam & artem, ideo Aristo. expressit & non secundũ accidens, supple ipsa natura est in illo, in quo est motus. et hoc est verissimum. nunquam enim natura solum per accidens est in illo, in quo ipsa causat motũ: ita q contingat motum & naturam, quæ est eius principiũ omnino separata esse: hoc enim est impossibile, quòd motus naturalis deorsum fit in aliquo, in quo nullo modo est natura grauis, quæ est principium talis motus: quemadmodum est possibile, q sanatio fit in aliquo subiecto, in quo nullo modo est ipsa ars medicinæ, quæ est principium sanationis. Et propter hoc dicit Aristo. q hæc separantur aliquando abinuicem, scilicet subiectum, in quo est ars, & subiectum in quo recipitur motus, cuius principium est ars. quod non contingeret, si per se essent cõiuncta. Et Commenta. dicit ibi dem, quòd artes innatæ sunt p se & primo agere in alia subiecta ab illis, in quibus sunt & sic sunt principia motuum in alijs. Et hoc intelligendũ est de artibus, è quibus proueniunt acta non solum actiones, vt dicit Commen. & ideo non valeret instantia de arte saltandi & de arte cantandi sine extrinsecis instrumentis: quæ videntur esse principia motuum in substantijs, in quibus ipsæ sunt. Consyderandum est, quòd huiusmodi artes, à quibus proueniunt actiones illæ, non sunt proprie & per se principia substantiæ mot⁹, sed modo motus. vt per artem saltatiuam non habet habens eam facere ipsam substantiam motus saltationis. cuius forte signũ est: quia ẽt sine arte aliqui saltãt, sed habet facere talẽ modum motus, vel saltem dispositionis, scilicet q velociter saltet & per longum spatium: aut q flectat tibias & erigat brachia, & huiusmodi cõditiones accidentales. Et adhuc, dato, q tales artes essent principia aliquorũ motuũ, non tamẽ sunt prima & principalia principia eorum, sed magis instrumentalia. & ideo nõ sequeretur quòd huiusmodi artes essent naturæ. sic igitur patet bonitas definitionis naturæ. Et est intelligendum vlterius fm Commen. q licet omnis natura sit principium motus in eo in quo est, hoc tamen diuersimode est in diuersis rebus naturalibus. Nam in aliquibus, s. in alterabilibus simplicibus, s. in elementis, quæ dicuntur simplicia per abnegationem mistionis, principium alterationis, & similiter generationis est fm materiam, i. principium intrinsecum est principium receptiuum, seu passiuum & non actiuũ: non enim inuenitur aliquod corp⁹ simplex quod alteretur ex se, s. actiue, vt ipse dicit: & multo minus quod generet se, vel quod habeat in seipso principium actiuum suæ generationis. qualiter hoc autem sit intelligendum, quæratur in quæstione de intrinsicitate mouentis naturalis. Sed in rebus augmentantibus, & etiam in mobilibus fm locũ; saltem aliquibus, principium intrinsecũ motus est secundum formam, i. vt credo, principium actiuum istorũ motuum est intrinsecum mobili: & hoc specialiter verum est de motu augmentationis. Animal enim & planta, conceditur habere virtutem & principium actiuũ suę augmentationis. vt patet in Primo de Generatione, & Secundo de Anima. Similiter animal habet in se principium actiuum sui motus localis: & non solum passiuum, inrantũ, q ex hoc dicitur mouere seipsum. sed vtrum graue inanimatum et leue similiter habent in se principium actiuum sui motus localis, & si sic, vtrum actiuum per se, aut solũ per accidens, hoc est valde magnum & difficile dubium, sed de hoc alias videbit, si Deo placuerit. Similiter dicit Cõmentator, animalia & plantę habent principiũ actiuũ quarundam alterationum intrinsecũ. sicut est de illis, quę accidunt animalibus ex eis, quæ contingunt corporibus eorundem. & forte intelligit Commẽ. q aliqñ species alt quæ terum, receptæ in organis corporis animalis, faciũt aliquas alterationes in ipso animali, sicut habet videri in de causis motus animalium. & cõtingit etiam, q, cum aliquod extrinsecum alterauerit partes exteriores corporis animalis, vt aer calidus aut frigidus, illæ partes alteratæ alterant alias interiores. sed hic motus non esset proprius animalibus: quia in elementis potest cõtingere, vt q vna pars aquæ calefacta calefaciat aliam. & sic in diuersis ipsa natura diuersimode est principium intrinsecum mot⁹. Et dicitur natura non omnino vniuoce principiũ. In omnibus tamen descriptionibus non potest quis facere plus isto, s. Aristo. vt dicit Commen. ita q quãuis natura non dicatur omnino vniuoce & vniformiter de omnibus naturis, tamen Arist. dedit ita bonam descriptionem cõem de ipsa, q nullus potest ponere meliorem.

Tunc ad rationes. Ad primam cum dicitur, absolutum &c. Dico, q illud, quod est penitus absolutum, & quantum ad suam essentiam, & quantum ad rationem subiecti qu intelligitur & significatur, non debet definiri per respectũ: sed quod est absolutum fm illud quod est, tñ intelligitur & significatur sub aliqua habitudine seu respectu, potest definiri per illum respectum. & sic est in proposito. nam licet natura fm sui essentiam sit quoddam absolutum, s. materia & forma substantialis, tamen hoc nomen natura significatur & intelligit in respectu et in habitudine ad motum & quietem: & iste respectus seu habitudo exprimitur per hoc, quod dicitur, principiũ & causa mouendi &c.

Ad secundam potest dici, quòd, si inferius immediate addatur superiori inutiliter, sic est nugatio, aliter nõ. mõ sic non est hic: quia dicit principiũ & causa ad significandum q non eodem modo, sed diuersis modis ipsa natura est principium & causa motus in diuersis rebus naturalibus, sicut patet ex prædictis à Cõmentatore sumptis.

Ad

Margin notes (left): Naturæ cõpetit p eẽs nã suam q sit &c. — Medicinæ conuenit p accidens e principium mot⁹ in illo in quo est. — Tex. c. 15. — Com. 3.

Margin notes (right): Com. 1. Natura ẽ diuersimode primũ motus in diuersis. — Tex. c. 14. — Tex. c. 37. — Rõnes. — Absolutũ põt definiri per respectum.

Idē pōt esse cā opposi-torum.

Ad tertiam dicunt aliqui, ꝙ idem nō est causa oppositorum eodem modo & æque principaliter: sed diuersimode potest esse & vnius principaliter & alterius secundario, i. mediāte primo, & sic est in proposito: natura enim est principium motus magis principaliter & primo, sed ipsius quietis non ita principaliter, sed mediante motu.

Sed hoc videtur repugnare definitioni quantum ad illam particulam primū. illa enim videtur determinare totum hoc, s. principium & causa mouendi & quiescendi, nisi quis diceret quòd natura bene est primum, idest principale principium quietis per respectum ad qualitates seu virtutes accidentales ipsius mobilis, quæ non sunt principalia principia motus & quietis. sed non est omnino primum principium per priuationem motus medij. Et sic diceretur, ꝙ licet natura non sit primū principium quietis æque primo & principaliter, sicut motus, tñ ipsa est primum, i. principale principium quietis respectu virtutum naturaliū accidentalium, ita, s. ꝙ prius & principalius est principiū qetis, q̄ sint hmōi virtutes. & hoc sufficit &c.

Aliter potest dici cum dicit, unum & idem nō est principium oppositorū. Verum est principium actiuū per se & immediatum, præcipue in subiecto eodē modo disposito: sed idem potest esse principium receptiuum oppositorum successiue recipiens ea: modo sic est intelligēda definitio, ꝙ natura est principium receptiuū motus & quietis, ita tamen, ꝙ ista non recipit simul, sed successiue, quãuis simul habeat aptitudines ad motū & quietē. Aliter dicunt aliqui, ꝙ duplex est quies. vna est quies in termino à quo, & ista bene opponitur motui, & sic non intelligitur ꝙ eadem natura sit principium motus & quietis, vt natura, quæ est principiū motus à sursum in deorsum, non est primum & per se principium quiescendi sursum. similiter autē & in alijs. Alia est quies in termino ad quē, & ista non dicitur opponi motui, sed est perfectio motus aut consequens ipsam perfectionem motus, vt habet videri in Quinto huius. & sic natura eadem est principium motus & quietis. nã eadem est natura, qua graue mouet deorsum, dum est sursum, & principiū, quo quiescit deorsum, dum est in loco deorsum. similiter aũt & in alijs.

Quies ē duplex.

Ad quartam dicunt aliqui, ꝙ ista definitio debet intelligi in his, quæ mouentur & quiescunt. vnde sic est intelligenda, natura est principium motus et quietis existens in eo, in quo est motus & quies &c. In illis autem, quæ solū mouentur, natura est principiū motus solum. corpus autem cœleste solum mouetur & nō quiescit. quare &c. Nec est irrationabile, quòd aliter definiat natura cœli, quàm natura istorum inferiorum: quia natura etiam nō dicitur vniuoce de istis & de illa, sed æquiuoce, vel analogice. nã corruptibili & incorruptibili substantiæ non est aliquid commune omnino vniuocum, vt patet in Decimo Metaphysicæ. Aliter dicũt aliqui, ꝙ in ista definitione debet accipi. Et, pro vel, ita ꝙ natura sit principium & causa mouendi vel quiescendi, ita tamen, ꝙ per istam disiunctionem circunscribitur quædam particula definitionis vna. Aliter potest dici, ꝙ natura cœli bene ē causa mouendi & quiescendi, eo modo, quo cōuenit quiescere ipsi cœlo, quamuis enim cœlum non quiescat quiete opposita motui locali de vno vbi ad aliud vbi, tñ quiescit quiete opposita motui locali de vno toto loco ad alium totū locum: nunquam enim totum cœlum mouetur de vno toto loco ad alium totum locum distantem, sicut animalia, quæ situ huiusmodi mouentur. Et forte ad istam intentionem dicit Philosophus in Octauo huius, ꝙ mouetur totum & quiescit omne, & hoc magis declarandum est in Sexto. Sed dices, quies est priuatio motus: vnde nihil quiescit qete opposita alicui motui, quo scilicet motu nō est natum moueri per illum motū, eo ꝙ priuatiue opposita nata sunt fieri circa idem: cœlum vero non est natū tali motu moueri. Et potest dici, ꝙ quamuis cœlum fm naturam propriam, qua cœlum est non habeat moueri tali motu, tñ non repugnat ei fm ꝙ corpus: quia tūc repugnaret omni corpori, cū ergo dicitur, ꝙ nihil quiescit aliqua quiete, nisi illud quod natum est moueri motu opposito illi quieti, posset dici, ꝙ verum est, vel cui non repugnat moueri tali motu ratione sui generis. non solum enim aliquid potest dici priuatum aliquo, quod natum est habere fm speciem propriā, sed potest dici priuatum aliquo, qđ natum est habere, i. quod non repugnat ei fm suū genus. vt docet Arist. Quinto Meta. cap. de Priuatione. vt talpa dicitur priuata oculis, quia licet fm speciem propriam non sit nata habere oculos, tñ nō repugnat ei ratione qua animal. similiter autem & in similibus. Et forte ista solutio debet sufficere, licet communiter non ponatur.

Tex. c. 26.

Tex. c. 76.

Obiectio.

Rñsio.

Tex. c. 27.

Ad quintam potest dici, ꝙ forma substantialis inanimati est principium motus in ipso graui, non quidē actiuum per se, sed solum passiuum, seu receptiuū. & ideo nō sequitur, ꝙ graue moueat seipsum proprie: qa quod mouet seipsum localiter debet esse diuisibile in per se mouēs, et per se motum. Vtrum autem hoc simul stet cum eo, ꝙ motus grauis deorsum sit naturalis, quæratur in quæstione de itrinsicitate motoris naturalis ad mobile. Quòd autem forma grauis sit principium motus ipsius receptiuū, & non actiuum per se, hoc videtur aperte dicere Arist. in Octauo huius in fine illius capituli. Sed accidit & hoc ab aliquo moueri: vbi ait loquens de grauibus & leuibus inanimatis, quod quidem igitur nihil mouet ipsum seipsum, manifestum est: sed motus principium habet nō mouendi nec faciendi, sed patiendi. Vtrum autem hoc verum sit & quomodo: debet inquiri super Octauum huius in quæstionibus de motore grauium & leuium inanimatorum. Est enim quæstio summe difficilis, & non est hic locus terminandi eam.

Tex. c. 12. Forma grauis ē principiū mot⁹ receptiuum.

Ad sextam rationem dicendum, ꝙ nō est superfluum post istā particulam, primum, subdere ꝑ se, propter causam prius dictā. Nam per istas particulas sic intellectas, vt expositæ fuerunt, manifestius & magis distincte manifestatur & declaratur essentia naturæ: & similiter de illa particula, & non secundum accidens. Item, ista particula primum, posset aliter exponi, vel intelligi q̄ exposita fuerit superius, vt sit sensus: ꝙ natura est principiū mouendi & quiescendi in eo in quo est, ita ꝙ primo & immediate, non mediante alio motu causat motum & quietem in eo in quo est, vel secundum actum vel secundum aptitudinem: & hoc dicitur ad differentiam motus, quem natura non potest causare in aliquo alio ab eo in quo est, vt graue cum mouetur deorsum, potest aliquid aliud mouere deorsum: sed natura ipsius grauis non erat primo, i. immediate principium illius motus, sed mediante motu, quem causat in illo in quo est, motus autem quem principiat in illo in quo est, causat & principiat immediate, i. nō mediante aliquo motu necessario præcedente. Et sic intelligendo definitionem, haberetur, ꝙ nūquam aliquod corpus mouet aliud corpus nisi ipsum prius moueatur. si.n. aliquod corpus per sui naturam prius moueret aliud corpus q̄ ipsum moueretur per suam naturam, natura eius prius & immediatius esset principium motus in alio q̄ in illo in quo est: quod non videť rationabile. De hoc tamē non dico ad præsens determinationem. Alia etiam particula & non secūdum accidens, potest aliter intelligi. Ad quod considerandum, ꝙ per se aliquando sumitur proprie, pro eo, quod est per sui essentiam. Aliquando sumiť magis large pro eo quod distinguitur contra indeterminatum, aut non necessarium: ita ꝙ cōmuniter diciť aliquod conuenire alicui per se, quod determinate & necessario ei conuenit. Vnde & Aristoteles in Primo Posteriorum capitulo, Si igitur demonstratiua scientia. dicit, quòd ea, quæ sunt per accidens, non sunt necessaria. & sic necessario non sunt per accidens per conuersionem negatiuæ. quare relinquitur omnia necessaria esse per se saltem communiter & large. Ne igitur quis putaret ꝙ natura sit principium &c. per se, fm ꝙ per se dicit idē quod determinatum & necessarium non per se proprie & ꝑ sui essen-

Natura immediate causat motū illo i quo ē.

Per se cap. dupliciter.

tiam: ideo subdidit Philosophus. Et non sm accidens, in quo dat intelligere ꝙ natura est principium mouẽdi &c. non solum per se large prout per se distinguitur contra indeterminatum: sed per se vere & proprie. s. per sui essentiam: & hoc est verissimum. Nã ipsa natura per sui essentiam immediate hoc habet ꝙ sit apta nata esse principiũ motus &c. licet actu non sit principium motus & quietis nisi mediantibus aliquibus naturalibus potẽtijs accidentalibus actiuis & passiuis saltem in istis inferioribus naturis. Vtrum autem natura mouens cœlum moueat immediate per suam essentiam aut per virtutem: aut per cognitionem diuersam realiter à sua substantia bene est inquirendum: sed hoc ad præsens non discutio. Sufficit aũt nũc definitionem naturæ esse bonam & nullam negationem nec superfluitatem continere: licet particulę positę in ea multum videantur propinquę.

Tentare autem demonstrare naturam esse ridiculum est.

QVAESTIO II.

An Naturam Esse quoquo modo Demonstrari possit.



QVæritur hic vtrum naturam esse possit demonstrari. Et arguitur primo ꝙ sic. quia illud quod est notũ per aliud potest demonstrari per aliud, hoc est euidens: sed naturam esse est notum per aliud. s. per esse naturaliũ rerum. sicut enim cõpositum est notius simplicibus cõponentibus ipsum, sic esse compositi notius est q̃ esse simplicium partium suarum. Vnde cum natura sit quoddã principium simplex ex quo res naturales componuntur, videtur ꝙ notius sit esse rei naturalis q̃ esse naturæ. quare sequitur ꝙ naturam esse potest demonstrari. Etiam sicut natura cognoscitur per motum, vt patet ex eius definitione, sic naturã esse cognoscitur per motum esse, & sic naturam esse potest demonstrari. Item secũdo, illud circa quod contingit errare potest demonstrari: hæc videtur esse nota de se, & habetur Primo Posteriorũ. Sed circa hoc quod est naturam esse aliqui errauerunt: negantes enim motum esse negauerũt naturam esse: cum natura sit principium motus. quare &c. Item tertio si principium magis notum potest demonstrari: & principium minus notum poterit demonstrari. Sed principium notius potest demonstrari. quia principium primum complexum est notissimum omnium principiorum, vt patet Quarto
Tex. c. 8. Metaphysicæ. & tamen Arist. in eodem quadrupliciter ipsum demonstrat, cum ostendat ipsum ex necessarijs & veris propositionibus. Omnis autem syllogismus ex necessarijs est demonstratiuus. vt docet Aristo. in Primo Posteriorum capitulo. Si igitur demonstratiua scia &c. Item materiam esse potest demonstrari. vt patet in
Tex. c. 80. Primo huius: modo materia est natura. vt patet Secun-
Tex. c. 12. do huius. quare & cætera.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Aristo. qui dicit ꝙ tentare naturam demonstrare &c.

CONCLVSIO

Falso nonnulli & apparenter Naturam esse demonstrare conati sunt; hoc enim indemonstrabile est.

Opinio prima. Demõstrari q̃ pñt.

DE quæstione intelligẽdum, ꝙ aliqui & magni dicunt ꝙ multum differt dicere aliquid nõ posse demonstrari, & debere demonstrari. Demonstrari enim potest, vt dicunt, omne illud quod potest concludi ex necessarijs per se & notioribus, saltem demõstrationẽ quia. Item demonstrari potest demonstratione ad impossibile omne illud cuius opposito falso est aliquid notius in falsitate. Vnde cum oppositum primi cõplexi sit notius in sua falsitate omnibus alijs falsis: quemadmodum ipsum primum complexum est notius in sua veritate omnibus alijs veris. idcirco omnia alia principia complexa ab ipso primo principio complexo possunt demon-

E strari demonstratione ad impossibile. Illud autem solũ debet demonstrari quod est ignotum & dubium: & hoc pulchre docet Linconiensis in Primo Posteriorũ in principio. vbi dicit. ꝙ non docetur neq; addiscitur: nec per consequens demonstratur: nisi illud quod cum primo concipimus est nobis dubium vel apparet falsum. Tunc dicunt duo ad quæstionem. primo ꝙ naturã esse potest demonstrari: & demonstratione ostensiua & demonstratione ad impossibile, secundo quòd naturam esse non debet demonstrari. Primum ostenditur ratione prætacta: quia naturam esse potest syllogizari ex propositionibus veris necessarijs & per se & notioribus. vt si sic arguatur: motus est: sed motus non potest esse nisi natura sit. quare natura est. Vel formetur sic & melius. Si motus, est natura est. sed mot⁹ est: ergo natura est: maior notificabitur sic. si principiatũ à natura est, ipsa natura est. hoc est euidẽs. Sed si motus est: principium à natura est, probatio. quia cum natura sit principium motus, sequitur ꝙ motus est

Demõstrari q̃ debẽt.

Conclusio prima probabiliter.

F principiatum à natura. & sic si motus est principiatum à natura, est: ergo si motus est natura est. Item entia naturalia sunt: sed naturalia entia non possunt esse nisi per naturam. quare &c. Et istę sunt demonstrationes ostẽsiuę.

Item ad impossibile dupliciter. Primo sic. natura non est: sed si natura non est, motus non est. quare motus non est: & hoc est falsum impossibile notius q̃ naturã nõ esse.

Item sic. supponendo ꝙ motus est: quia sensui bene disposito & sufficienter appropinquato & medio bene dispositio apparet motus. Tunc arguitur sic. natura non est. hanc ponit aduersarius. Sed si natura non est motus non est. hæc recipitur & coassumitur vt vera: ergo motus nõ est: sed supponebatur motum esse. quare motus est, & nõ est: quod est contra primam dignitatem. Secundum ostenditur. quia illud complexum non debet demonstrari quod non est occultum nec dubium nec apparet falsum terminis eius intellectis: hoc satis patet in Primo Poste-

Conclusio secũda probabiliter.

G riorum: & præcipue auctoritate Linconiensis præallegata. Sed intellecto quid dicitur nomine naturæ & quid nomine motus non est dubium nec occultum nec apparet falsum naturam esse vt manifestum est. quare &c. Sed salua reuerentia sic dicẽtium ista positio videtur mihi dubitabilis quantum ad primam cõclusionem, scilicet ꝙ naturam esse possit vere demõstrari. Quia in omni vera demonstratione siue sit quia, siue propter quid ambę præmissę debent esse notiores conclusione. sicut patet ex Primo Posteriorum. aliter enim non facerent scire: modo in rationibus prædictis ambę præmissæ non sunt notiores conclusione. vt patet diligenter consyderanti. Nam licet in prima ratione prima propositio forte sit notior, scilicet ista. motus est: tamen secunda, scilicet ista. motus non potest esse sine natura: nõ est notior quàm naturam esse: nec potest probari nisi accipiendo aliquam minus notam quàm naturam esse, vt si acciperetur sic. Si principium non est principiatum non est; sed natura est principium

Reprobatio opinionis.

H motus, sine dubio ista videtur esse minus nota quàm naturam esse vel saltem non magis nota. quare & cætera.

Et similiter instari potest contra duas rationes ad impossibile præinductas. Etiam contra secundam rationem cũ dicitur, si entia naturalia sunt: si cõcederetur ista est notior quàm naturam esse: tamen alia non est notior, s. ista, entia naturalia nõ possunt esse sine natura vel nisi per naturam, immo notius esse videt naturam esse quàm ipsam esse principium naturalium vel saltem non minus notum. Et sic cum demonstratio debeat esse ex ambabus notioribus conclusione demonstranda. aliter enim non notificaret eam, videtur quòd naturam esse non potest proprie prædictis argumentationibus demonstrari.

Et forte posset responderi ad hãc dubitationem ꝙ sufficit demonstrationi vt sit ex notioribus quo ad naturã: licet non semper sit ex prius notis nobis: sicut patet in demonstrationibus naturalibus quæ sunt propter qd idest per causas, istę enim non sunt ex prius notis quo ad nos

Responsio, ad reprobationem primę opinionis.

cum

cum effectus naturales sunt notiores quo ad nos suis causis, vt patet in primo huius. Modo ista propositio, si motus etiam natura est, vel natura est principiũ motus: quãuis nõ sit notior quo ad nos q̃ ista propositio natura est: tamen est notior quo ad naturam, quia motum esse vel naturam esse principium motus est causa finalis huius ꝙ est naturã esse: ad hoc enim ordinatur esse naturę, vt motus sit, vel vt ipsa sit principium motus: & sic prędictę demonstrationes procedunt ex causa: & per consequẽs ex notioribus naturę: ideo sunt bonę demonstrationes. Et est aduertendum ꝙ aliquid esse notius nobis, vel quo ad nos, dupliciter potest intelligi. Vno modo ꝙ cognitio ei⁹ præcedat in nobis cognitionem alterius via generatiõis. et hoc modo forte effectus naturales sunt prius nobis noti. Alio modo dicitur aliquid nobis prius notũ, quia eius cognitio prior est via dignitatis & perfectionis q̃ cognitio alterius: & hoc modo causa est nobis prius nota suo causato. Vnde Commenta. in Secundo de Anima. & in primo huius dicit, ꝙ cognitio alicuius per suam causam perfectior est q̃ per suam essentiam tantum. Cum ergo dicitur ꝙ demõstratio debet esse ex notioribus, idest ꝑus notis: si intelligitur ex prius notis nobis, intelligendũ est altero modorum prioritatis, s. ꝙ est ex talibus quorũ cognitio prior est in nobis vel prioritate perfectiõis vel generationis. Si igitur naturam esse principium motus est causa finalis eius quod est naturam esse, tunc prædicti syllogismi possunt concedi esse demõstrationes propter qd. & si sic intelligitur prima conclusio, concedimus eam. Si autem naturam esse principium motus, vel ipsum motũ esse, nullam causalitatem haberet super illud quod est naturam esse, tunc nõ bene video qualiter isti syllogismi essent demonstratiui: nisi quis diceret ꝙ ad demonstrandũ oculta vel dubia bene oportet vtranq; propositionẽ esse notiorem nobis. Sed ad demonstrandum, i. ad confirmãdum ea quæ sunt manifesta & non dubia nec occulta: sufficit vti vna ꝑpositiõe notiori. Declarata ergo sunt duo, primo ꝙ naturam esse potest demonstrari. Secũdo ꝙ nõ debet demonstrari.

Notius esse aliqd quo ad nos intelligitr dupliciter.

Comen. x.
Comen. i.

Et est consyderandum ad pleniorem intellectũ huius secundę conclusionis: ꝙ aliquid docetur demonstratiue duobus modis. Vno modo per scripturam. Alio modo per exprę̃ssum sermonẽ: & hoc pulchre dicit Lincoñ. super Primo Poste. Non solum voco doctrinã quod ab ore doctoris audimus: sed scripturam etiam loco doctoris accipio: et quamuis quantũ ad vtrãque doctrinam oporteat discipulum in mente sua siue in anima præcognoscere quid nominis passionis & subiecti, & quia est subiecti & dignitatis, tamen non semp est necesse nec conueniens ꝙ ipse doctor siue doceat verbo & sermone siue scriptura præordinet expressę vel pręscribat quid nominis passionis vel subiecti: nec quia est subiecti vel dignitatis: vt ꝙ ipse scribat vel dicat tale nomẽ significat talem passionem vel tale subiectum: & ꝙ tale subiectum existit. Cum enim omnibus intellectu bene dispositis: notum est significatum alicuius nominis vel esse alicuius subiecti vel dignitatis, superfluũ esset illud ꝑordinare scribendo vel loquendo: ve ꝙ aliquis præordinaret quid significat hoc nomen caliditas vel frigiditas: vel quod ipsa caliditas sit: & sic de cæteris. modo intellectus sicut & natura nihil debet facęre ociosum: & ꝑpter hoc dicit Lincoñ super Primo Posteriorum cap. de comparatione demonstrationum. ꝙ mos est Philosophorum ponere verba ad immitationem naturæ quę non facit pluribus instrumentis quod potest facere vnico instrumẽto. Similiter autem & eadem ratione cum aliquod complexum sit notum & manifestum: & terminis intellectus nõ potest esse dubium, nec apparere falsum: non debet doctor illius scientię conari & laborare ad demonstrandum illud complexum. Et ꝙ vera sint prædicta manifeste docet Aristo. in Primo Poster. cap. difficile autem est cognoscere si scimus aut non. in ista particula. Quasdam tamen scientias nihil prohibet quædam eorum despicere

Doctrina demõstratiua duplx.

A secundum lecturam Lincon. Et vide ꝙ illam sententiam quæ posita est in solutione quæstionis signauit Arist. in suo sermone cum dixit. tentare &c. Tentare enim solet esse respectu difficilium quæ difficile est & laboriosum facere. vnde cum ipse non dicat simpliciter ꝙ ridiculum est demõstrare naturam esse, sed tentare demõstrare: in hoc videtur innuere ꝙ naturam esse potest demõstrari modo prædicto: sed tamen ridiculum est tentare tãquam sit difficile & laboriosum demonstrare naturã esse. Et hoc etiã significat litera quæ sequitur: manifestum enim ꝙ huiusmodi rerum sunt multa, s. quæ mouentur & quiescũt. vnde si quis aliter tentet demonstrare naturam esse ipse procedet ex minus manifestis: & hoc est contra rationem: et per consequens reprehensibile & derisibile: demonstrare enim manifesta per immanifesta non potenti[illegible]

Vlterius consyderandum ꝙ homines inueniuntur dupliciter dispositi & idonei secũdum intellectum: quidam enim bene sunt dispositi & idonei ad Philosophiã & isti

Prop õnes p se notas oportet q̃n que male dispositis ꝓbare.

B recipiunt propositiones per se notas eo modo quo recipi debent, s. sine rõcinatione expressa. Alij vero sunt male dispositi secundum intellectum vel ex natura vel ex cõsuetudine vel ex vtroque vel ex defectu exercitationis: & isti aliquando non recipiunt bene propositiones per se veras & notas sed negant eas aut petunt eas demonstrari: & tale genus hominum nunquam potest philosophari. vt dicit Commẽ. hic. et apud tales vt eis satisfaciat vtitur Aristo. quandoq; quibusdam deductionibus & propositionibus famosioribus vel simpliciter vel apud illos qui sic sunt dispositi: & hæc est doctrina Cõmẽ. super Secundo Physi. cap. dicendum igit̃ primum versus finem.

Comen. s.

Comẽ. s1.

Per prædicta patet ad rationes. Ad primam concedo ꝙ naturam esse potest demonstrari modo prædictos sed nun debet demonstrari ex intentione & per se tanq; sit difficile & laboriosum. Vnde sic intelligo, ꝙ si aliquis vel sermone vel scripto promitteret alicui: discipulo bene idoneo & disposito docere philosophiam naturalem:

C ipse non teneretur in libro suo scribere demonstrationẽ ad demonstrandum istam conclusionem, s. naturam esse: nec similiter si verbo doceret non teneretur exprimere talem demonstrationem. Si tamen aliquis minus bene dispositus vel male negaret naturam esse posset ei demonstrari. Et per hoc patet ad secundam rationem.

Ad tertiam dico breuiter ꝙ primum principium non demonstratur aliqua vera demonstratione: sed solum demonstratione secundum quid. s. elenchica seu redargutiua quæ procedit ex cõcessis ab aduersario & nullo modo ex vere notioribus nec simpliciter nec alicui. vt patet ibidem: & cum dicitur ꝙ omnis syllogismus ex necessarijs est demonstratio: verum est ex necessarijs notioribus conclusione & non aliter.

Ad quartam cum dicitur materiam esse &c. potest dici ꝙ ibi est fallacia accidentis. Nam ipsi materiæ extraneũ est ꝙ sit natura respectu huius attributi quod est de-

D monstrari esse. Vnde nunquam materia demonstrat̃ sub ratione esse qua natura, sed sub ratione qua materia: & hoc non est remotum ꝙ aliquid demonstretur esse sub vna ratione speciali & non sub alia communi & nota ratione. Et est consimile argumentum, vt si diceretur: ceru⁹ demonstratur esse vel aliquod aliud animal cuius esse nõ est notum, sed certũ est esse aĩal: ergo animal demõstratur esse. Vel sic. deus demonstratur esse: sed deus est ens: ergo ens demonstratur esse: & si isto est melius exẽplũ: inquire melius. Dubitant aliqui, quia eadem via inuestigatur si est & quid est. vt Arist. vult Sexto Metaphy. Constat autem ꝙ quid est ipsius naturę inuestigatur. vt patet in litera. Et potest dici ꝙ eadem via demonstratiua & à priori inuestigatur si est & quid est: sed non est necesse si quid est inuestigatur aliqua via non demonstratiua ꝙ propter hoc demonstretur si est siue ipsum esse: nunc autem ipsum quid est naturę non demonstratur ibi de natura. Quia ibi dicit Com. ꝙ per syllogismos hypotheticos

Tex. c. s.

cos

eos nullum ignotum declaratur omnino, s. demonstratio
ne simpliciter: sed vtimur eis ad confirmandũ aliqua ma
nifesta per se, supple bene dispositis, quæ tamen indigent
modicula declaratione propter non bene vel minus bene
dispositos. Nunc autem Aristo. ad inquirendum diffini-
tionem naturę vtitur syllogismo quodam hypothetico:
quod potest sic videri. Si naturalia differunt à non natu-
ralibus per principium motus & quietis in eis: & natura
est id per quod naturalia differunt à non naturalibus: se-
quitur ꝙ natura est &c.

Tex.c.7. Videtur autem natura & substantia eorum,
quæ natura sunt, quod primum inest vnicuiꝙ
non formatum per se ipsum, vt lectuli natura
lignum, statuæ autem æs &c.

QVAESTIO III.

An Materia & Forma sint Natura.



HIc quæritur, vtrũ materia, & forma sint na-
tura. Et arguitur primo de materia ꝙ nõ
sit natura: quia quod demonstratur esse, &
potest & debet demonstrari esse, non est na
tura: hoc patet ex præcedẽti quæstione. sed
Tex.c.60. materia demonstratur esse, vt patet in Primo huius, et in
de substãtia Orbis: quare &c. Item secundo, quod est
in potentia ad naturã non est natura: sicut quod est in po-
tentia animal non est animal. sed materia est in potentia
ad naturam: est enim ens potentia ex Primo huius. & Se-
Tex.c.81. primo Meta. quare &c. Item tertio, quod est in poten
Tex.c.81. tia ad ens non est ens, & per consequens non est natura.
quia natura debet esse ens: sed materia est in potentia ad
ens, quia est in potentia ad esse: ens autem et esse sunt idẽ,
Tex.c.1. vt capitur ex Quarto Meta. quare &c. Deinde quar-
to arguitur de forma: ꝙ ipsa non sit natura. quia quod ac
cidit naturę non est natura. hoc est euidens. Sed forma ac
cidit naturæ, s. materię cum possit ei adesse & abesse præ
ter corruptionem subiecti, s. materię. quare &c. Item
Tex.c.61. quinto. si materia & forma est natura: tunc vnius rei na-
Tex.c.12. turalis erũt plures naturę, cum vnius rei naturalis sit ma
teria & forma, vt patet in Primo huius, et Secũdo. Sed in
conueniens videtur ꝙ vnius rei naturalis sint plures na-
turę sicut plurium rerum naturaliũ sit vna natura, quia
etiam vna res naturalis esset plures. quare &c. Itẽ sex-
to. quod est ens absolutum nõ est natura: quia natura est
quid respectiuum cum sit principium & causa. Sed for-
ma est quoddam absolutum, cum sit substãtia: loquimur
enim de forma substantiali, quare &c.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Aris. in isto cap.

CONCLVSIO

Et si tam materia quàm forma sint natura, forma tamen
verius & prius natura est quàm materia.

AD quæstionem reducendum est ad memoriam,
quid sit materia prima, & quid forma substantia-
lis, & quid natura: & quia ista sunt satis nota pa-
Conclusiones tres. cõclusio pria probabilr. rum etiam exercitatis, ideo pertranseo & dimitto istã de
scriptionem. Et dico ad quæstionem tria. Primo, ꝙ ma
teria ẽ natura. Secũdo, ꝙ forma est natura. Tertio ꝙ for-
ma magis. i. verius & p prius est natura q̃ materia. Pri
mum potest ostendi ratione, quam ponit Arist. in litera.
quam etiam posuerunt quidã antiquorum. Quia sicut se
habet materia rei artificialis ad rẽ artificialẽ, sic materia
rei naturalis ad rẽ naturalẽ. hæc videt̃ satis manifesta p
cõuenientem similitudinem. nam sicut in lectulo, qui est
res artificialis, est aliquid aliud subiectum pręter ipsam
formam lectuli, & similiter in statua & in alijs rebus arti
ficialibus, sic in ære & auro, & in alijs rebus huiusmodi
naturalibus videtur esse aliquid aliud pręter formas isto
rum. sed materia rei artificialis est substantia ipsius, vt li-
gnum est substantia lectuli & natura, similiter autem &

E in alijs. Quod probabãt antiqui & specialiter Antiphõ,
per hoc signum: quia, si lectulus cadit aut ponatur in ter
ram, & per putrefactionem accipiat potentiam germinã
di & generandi, non generabit lectulum, sed lignũ, & sic
materia rei artificialis est illud quod generat sibi simile,
non autem eius formam: tale autem est natura & substã-
tia rei: manifestum est igitur, ꝙ materia rei artificialis est
eius substantia seu natura, & per consequens materia rei
naturalis est ipsius natura. Sed aduertendum, ꝙ antiq
plus extenderunt istam rationem q̃ deberent: quia per
eam non solum putauerũt, ꝙ materia rei naturalis sit na
tura & substantia, sed ꝙ sit tota substantia rei naturalis:
quemadmodum enim materia rei artificialis est eius tota
substantia & forma est accidens inductum ab arte, sic pu
tauerunt ꝙ ipsa materia esset tota substantia rei natura-
ris, & omnia alia, quæ sunt in re naturali essent dispositio
nes accidentales. Vnde ignorauerunt formam substan-
tialem & veram materiam primam, quæ est ens de se pu
F ra potentia passiua, vt patet in diuersis locis philosophiæ
Arist. Sufficit tamen hæc ratio ad manifestãdum, ꝙ hoc Confirmat
nomen natura dicitur de materia. Sed posset aliter confir pbatio pri-
mari: quia quod est principium motus & quietis in eo in ma conclu
quo est primum per se & non fm accidens, illud est natu sionis.
ra per diffinitionem naturę: sed materia prima est hmõi:
quare &c. probatio istius. cum enim sit aliqua transmu-
tatio substantialis, in qua mutatur nomen & definitio, s.
generatio & corruptio, non potest huic transmutationi
primo & principaliter subijci ens, actu simpliciter, fm ꝙ
est ens actu. quia tunc forma, quæ acquireretur, non da-
ret esse simpliciter, & per consequens non esset forma
substantialis, sed accidentalis: & sic non mutaretur verũ
nomẽ, i. res nominata, nec diffinitio. relinquitur ergo, ꝙ
huiusmodi transmutationi subijcitur primo & principa-
liter, & per consequens per se, & non fm accidens aliqđ
ens de se pure in potẽtia, & hoc est materia p̄ma. et sic pa
G tet ꝙ materia prima est principium mouendi motu gene
rationis. & similiter quiescendi sub forma generata pri-
mum. quare &c. Secũdum declaratur: quia illud, sine Conclusio
quo nulla res est naturalis simpliciter & actu, & illo habi secunda p-
to statim est res naturalis simpliciter & actu, videtur es- batur.
se natura rei naturalis. hoc est notum. sed sine forma sub-
stantiali nulla res est naturalis simpliciter & actu, & ha-
bita forma substantiali, statim est res naturalis simplici-
ter & actu, quod sic declarat Phylosophus. Sicut enim
ars se habet ad illud, quod est fm artem, siue artificiale. si
militer se habet natura ad illud, quod est fm naturam, &
naturale: ista est conueniens similitudo, & forte erat fa-
mosa apud antiquos. sed nulla res dicit̃ artificialis vel fm
artem simpliciter & in actu anteq̃ habeat formam artifi
cialem, & tunc dicitur res artificialis, cum habet formam
artificialem. vt non dicitur aliquid lectulus, quamdiu so-
lum est in potentia ad formam lectuli, similiter autem &
H in alijs. vnde similiter nulla res dicitur talis res natura-
lis, antequam habeat formam talis rei actu. vt cum ali-
quid est caro solum in potẽtiã, sicut panis vel sanguis, nõ
simpliciter & actu dicitur caro, sed tunc primum, cũ for-
mam carnis habet. quare &c. Item illud est natura rei
naturalis, per quod principaliter generat sibi simile: hoc
est euidens etiam fm antiquos. per hoc enim probabant
materiam rei artificialis esse eius substantiam, & formã
eius non esse naturam & substantiam, quia, s. materia ge
nerat simile sibi & non forma, vt patet per signum An-
tiphontis prius dictum. sed res naturalis generat sibi simi
le per formam, per quam est id quod est, vt homo fit ab
homine, quare &c. Item generatio dicitur natura pro Gñatio dr
tanto, quia est via in naturam, aliter enim est de genera- natura.
tione naturali, & de artificiali transmutatione: quia trans
mutatio artificialis aliquãdo denominatur ab agẽte suo,
& non ab illo in quo est, vt in terminum ad quem, sicut
medicatio non dicitur via in medicationẽ, sed denomina
tur ab ipsa medicina: transmutatio vero naturalis dicit̃ et

denominatur

denominatur à termino ad quem semper, non aũt ab illo à quo. vt si quid transmutatur à nigredine in albedinem, non dicitur denigrari, sed dealbari: similiter autem & in aliĳs. & similiter generatio naturalis dicitur natura, quia est via in naturam: cõstat autem q generatio est via in formam: ergo forma est natura. & hæ sunt rationes Ari. in litera.

Conclusio tertia probatur.

Tunc declaratur tertium: illud, per quod res naturalis est ens actu simpliciter, magis est natura, q̃ illud per quod est in potentia. nam vnumquodq; tunc dicitur esse simpliciter, cum est actu, & magis q̃ cũ est potentia. vt dicit Arist. in litera. sed constat q res naturalis est ens actu simpliciter per formam, per materiam autẽ est ens in potentia. quare &c. Sic ergo determinata sunt tria prima &c.

Rñsiones.

AD primam rationem in contrarium, cum dicitur q̃d demonstratur &c. potest interimi, & cum probatur, quia naturam esse non debet demonstrari, verum est sub ratione qua natura est, ita q teneatur demõstrari hęc propositio, natura est. sed aliquid quod est natura sub aliqua speciali ratione cõsyderatum bene potest demõstrari. sic aũt est in proposito, vt prius patuit. non. n. demonstratur materiã esse, vt natura est, sed demonstratur esse vt materia, sub ratione propria, qua est ens in potentia.

Ad secundam cum dicitur, q̃d est in potentia &c. verũ est, si est in potentia ad omnem naturam. sed materia nõ est in potentia ad omnem naturam, sed solum ad naturã, quæ est actus, ad naturam autem potentialem non est, ꝓprie in potentia remota, immo est ipsamet.

Similiter ad tertiam, materia enim non est in potentia remota ad q̃dcũq;, sed ad ens actu, & tale põt eẽ natura.

Ad quartam dico, q forma proprie non accidit naturæ materiæ, quia accidẽs debet habere subiectũ ens actu principaliter, materia autem quæ substat formæ substãtiali principaliter, nõ est ens actu de se sm q est subiectũ. Et cũ dicitur, q forma adest et abest &c. dico, q debet intelligi præter subiecti actu existentis corruptionem.

Ad quintam dico, q vnius rei naturalis esse plures naturas actu simpliciter, impossibile est: sed non est remotum, quin vnius rei naturalis, sint plures naturæ, quarũ vna est potentia & alia est actus. nam ex talibus ꝓprie & simpliciter fit vnum, vt docet Aris. in Secũdo de Anima. cuius ratio est. quia illa constituunt vnũ & non sunt simpliciter plura & diuersa, sed sunt illa, quorum vnum solum est ens, & vnum proprie, & alterum non est simpliciter ens, nec simpliciter vnũ. Ad hoc enim q aliqua sint proprie plura requiritur, vt quodlibet illorum sit ꝓprie ens & vnum, nunc autem ens & vnum, cum multipliciter dicantur, q̃d proprie est, actus est, et ipsa materia prima, vt sic, proprie & simpliciter non est ens, nec vnũ. Et ideo compositum ex materia & forma non est nisi ens vnum simpliciter ꝑꝑ vnitatem existentem in forma, vt dicit Comment. Et, cum dicitur, q sicut plurium rerum naturalium non est vna natura &c. Dico q plurium rerum naturalium non est vna natura simpliciter actu & specifica, tamen omnium rerum naturalium generabilium bene est vna natura ens in potentia pura, s. prima materia, vt patuit in Primo huius. & sic vnius rei possunt esse plures naturæ, quarum vna est potentia, & alia est actus: & istæ non sunt proprie plura entia. vtrum autem vni⁹ substantiæ naturalis possint esse plures naturę, quę sunt formæ substantiales, ad p̄sens non determino, sed forte alias videbitur.

Tex. c. 7. Ex potẽtia & actu fit simul vnũ

Forma substantialis est naturam.

Posset iterum declarari formam substãtialem esse naturam per diffinitionẽ naturæ, quia, s. est principium primũ, i. principale motus & quietis in eo in quo est. quod probatur. cum enim illud sit principium mouẽdi & quiescendi, per quod naturalia differunt à non naturalibus, illud principaliter debet esse principium mouendi & quiescendi, per quod principaliter differunt naturalia à non naturalibus. certum autem est, q & licet ꝑ naturam quamlibet differunt naturalia à non naturalibus per comparationem ad accidentia, tamen comparando

A materiam ad formam substantialem, principalius distinguuntur naturalia à non naturalibus per ipsam formam q̃ per materiam: forma enim & actus proprie separat & distinguit, vt patet Septimo. quare &c.

Ad sextam, cum dicitur, illud quod &c. verum est, si sit omnino absolutum, ita q nec per suam essentiam, nec per aliquid sibi additum sit respectiuum: si tñ sit absolutum sm illud quod est & per aliquod accidens referatur, non oportet. Modo, forma substãtialis sm suam essentiã bene est quid absolutum à respectu relatiõis cum ipsa sit substantialiter substantis: tamen per aliquid supperadditum suæ essentiæ est quid respectiuum & relatum, s. per respectũ principiationis seu causalitatis super ipsum motum: & hoc sufficit. Sic enim dicebatur naturã esse quid respectiuum, s. quantum ad rationem formalem, à qua sumitur intellectus eius & nomẽ: licet sm se, & sm id quod ipsa est, sit quid absolutum: quare non valet. Tex. c. 7.

B Quoniam autem determinatũ est quot modis dicitur natura, post hoc speculãdũ est, quo modo differt Mathematic⁹ à Physico: etenim plana & firma habent physica corpora & magnitudines & longitudines & puncta, de quibus intendit Mathematicus &c. De his quidẽ igitur negociatur Mathematicus, sed non inquantum physici corporis termini est vnumquodque &c. Tex. c. 16. & 17.

QVAESTIO IIII.

An omnia Mathematicalia à sensibil'ib⁹ sint Abstracta.

CIrca istud capitulũ primo q̃ritur, vtrũ entia mathematicalia sint abstracta à sensibilib⁹.

C Arguitur primo q non, quia quæ sunt spunita & coniuncta sensibilibus non sunt abstracta ab eis. abstractum enim idem est q̃d separatum: & nihil est coniunctum cum aliquo, & separatum ab eo simul: sed entia mathematicalia, s. numeri, & magnitudines sunt coniuncta cum sensibilibus, s. cum calido, frigido, humido & sicco, vt omnes concedũt: quare &c. Item secundo, quæ sunt per se sensibilia, nõ sunt abstracta à sensibilibus: nihil enim est abstractum à seipso. sed entia mathematicalia sunt per se sensibilia, cũ sint sensibilia cõia, in Secundo de Anima. quare &c. Item tertio, actus non est abstrahibilis ab illo cuius est act⁹, vt satis habetur in Secundo de Anima, & Octauo Meta. sed entia mathematica sunt actus sensibilium. probatur: quia entia sunt actus illorum, in quibus semper inueniuntur. Consimili enim maiore vtitur Arist. in Tertio Phy. ad probandum, q motus est actus entis in potentia. sed constat q ista mathematica semper inueniuntur & sunt in sensibilibus, & nunquam sunt nisi in sensibilibus. vnde in substantĳs insensibilibus omnino, sicut sunt intelligentię, nunquam sunt nec inueniuntur magnitudines, nec numeri accidentales, cum nulla habeant accidentia secũdum Cõmẽ. Duodecimo. Metaphy. quare &c. Item quarto, quæ non abstrahunt à motu non sunt abstracta à sensibilibus, cum motus sit per se sensibilis, Secundo de Anima: sed entia mathematicalia nõ sunt abstracta à motu, cum omne corpus sit mobile, & omne quod mouetur sit corpus, Sexto huius. Et cõfirmatur minor: quia quod diffinitur per motum non est abstrahibile à motu, vt patet de se: sed numerus diffinitur per motum. est enim numerus multitudo ex vnitatibus aggregata, & aggregatio est quidam motus. vel numerus est multitudo mẽsurata vno, & mensuratio est motus. quare &c.

Tex. c. 64. Com. 26. Tex. c. 8. Tex. c. 7. D Cõmẽ. 21. Tex. c. 64. Tex. c. 32. Tex. c. 18.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Arist. in isto cap. vbi vult aperte, q illa mathematica, in quorum consyderatione conueniunt Mathematicus & Naturalis sunt abstracta. vnde dicit, abstracta enim sunt, & nõ est menda-

cium

Tex.c.16. Etymologia mathematicæ.

ciũ abſtrahentium. Idem vult in procemio de Anima & in Tertio. Et confirmatur per commune dictum, & per hoc ꝙ ſciẽtiæ de ipſis, ſ. Geometria & Arithmetica dicuntur mathematicæ, ex eo ꝙ ſunt de abſtractis. vnde dicit mathematica à mathesis, quod eſt abſtractio, & hycos ſcientia, quaſi ſcientia de abſtractis. idem dicit Commen. & omnes alij expoſitores Ariſto.

E

CONCLVSIO

Entia mathematicalia licet recti abſtractione a ſenſibilib⁹ nequaquam abſtracta ſint, nec ea quæ ex intellectu agente fit abſtractione, abſtrahuntur tamẽ a ſenſibilibus ex opere poſſibilis intellectus, ſecundum ſpecialem & particularem abſtractionis modum.

Ens mathematicum, quod ſit.

AD quæſtionem præmitto aliqua. Primo quid intelligitur per ens mathematicum quantũ ad quid nominis. eſt autem ens mathematicum quãtũ ad quid nominis, ſicut numerus, & magnitudo, & partes ipſorum & per ſe paſſiones, & principia demonſtratiua de quibus conſyderatur in Geometria & Arithmetica.

F

Vlterius cõſyderandum, ꝙ multiplex eſt abſtractio, & per cõſequens multipliciter aliquid dicitur eſſe abſtractum. Quædam eſt abſtractio realis, & alia intellectualis. Abſtractio realis eſt ſeparatio duorum entium extra animam exiſtentium, quæcunqꝫ ſint realiter ſeparata. tñ proprie & ſtricte abſtractio dicitur ſeparatio aliquorum duorum, quæ prius aliqualiter fuerunt coniuncta, vt dicimus liquorem abſtrahi ex herbis, & butyrum ex lacte et hmõi. Abſtractio intellectualis eſt duplex. vna, quę pertinet ad intellectum agẽtẽ, alia quæ pertinet ad intellectũ poſſibilem. Abſtractio, quæ pertinet ad intellectum agẽtem eſt facere de potentia intellecto actu intellectum, vt dicit Commen. in Tertio de Anima. vtrum autem intellectus agens faciat de potẽtia intellecto actu intellectum efficiendo ſpeciem intelligibilem vna cum phãtaſmate, aut immediate producendo intellectionem, aut quomodo, de hoc nihil ad propoſitum, ſed alias videbitur Deo volente. abſtractio vero pertinens ad intellectum poſſibilem, vt generaliter deſcribi poteſt, eſt intellectio alicuius prioris coniuncti cum poſteriori, non intelligendo aliquod poſterius. Sed adhuc iſta diſtinguitur ſm ꝙ ipſum prius diuerſimode coniunctum eſt ſuo poſteriori, à quo abſtrahitur. prius enim aliquando eſt coniunctũ ſuo poſteriori eſſentialiter, ſ. ꝙ eſt idem eſſentialiter cũ eo, vel pars eſſentiæ eius, & ſic ſpecies & genus dicuntur eſſe cõiuncta. Et ſimiliter ſpecies & indiuiduum, & abſtractio talis prioris à ſuo poſteriori eſt abſtractio vlis à ſuo particulari, & eſt communis omni ſcientiæ. nam in oĩ ſciẽtia poteſt conſyderari per intellectum ſuperius præter ſuum inferius. alio modo prius eſt coniunctum poſteriori accidentaliter, ſic, ſ. ꝙ nec eſt eius eſſentia, nec pars eſſentiæ, & hoc modo ſubiectum eſt prius accidẽtibus. ſed adhuc eſt dupliciter, nam ipſum prius accidentaliter coniunctũ poſteriori: aliquando per naturam ſuam determinat ſibi ipſum poſterius, ita ꝙ ſine ipſo non poteſt eſſe, vt homo ſibi determinat riſibile, ita ꝙ nullus homo poteſt eſſe ſub oppoſito riſibilitatis, vel ſine riſibilitate. ſimiliter autem & in alijs ꝑ ſe accidentibus & ſubiectis, & tale prius etiã poteſt abſtrahi à ſuo ſuperiori per intellectum. poteſt.n. intelligi homo ſine riſibilitate, & ſic de ſimilibus. alio modo prius eſt coniunctum poſteriori accidentaliter, & cũ hoc ipſum poſterius non determinat ſibi in eſſe per ſuam naturam, immo poteſt eſſe ſine illo & ſub eius oppoſito. vt homo reſpectu ſedere vel albedinis, & ſimiliter linea eſt coniuncta accidentaliter caliditati, & non determinat ſibi eam per ſuam eſſentiam: immo poteſt eſſe linea ſine caliditate & ſub frigiditate, vt in aqua.

Abſtractionis realis & intellectus natura.

Comẽ. 18.

G

Prius eſt diuerſimode ſuo poſteriori coniũctum.

H

Sẽſibile eſt duplex.

Vlterius conſyderandum, ꝙ duplicia ſunt ſenſibilia, quædam cõia, quę, ſ. omnibus aut pluribus ſenſibus cognoſcuntur. alia propria, quæ ab vno ſolo ſenſu nata ſunt per ſe cognoſci, vt habet declarari in Secundo de Anima.

Concluſio prima.

Tunc dico ad quæſtionem multa. Primo ꝙ entia mathematica non ſunt abſtracta à ſenſibilibus, abſtractione reali. ad quod mihi ſufficit ad præſens illa ratio, quæ adducta eſt in principio quæſtionis, quia, ſ. ipſa ſunt cõiuncta ſemper cum ſenſibilibus in re extra animam: nunquã enim eſt nec fuit nec erit linea, quæ non ſit in aliquo ſubiecto calido vel frigido, ſicco vel humido, vel mobili motu recto vel motu circulari, & ſimiliter eſt de alijs formis mathematicis. iſtę enim, cum ſint quædam accidẽtia, nõ ſunt extra animam niſi in ſit aliqua ſubſtãtia nata ſubſtare accidentibus ſenſibilibus. omnis autem ſubſtantia nata ſubſtare accidentibus ſenſibilibus habet in ſe aliquas qualitates ſenſibiles. aliter enim non eſſet actiua vel paſſiua, & ſic eſſet perpetua: & ſic non eſſet de natura iſtarũ ſubſtantiarum inferiorum, quæ ſunt generabiles & corruptibiles: nec eſſet de natura cœli, cuio ipſum cœlum ſit actiuum primo & principaliter inter omnia corpora, & habet qualitates ſenſibiles, ſ. lumina ſtellarũ, et aliarum partium: nec eſſet ſubſtantia mouens orbem, quia illa debet eſſe ſine omni magnitudine, vt demõſtratũ eſt Octauo huius. Sed vtrum numeri mathematici, qui ſunt accidentia de genere quantitatis, poſſint eſſe in ſubſtantijs inſenſibilibus, & in corporalibus, dubium eſt apud aliquos: tamen, ſi hic numerus non eſt niſi multitudo indiuiduorum eiuſdẽ ſpeciei & in ſeparatis à materia nõ ſunt multa indiuidua eiuſdem ſpeciei, vt videtur velle Ariſt. in Primo Cœli & Mundi, & in Duodecimo Meta. Cõmen. aperte. & habetur ex Septimo, conſequens eſt, ꝙ in talibus ſubſtãtijs non ſunt numeri mathematici, qui ſunt accidentia de genere quãtitatis, præcipue ſi verum eſt dictum Cõmen. in Duodecimo Meta. quædã ſunt ſubſtãtiæ ſine omnibus accidentibus: illud enim non intelligit niſi de motoribus orbium. De hoc autem ad præſens nõ determino: ſed tamen ſufficit mihi, ꝙ iſta entia mathematicalia non omnino ſint realiter ſeparata à ſenſibus. Verum eſt ꝙ Ariſ. in in Duodecimo Metaphy. & in. 14. aliquas ratiões adducit ad hoc, et cui fuerit curę videat eas.

Tex.c. 86. In ſubſtãtijs ſeparatis non eſt numerus mathematicus.

Tex.c. 92.

Tex.c. 49.

Tex.c. 28.

Comẽ. 51.

Coclo ſcda.

Secundo dico, ꝙ iſta entia mathematicalia nõ ſunt abſtracta per intellectum agentem, ſaltem tanquã effectus ipſius intellectus agentis. nam effectus intellectus agẽtis humani, vel eſt ſpecies intelligibilis, vel intellectio, vel vtrunqꝫ, vt omnes cõcedunt, & patet ex Tertio de Aĩa. conſtat autem ꝙ numeri & magnitudines non ſunt ſpecies intelligibiles, nec intellectiones: quia ſic eſſent in intellectu poſſibili, vt in ſubiecto: quod eſt abſurdum. quare &c. Intelligendum tñ, ꝙ licet iſta entia non ſint abſtracta per intellectum agentem tanquam effectus ꝓprij ipſius, quia tamen abſtrahere eſt facere de potentia intellecto actu intellectum, & per cõſequens abſtrahi eſt fieri de potentia intellecto actu intellectum: iſta autem entia fiunt de potentia intellectis actu intellecta: ideo forte non eſt inconueniens dicere, ꝙ ipſa ſint aliquo modo abſtracta per intellectum agentem, ſaltem obiectiue, & nõ primo modo. Tertio dico, ꝙ iſta nõ ſunt abſtracta abſtractione pertinente ad intellectum poſſibilem, quæ eſt ſuperioris ab inferiori: quia ſuperius & inferius vel ſunt eadem eſſentia eſſentialiter, vel vnũ eſt pars eſſentię alterius, vt omnes concedunt. conſtat autem, ꝙ iſta entia mathematicalia nec ſunt eadem eſſentialiter cum ſenſibilibus qualitatibus & motibus, nec partes eſſentiales eorum, vt manifeſtum eſt: quia ſunt in diuerſis prædicamẽtis. quare &c. Quarto dico, ꝙ ipſa non ſunt abſtracta ſicut ſubiectum ſaltem proprium & principale à ſuis accidentibus proprijs. Tum, quia ſubiectum proprium cuiuſlibet accidentis per ſuam naturam determinat ſibi illud, ita, ſ. ꝙ ſine ipſo eſſe non poteſt, vt ſe habet homo ad riſibile, & triangulus ad habere tres: modo iſta entia mathematicalia nõ determinant ſibi aliquam determinatã qualitatem ſenſibilem, nec ſm ſe, nec ſm ſuas ſpecies. & in hoc differt ens mathematicum à ſubſtantia ſenſibili: quia ſubſtantia naturalis, quantum ad ſuas ſpecies, requirit

Entia mathematica ſunt abſtracta obiectiue per intellectũ agentem.

Concluſio tertia.

Concluſio quarta.

quirit determinatas qualitates sensibiles, vt ignis calditatem & siccitatem, & aqua frigiditatem & humiditatem, species autem entis mathematici nullam determinatam qualitatem sensibilẽ sibi determinãt, immo linea potest esse sine caliditate, vt in aqua, & sine frigiditate, vt in igne. Et similiter de cæteris existentibus mathematicis respectu altarum qualitatum sensibilium: nullum enim ens pure mathematicum determinate requirit ad suum esse aliquam qualitatem sensibilem proprie & determinate, nec aliquam complexionem determinatam qualitatum, vt patet cõsyderãti. quare non erunt abstracta ab eis sicut proprium subiectum ab accidente per se. tum, quia ipsæ qualitates sensibiles nunquam inueniuntur demõstrari de ipsis magnitudinibus aut numeris. qualitates dico sensibiles, quæ sunt sensibilia propria, de quibus hic loquimur, vt caliditas & frigiditas, & similia huiusmodi. & hoc est signum, quod quantitates non sunt propria subiecta istarum qualitatũ. quare &c. Verum est tamen, quod aliquę qualitates, quæ sunt sensibilia cõmunia, sicut figuræ, vt triangulus, quadrangulus, possunt demonstrari de mathematicis magnitudinibus, vt demonstratur in Geometria, quod super lineã datam est triangulum æquilaterum collocare. Quinto dico, quod ista entia mathematicalia sunt abstrahibilia abstractione quinto modo dicta: quia sunt aliquo modo priora qualitatibus sensibilibus, dicente Commen. in Tractatu de Substantia orbis, quod primum rerum, quæ existũt in hoc subiecto, sunt tres dimensiones, quæ dicuntur corp9. vnitas etiam, quæ est principium numeri, aliquo modo est prior sensibilibus qualitatibus, & sunt coniuncta accidentaliter ipsis sensibilibus, & non determinant sibi eã per suam naturam, vt patet ex dictis: ergo possunt intelligi sine eis, & per consequens abstrahi. & iste modus abstractionis est alius ab omnibus præmissis, & puto, quod est pprius mathematico. & solet describi sic, abstractio mathematica est intellectio alicuius prioris coniuncti inesse accidẽtaliter cum suo posteriori. quod quidem prius per suam naturam non determinat sibi posterius, sed ista descriptio non est propria abstractioni mathematici, quia homo potest intelligi sine albedine tanquam prius accidentaliter coniunctum cum posteriori, quod sibi non determinat, & tamen ista intellectio non esset mathematica, vt manifestum est. & ideo multum videntur peccare, qui diffiniũt abstractionem mathematicam. Et ideo forte melius esset dicere, quod abstractio mathematica est intellectio numeri, aut magnitudinis aut passionis istorũ, vel proprij principij demonstrati, non intelligendo qualitates sensibiles, nec motus naturales. Sexto dico, quod entia mathematicalia non sunt abstracta ab eis, quæ sunt sensibilia communia: quia ipsamet sunt illa, quæ sunt sensibilia communia, s. numerus, & magnitudo, vt patet Secundo de Anima. Est tamen intelligendum, quod licet numer9 & magnitudo non sunt abstracta ab illis, quæ sunt sensibilia communia, sunt tñ abstrahibilia ab ipsa sensibilitate sic, quod possunt intelligi sine sensibilitate, nam ipsa sensibilitas, quæ est aptitudo mouẽdi sensum, nõ est idẽ essentialiter cum eis, sed eorum proprietas accidentalis, sicut visibilitas coloris, vt vult Aristo. & Cõmen. Secũdo de Anima vnde Mathematicus, sm quod Mathematicus non consyderat numerum & magnitudinem, sm quod sensibilia sunt, sed sm suas essentias in habitudine ad proprias suas passiones demonstrabiles de ipsis, et sic patet ad qõnem.

Sed contra dicta sunt difficultates communes, & bonæ, primo, quia intellectus est falsus, qui intelligit aliter quam sit in re, vt patet in Libro Periherme. modo, intellectus intelligens mathematicalia abstracta à sensibilibus intelligit aliter quam sint in re, quia realiter sunt coniuncta: quare est falsus, quod videtur incõueniens. Præterea. Intellectus est fictus, cui nihil correspondet ex parte rei, vt patet ex Tertio de Anima: modo: isti abstractioni nõ correspondet aliquid à parte rei, cum in re non sunt abstracta: quare &c. Præterea. Si entia mathematica sunt abstracta sm intellectum, cum Mathematicus consyderat ea sm quod abstracta, vt dicit Commen. 2. & 3. huius, Tunc Mathematicus consyderabit ea, sm quod habent esse in anima, & sic esset artifex rationalis, vel saltem non realis: quod est absurdum. quare &c.

Ad primum dicendum, sicut cõmuniter dicitur, & habetur ex Tertio de Anima cap. Indiuisibilium quidẽ intelligentia. Intellectum aliquid intelligere aliter quam sit in re potest contingere dupliciter, vno modo componẽdo vel diuidẽdo, ita, s. quod componat aliquid cum aliquo, vel magis proprie affirmet aliquid de aliquo, quod in re non inest ei, nec est idem cum eo, vt dicẽdo, hõ est asinus, vel neget aliquid ab aliquo, quod in re competit ei. vt dicendo, homo non est animal. & sic sine dubio intellectus intelligens aliter quam sit in re falsus est, vt patet Sexto Meta. vbi dicit Arist. quod veram affirmationem habet in compositio, negationem vero in diuiso, falsum autem huius partitionis contradictionem. & sic Mathematicus nõ intelligit entia mathematica aliter quam sint in re, s. componẽdo vel diuidendo aliter quam sit in re, non enim intelligit ea esse separata realiter à sensibilibus, nec intelligit ea non esse coniuncta cum sensibilibus: vtrunque enim istorũ falsum est. Alio modo potest intelligi, quod intellectus itelligat aliter quam sit in re non affirmando aut negando, sed quod intelligit aliquid non intelligendo ea, quæ sunt ei coniũcta, sed prætermittendo ea: & hoc simplici intuitu, & sic non est falsus intellectus. vnde dicit Arist. in Tertio de Anima, in diuisibilium quidem igitur intelligentia in his est, circa quæ non est falsum: & vocat intelligentia indiuisibilium omnem cõceptum intellectualem sine affirmatione & negatione: ad hoc enim quod intellectus sit verus, aut non falsus, non oportet intelligi omnia quęcunque cõiuncta sunt ipsi rei intellectæ, vt manifestum est cuilibet exercitato in Philosophia, verum est tñ, quod ipse Mathematicus bene affirmat aliqua, & negat de suis scibilibus, sed non aliter quam sit in re, & ideo non est falsus. vnde & Arist. dicit in isto cap. De his igitur quidẽ negociatur, i. speculatur « Mathematicus, s. de lineis, superficiebus, corporibus, & « punctis, sed non inquantum phys. corporis terminus est « vnumquodq. neque accidentia speculatur inquãtum ta « libus corporibus accidunt. vnde & abstrahunt: abstra- « cta enim sunt, i. apta nata abstrahi ratione prædicta, & « non est mendacium abstrahentium. & super hoc debe- « mus sustentari.

Ad aliam dubitationem concedo Maiorem, sed nego Minorem. & ad probationẽ dico, quod licet ista mathematica non sint realiter separata à sensibilibus qualitatibus sm subsistentiam, s. loco & subiecto, tamen sunt distincta & diuersa ab eis essentialiter & quidditatiue, ita quod essentia magnitudinis & numeri nõ est essentia & quidditas alicuius sensibilis qualitatis aut motus, immo sunt in diuersis generibus prædicamentorũ, vt patet in prędicamẽtis. & ista essentialis & quidditatiua diuersitas, cũ hoc, quod per naturam suam non determinat sibi qualitates sensibiles, sufficienter correspondet abstractioni prædictæ, propter quod non est ficta.

Ad aliud dubium dico breuiter ad pręsens, quod licet ista sint abstracta sm intellectum & non extra animã actualiter, tamen non sequitur quod mathematicę sint scientię rationales, vel quod non sint reales: quia consyderant istas formas sm suas essentias in habitudine ad passiones reales, & per media realia demonstratiua. Et cum, dicit Cõmentator, quod Mathematicus cõsyderat ista sm quod sunt abstracta à materia, dico, quod istud dictum potest intelligi dupliciter. Vno modo quod Mathematicus consyderat ea sm quod sunt abstracta à materia, ita quod ipsa abstractio sit formale in cõsyderato seu scibili mathematico. vt cum dicimus, quod Naturalis cõsyderat ens mobile sm quod mobile, i. quod motus vel mobilitas sit formale in obiecto cõsyderato à Naturali. Et hoc modo non puto verum esse, quod Mathematicus

Marginalia: Ens mathematicũ nõ requirit determinate qualitatem sensibiles. — Abstractio mathematica quid. — Alia descriptio. — Conclusio sexta. — Tex. c. 64. — Tex. c. 66. — Dubitatio prima. — Secunda. Tex. c. 22. — Tertia. — Tex. c. 18. — Rñ. ad p. Tex. c. 21. Intell's itelligẽs rẽ aliter quam ẽ, nõ sp ẽ falsus. Tex. c. 8. — Rñsio ad secundum. — Rñsio ad tertium. — Qõ intelligitur mathematicũ cõsyderat entia mathematica vt sunt a materia abstracta.

cus considerat entia mathematica sm q abstracta; quia tunc ipse consyderaret abstractionẽ, quæ est intellectio, quod videtur absurdum: quia Mathematicus, sm q Mathematicus purus, non consyderat nisi numeros & magnitudines, & eorum partes per se; & principia, & passiones, quorum nullum est ipsa intellectio eorum. vnde licet Mathematicus intelligat sua scibilia, non tamen habet p hoc consyderare intellectionem eorum abstractam, sed forte Philosophus Naturalis ea consyderaret, vnde illud problema, vtrum entia mathematica sint intellecta abstracta à sensibilibus, non est pure mathematicum, imo forte nullo modo mathematicum, nec haberet Phylosophus mathematicus medium mathematicum ad demonstrandum istam conclusionem. Alio modo potest intelligi, q Mathematicus consyderat huiusmodi entia sm q abstracta, i. consyderat abstracta pter sensibilia, & hoc est verum. nec sequitur, si consyderet ea consyderatione abstracta, q ipsam consyderationem abstractam per se consyderet. dicam igitur, q Mathematicus consyderat ea sm q abstracta, i. consyderatione abstracta, intelligendo ea præter motum & præter qualitates sensibiles. et in hoc differt à Naturali, qui ea consyderat sm q sunt termini naturalium, & sm q sunt in materia, vt dicit ibi Commentator. & hoc sufficit. Consyderandum tamen est, q licet Mathematico concederetur cõsyderare ipsam abstractionem suorum scibilium, non propter hoc sequeretur, q esset rationalis proprie: quia artifex rationalis habet consyderare non quęcunq; entia sm animam, sed ea, quæ sunt instrumenta deueniendi ad notitiam ignoti, & eorum per se partes, & principia, & passiones.

Rñsiones. TVnc ad rationes principales. Ad primam patet ex dictis. Sile ad secundam. cõcludit enim q ista nõ sunt abstracta ab entibus, quæ sunt p se sensibilia, & hoc concedo. tamen bene sunt abstracta ab ipsa sensibilitate, & hoc non est remotum, vt patuit. Aliter dicitur cõmuniter ad maiorẽ, q illa, quę sunt sensibilia per se, & pmo, non sunt abstracta à sensibilibus, sed, si sunt sensibilia per se non primo, bene possunt esse abstracta à sensibilibus,

Obiectio. & sic est in proposito &c. Sed contra hoc dubitatur, quia, si ista sunt sensibilia per se & non primo, & sensibilia propria, scilicet qualitates sensibiles, sunt sensibilia p se & primo, vt communiter conceditur, sequitur, q ipsa sensibilia communia sunt idem essentialiter cũ proprijs, s. cum ipsis qualitatibus sensibilibus proprijs: quod omnino est absurdum. Probatio consequentię. quia, cum aliqua passio vel proprietas inest alicui p se & primo, illud est idem essentialiter cum illis, quibus inest per se nõ primo. sicut superius cum inferiori, vel sicut inferius cum superiori. vt cum risibile inest homini per se primo, & sorti per se non primo, & similiter animali, manifestum est, q homo est idem essentialiter cũ istis. Et similiter, cum triãgulus primo habet tres &c. & isocheles & figura nõ primo, patet quia triangulus est idem essentialiter cum figura, vt inferius cum superiori, & cum isochele sicut cũ inferiori. ergo similiter in proposito. si sensibilitas per se primo inest sensibilibus proprijs & sensibilibus cõibus per se non primo, tunc erunt eadem essentialiter.

Dilutio obiectionis. Ad hoc respondetur, q aliquid inesse alicui primo est dupliciter. Vno modo primitate cõmunitatis, quod est commune omnibus, quibus illud inest, & hoc modo vera est maior, & minor est falsa. Alio modo primitate principalitatis, & sic maior est falsa, & minor vera. non enim sequitur, si ens primo, i. principaliter, dicitur de substantia, q substãtia, sit idem essentialiter cum omni ente. Vel magis ad propositum. si proportio primo, i. principaliter inuenitur in numero, non sequitur q numerus sit idẽ essentialiter cum omni quantitate cui inest proportio, cum etiam inter quantitates cõtinuas sit proportio: modo sensibilia propria non sunt sensibilia primo primitate communitatis, & primitate principalitatis: quia principalius & perfectius forte mouent sensus: & secundũ distinctio-

E nem ipsorum distinguuntur sensus particulares, vt videtur in Secundo de Anima, non autem per sensibilia communia. quare &c. Et est aduertendum, q alia cã posset assignari, quare ista sensibilia cõmunia dicuntur cõia sensibilia per se non primo: quia nullus sensus particularis per rationem vel naturam suam propriam cognoscit ista sensibilia, nec mouetur ab eis, sed per aliquam naturam cõem omnibus, vel pluribus sensibus. vt visus non percipit magnitudinem sm q visus per rationem suã propriam, quia tunc nullus alius sensus eã cognosceret: quod falsum est, sed per rationem vel naturam aliquam cõem sibi & alijs: & sic nullus sensus pticularis cognoscit ista, nec immutatur ab istis primo sm q hmõi, sed per se nõ primo: quod enim inest alicui ratione sui generis non inest ei primo, quamuis per se. non ergo dicuntur ista sensibilia per se non primo pro tanto, quia sint sensibilia p ipsa sensibilia propria, & q sensibilia propria sint causę sensibilitatis eorũ: immo ipsa per sui naturam nata sunt im-
F mutare sensum etiam ad pprias characteres vel species sm aliquos: sed dicerentur sensibilia non primo ratione prædicta: quia nullus vnus sensus sensit ea per se primo, vt dictum est: sed ratione alicuius naturæ cõis: cui primo non inest esse sensitiuum eorum, vt puto.

Tex. c. 64. Quare sensibilia cõia dicunt cõia sensibilia p se nõ prio.

Ad tertiam, cum dicitur, actus non est &c. uerum est, si est eius actus per se, & inquantum huiusmodi. Et, cum dicitur mathematicæ formæ sunt actus sensibilium, dico, q sunt bene actus quidam substantiarum sensibiliũ, sed non vt sensibiles, sed hoc eis accidit aliquo modo, & ideo non est remotum quin abstrahantur à sensibilibus.

Sed aliq litigant hic: quia entia mathematica sunt actus substantiæ sensibilis sm esse eius extra animam, non. n. sm esse in anima, vt planum est: modo substantia sm esse extra animam est sensibilis: ergo sunt actus substãtię sensibilis sm q sensibilis &c. Dico, q hic est fallacia æquiuocationis. Cũ enim dicitur, q ista entia mathematica sunt actus substantiæ sensibilis sm esse extra animam, verum
G est sm esse aliquod, s. sm esse substantiale vel accidentale, ita q substant eis sm esse substantiale principaliter: & sic sunt actus substantiæ sensibilis sm aliquod esse extra animam, sed non sm omne esse extra animam. Et cum dicitur in minore, q substantia est sensibilis sm esse extra animam, verum est sm esse accidentale, quod habet per qualitates sensibiles, sed non sunt sm esse primũ & substãtiale, & sic ęquiuocatur esse extra aĩam. quare non valet.

Ad quartam concedo Maiorem, & nego minorẽ. Et, cum dicitur, q omne corpus est mobile, concedo q in re extra animam omni corpori inest mobilitas, tamen mobilitas non est essentia, nec de essentia corporeitatis, immo accidens: & ipsa corporeitas nullam mobilitatẽ propriam sibi determinat, vt corporeitas. si enim sibi determinaret proprie mobilitatem ad vbi sursum, ei repugnaret mobilitas ad vbi deorsum, & è conuerso, & cum nulla ei repugnet, sequitur q ex se nullã sibi determinat pro-
H prie: & ideo per intellectum consyderari potest sine mobilitate, & similiter sine motu. Sed diceres, ad min⁹ corpus determinat sibi mobilitatem absolute, non hanc speciem, vel illam. Dico, q corporeitas, quæ est quãtitas cõtinua de se immediatenon sibi determinat mobilitatem, sed mediante substantia possibili sibi subiecta: & de ista demonstratur, q omne corpus est mobile, & è contra: & sic corporeitas potest intelligi sine mobilitate, & multo fortius sine motu. Sed aliqui sophisticant hic, natura facit quod melius est: sed melius est sibi determinare motum certum, q̃; non determinare, cum habitus sit melior priuatione: quare &c. Dico, q natura facit de contingentibus, i. de possibilibus, quod est melius. sed nõ oportet, q in vnoquoq; faciat illud, quod simpliciter melius est: quia tunc in vnaquaque materia faceret formam hominis, quę est melior simpliciter alijs formis: sed facit de possibilibus, quod melius est vnicuiq; sm sui substantiã, vt docet Arist, Secundo Phy. & Commentator ibidẽ. Nũc autem

Obiectio. Respõsio.

Obiectio. Respõsio. Tex. c. 75. Natura facit in vnoquoque de possibilib⁹ qd meli⁹ est non simplr sed secũdũ tale genus.

autem ipsi corporeitati, vt corporeitas, nõ est melius ꝙ per sui naturam sibi determinet motum rectum q̃ circularem: quia, si vnũ præcise sibi requireret inesse alius nõ posset ei inesse, cum opposita non sint simul in eodem. & sic periret vnus illorum motuum, s. ille, cuius oppositum corporeitas sibi determinaret: cum demonstratum sit ꝙ nihil mouetur nisi corpus. hoc autem esset inconueniens, & contra bonum vniuersi, & per consequens non est bonum corpori: quia q̃d est contra bonum totius, nõ põt esse simpl̃r bonum parti totius, & pręcipue parti essentiali, & ideo non oportet ꝙ corpus sibi determinet &c.

Ad quintam dico, ꝙ in diffinitione illa non accipitur aggregatio pro motu locali, quo aliqua sibĩnuicem appropinquantur vel approximantur, sed pro causalitate, ita ꝙ est sensus ex vnitatibus aggregata, i. ex vnitatibus causata. & similiter, cum dicitur, numerus est multitudo mensurata vno, non intelligitur mensuratio pro motu locali, quo mensura applicatur ad mensurabile, sed intelligitur mẽsurata vno, i. causata vno. vel vt dicunt alĩj, mẽsurata vno, i. apta nata determinate intelligi per replicationem vnius. Quomodo autem vnitas si causa numeri & principium, an sicut pars quãtitatiua & de essentia ipsius, aut sicut dispositio subiecti ad numerum, bona dubitatio est: sed de hoc alias.

Tex. c. 18. Abstracta enim sunt in intellectu à motu, & nihil differt. neque fit abstrahentium mendacium gratia prædictorum.

QVAESTIO V.

An Entia mathematicalia sint abstracta ab intelligibili materia: vel quæ nam sit ipsorum intelligibilis materia.

Væritur, vtrum entia mathematicalia sint abstracta à materia intelligibili, aut debeãt diffiniri per materiam intelligibilẽ. Et arguitur primo ꝙ non debeant diffiniri p materiam intelligibilem: quia illa, quæ sunt abstracta à materia, non debent diffiniri per materiam intelligibilem. hæc videtur manifesta. Sed entia mathematicalia sunt abstracta à materia, vt patet per Philosophũ hic. quare &c. Itẽ secũdo, entia mathematicalia nõ debẽt diffiniri per illud, quod est impossibile. nam diffinitio realis dicẽs quid rei debet esse ex partibus possibilibus in essendo, & possibilibus componi, sicut in diffinitione componuntur, vt dicit Lincon. in Secundo Poste. (Tex. c. 3.) sed materia intelligibilis est impossibilis esse. probatio: quia materia dicit ens in potẽtia, vt patet Primo huius. intelligibile autem debet esse actus, vel ens in actu. nã intelligibile mouet intellectum, sicut sensibile mouet sensum, Tertio de Anima. (Tex. c. 18.) Nunc autem omne mouens vel est actus, vel habens actum, teste. Arist. Tertio huius. (Tex. c. 51.) vbi dicit, semp autem existimabitur aliqua species mouens. Item intelligibile agit in intellectum: formę aut est agere, Secundo de Generatione. cum igitur ens in potentia nõ sit actus nec ens actu, videtur ꝙ impossibile est esse materiam intelligibilem. quare &c. Præterea tertio, si entia mathematicalia diffinirentur per materiam intelligibilem, aut in eorum diffinitionibus poneretur materia intellectus, inquantum materia, aut inquantum intelligibilis per sufficientem diuisionem. non inquantum materia, quia tunc omnis materia poneretur in diffinitionibus eorum: quod videtur inconueniens. nec inquantum intelligibilis: quia intelligibile, inquantum intelligibile, non potest intelligi nisi in habitudine ad intellectum: & sic diffinitiones mathematicales non possent intelligi nisi intelligendo intellectum, cuius oppositum patet per experientiam, possumus enim intelligere diffinitionem lineæ non intelligẽdo intellectum nostrum. quare &c. Pręterea quarto, si sic, tunc diffinitio mathematica non differret à naturali: quod videtur absurdum. probatur consequentia: qa materia, quæ ponitur in diffinitione naturali: aut est intelligibilis aut non. si est intelligibilis, ergo naturalia diffiniunt p materiã intelligibilẽ, & sic nõ aliter diffiniunt q̃ mathematicalia: si non est intelligibilis, tunc est omnino ignota, & sic per eam nihil notificabitur, nec per consequens diffinietur. quare &c. Item quinto, Mathematicus cõsyderat illud, p quod entia mathematicalia differũt: sed ipse non consyderat nisi de causa formali, vt dicit Cõmẽtator. in Primo huius in primo commento. quare &c.

OPPOSITVM arguitur ex communi dicto. cõiter. n. dicitur, ꝙ entia mathematicalia diffiniuntur per materiã intelligibilem, licet nõ per materiam sensibilem. Et arguitur ratione: quia omne ens in materia depẽdet ex materia aliquo modo, & sic debet diffiniri per materiam: cũ eadem sint principia essendi & cognoscendi Secũdo Meta. (Tex. c. 4.) sed entia mathematicalia sunt in materia, s. numeri & magnitudines, vt satis patet in Secũdo huius, & in proœmio de Anima, & in. 13. & 14. Meta. quare &c. (Tex. c. 16. Tex. c. 14.)

CONCLVSIO

Entium mathematicalium intelligibilis materia nec ex forma & materia compositũ aliquid est, vel continuum, vel ipsorũ partes quãtitatiuæ, aut diuisibilitates, siue terminus, ꝙ per sui fluxum ipsorum causa est, sed illorũ subiectum, vel genus ac differentia, ex quibus illorum rationes constant, à quibus abstracta nequaquam sunt.

DE quæstione est intelligendum, ꝙ difficultas & altercatio est quid sit materia intelligibilis entiũ mathematicalium. (Opiniones de materia itelligibili.) Quidam dixerunt, ꝙ huiusmodi materia est substantia composita ex materia & forma: qa in ipsa sunt entia mathematicalia, vt in subiecto. Sed istud non est omnino securum: quia aliqua sunt indiuidua entium mathematicalium, quæ non sunt in substãtia composita ex materia & forma, sicut dimẽsiones corporum cœlestium, quia suppono ad præsens, ꝙ corpora cœlestia sunt subiecta simplicia, non composita ex materia & forma substantiali perficiente & inhęrente. Et hoc testatur Cõmẽtator in Primo & Octauo huius. & Octauo Meta. & in. 12. & in de Substantia orbis. & Arist. videtur hoc velle Primo Cœ. & Mun. & octauo & Duodecimo Meta. (Prio Phy. Cõmẽ. 79. Octauo Physi. Com. 79. Octauo Metaphy. Comẽ. 4. Duodecio Metaphy. Comẽ. 10. Prio Cœli. Tex. c. 92. Octauo Metaphy. Tex. c. 12. Duodecio Metaphy. Tex. c. 49.) Sed forte alias inquiretur. Vnde posset sic argui: materia, p quã diffinitur magnitudo, debet esse materia omnis magnitudinis. hoc est euidens: sed substantia composita ex materia & forma non est materia oĩs magnitudinis. quare &c. Alĩj dixerunt, ꝙ materia intelligibilis entium mathematicalium est ipsum continuum: moti forte ex hoc, quia multa entia consyderata in mathematicis, s. figuræ, & earum accidentia fundãtur in cõtinuo, & sic videtur, ꝙ intelligat sanctus Tho. in Tertio de Anima & in quibusdam alĩjs locis. Sed istud non placet alĩjs: quia ipsummet continuum est quoddã ens mathematicum, & tamen non fundatur in cõtinuo, quia nihil est materia suĩpsius. etiam numerus est ens mathematicum, & tñ non fundatur in continuo sm ꝙ continuum est: quia sic omne continuum esset numeratum, quod est absurdum. Alĩj dixerunt aliter, & dixerunt, ꝙ materia intelligibilis entium mathematicaliũ sunt partes quãtitatiuæ, & diuisibilitates ipsorum, vt materia intelligibilis circuli sunt semicirculi, & sic de alĩjs. & dicũt istam fuisse intentionem Arist. in Septimo Meta. & hoc probant per diuisionẽ, quia materia intelligibilis, aut est substantia composita, aut ipsum continuum, aut partes indiuiduales ipsorum mathematicalium: sed prima duo sunt remota: ergo remanet tertium. sed istud est falsum, & contra intentionem Arist. Primum patet, quia materia intelligibilis entium mathematicalium debet esse cõmunis omnibus entibus mathematicis: hoc est euidens. sed multa sunt entia mathematicalia in puris mathematicis consyderata, quæ non habent partes integrales, sicut

punctæ

tendi in infinitum, vt supponunt, magnitudini aut nõ repugnat, vt capitur ex Tertio Physic. Sed per eandem rationem probaretur, ꝙ punctus non est materia intelligibilis lineę, cum puncto repugnat extẽdi in infinitum. Et forte dicendum, ꝙ magnitudini repugnat extendi in infinitum, cũ hoc sit ei impoſſe: si enim ei esset possibile, hæc potentia esset ociosa per totum tempus æternũ. bene tamen verum est, ꝙ non repugnat magnitudini primo & pncipaliter, sed formæ naturali. Posset aũt aliqs vlterius quærere, ad quam partem Philosophię, pertinent huiusmodi diffinitiones & demonstrationes, & tu considera circa hoc, quoniam eget perscrutatione.

Rñsiones. AD primam rationẽ dico, ꝙ ista sunt abstracta à materia sensibili, sed non ab omni materia. Ad secũdam dico breuiter, ꝙ non solum potest intelligi actus vel habens actum, sed etiam aliquid habens habitudinem ad actum: quod nec est actus nec habens actum de sua essentia. Verum est tamen, ꝙ tale non intelligitur per speciem propriam, vt dicitur, sed per speciem actus: modo, materia, licet non sit actus nec habens actum, tamẽ habet aptitudinem ad actum, vt patet in Primo huius. quare &c. Etiam potest dici, ꝙ, cum dicimus entia mathematicalia diffiniri per materiam intelligibilem, non est intelligenda ibi materia pro materia oĩno prima, quæ est ens omnino & pure potentia. nam ista non est subiectum saltem propinquum cuiuslibet entis mathematici. sed per materiam intelligibilem intelligimus subiectum deferens ipsum ens mathematicum immediate vel quasi ĩmediate. & istud non vr̃ est ens in potentia pura, vt patet ex prædictis. Verum est tñ ꝙ subiectum dimensionum interminatarũ, scilicet materia prima, est ens pura potentia secũdum ꝙ videtur velle Commentator in Tractatu de Substantia Orbis, vbi dicit primũ rerũ existẽtium in hoc subiecto sunt tres dimensiones, quæ dicuntur corpus.

Non hñs actu existẽs act⁹ intellr p speciem actus.

Materia intelligibilis est subiectũ deferens.

Ad tertiam dico, ꝙ non ponitur ibi materia intelligibilis sub ratione qua materia in cõi, nec sub ratione, qua intelligibilis, sed ponitur aliquid, quod est materia intelligibilis sub aliqua speciali ratione, secundum quã habet notificare ipsum diffinitũ. vt cum dicimus ꝙ linea est lõgitudo sine latitudine &c. ibi ponitur longitudo sub rõne sua propria, p quã notificatur linea, & nõ ponitur sub ratione qua materia, nec sub rõne qua intelligibilis. & tñ dicitur diffõ per materiam intelligibilem pro tanto, quia non est p materiã sensibilẽ, s. p sbm relatũ ad motũ & quietẽ, & tñ est aliquo mõ p materiam, vt oñsum fuit prius.

Ad quartam dico, ꝙ ĩmo differẽter diffiniet Naturalis & Mathematicus: quia Mathematicus diffinit per illud, quod est materia intelligibilis, non sic intelligẽdo, i. p materiam, quę põt intelligi, sed p materiã, non vt sensibilis est, i. non p materiã sumptã in habitudine ad motũ & quietẽ. hoc aũt modo non diffinit Naturalis, immo p materiam sensibilem, i. p materiã relatã & comparatã ad motũ, vt videbitur in sequenti qõne. Verum est igitur, ꝙ materia, p quã diffinit Naturalis, est intelligibilis, sed non solum est intelligibilis, immo etiam sensibilis modo prædicto. Et sic, vt sit ad vnum dicere, Mathematic⁹ diffinit p materiam, intelligibilem solũ, ita ꝙ ly solũ, excludit materiã sensibilẽ, Naturalis aũt diffinit p materiã sensibilẽ, & sic multũ differenter, vt patet cuilibet intelligenti. vel dicas & redit in idẽ, ꝙ materia, per quã diffinitur res naturalis, q̃uis sit intelligibilis, tñ non eodem modo, sicut materia mathematicaliũ: nã materia rei naturalis, vt naturalis est, nõ intellr̃ sine motu, nec est intelligibilis sine motu: sed materia, p quã diffinif res mathematica, est intelligibilis sine motu & aliis sensibilibus accñtibus: & pp hoc dicif materia intelligibilis, materia vero naturalis non sic meretur dici intelligibilis, quia non sumitur sine sensibilibus præcipue sine motu: si autem dicerentur naturalia diffiniri per materiam intelligibilem daretur intelligi ꝙ in eorum diffinitionibus sumeretur materia sine sensibilibus.

Mathematicus diffinit p materiã intelligibilem tñ.

A Ad quintam posset dici, quòd Commentator accipit causam formalem large, pro ente abstracto per intellectum à materia sensibili. & hoc modo materia intelligibilis bene cõtinef sub causa formali, & sic ad illud &c.

QVESTIO. VI.

An Naturalia diffiniantur per materiam sensibilem.



QVæritur vtrũ entia naturalia diffiniantf per materiã sensibilẽ. Arguitur primo ꝙ nõ, qa dicit Arist. in Septimo Metaphy. ꝙ materia est ignota fm se: & tale non est principiũ notificandi aliqd, nec p cõsequens diffiniendi. ex hoc syllogiza. Tex. c. 31. Itẽ secũdo, si sic, tũc in diffõnibus subarũ naturaliũ esset additamẽtũ: qđ reputaf incõueniens p Arist. in Septimo Meta. vbi vult, ꝙ diffõ subę non est p additamẽtũ. cõsequẽtia probaf: quia materia nõ est sensibilis nisi p accñtia, vt manifestum est, &
B sic in diffũne subæ naturalis esset accñs. accidẽs autẽ est extra genus substantiæ: & talis diffinitio datur per additamentum, in qua sumitur aliquid, quod est extra genus diffiniti. quare &c. Tex. c. 17.

Et cõfirmaf, quia aut in diffõnibus entiũ naturaliũ ponif materia sensibilis, vt sensibilis est, aut materia, q̃ est sensibilis, non vt sensibilis est. si primo mõ, sic sequif idẽ incõueniens qđ prius: si secundo mõ, hoc videtur inconueniens. quia sic etiã in diffõnibus mathematicaliũ ponitur materia, q̃ est sensibilis, licet nõ vt sensibilis est: & tũc similiter diffinirenf naturalia & mathematicalia. qre &c. cõfirmatio

Itẽ tertio, illud, qđ est singulare, nõ debet poni in diffinitiõe: qa diffõ est de vl̃ibus, et ex vl̃ibus, vt patet ex Primo Poste. sed materia sensibilis ẽ singularis, cũ sensus sit singulariũ, vt patet in Scđo & Tertio de Aĩa: quare &c.

Itẽ quarto, entia naturalia nõ dñr diffiniri p formã sensibilẽ, vt vr̃ manifestũ: ergo nec p materiã sensibilẽ. & tenet cõsequẽtia: qa magis videretur debere diffiniri p for-
C mã sensibilẽ q̃ p materiã, cũ forma sit principalius natura q̃ materia, vt patuit prius, quare &c. Itẽ quinto, illud, qđ nõ est simplr̃ notius suba naturali, nõ debet poni in eius diffõne, cũ diffõ debeat esse ex principiis diffiniti, pncipia aũt sunt simplr̃ & fm naturã notiora principiatis, vt dr̃ in procemio huius. sed materia nõ est qđ notius fm naturam q̃ substantia cõposita: quia illud, quod est notius secundum naturam & simpliciter, debet esse magis, vt dicitur in procemio huius. modo, materia non est magis ens q̃ substantia composita. quare &c. Tex. c. 60. Tex. c. 37.

Itẽ sexto, materia sensibilis nõ põt esse in diffõne subę naturalis, vt principiũ extrinsecũ: qa non est agens neq; finis ipsius, vt notũ est, nec vt principiũ intrinsecũ. Probatio: qa pncipia intrinseca sunt ptes illius, cuius sunt pncipia, vt patet in Primo huius. mõ, ipsa materia nõ est ps qdditatis subæ naturalis, vt vult Cõmẽtator in Septimo Meta. cap. Vtrũ autẽ idẽ vel diuersum &c. vbi dicit, ꝙ
D quidditas hominis est homo secundum formam, & non est homo aggregatus ex materia & forma. Cõmẽ. 41.

OPPOSITVM arguif auctoritate Arist. in multis locis in procemio de Aĩa, & in Sexto & Septimo Meta. & in isto Scđo libro Physicorum videtur idem intendere. Prio de aia Tex. c. 16. Sexto Me. Tex. c. 2. Septio Me. Tex. c. 19. Scdo Phy. Tex. c. 39.

CONCLVSIO.

Entia Naturalia per materiam, idest per subiectum, quod est principium quod substat motui vel quieti, ceterisque sensibilibus qualitatibus, diffiniri necessariũ est.

AD quæstionem intelligendum est, quòd per materiam sensibilem possunt intelligi duo. vno modo potest accipi materia sensibilis pro materia prima informata qualitatibus sensibilibus. vel vt alii loquuntur, pro materia prima in habitudine ad formã naturalem, quã cõsequũtur qualitates sensibiles, et isto mõ dicunt aliqui, ꝙ entia naturalia diffiniuntur per materiã sensibilem. Sed, vt breuiter expediam, non videtur esse vl̃r verũ: qa constat ꝙ corpora coelestia sunt substantiæ

naturales, & tñ non hñt materiã primã substantem formæ inhærenter, vt nititur probare Commẽtator in multis locis, ad præsens tñ suppono. Alio modo potest accipi materia sensibilis pro subiecto, quod est principiũ, & vt est principiũ motus & quietis per se & substat accidentibus sensibilibus. & hoc mõ credo, q entia naturalia debent diffiniri p materiã sensibilem nõ intelligibilem, i. p subiectum, quod est principiũ motus, & vt est principiũ motus. Hoc aũt pôt oñdi: quia naturalia debent diffiniri p illud, quod est propriũ principiũ ipsorũ, & p quod distinguuntur à non naturalibus: hanc recipio pro manifesta & concessa. sed subm, quod est principium &c. est huiusmodi. cõstat. n. q oĩa naturalia vel sunt talia suba, quę sunt principia motus & quietis, vel sunt formę existẽtes in talibus sbis, vel cõposita ex formis naturalibus, et talibus subis: & per tale subm sub rõne prędicta distinguuntur naturalia à non naturalibus. mathematicalia. n. fm q huiusmodi, non requirunt aliquod subiectũ, quod sit pncipiũ alicuius determinati motus aut quietis: immo qdlibet ens mathematicum indifferenter se habet ad omnẽ motũ, vt patuit prius. Similiter entia diuina, s. intelligentię non hñt subiectum aliquod, quod sit principium motus & qetis in eo in quo est, & substet acceptibus sensibilibus, immo sunt substãtię imobiles & insensibiles, vt suppono ad præsens. quare &c. Similiter etiã, entia artificialia fm q hmõi, non habent subiectũ, quod sit principiũ alicuius motus aut quietis: vt docet Arist. in Scdo Phy, prope principium, vbi sic dicit, lectulus aũt & indumentum &c. vide literã. Quod aũt materia debeat poni in diffõne rei naturalis sub ista rõne, vt est principiũ motus & quietis, hoc declaratur: quia certũ est, q in diffõne rei naturalis, vt naturalis, si ponat materia, debet poni sub ratione, qua natura est, aliter enim non diffinireẽ res naturalis, vt naturalis est, diffõne naturali. mõ, materia nõ est natura proprie, nisi sub ista rõne, vt est principiũ motus & quietis, vt patet p diffõnẽ naturę, qua nullus pôt ponere meliorẽ, vt dicit Cõmentator. quare &c. Et est consideradũ, q, cum motus sit de genere sensibilium, vt vult Arist. in Secundo de Aĩa, ideo subiectũ, vt est principiũ motus, ratio nabiliter dicitur materia sensibilis, & hæc formalis ratio est diuersa à ratione formali, rõne eius quod dicitur materia intelligibilis, vt manifestum est ex prędictis. Item, considerandũ, q multũ differt substãtia, & substãtia naturalis, vt naturalis est: quia in ratione formali substantię non includitur accidens substantię. dico fm id quod est: sed in rõne substantię naturalis, vt naturalis est, includitur motus, vel habitudo ad motũ & quietem, intãtum q quidditates naturaliũ, vt naturalia sunt, non pñt intelligi sine motu nec diffiniri. & hoc est aperta scientia siue doctrina Arist. in multis locis, & Cõmentator. Primo Arist. in hoc capitulo dicit sic. Impar quidem enim & par, & rectum & curuum, adhuc aũt & linea & figura sine motu supple diffinitur, vt patet ex litera immediate precedente, vbi sic dicit: fiet autẽ vtiq manifestũ, si aliquis vtrorũq tẽtauerit terminos dicere, & subdit. Impar qdẽ enim &c. postea addit. Caro aũt, et os, & homo, adhuc supple diffinitur, sine motu, s. quia non diffiniunt sine subiecto, & habitudine ad motũ. Itẽ in Sexto Metaphy. dicit Arist. sic, Sed oĩa physica siñr simo, vt nasus, oculꝰ, facies, caro, os, aĩal, foliũ, radix, cortex totaliter plãta, nullius. n. ipsorũ rõ sine motu est, sed semp habet materiã. Itẽ in Septimo Meta. cap. Qm vero diffõ oratio est, dicit sic. Sensibile nãq aĩal forsan & sine motu nõ est diffinire, etiã ibidem dicit Cõmentator sic, res naturales sunt è contrario mathematicis: quidditas, n. rerũ naturaliũ nõ pôt intelligi sine motu & sensu, sicut possunt intelligi quidditates mathematicarũ. Itẽ, Cõmentator versus principiũ Septimi sic dicit. In philosophico auditu pscrutatur de principijs corporis fm q est naturale, i. fm q mouetur & quiescit. hic aũt pscrutatur de eis fm q substãtia tm. Ecce, q Cõmẽtator exponit istã reduplicatio-

Conclusio respõsiua.

Tex. c. 2.

Tex. c. 7.

Differũt sbstãtia & substantia naturalis.

Nõt sacri

Tex. c. 8.

Tex. c. 38.

Comen. 3.

E nẽ fm q naturale, i. fm q mouet & quiescit, & intelligit vel fm actum vel fm aptitudinẽ. Ex quibus oĩbus videtur esse manifestũ fm intentionẽ Arist. & Cõmẽtatoris, q res naturalis, fm q naturalis est, includit motũ vel habitudinem ad motũ: & ideo bene pôt diffiniri per materiã sensibilẽ, i. p subiectũ, quod est principiũ motus, & vt est principiũ motus. Et hoc bene signauit Cõmẽtator in Sexto Metaphy. super verba primũ ducta, vbi dicit sic. Nullum istorũ habet diffinitionẽ absq eo, q illa diffinitio accipiat aliquod transmutabile: transmutabile autẽ proprijssime est subiectũ, quod est principiũ motus. Et est considerandum pp iuniores, q ens naturale dupliciter accipitur. vno modo proprie & stricte, & sic ens naturale idẽ est, qd hñs naturã: habens aũt naturã est cõpositum ex materia & forma, sicut docet Arist. in Secũdo huius. alio modo sumiẽ ens naturale generaliter & cõiter pro oĩ eo, de quo proprie considerat Philosophus Naturalis per Sciam naturalem. Et istud diuiditur: quia quędã F sunt entia naturalia, quę sunt per se accidentia substãtiarũ naturaliũ, vt moueri sursum ignis, & sic de aliis: et hęc dicuntur proprie fm naturã, vt docet Arist. in litera. Alia sunt substantię naturales, & hę sunt duplices, quędã sunt simplices, qdã cõpositę ex materia & forma, & istę simplices, quędã sunt p se subsistẽtes actu, vt dicũ de corporibus cœlestibus, qdã sunt p se nõ subsistẽtes actu, & hęc sunt materia, q est subiectũ, & forma, quę ipsam perficit. Modo, istud dictũ, s. q naturalia entia diffiniuntur p materiã sensibilẽ, i. p subiectũ, qd est principiũ motus, verũ est in oĩbus entibus naturalibus aliquo modo. vt, si diffiniatur ignis, qui est substãtia naturalis composita, posset sic dici. Ignis est substantia cõposita ex materia & forma sbali, quę sunt principia motus sursum, proportionaliter aũt & in aliis. Et, si diffinitur moueri sursum, forte diceretur, q est actus entis in potentia ad vbi leuiũ. Et, si diffiniretur materia prima, forte diceretur, q est subm primũ, ex quo aliquid fit, & sumeretur ibi subiectũ, qd est cũ G materia sub ratione notiori in habitudine ad factionẽ alicuius, quę est aliquo modo motus. Et, si diffiniretur forma substantialis hoĩs diceret, q ipsa est actus entis in potentia ad motum cognitionis, qui est proprius hoĩs p ipsam formam substantialem inhęrentem sibi. Et, si diffiniretur corpus cœleste forte diceretur, q est sbm recipiens motũ circulare ppetuũ. Et quęrat de istis exẽplis quędã manifestatio & exercitatio, nõ aũt nominanda verificatio. tantum autem ad præsens mihi sufficit, q sicut substãtia naturalis debet diffiniri per materiam, vt est principium motus, sic quęlibet specialis res naturalis, si vlt diffiniatur, debet diffiniri per aliquod subiectum, vt est principium motus proprię illius rei. Vlterius intelligẽdum, q fm Commentatorem in isto Secundo in fine vltimi capituli per diffinitionem rei naturalis debet apparere materia: sed hoc contingit dupliciter. Vno modo fm expressionem, ita, s. q exprimatur tanq vna pars diffini H tionis, vt si dicat homo est suba cõposita ex talibus carnibus & ossibus, & aĩa rationali. Alio modo fm quandam consecutionẽ, ita. s. q ex partibus positis in diffinitione consequatur q materia eius debet esse talis & talis. vt, si diffiniatur res naturalis per genus & differentiam, vt homo per animal rationale. licet enim ibi non exprimatur materia hominis, tamen ex hoc q est animal, sequitur q debet esse compositus ex materia disposita ad receptionem specierum siue materia, vel ad virtutem receptiuam specierum sine materia, & ex hoc quòd est ratiocinatiuum, sequitur quòd debet esse compositum ex materia optime cõplexionata ad recipiendum intentiones cogitabiles, vel aliquid huiusmodi. & isto modo videtur intelligere Commentator, & sic explanat Albertus ibidem.

AD rationes in contrarium. Ad primam dicendũ, q aliquid esse ignotum fm se potest intelligi dupliciter. vno mõ q nullo mõ possit intelligi, & sic nullus ens est ignotũ. nullũ enim ens est ignotũ naturaliter, vt dicit

Res naturalis pôt diffiniri p materiã sensibilẽ.

Comen. 2.

Ens naturale capit dupliciter.

Tex. c. 44.

Comẽ. 92. Materia apparet dupliciter p diffinitionẽ rei naturalis.

Rñsiones.

Cōmē.10. Tex.c.18.

Commen. supra Primum de Generatione, & habetur ex Tertio de Anima. quia intellectus possibilis est potens oia fieri, immo ipsum noo ens oon est sic ignotum, ꝙ nullo modo possit intelligi, imo intelligitur per speciem entis, vt cōiter dicitur: & sic materia etiam oino prima non est ignota per se vel ſm se. alio mō pōt intelligi ꝙ aliquid sit ignotum ſm se, ita ꝙ nō est natum cognosci sine alio, sed per aliud cognoscitur, & sic est de materia prima: & tale postq̄ notum est, potest esse principium cognoscendi alterum & diffiniendi.

Ad Secundam patet ex dictis. Nam licet accidens sit extra genus, subæ, non tamen est extra genus substantiæ naturalis, vt naturalis est, vt declaratum est. quare non valet.

Substantia nō diffinit p suū accñs.

Item dicunt aliqui, ꝙ oon omnis diffinitio, quæ est per aliquid extra genus diffiniti, est proprie per additamētum: imo oportet quod diffinitum ipsum existat in illo tanq̄ in suo subiecto, vt in substantia existit accidēs: & ideo, cum accidens diffinitur per subiectum, est diffō per additamentum, & substantia non est in accidente vt in subiecto: & ideo, q̄uis substantia diffiniretur per accidens, non esset per additamentum. hoc tamen sine dubio verū est, ꝙ substantia noo debet diffiniri proprie loquendo de diffinitione per suum accidens, vt docet Commentator in Septimo Metaphy. saltem per accidens, vt accidens est, licet forte per aliam rationem posset.

B

Ad Tertiam dico, ꝙ materia sensibilis bene est singularis ſm esse extra animam, sed ſm esse abstractum in intellectu, bene est vniuersalis, & hoc sufficit. nihil enim ꝓhibet, illud, quod singulariter existit extra animam, vniuersaliter iotelligi: quod contingit ex abstractione virtutum intellectualium, quarum vna generat intellecta, & alia recipit ea, vt declaratum est in Tertio de Anima.

A Quartā dico, ꝙ imo entia naturalia bene diffiniuntur per formam sensibilem, idest per formam, quæ est ꝑceptium, & vt principium motus & quietis. Et, cum dicit ꝙ istud noo est dictum cōe, ꝙ diffiniatur per formā sensibilem, sed per materiam sensibilem, dico, ꝙ pro tanto forte consuetum est dici ea diffiniri potius per materiam sensibilem q̄ per formam sensibilem, quia nullum est dubium, quin per formam sensibilem debeāt diffiniri, imo quasi notum cuilibet bene disposito parum exercitato in

C

Tex.c.16.

Philosophia Naturali. Et hoc etiā dicit plane Aristo. & Cōmē. in procemio de Anima, sed de materia magis fuit dubium. & ꝓp hoc magis ponitur in qōne ad manifestādum & frequentius exprimitur, vt per consuetudinē aliqualiter credatur. Quę enim consueuimus dignamur dici & consueta sunt magis nota, Secundo Meta.

Tex.c.14.

Itē forte ratio quare frequentius dicuntur diffiniri ꝑ materiam sensibilem q̄ per formam sensibilem est: quia ꝑ materiā sensibilem magis distinguitur à diuinis entibus, q̄ ꝑ formam sensibilem. nam per materiam sensibilē distinguūtur à diuinis: & ratione qua materia est, quia nullam habent materiam ſm communem doctrinam: & ratione, qua sensibilis est, quia penitus sunt insensibiles: sed ꝑ formam sensibilem non sic distinguūtur ab eis rōne qua forma est, quia ipsa entia sunt quędā formę. & quāuis formę noo dicantur de eis ſm vnam rationem vniuocam & specificam, tamen dicuntur de eis ſm vnam rationem analogam: sed de hoc non plus ad pręsens.

D

Ad quintā solutū fuit prius, vbi ostensum fuit quomodo materia est simpl̄r notior ipso cōposito: quia licet non sit maioris entitatis ipso, est tamē realiter & vl̄r prior ipso: & hoc sufficit ad hoc, vt sit ootior simpl̄r & ſm naturam intelligendo sicut prius fuit expositum. Itē, licet materia noo sit verioris entitatis actualis, quam compositū, est tamen verioris entitatis potentialis, ꝙ compositum: quia compositum noo est in potentia nisi ratione materię, & nō ratioue formę: ita ꝙ materia per se & primo est in potentia, compositum autem non primo, sed ratione partis: & hoc sufficit ad hoc quòd materia sit aliquo modo notior secundum naturam.

Materia est magis ens quam compositum.

A

Ad sextam potest dici, quòd licet materia non esset principium intrinsecum quidditatis naturalis eo modo quo pars est intrinseca toti: tamen ipsa est principium intrinsecum substantiæ compositæ, vt euidens est de se, & sic ponitur in eius diffinitione. Et adhuc licet noo esset ꝑs quidditatis, s. formæ, tamen posset esse principiū intrinsecum ipsius quidditatis, vt proprium subiectum ipsius quidditatis deferens eam. & ideo deberet poni in diffinitione quidditatis. Et hoc satis videtur rationale. Nam Commentator vult in isto Secundo ꝙ materia est causa formæ & per consequens eius principium. si quidem omnis causa est principium Quinto Metaphysi. & constat ꝙ non est principium extrinsecum, cum oee sit agēs, nec finis: ergo relinquitur, ꝙ sit principium intrinsecum ipsius formæ, nō quidem sicut pars est intrinseca toti: quia materia non est pars formæ, sed sicut subiectum & perfectibile est intrinsecum suæ perfectioni inhærenti, ex qua cum ipso fit vnum ens per se, & existens in vno loco.

Materia est principium formæ. Cōmē. 10. Tex. c. 1.

B

Posset etiam dici secundum aliquos, ꝙ materia bene est pars essentialis quidditatis naturalis. Et ad dictum Commentatoris, cum ipse dicit, quòd quidditas hominis non est homo compositus ex materia & forma, verum est ex materia indiuiduali hac vel illa: sed est compositus ex materia & forma in communi pertinente ad speciē. & istud compositum dicitur forma non proprie ab informando, sed per circumscriptionem materię indiuidualis, vt dicūr: & sic intelligit Cōmentator, cum dicit, ꝙ quidditas hois est homo ſm formā, i. cōpositus ex materia & forma pręter conditiones indiuiduales & particulares, quæ noo suot de quidditate hominis. & similiter in aliīs. sed de hoc ad præsens non determino.

Demonstrant aūt & q̄ magis naturales &c.

Tex.c.26.

QVAESTIO VII.

An Naturalis Philosophus habeat considerare materiam primam.

C



HIc deberet quęri, vtrū istę sciētię medię sint magis naturales q̄ mathematicę, sed de hoc quęretur cum sophismatibus, & quæretur ouuc circa sequens capl̄m. Qm̄ autem natura dupliciter dicitur. Et primo quæratur vtrū naturalis Philosophus habeat considerare materiā primam. Arguitur ꝙ non. Primo, quia eam consyderat Metaphysicus, vt patet in Septimo & Octauo & in .12. Meta. oon ergo Naturalis. ex hoc syllogiza.

Tex.c;21. Tex.c.8. Tex.c.1. Tex.c.10.

Itē Secundo, oullus artifex demōstrat suum subiectum, oec ea, quæ sunt ante suum subiectum ſm Lincoñ. in Primo Poste. & Aristo. dicit in eodē, ꝙ oullius Scientiæ est demonstrare propria principia sua: sed materia est principium rerum naturalium: ergo Naturalis nō demonstrat eam esse. Item tertio, sicut se habet ars ad res artificiales, ita se habet natura ad res naturales, per conuenientem similitudinē. sed nulla ars cōsyderat primā materiā rerum artificialiū, sed vnaquęq; propriā, vt domificatiua ligna & lapides, & faber æs, & medicus corpus humanū: quare nulla scientia Naturalis cōsyderat materiā primā rerū naturaliū.

D

Præterea quarto, Naturalis non consyderat primā formā, vt satis patet p Cōmētatorē i Duodecimo Meta. ergo nec primā materiā per simile conueniens.

Cōmē. 51?

OPPOSITVM videtur intendere Aristo. in isto capitulo & expressius Commentator.

CONCLVSIO

Naturalis Philosophus consyderat materiam primam per simplicem intellectus apprehensionem, ac compositionem, considerat etiam substantias abstractas aliquo modo, vt horum inferiorum effectrices causę sunt.

INtelligendum, quòd de materia possumus loqui dupliciter. Vno modo de materia prima et remota, que scilicet de se nō est ens, nisi pure potētia passiua. Alio

Materia est duplex.

modo vt disposita & appropriata ad formam: & hæc est materia determinatis accidẽtibus & alijs dispositionibus informata, vt materia calida & sicca in summo est materia appropriata igni, & frigida & humida, aquæ, similiter ãt & in alijs. Vlterius considerandum gratia Quartæ rationis inductæ, q̃ sm Commentatorem in Primo huius;

Comẽ. 81. Formarũ gña duo.

versus finem, formarum duo sunt genera. Quędam sunt formæ in materijs, & aliæ sunt non in materijs, sed separatæ ab omni materia & magnitudine, & hæc dicuntur intelligentiæ, vt patet in Duodecimo Metaphy. Vlterius accipio, q̃ ipsius materię põt fieri duplex consideratio. vna intuitiua, quæ pertinet ad primam operationẽ intellectus. aut compositiua & discursiua, quæ pertinet ad Secundam operationem intell's, qua, s. consideratur materia esse & demonstratur. Modo de istis peccauit

Error Aui. Com. 81. Comẽ. 22.

Auic. sm recitationem Commentatoris in Primo huius &. 2. Voluit. n. Aui. q̃ Philosophus naturalis non demõstrat materiam primã esse similiter nec primam formam abstractam, quæ est Deus supremus. Sed ista demr̃are

F

pertinet ad Philosophum primum, seu diuinum, s. ad Metaphysicum, et Naturalis debet accipere et supponere ab ipso materiam primam esse & formas abstractas: & hoc probauit rõne prætacta, quia audiuit ex Posterioribus analytic. q̃ nulla scĩa demr̃at sua ppria pncipia certũ aũt est q̃ materia prima & forma prima sunt q̃dã prima principia rerum naturalium, quare &c. Sed ista positio nõ placet Cõmentatori: quia sicut dicit, impo'e est demr̃are

Conclusio prima.

primam materiam esse, nisi per signum naturale, idest p transmutationem in sb̃a, et sĩr prima forma absoluta, impossibilis est demr̃ari nisi per signum naturale, s. per motum æternum: talia aũt deberent demonstrari per Sciam Naturalem, quæ considerat signa naturalia, & non per

Tex. c. 1. Tex. c. 4.

Philosophiam Primam. Vnde Commentator in Primo huius dicit, q̃ certiõr sermonum, quibus vsus est Auic. ad demonstrandum primum principium esse, nõ trascẽdit ordinem sermonum probabilium. Et in isto capl'o dr̃

G

q̃ via, qua processit ad demr̃andũ primum principium esse, est via loquentium, & sermo eius semper inuenitur melius inter Peripateticos & loquentes: vnde peccauit peccato manifesto cum credidit demr̃are primum principium esse demr̃atione essentialiter pertinente ad Sciam Diuinam. Dico ergo aliter ad quæstionem sm intentionem Cõmentatoris, primo, q̃ Naturalis Philosophus habet considerare materiam primam consideratione intuitiua, s. sm primam operationem intellectus: quia quicũq; considerat compositum ex materia et forma cognitione perfecta, necesse est q̃ cognoscat materiam & formam, vt docet Aristo. in Primo huius: eadem enim sunt principia essendi, et cognoscẽdi Secundo Metaphy. Sed Philosophus naturalis cõsiderat composita naturalia ex materia & forma, s. aĩalia, plãtas, et mineralia: quare &c. Sciendum tñ, q̃ ipsam quidditatem vel essentiã materiæ primæ non considerat Naturalis, vt naturalis est, nisi habitudine ad motum, vt patuit in præcedẽtibus. Secũ-

H

do dico, q̃ naturalis Philosophus habet considerare ma-

Conclusio secunda.

teriam primam consideratione compositiua, s. cognoscendo ipsam esse & demr̃ando. Quod probatur ratione Cõmentatoris: quia illius philosophi est cõsiderare materiã primam esse, qui habet considerare primum medium, & signum, quod demonstratur esse: eiusdem enim scientię est considerare medium, & extrema demonstrationis, Primo Posteriorum. sed Naturalis Philosophus primo et directe considerat mediũ, seu signum, quo demonstrat materiam esse: non enim potest proprie demonstrari esse nisi per transmutationem in sb̃a, per quã conuincitur esse aliquod ens in potentia pura sm se. & esset demonstratio talis, In quibuscunq; entibus est transmutatio in substantia, oportet esse materiam, quæ est ens pure in potentia: sed in entibus naturalibus hoc contingit. quare &c. Maior patet. nam in transmutatione substantiali mutatur nomen & diffinitio, ita, q̃ nec manet idem nomẽ, nec

E

eadem diffinitio: in hoc enim differt trãsmutatio substãtialis ab accidentali. in tali autem substantiali transmutatione requiritur aliquod subiectum. hoc enim commune est omni transmutationi. Vnde & Aristot. in Primo huius dicit, q̃ semper oportet aliquid subijci quod fit, id est cui attribuitur fieri: & illud subiectum debet esse vnũ

Tex. c. 60.

aliquo modo sub vtroq; termino transmutationis. illud ergo subiectum vnum, quod subijcitur transmutationi substãtiali aut de se & sm q̃ subiectum, est ens actu, aut ens in potentia. si esset de se & sm q̃ sb̃m, ens actu, tunc terminus adueniens non esset nisi accidens, non autem sb̃a: quia substantia non recipitur in ente actu secundum q̃ ens actu, sed magis accidens: & similiter forma, quæ abijceretur ab illo subiecto esset accidens, & non substantia, postq̃ remaneret idem ens actu sicut prius. talis autẽ transmutatio non est substantialis mutans nomen & diffinitionem, immo accidentalis: & sic transmutatio substantialis non esset substantialis: & sic patet maior, & minor est manifesta, quasi de se. nam, vt dicit Commentator in Primo huius, videmus idem corpus transferri de

Tex. c. 63.

carneitate in terrestreitatem, & mutatur nomen & diffinitio, ita q̃ non amplius dicitur caro, nec habet diffinitionem carnis, similiter autem & in alijs. quare &c. & hæc quidem etiam est demonstratio naturalis, cuius mediũ pertinet ad Philosophum naturalem. quare &c. Ter-

Conclusio tertia.

tio dico, q̃ etiam ad Philosophum naturalem spectat demonstrare substantias abstractas esse per similem rationem, scilicet quia medium, per quod demonstrãtur esse, scilicet motus perpetuus continuus & vniformis pertinet ad Philosophum naturalem, vt manifestum est. quare &c. Item demonstrare entia abstracta esse, aut pertinet ad Philosophum Primum, aut ad Naturalem: constat enim q̃ non ad mathematicum. Sed non pertinet ad Philosophum primum: quia nullus artifex potest demõstrare suum subiectum esse demonstratione nec propter quid, nec quia, cum nihil sit notius in scientia q̃ subiectũ scientię: mõ, formæ abstractæ sunt subiecta Philosophię primę, seu Metaphysicæ, scilicet partes subiectiuæ principalis subiecti, vt habet videri in Metaphysica: ideo videtur, q̃ nõ habet demonstrare huiusmodi formas esse. quare &c. Vnde dicit Commentator versus finem hui' primi, q̃, si Naturalis non demonstraret huiusmodi genus entium esse, sequitur q̃ non esset alia pars Philosophiæ, nisi Naturalis & Mathematica. Quod sic apparet: quia certum est, q̃ Mathematicus non demonstrat ea esse, & non potest haberi scientia de ipsis, nisi cognoscantur esse. cum igitur esse earum sit occultum & ignotum, oportet q̃ demonstrentur esse, antequã cognoscantur

Tex. c. 81.

quidditates eorum: sed non possunt demonstrari per sciẽtiam considerantem quidditates eorum: ergo, si non demonstrantur esse per Naturalem, nullo modo demonstrabuntur esse, & per consequens nulla scientia, vel pars Philosophiæ erit de eis, & sic non erunt plures Philosophiæ rationales & speculatiuæ, nisi Naturalis & Mathematica: quod est absurdum. Relinquitur ergo, q̃ naturalis demonstrat formas abstractas esse. Considerandũ tamen, q̃ aliter considerat Diuinus de istis, quàm Naturalis. nam Naturales, vt dictum est, demonstrat eas esse per motum, & non est alia via philosofica, vt dicit Cõmentator in Octauo huius: & sic considerat de istis sm

Physicus & & meta. diuersimode consideraãt substantias abstractas. Comen. 50.

q̃ sunt causæ mouentes, sed Diuinus, supponens pro constanti ã naturali talia entia esse, considerat de eis secundũ q̃ sunt formę substantiæ sensibilis & finis, ita q̃ considerat & demonstrat q̃ huiusmodi substantiæ abstractæ sunt principia substãtiæ sensibilis secundum formam & secundum finem. Et vlterius alia prædicata quidditatiua demonstrat de eis, scilicet q̃ sunt act' puri, et q̃ sunt intelligentes, & intellectę, & similia. et hæc est doctrina Commentatoris in Duodecimo Metaphy. vt patet consideranti. Qualiter autem formæ absolutæ sunt formæ substantiæ sensibilis considerandum est, sed non hic.

Rñsiones. AD primam rationem dicẽdum, sicut dicit Commẽtator in Septimo Metaphysi. & in Duodecimo, ꝙ Metaphysicus aliter considerat primam materiã, & aliter Naturalis, nam Metaphysicus eam considerat ſm ꝙ est principium ſubſę, supple compositę, Naturalis autẽ eam considerat ſm ꝙ est cã trãſmutationis: isti modi sunt diuersi, & hoc sufficit. Idem habetur ab eodem in Septimo Metaphy. versus principium: & videat cui placet. Itẽ

Com.t. Metaphysicus considerat primam materiam per comparationem ad oẽs primas partes entis, & negationes, siue priuationes earum, vt apparet Septimo Metaphy ſi. vbi

Tex.c.v. Arist. sic dicit, ꝙ materia non est quid, i. nõ est ſba actu, supple de se, nec quale, nec q̃tum, nec aliquid aliorũ, qb⁹ determinatum est ens, neq; priuationes, sed supple potentia ad omnia hæc. Naturalis autem nõ sic cõsiderat eam, sed modo prædicto.

Scia potest demonstrare cãs sui subiecti. Ad Secundam, quæ fuit ratio Auic. soluit Cõmentator dicens, ꝙ maior est vera de demonstratione, ppter qd, & de demonstratione simpliciter. et per demonstrationẽ simpliciter forte intelligit demonstrationem per causam remotam: nulla igitur scientia demonstrat causas primas sui subiecti demonstratione per cãm, sed, si causę subiecti haberent causas altas, per quas possent demonstrari, tũc illa demonstratio pertinebit ad superiorem sciam, cuius est considerare illas causas: tamẽ scientia bene potest demonstrare causas sui subiecti demonstratione, quæ est ꝑ signum, dico demonstrationem quia, s. per effectum notiorem. & hoc contingit cum in scia aliqua consideratur aliquis effectus per se, qui notior est nobis ꝙ causæ subiecti, & aliter non, cum demonstratio fit ex notioribus. Et hoc sufficit Linconi. in Primo Poste. ad ostendendum, ꝙ Aristo. nõ debuit demonstrare, ꝙ ipsum ferre sit, non ẽ, debuit per causam, cum nullius sciæ sit demonstrare sui subiectum: nec præcipua sui subiecti per causam neq; demonstratione quia, vt manifestum est: quia non inuenit aliquis effectus per se notior nobis consideratus in scientia demonstratiua, per quam manifestetur, ꝙ ipsum ferre sit vel debeat manifestari, cum bene dispositis sit quasi ꝑ se manifestum ipsum esse.

Ad Tertiam soluit Commentator, ꝙ non est omnino sic: quia non est aliqua ars, quæ considerat principia & passiones rerum artificialium in cõi, & ideo nullam considerat materiam primam rerum artificialium. nec forte est multum necessarium, quia ars ordinatur ad factionẽ rei artificialis, quæ est quid singulare: & ideo sufficit eo gnoscere materiã ex qua, sed bene est vna scia Naturalis considerans res naturales in cõi, & principia cõia & passiones cões: & ista habet considerare materiam primam communem, & demonstrare eam modo prędicto.

Ad Quartam patet ex dictis, quomodo Naturalis cõsiderat formas abstractas, & formam primam. Et vide,

Naturalis considerat formã primam. ꝙ nõ est simile de materia prima, & de forma prima omnino: quia prima materia est pars ſbę naturalis vel subiectum quidditatis naturalis: & ideo Naturalis habet eam considerare, sed forma prima, quę est Deus, non est pars alicuius substantiæ naturalis, sed solum est forma exemplaris: & ideo Naturalis non considerat eã, vt forma est, sed forte, vt est primum principium motus, vt habet vi-

Tex.c.27. deri in Octauo huius: quare &c.

QVESTIO. VIII.

An Materia habeat rationem causæ.



Eterminatis autem his, considerandum est de causis. Hic quæritur primo super. t. c. 28. vtrum materia sit causa. Arguitur primo ꝙ non, quia non est nobilior & dignior q̃ res materialis. causa autem dignior est causato. Item Secundo, causa dat esse causato: modo materia non dat esse, immo recipit esse à forma. Item Tertio causa vniuersaliter prior est causato. Primo Poste. &.

A c. sed materia non est prior cõposito, cum actus sit prior potentia, Nono Metaphy. Item Quarto, si esset causa, aut esset causa rei diuinæ, aut naturalis, aut mathematicæ per sufficientem diuisionem. quæ rmus enim de materia reali existente extra animam: sed non potest esse cã entis diuini, vt omnes concedunt: nec entis naturalis, qa quidditas rei naturalis nõ est nisi forma, vt videtur velle Commen. & sic materia non est pars, nec principium intrinsecum quidditatis naturalis: quare &c. Item, non potest esse causa entis mathematici, quia sic considerari deberet in Scia Mathematica, cũ scia debeat cõsiderare causas suorum scibilium, modo, hoc videtur esse aperte cõtra Commen. in Procemio huius, vbi dicit, ꝙ Scietię Mathematicæ considerant de causa formali tãtũ: quare. Tex.c.14 Com.t.

OPPOSITVM vult Arist. in isto capitulo, & Quinto Metaphy. & in alijs multis locis. Et arguitur ratione: qa quod respondetur ad interrogationem propter quid, est causa: nunc autem materia respondetur ad interrogationem propter quid, vt si quæratur propter quid animal est corruptibile, pōt rñderi, quia ẽ cõpositũ ex cõtrarijs. Tex.c.21. Tex.c.2.

B

CONCLVSIO.

Materia est naturalium omnium causa quo ad esse & fieri.

Cõ. prima AD quæstionem breuiter dico duo. Primo ꝙ materia est causa rerum naturalium q̃tũ ad esse, qa illud, ex quo aliquid cõpositum est, videtur esse principium ipsius q̃tũ ad esse: sed ens naturale subsistẽs actu generabile & corruptibile est compositum ex materia & forma, sicut. n. hõ albus est quid compositum ex hõie & albedine, sic ſba naturalis generabilis & corruptibilis est composita ex materia & forma, vt docet Philosophus in Primo huius. Secundo dico, ꝙ materia rerũ naturalium est causa earum, q̃tum ad fieri: quod patet, quia illud, quod est ſubm per se transmutationis, per quã acquiritur res naturalis, est eius principium q̃tũ ad fieri, nam huiusmodi trãsmutatio est ipsum fieri rei naturalis.

C & ſubm est principium eius, cuius est ſubm, vt manifestũ est, quare &c. sed constat, ꝙ materia est subiectum per se trãsmutationis ipsius, ꝑ quã acquirit res nãlis, quare &c.

Rñsiones 2 AD primam rationem dicit aliquis, ꝙ illa, ppositio est solum probabilis, s. ꝙ cã sit nobilior causato: est, n. vera in pluribus causis, s. in agente principali, et forma et fine, sed non in materia prima, quæ est imperfectissima. Vel dicendum, ꝙ cã est nobilior causato, vt causatũ est, sed non oportet, vt illud, quod est cã, sit nobilius simpliciter qd est causatum, & sic est in proposito, quare &c.

Cã non est semper nobilior causato. Ad Secundã dico, ꝙ nõ est de rõne cã dare esse actu, sed ad cuius esse sequitur aliud: & hoc bene cõpetit materię. quare &c. Vel dico, ꝙ materia bene dat esse, non quidem esse actu, sed potentia.

Ad Tertiã dico, ꝙ act⁹ bñ ꝑor ẽ potẽtia ordine pfectionis, et dignitatis, sed uia gñatiõis ẽ cõtrariũ, Nono Met.

D Ad Quartã dico, ꝙ materia sensibilis ẽ cã & ꝑncipiũ rerũ naturaliũ, & materia intelligibilis est cã, & ꝑncipiũ entiũ mathematicaliũ, vt ostẽsum fuit ꝑus. Ad auctoritatẽ Cõmẽtatoris mihi vr̃, ꝙ est difficile rñdere: posset tñ dici, ꝙ ipse sic intelligit, ꝙ Mathematicus tm̃ considerat de cã formali, id ẽ de ente abstracto à materia sensibili, & nõ de agẽte, neq; de fine: & tale ens abstractum à materia sensibili dr forma: cũ hoc tñ stabit ꝙ vnum ens mathematicum sit materia itelligibilis alterius. Est ergo intentio Cõmẽtatoris, vt credo, ꝙ Mathematicus cõsiderat de cã formali tñ, accipiẽdo cãm formalẽ prout est abstrahibilis à materia sensibili, & nõ cõsiderat de materia, q̃ nõ est tale ens, s. abstrahibile: sed de materia, q̃ est abstrahibile à materia sensibili, bñ pōt cõsiderare. & vt sit ad vnũ dicere in illo sermone Cõmẽtatoris, ly tñ, non excludit de causis nisi materiã sensibilẽ, & cãm agentẽ & finẽ: materiã aũt intelligibilẽ nõ excludit, eo ꝙ ipã ẽ forã vt ipse capit formã, s. ꝙ ente abstrahibili à materia sensibili & indiuiduali & omnino cõmuni, pōt enim quodli- Tex.c.15. Mathematicus considerat de cã formali tm̃

bet subiectum mathematicum intelligi sine omni sensibilitate & motu, & è contrario de naturali: & sic de isto.

Tex. c. 21. Alio autem modo species & exẽplum. hæc autem ratio est ipsius, quod aliquid erat esse, et huiusmodi genera. vt eius, quæ est diapason duo ad vnum, & omnino numerus, & partes, quæ in diffinitione.

QVAESTIO XI.

An omnes partes definitionis sint formæ.



Onsequenter quæritur vtrum omnes partes diffinitionis sint formæ. arguitur primo q non, quia illud, quod pdicaẽ de aliquo essentialiter & in recto, non est eius forma: falsa. n. esset ista, aĩal est aĩal. vt dicit Cõmẽtator in Septimo Metaphy. sed partes diffinitionis prædicãtur de diffinito essentialiter & in recto. verum enim est dicere, homo est animal rationale mortale. & similiter vera est ista, animal rationale mortale est animal: & ista, rationale est rationale: quare &c. Item secundo, si partes diffinitionis essent formę, tunc omnis diffinitio esset logica. nam diffinitio dicitur logica, quæ est per formam, vt accipitur ex Procemio de Anima: sed consequens est inconueniens, ut patet etiã ex Procemio de Aĩa. quare &c. Item tertio, si sic esset, tũc materia esset forma: cũ in diffinitiõe accipiatur materia, vt patuit. Itẽ quarto, oĩs diffinitio esset diminuta, quod est absurdum. & patet consequentia per dictum Commẽtatoris In Procemio de Anima, vbi dicit, q qui in diffinitione accipit formam & dimittit materiam, existimatur q dimittit aliquid non necessarium: sed non est ita, scilicet q dimittat aliquid non necessarium, immo dimittit aliquid necessarium: & sic, si partes diffinitionis sint formę, & dimittatur materia, erit diminuta diffõ: quia dimitteẽ aliqd necessariũ. quare etc.

OPPOSITVM docet Aristo. in litera.

CONCLVSIO

Partes Definitionis, vt partes, materię rationém habent, vt vero essentiales sunt diffinito formales sunt in cõparatione ad indiuiduum naturæ definitæ.

Opi. S. thome. ALiqui dixerunt, q partes diffinitionis possunt cõparari ad ipsam diffinitionẽ, & ipsum indiuiduũ quidditatis, q̃ diffinitur. Et primo mõ hñt rõnẽ materię, cũ partes habeãt rõne materię respectu totiꝰ, vt

Tex. c. 31. patet ex isto secundo. oẽs. n. partes cõparãtur ad totũ, vt imperfectũ ad pfectũ: & hęc est comparatio materię ad formã. & ideo partes diffõnis respectu diffõnis & naturę, cuius sunt partes, hñt rationẽ materię. sed, si cõparentur ad suppositũ, siue ad indiuiduũ quidditatis, sic se hñt ad ipsum p modum causę formalis: & hoc forte declaraẽ, quia ipsę partes diffõnis sunt abstractę, saltem ſm intellectum ab indiuiduo quidditatis. nã materia indiuidualis non ponitur in vera diffõne, illud aũt, quod est abstractũ

Forma capitur dupliciter. ab aliquo, videtur esse forma vel ad modum causæ formalis se habens. Et ad manifestationẽ huius põnis addunt aliqui, q forma dupľr accipitur. Vno modo accipitur forma ab informando, & hęc est forma, quæ est altera pars cõpositi perficiens materiam. Alio modo dicitur forma p separationem vel abstractionem à materia ſm rẽ, & ſm intellectũ, & à materia sensibili & intelligibili: & sic intelligentia separata dicitur forma separata ab omni materia ſm esse & ſm diffinitionem quidditatiuã quãtum est ex parte sua. Et alio modo dicitur forma p abstractionem à materia sensibili ſm intellectum, & hoc dupliciter. vno modo dicitur forma p priuationem materiæ sensibilis, & in vlĩ & in particulari. alio modo per priuationem materiæ sensibilis indiuidualis & in particulari. et primo istorum duorum modorum entia mathematicalia dicuntur formæ, i. entia abstracta secundum intellectum ab omni materia sensibili, & hoc modo intellexit Commentator in procemio huius, vt dictum fuit prius.

E sed secundo modo, vniuersalia rerum naturalium dicuntur formę, quia ſm intellectũ sunt abstracta à materia sensibili idiuiduali, & singulari, vt patet ex Septimo Meta. Cum ergo dixit Philosophus, q partes diffõnis sunt formæ, si ppositio intelligitur vlr, debet capi forma cõiter, ita q sunt formę aliquo prędictorũ modorũ, & est dicere, q oẽs partes diffinitionis sunt abstractę p intellectũ à materia indiuiduali, & hoc est verũ. Nam in diffinitione hominis non ponuntur hę carnes & hęc ossa. nec in diffinitione circuli ponitur hic semicirculus, vt patet in Septimo Metaphysicę. et hęc positio videtur satis rationalis, quantum ad distinctionem de forma. Sed quod dicit, q ipsę partes diffinitionis in comparatione ad indiuiduum quidditatis non hñt rationem materiæ, non videtur rõnabile: quia ipsę partes diffinitiõis sunt partes indiuidui, & partes dicuntur habere rõnem materię respectu totiꝰ. — Reprobõ opinionis. — Vide Gfa deuz super hoc textu.

Etiam quod dicitur, q partes respectu diffinitionis, & respectu naturæ habẽt rõnem materię, dubium videtur:

F quia materia non prędicatur de eo cuius est materia, saltem in recto, vt cõiter dicitur: modo, partes alicuius diffinitionis pdicantur de diffinito in recto & per se, & etiam de natura, quæ diffinitur, nisi forte diceretur, q illud, qđ est proprie materia, non prędicatur &c. sed aliquid hñs modum materię potest prędicari essentialiter & in recto de altero, & sic intelligitur. genus enim & differentia nõ sunt proprie materia diffinitionis vel diffiniti, sed habent modum consimilẽ modo materię, eò q vtrunq; eorũ ſm se et seorsum est quid minus perfectum q̃ tota diffinitio.

Dubitatio. Item dubitatur, qũo, & quare aliquid dicitur forma p remotionem materię sensibilis: & tñ non inuenitur è conuerso aliquid dici materia p abstractionem formæ sensibilis: idem enim videtur esse iudicium de vtroq;.

Solutio. Forte hoc est pro tanto, quia, cũ forma sit perfectior & nobilior causa q̃ materia, ideo nomen formę extensum est ad res abstractas & separatas ſm se ab omni materia, s. ad intel

G ligentias, quę sunt nobiliores & superiores ad naturã generabilẽ & corruptibilẽ, vt patet in Duodecimo Meta.

Intelligẽtie dicunĩ formę. Et ad huius similitudinem res etiam abstractę ſm intellectũ à materia sensibili, dicuntur formę, & non dicunĩ materię pp abstractionem à forma sensibili. Sed, quia ſm istam positionem oportet dicere q Arist. vtitur hic nomine formę ſm similitudinẽ & large, & tñ modus Aris. fuit in rebus, quę nõ sunt multum occultę loqui proprie, & non solũ similitudinarie. Ideo forte melius esset dicere, sicut innuit Commentator, q Arist. intellexit de diffinitione, quæ est ex genere & differentia. Genus enim, vt dicit Commẽtator, est forma vniuersalis, Differentia autem est forma particularis, vt ipse dicit: & idem dicit in Septimo Metaphy. Qualiter autem istud sit intelligendum, alias inquiretur, si Deus concesserit.

Cõm. 41. Rñsiones. AD rõnes patet ex dictis. Forma. n. quæ est altera ps cõpositi, nõ prędicaẽ de eo cuꝰ ẽ forã, sed forã dicta p abstractionẽ à materia sensibili bene prædicatur de eo

H cuius est forma, & sic intelligitur q partes diffinitionis sunt formę ſm priorẽ positionẽ. Sed, si dicamus q intelligitur de diffinitione, quę est ex genere & differentia, tũc est bene dubiũ, quomodo ipsum genus prędicaẽ in recto & in quid de diffinito. sed de hoc alias, s. in quæstione de cõpositione speciei ex genere & differentia, dictum fuit.

Ad secundam potest dici ſm dicta, q verum est, si omnes partes omnis diffinitionis essent formæ. quarũ vna scilicet vniuersalis est genus, & alia, scilicet specialis, est differentia, tunc omnis diffinitio esset logica. Quare autem dicatur talis diffinitio logica, quæ est ex genere & differentia, bene indiget declaratione, sed non hic. nos autem non dicimus secundum primam positionem quòd partes omnes omnis diffinitionis sint formæ, non proprie sumendo, sed modo prædicto. Aliter potest dici, quòd omnis diffinitio logica est diffinitio, quæ est per genus & differentiam. & de isto genere loquitur Aristo. non enim loquitur vniuersaliter, quòd omnes

partes

partes omnis diffinitionis sint formæ, sed dicit indefinite, & partes quæ in ratione. Tertia soluta est ex prædictis. verum enim est q omnis diffinitio esset diminuta, si in omni diffinitione poneretur sola forma, quæ est altera pars compositi, & nullo modo per eam appareret materia, nec per consecutionem, nec per expressionem, et ideo non valet ratio.

Tex. c. 29. Adhuc autem, quemadmodum finis: hic autem est, quod cuius causa vt ambulandi sanitas. pp quid enim ambulat? dicimus, ut sanetur; & dicentes sic, opinamur assignare causam.

QVAESTIO X.

An finis sit causa.

Hanc qōnē vide quito metaphy. qō quarta.



Onsequenter inquirendum est, vtrū finis sit causa. sed hanc quæstionē teposui inter alias de quibus singulariter opinatus sum. Et tō quære circa hoc capitulum de casu & fortuna, Placuit aūt mihi Ioanni rōberch huc relatam (vt & cæteras huius operis) à scabris emaculare, Et arguitur primo q non: quoniam omnis causa est principium: sed finis non est principium, quia finis est vltimum, ex Quinto, & principium & vltimum opponuntur, quare &c. Præterea secundo sicut dicitur communiter, causa est ad cuius esse sequit aliud: sed ad esse finis nō sequitur aliud: quia finis est vltimum, & post vltimū nihil sequit. Præterea tertio, si finis esset causa vel hoc esset fm q est, vel secundum q non est, per sufficientem diuisionem contradictionis. sed finis non est causa, secundum q non est: quia nō ens nullius est causa: quia causalitas non fundatur in nihilo. similiter finis non est causa secundum q est: quia, quando sanitas est in corpore inducta, tunc cessat medicatio, & non mouet plus medicus: quia habitibus præsentibus in materia cessat motus.

Tex. c. 55. Tex. c. 2. Tex. c. 29. Scdo Phy. Tex. c. 29. Quito Me. Tex. c. 12. Secūdo de anima. Tex. c. 25.

OPPOSITVM vult Arist. in Quinto Metaph. & Secundo Physico, & Secundo Posteriorū, & in de Animalibus in multis locis. Et potest probari sic: illud, quod respondetur ad qōnem factam per quid, est causa: pp quid enim quærit cām. modo, responsiuum debet significare in speciali quod significat interrogatiuum in generali: sed finis respondetur ad interrogationem factā propter qd, quia, vt propter quid ambulat vt sanetur: hæc est ratio Arist in Secundo Physicorum, & Quinto Meta.

Finis est duplex. Com. 19. Duodecio Metaphy. Comē. 70.

CONCLVSIO

Finis, secundum extra animam, rationem causæ habet non autem secundum esse in anima, nec pro aliqua sua realitate.

NOta ex Secundo de Anima. & in Duodecimo Metaphy. q duplex est finis: quo & gratia cuius. Finis quo est operatio rei, mediante qua adipiscitur finem gratia cuius. finis gratia cuius est extrinsecus à re & perfectior ea. quia in omnibus, quæ sunt siue ab arte siue à natura, semper deterius est gratia melioris. Septimo Pos. Commē. Secundo Physicorum ponit aliā distinctionem, q duplex est finis. vnus est finis generationis, alius est finis rei generatæ: sed finis rei generatæ est opus rei, vnde sicut dicitur Primo Ethicorum, omnium, quorum est opus & aliquis actus in opere bonum esse videtur: sed finis generationis est forma. & hic est duplex, sicut generatio est duplex, artificialis & naturalis, ex Septimo Metaphysi. & secundo Physicorum. quia ad has

Tex. c. 22. Tex. c. 1.

duas, omnes generationes reducuntur: naturalis autem generatio est à principio intrinseco, & eius finis est forma substantialis, vt forma hominis in semine: sed generatio artificialis est à principio extrinseco & illius finis est forma accidentalis, sicut sanitas est finis medicinæ. Nota q in ista quæstione non videtur esse difficultas nisi in generatione artificiali, vt vtrum sanitas in corpore educta per medicinam sit causa. similiter, vtrum domus sit

Finis generationis artificialis est duplex.

A causa mouens ędificatorem: vnde etiam de fine cuius gratia non est dubium, quin sit causa extrinseca.

Nota, finis generationis artificialis duplex est secundum Commē. Duodecimo Metaphy. & Septimo. quia iste finis potest esse in anima artificis, vt forma balnei quandoque est in anima appetente & cognoscente, vel forma domus in mente domificatoris cognoscentis & appetentis facere domum. Similiter finis potest esse in re extra: & hoc dupliciter, quia vel in actu, vt Deus, quandoque est extra animam in potentia solum, quandoque actualiter. De hoc est difficultas, vnde circa hoc est triplex opinio. Dicunt aliqui q finis, prout est in anima, appetitus & etiam desyderatus, habet causalitatem suam, non secundum esse extra animam, nec secundum esse in anima absolute, vt sanitas in anima medici, vt est desiderata & appetita. Alia est opinio cuiusdam solennis Theologi: q nec secundum esse extra animam, nec secundum esse in anima habet suam causalitatem, sed pro sua reali-

Duodecio Metaphy. Cōmē. 16.

Triplex opio d cāli tate finis.

B tate & quidditate. Tertia est opinio q finis pro esse extra animam, vt est adeptus, habet causalitatem suam, vt sanitas iam adepta per medicinam in corpore habet causalitatem finis. Ratio primæ opinionis est: illo modo, & pro illo esse finis est causa, pro quo mouet agens: quia hoc est de ratione finis q moueat agens. sed finis existēs in anima, prout est desideratus & appetitus mouet agēs: quia sanitas iam acquisita in corpore, non mouet agens, cum habitibus præsentibus in materia cesset motus: nec pro esse in anima absolute, sed prout est in anima, & desideratus à Medico. Sed isti met arguunt contra se: quia finis, cum sit nobilissima causarum & causa aliarum, nō potest habere causalitatem pro esse distincto: sed esse in anima siue cognoscitiua siue appetitiua est esse distinctum. Ipsi respondent, q aliquid esse in anima potest esse dupliciter. vno modo subiectiue, et sic bene est distinctū: alio modo obiectiue, & sic non est distinctum: modo, finis appetitus & desideratus non habet causalitatem suā

Rō primo opionis.

C pro primo esse, sed pro secundo, & hoc sufficit ad finiendum causalitatem finis: quia tale esse obiectale non est esse distinctum. Istud dictum non valet. q enim aliquid sit, nec in anima subiectiue, nec in re extra in materia, qd tamen est aptum natum esse in primo, illud est notabile in re, & nihil correspondet sibi ex parte rei. Ratio: omne ens vel est in subiecto, vel est non in subiecto per contradictoria: si est non in subiecto, tunc est substantia, si in subiecto, tunc est accidens: quia accidens est ens in subiecto. modo, si est accidēs, oportet q sit in aliquo. si autem sit substantia, oportet q sit extra in materia, si est generabilis & corruptibilis. Præterea, fm illud esse nō habet finis causalitatem suam distinctam ab alijs causis, secundum q esse nō est optimum, quia finis debet esse vltimū & optimum: sed finis fm esse, quod habet in anima, non est vltimum, vt ipsi cōcedunt: quia, q̄diu est in anima appetitus tunc mouet, & non est vltimū, similiter nec opti-

Reprobat pria opio. Primo

Secundo

D mū: quia sanitas in corpore melior est q̄ in mente. Præterea, si finis p esse in anima esset causa, tunc agens nunq̄ frustraretur à fine: quod est falsum. multa enim agentia frustrantur à fine, vt patet Secundo Physi. Cōsequentia patet: quia agēs non frustratur quod attingit finē: modo, quodlibet agens attingit finē pro esse quod habet in aīa, si sit animatum, sicut sunt agentia p artem semper habēt finem in anima cognoscere & appetere siue producant extra siue non. Præterea isti contradicunt Commentatori, qui dicit in Duodecimo Metaphysi. quod forma balnei extra mouet vt finis, sed forma balnei in anima est est agens desiderium & motum: vult ergo q finis tm̄ fm esse extra animam sit vt finis. Ratio secundæ opinionis, secundum illud esse finis est causa, secundum quod mouet agens: quia hoc est de ratione finis, quia impossibile est agens absolui ab intentione finis. Secundo Metaphysi. nullus enim conabitur aliquid facere ad terminum non futurus venire: sed finis pro esse, quod habet

Tertio.

Quarto. Tex. c. 16.

Rō secūdæ opinionis.

Tex.c.15. Reprobat secūda opinio.

in anima nō mouet. ſiſt nec,p eſſe extra aīam:quia habitibus præſentibus in materia ceſſat motus. Primo de Generatione. ergo relinquitur ſecundum eius realitatem & q̄dditatē, & ſic habet cālitatem diſtinctā ab alijs cauſis.

Primo

Iſtud nō valet:quia quęrat̃ de illa realitate, ſuper quā fundatur cauſalitas finis, ſi eſt ens vel nihil: ſi nihil, pro nihilo relinquatur: ſi ens, vel ens in ſubiecto, vel ens non in ſubiecto. ſi ens non in ſubiecto, hoc eſt impoſſibile: quia formę artificiales ſunt accidentia, Secundo de Anima. p Cōmē. ſed ens nō in ſubiecto eſt ſubſtantia: ſi ſit in ſubiecto, nō poteſt, quia vel eſſet in materia, vel in anima, quorum vtrunq; negatur, patet hęc.

Secundo

Præterea, finis, vt diſtinguitur ab alijs, debet eſſe vltimum & optimū, vt patet in hoc libro. ſed iſta realitas finis non eſt optimū, imo melior eſt ſanitas acquiſita in corpore q̄ iſta realitas quę nec eſt in corpore nec ī anima ſubiectiue. ſimiliter nec eſt

Tertio

vltimū: quia ſemper coaſſiſtit in agēte, vt dicunt.

Pręterea, ſi hoc eſſet, tunc Medicus nō fruſtraretur ſuo fine. F hoc eſt falſum: quia multotiens deficit. conſequentia patet: quia ſiue produceret ſanitatem extra in corpore, ſiue non, tñ attingeret finem: vel inquā abſtrahit & ab eſſe in anima & ab eſſe in re extra.

Quarto.

Item contradicit Cōmentatori Duodecimo Meta. vbi vult q̄ forma balnei extra mouet, vt finis, ſed ſm eſſe in aīa eſt agēs deſyderium et motū.

Rō tertiæ opinionis.

Rō tertię opinionis, quæ mihi videtur probabilior eſſe, eſt, ſm illud eſſe finis hēt cauſalitatem, ſm quod eſt optimum & vltimum: quia oīa hęc ſunt de rōne finis, Secūdo Phyſi. & Quinto huius. ſed ſm eſſe in actu extra aīam eſt optimū & vltimū, vt ſanitas actu acqſita in corpore humano habet eſſe vltimum & optimum: quia eſt vltimum in eſſe quidem, licet ſit primum in intentione, vt dicit Ariſt. in iſtius Quinto. ſimiliter eſt optimū reſpectu omnium ordinatorum in finem, vt ſanitas actu adepta in corpore humano melior eſt omnibus, quæ ordināntur ad ſanitatem, vt attenuatione & purgatione & alijs.

Præterea. ſm illud eſſe finis dicitur habere ſuam cālitatem, per cuius priuationem aliquid dicit̃ eſſe fruſtra, hoc G patet ex deſcriptione eius, quod eſt fruſtra, quam ponit Ariſt. Secundo Phyſi. fruſtra eſt, quod natum eſt attingere aliquem finem, & non includit: ſed ex priuatione finis, quantum ad eſſe extra animā, dicitur agēs fruſtratū. vnde, ſi medicus facit euacuationem &c. & non acquirit ſanitatē realiter in actu in corpore humano, dicit̃ fruſtra egiſſe. vnde, ſi ſanitas ſm eſſe in anima deſideratæ & appetita eſſet cā finalis, nunq̄ medicus ageret fruſtra, quia ſemper attingit illum finem & ſemper coaſſiſtit medico.

Pręterea. ſm illud eſſe finis dicitur eſſe cauſa, ſm quod eſſe habens ipſum dicitur eſſe perfectum: quia q̄ aliquid ſit magis perfectum, q̄ prius hoc eſt propter finem actualem extra: quia idem eſt cauſatum & perfectum cū prius non ſint. ſed aliquid habens finem dicitur perfectum ſm eſſe finis actuale extra aīam, & non dicitur aliquid eſſe perfectum per finem in mentē artificis: quia domus non dicitur perfecta propter ſpeciem eius in mente domificatoris. H Maior patet: quia perfectum non eſt niſi quod at-

Tex.c.12.

tingit finem: ergo aliquid non eſt perfectum niſi ratione finis, patet Secundo huius. nec loquitur ibi de fine in po-

Tex.c.11.

tentia: quia talis non eſt vltimū & optimum. Hoc etiam patet ex intentione Ariſto. primo de Generatione, vbi dicit, q̄ habitibus præſentibus in materia, amplius non generatur aliquid, ſed eſt tam: & ſubdit, q̄ habitus & di-

Cōmē.16.

ſpoſitiones ſunt fines. Item Commenta. dicit in Duodecimo Metaphyſi. q̄ forma balnei habet duplex eſſe, vnū in anima, aliud extra. ſm primum eſt agens deſiderium, & motus, ſed p ſcd'm mouet, vt finis. & loquit̃ nō de eſſe extra aīam ī potētia: quia illud nō eſt vltimū & optimū: melior. n. & appetitior eſt ſanitas in corpore iā adepta, q̄ exiſtens in potentia vltimum: quia eſſe in potentia præcedit eſſe in actu.

Dubitatio prima.

Nota quædam dubia. Videtur q̄ finis pro eſſe actu extra, non poſſit eſſe cauſa: quia cauſa & effectus ſimul ſunt & non ſunt, Secundo Phyſi. & Quin-

Tex.c.17. Tex.c.9.

E to Metaphy. ſi ſic, cauſa in actu per ſe et propria: quia nō loquitur ibi de cauſa in potentia, nec vlt, nec per accñs: ſed finis pro eſſe actuali extra aīam non eſt ſimul cum illis quę ordinantur ad finē, imo tunc ceſſant oēs motus p̄cedētes, quod iam eſt, vt præallegatum eſt.

Secunda.

Præterea. ſm illud eſſe debet finis eſſe cauſa, quod eſt nobilius, cum finis ſit optimum. ſed eſſe finis in anima eſt nobilius, q̄ eius eſſe extra, qa extra intellectiua eſt nobilior oī materia corporali: ergo etiam forma recepta in intellectu debet eſſe nobilior q̄ recepta in quacunq; materia extra, ſiue in lignis, ſiue in lapidibus, ſiue ī corporibus, & oſſib⁹.

Tertia.

Præterea. De ratione finis eſt q̄ moueat efficiēs, & q̄ agens agat, ppter ipſum. ex hoc ſic, ſm illud eſſe finis non eſt cauſa, ſm quod nunq̄ mouet agens: ſed ſm eſſe extra materiam finis nunq̄ mouet agens, nec agēs agit ampli⁹ pp ipſum, imo tunc ceſſat & quieſcit, vt dictum eſt ſæpe.

Reſponſio. Ad primū.

Ad primum iſtorum: cauſatum & cauſa ſimul &c. verum eſt in permanentibus, in quibus cauſatum & cā nata ſunt ſimul eſſe in eodem, inſtanti temporis, ſed in F ſucceſſiuis non oportet q̄ cauſa & cauſatum ſint ſimul poſitiue in eodem inſtanti temporis, ſed bene ſunt ſimul priuatiue per priuationem temporis medij inter tempus, in quo eſt cauſa, & in quo eſt cauſatum. ſicut enim dicit Cōmen. in Quarto Phyſi. motus nō eſt ſimul congregatus, ſed bene motus ordinatus ad finem eſt ſimul cauſa illa p negationem temporis medij: quia immediate motus aliquis terminatur ad ſuū finem ſine tempore medio, vt ſanatio ad ſanitatem: ſed alio modo non oportet q̄ finis ſit ſimul cum ſuo cauſato pręcedētibus ordinatis ad ipſum: quia habitib⁹ præſentibus &c. Alij, cauſa et cauſatū &c. verum eſt ſm aliquod eſſe: & cum dicitur finis &c. verū eſt ſm eſſe præſens, ita, q̄, cum motus ordinatus in finem aliquem eſt pręſens, q̄ tunc finis ſit etiā pręſens: ſed mot⁹ ordinatus in aliquem finem ſm ſuum eſſe præteritum eſt ſimul cum fine ſm eſſe pręſens, & huius præteritionis finis eſt cauſa.

Ad ſcd'm.

Ad aliud concedo maiorem. ad minorē G dicunt aliqui, q̄ eſſe in anima eſt nobilius q̄ eſſe extra in materia, vt eſſe auri in anima eſt nobili⁹ q̄ eſſe auri in materia extra. Alij negant, quia eſſe in anima eſt eſſe diſtinctum: vnde non ſequit̃, eſt in anima: ergo eſt. imo fallacia ſm quid & ſimplr̄ cōmittitur. Aliter poteſt dici ſm illos qui concedunt q̄ eſſe rei in anima ſit nobilius q̄ eſſe extra. & vnde ſecundum Ariſto. Vigeſimoctauo Ethico. & Primo Rethoricę, triplex eſt bonum, vtile, delectabile, & honeſtum: modo eſſe rei in anima eſt melius bonitate honeſti: vnde honeſtius eſt habere aliquod bonum in anima q̄ habere in re externa. vnde Medicus magis eſt honorandus propter ſpeciem ſanitatis, quam habet in anima, q̄ vnus ruſticus propter ſanitatē quam habet realiter in corpore extra: ſed res extrinſeca eſt vtilior & delectabilior q̄ in anima, vt ſanitas actu adepta in corpore realiter eſt vtilior & delectabilior q̄ exiſtens in mēte medici. modo, cum Ariſto. dicit q̄ finis eſt optimum, lo- H quitur de bono intelligibili & delectabili, & non de honeſto.

Ad tertiū.

Ad aliud. de ratione finis etc. dicendum, q̄ agēs agere propter finem poteſt intelligi dupliciter. Vno modo q̄ actio agentis, dum agit, dependet cum cauſalitate finis ſibi propria. alio modo q̄ agens agit propter finem, vt diſtinctam habet cauſalitatem, non actio agentis dependet â fine prout habet diſtinctam cauſalitatem, ſed quia agit propter finem pro tanto, quia finis conſequitur actionem agentis: vnde, cum dicitur, finis mouet agens, debet ſic intelligi, id eſt finis conſequitur actionem agentis.

Finis in aīa mouet ī genere cauſæ agentis.

Nota tamen, licet finis pro eſſe extra in actu non cauſet motum, ſed conſequatur motum: ſed finis ſecūdum eſſe in anima eſt agens deſiderium & motum: cum enim artifex cognoſcat finem ſub ratione boni, tunc appetit: & per conſequens conſequitur motus exterior in muſculis: vnde finis in anima mouet nō in genere cauſę finalis, ſed agentis: ſed finis ſecundum eſſe actu extra animam eſt cauſa finalis & perficiens.

Per

Rñsiones.

PEr hoc ad rationes. omnis causa &c. concedatur aliquo modo. Dicis, ꝙ finis &c. dicendum ꝙ licet finis non sit principium via generationis, est tamen principiũ via perfectionis: quia finis est perfectior omnibus ordinatis in finem. Cum dicitur finis &c. dicẽdum ꝙ finis nõ est prior ordinatis in finẽ via generationis, tñ ẽ prior prioritate perfectionis: & hoc sufficit ad causalitatem. Ad secundam, causa est, ad cuius esse &c. verum est vel consecutiuę perfectionis, vel consecutiuę generationis. Ad minorem dicendum, ꝙ licet nihil consequatur finem via generationis, tamen bene via perfectionis: & hoc sufficit ad hoc ꝙ sit causa. Si dicis, quid consequitur ad domum vel ad sanitatem qñ sunt perfectę, dicendum, ꝙ in materia dimensiones præteritæ, quæ sunt minoris perfectionis ꝙ̃ finis. Ad tertiam, si finis esset causa &c. concedo vltimã viam, s. ꝙ finis est causa, & fundat causalitatem qñ habet esse extra actu. dicis quando est actu &c. uerum est quantum ad esse præsens motus cessat: non tamen quo ad esse præteritum: tunc verum est, ꝙ finis mouet quantum ad esse actuale, quia motus cessat quo ad esse actuale: tamen ex hoc nõ sequitur quin sit causa. Et, si dicis, causa & causatum &c. verum est causatum & causa sunt simul in rebus permanentibus, quæ nata sunt esse simul, sed in successiuis non oportet quòd sint simul positiue, sed sufficie quòd sint simul per negationem mediĳ, & hoc sufficit ad causalitatem finalem.

QVAESTIO XI.

An in superioribus ac cœlestibus corporibus aliqua à casu, uel à fortuna contingant.



COnsequenter quæritur circa capitulũ de Casu & Fortuna. & Primo super T.c.46. (Videntes quidem in cœlo nihil casu fieri &c.) Vtrum in cœlestib⁹ corporibus contingãt aliqua casualia & fortuita. Et arguitur primo ꝙ sic: quia quicquid est in causato per se debet esse in principali & per se causa, præcipue in causa agente. aliter enim causatũ non omnino depẽderet à sua causa: quod est inconueniens. sed ista entia inferiora causata sunt à corpo-

Tex. c. 76. ribus cœlestibus, vt patet ex Octauo huius, & ex Secun-
Tex. c. 60. do de Generatione, & in istis inferioribus cõtingunt multa casualia & fortuita, vt patet ad sensum, & in isto Secundo habetur aperte. Item secundo, in quibus contingũt aliqua raro & in minori parte, in illis contingunt casualia et fortuita. hoc etiam uidetur esse proprium casualium et

Te. c. 14. fortuitorum, vt patet in isto Secundo huius. sed in corporibus cœlestibus aliqua raro contingunt, vt eclipsis, Solis, aut Martis, aut Iouis, et hmõi multa, sicut sciũt Astrologi: quare &c. Item tertio, in ipsis contingunt aliqua præter intentionem suorum motorum, vt ꝙ talis planeta coniungatur cum tali, hoc videtur esse præter intentionem intelligentiæ mouentis orbem, in quo est planeta, et ꝙ lumen vnius commisceatur cum lumine alterius & ẽ conuerso, & huiusmodi: ex hoc syllogiza si vis.

Tex. c. 46. OPPOSITVM vult Arist. in litera. & Cõmen. ibidẽ.

CONCLVSIO

In superioribus & cœlestibus corporibus à Fortuna & à Casu aliquid euenire, impossibile est.

Casus & fortuna differunt.

AD quæstionem intelligendum, ꝙ casus & fortuna differunt s̃m communius & minus cõe, vt patet ex litera, vt videbitur post. nã casus inuenitur & in rebus naturalibus animatis, & inanimatis. Est enim casus generaliter loquendo agens per accidens, i. præter intentionem faciens aliquem effectũ raro & in minori parte. Fortuna autem est agens per accidens in his, quę agũt à proposito, i. per cognitionem & appetitum, propter finem, raro & in minori parte, supple producens illum effectum. vt si aliquis homo per suum intellectum practicũ, & per suum appetitum moueatur ad eundum ad forum propter istum finem, vt emat aliquid, & præter suam in-

A tentionem inueniat debitorem, quem non opinabatur inuenire, & reportet pecuniã, tunc ille idem intellectus practicus, qui dicitur intellectus respectu vaditionis ad forum, dicitur fortuna per respectum ad ipsam inuentionẽ debitoris, vel reportationem pecuniæ, dummodo hoc raro contingat, ꝙ inueniat debitorem, vel ꝙ reportet pecuniam. similiter, si aliquis fodiat terrã ad sepeliẽdum mortuum & inueniat thesaurum, quem non opinabatur inuenire, & hic rarissime natum est accidere, tunc intellectus ipsius fodientis in comparatione ad istum effectum, s. inuentionem thesauri, dicitur fortuna, & iste effectus dicitũ fortuitus, i. à fortuna. similiter autem & in consimilibus. Si autem in generatione hominis à spermate contingat, ꝙ sperma faciat hominẽ cum duobus capitib⁹, quod nõ intendebat per suam propriam virtutem, tunc illud idem subiectum, quod est agens naturale per comparationem ad effectum per se intentum, i. quem natũ est ipsum sperma producere, semper autem in pluribus, dicitur casus ꝑ

B respectum ad illum effectũ per accidens, s. duo capita: & hmõi effectus dicitur casualis, & à casu, similiter autẽ & in aliĳs. Vlterius considerandum est, ꝙ quidam antiquorum, sicut recitatur in litera, dixerunt, quod cœlum, & motus eius statuens totum istum mũdum inferiorem in suum ordinẽ, causata fuerunt à casu vel fortuna. & forte fuerunt coacti ex hoc, sicut innuit Commen. quia putauerunt ꝙ lis & amicitia fuerunt causæ mouẽtes ad mundi generationem vniuersalem: non est autem de ratione litis nisi quod moueat disgregando & separando, & de ratione amicitiæ, ꝙ moueat congregando: quod autem moueat sic vel sic & reponat in tali situ aliqđ corpus & aliud in tali, hoc non habet de se, sed à casu aut à fortuna contingit. Hanc autem opinionem Arist. improbat dupliciter. Primo per hoc, quia vt dicit, & verum est, mirabile & inconueniens omnino est, ꝙ animalia & plantæ, quæ sunt in isto mundo inferiori, non sint nec fiant à casu, nec à for-

Opinio antiquorũ.

Tex. c. 45. Reprobatio opinionis.

C tuna, cum fiãt à causis, & ex causis determinatis & in corporibus determinatis, vt dicit Commen. in Duodecimo Metaphy. & ipsum cœlum, quod est diuinius manifestorum, fiat & moueatur à casu aut fortuna. & Cõmen. ibidem legendo literam dicit, ꝙ mirabile esset, ꝙ plantæ & animalia, & alia viliora fierent à natura vel intellectu, & ipsa corpora cœlestia &c. Et est cõsyderandum in ista ratione ꝙ Arist. dicit expresse, ꝙ cœlum est diuinius manifestorum, ꝙ̃ sint animalia & plantæ, & Commẽtator dicit, ꝙ ista animalia & plantæ sunt viliora corporibus cœlestibus. Nec debet dici, quod ipse loquatur de cœlo pro aggregato ex motore & mobili: quia ipse motor separatus, s. intelligentia nondum erat nota illis, quos ipse redarguit. unde solum comparat corpora cœlestia, quæ ipsi intellexerunt fieri à fortuna vel casu, ad ista inferiora. Et huius signum est: quia dicit Aristo. sic, Cœlum autem & alia diuiniora manifestorũ &c. per hoc enim quod dicit manifestorum, significat ꝙ ipse loquitur de cœlo pro illo

Cœlũ ẽ nobili⁹ istis inferioribus.

D quod manifestum est de ipso, s. pro corpore superiori sensibili, dicens ipsum esse diuinius & animalibus & plãtis. Ex hoc autem patet error cuiusdam viri famosi, qui putat muscam esse simpliciter nobiliorem speciem ꝙ̃ sit corpus quintũ: quod est absursum. Itẽ aliter arguit Arist. cõtra istam opinionem antiquorum in illo capitulo, Sed modorum causarum. si fortuna vel casus esset causa prima ipsius cœli, tũc oporteret esse aliquam aliam causam priorem causa prima cœli: quod est absurdũ. & patet consequentia: quia per accidens causa non potest esse causa prior omnino ꝙ̃ causa per se, immo sicut ens per se prius est ente per accidens, sic causa per se prior est necessario ꝙ̃ causa per accidẽs. cum ergo casus & fortuna, quæ ponuntur ab aliĳs esse prima causa cœli, sit causa per accidens, ut dictum est: sequitur ꝙ aliqua erit prior causa ꝙ̃ casus & fortuna, & sic sequitur prædictum inconueniens. Item sequitur aliud inconueniens: quia, cũ fortuna nõ sit causa per accidens nisi respectu alicuius effectus qđ intenti concomitantis

comitantis

comitantis aliquem effectum per se: prius autem causatur ab aliquo quod est ab eo per se, q̃ per accidens: sequitur ꝙ ab ipsa fortuna, quæ est fortuna respectu cœli & eius motus prius causetur aliquid q̃ ipsum cœlum, & motus eius: quod est absurdum. Item Commen. dicit Secũdo Phys. ꝙ ista positio destruit primum principium, sed nõ declarat quomodo. & forte sic intelligit: quia primũ principium, cum sit causa per se, non potest esse causa solum p accidens: modo, fortuna est causa per accidens: ergo primum principium, quod est Deus, non est ipsa fortuna. ipsum autem primum principium esse non potest inuestigari nisi per motum cœli, vt satis patet ex Octauo huius: & Duodecimo Metaphy. Posset igitur sic deduci, si fortuna esset causa cœli, tunc primũ principium non esset causa ipsius cœli, eò ꝙ primum principium nõ potest esse fortuna, vt probatum est. sed, si primum principium non esset causa cœli, primum principium non esset, vt supponimus: quia cœlum est primum causatorum corporalium, vt patet ex Octauo huius. & ideo, si primum principium non esset causa cœli, non esset primum principium omnium corporalium. Primum autẽ principium debet esse causa omnium entium. aliter enim non esset primum simpliciter. quare &c.

Com. 46.

Tex. c. 47.

Conclusio responsiua,

Tunc dico breuiter ad quæstionem, ꝙ in corporibus cœlestibus non contingunt aliqua casualia & fortuita. Quia ab illis, quæ non possunt impediri ab operationib⁹ suis, non fiunt aliqua casualia & fortuita: hæc est manifesta. quia omnis causa fortuita & casualis est impedibilis ab operatione sua, cum ab ipsa proueniat aliquid non intentum. sed motores corporũ cœlestium non possunt impediri à suis proprijs operationibus, cum sint omnino immobiles & per se & per accidens, et ipsa corpora cœlestia sint incorruptibilia & inalterabilia, vt demonstraẽ in Primo Cœli, & Octauo huius: ergo ab ipsis motoribus cœlestibus nõ fiunt aliqua casualia aut fortuita in ipsis corporibus cœlestibus, constat autẽ ꝙ ab alijs non possent fieri. quare &c. Itẽ motor, qui mouet omnino vniformiter & regulariter non est causa ꝓpinqua alicuius effectus casualis aut fortuiti: sed motores corporũ cœlestium mouent ipsa regulariter & vniformiter per totũ tempus æternum, quare &c. maior est euidens. quia causa, quæ est fortuna, est quæ producit aliquem effectum nõ intentum cũ effectu quem intendebat, & sic difformiter & irregulariter operatur. similiter autem est de ipso casu. & minor apparet in Secundo Cœli & Mundi, vbi ostẽsum est, ꝙ motus cœli est regularis omnino & vniformis, cum sit à motore transmutabili & immobili perpetuo & alterabili & omnino incorruptibili: quare &c.

Tex. c. 80.
Tex. c. 76.

Rñsiones,

AD primam rationẽ, cum dicitur, illud quod est &c. potest dici, ꝙ verum est de illis, quæ pertinẽt ad perfectionem, sed de his, quæ pertinent ad imperfectionẽ & defectum, non oportet. modo, casualia & fortuita, vt sic se habent, pertinẽt ad imperfectionem & diminutionem istorum inferiorum. quare &c. Aliter potest dici, ꝙ vera est maior de illis, quæ per se inueniuntur in ipsis causatis, & pertinens ad ea per se, sed de illis, quæ inueniuntur in causatis ꝑ accidens, & non pertinent ad ea ꝑ se, non oportet ꝙ omnia talia sint in ipsis causis: & sic est de casualib⁹ & fortuitis, quæ cõtingunt in istis inferiorib⁹. quare &c. Alij dicunt, ꝙ illud, quod est in causatis per se, debet esse in causa per se & principali agẽte formaliter vel virtute, sed non oportet ꝙ formaliter: & sic cõcedunt, ꝙ effectus casuales & fortuiti, qui cõtingunt in isto mũdo inferiori, sunt virtualiter in corporibus cœlestibus. Ad secundã dico, ꝙ aliqua contingere raro est dupliciter. Vno modo in comparatione ad totum tempus, & talia sunt casualia: alio modo in comparatione ad vitam, vel ad tempus vitæ vnius hominis solum, & talia nõ sunt casualia, nec fortuita. modo, in corporibus cœlestibus bene fiunt aliqua raro in comparatione ad vitam vnius hominis, s. ꝙ non fiunt in tempore vitæ vnius hominis, nisi forte semel vel bis, tamen non fiunt raro in toto tẽpe, sed infinities successiue. & in aliquo magno tẽpe valde pluries: sicut aliq aspectus aut eclipses, & coniunctiones & oppositiones stellarum, vt sciũt Astrologi. Aliter dicitur, ꝙ aliqua cõtingere raro est dupliciter. Vno modo raro, quãtum ad tẽps & in comparatione ad suas causas, & sunt illa, quæ dependent à causis per accidẽs omnino, de quibus non est determinatum sm naturam, in quo tẽpe debeant contingere & facere tales effectus. vt inuentio thesauri à fodiente terrã sit raro in tẽpe, nec habet causam per se & determinatam, quam necesse sit contingere in aliquo determinato tẽpore, & talia bene sunt fortuita. Alio modo aliqua cõtingũt raro, quantum ad tẽpus, præcipue in tẽpe aliquo determinato: non tamen contingunt raro in cõparatione ad omnes causas, immo habẽt causas per se determinatas, à quibus & non ab alijs nata sunt produci. Et tempore causæ futuræ necessario in aliquo determinato tempore sunt & producere illa fienda: & talia non sunt casualia: hmõi autem effectus bene sunt possibiles in corporibus cœlestibus, ut eclipsis Solis, quamuis raro contingat in tempore vnius hominis, & sic de multis alijs accidentibus cœlestibus, tamen est aliquod tempus futurum determinatum, in quo & non prius nec posterius necesse est accidere causam eclipsis Solis, & ipsam causare hmõi effectũ, & hoc sciunt Astrologi. Ad tertiam dico breuiter, ꝙ licet intelligentia mouens orbem aliquem non intendat primaria intentione coniunctionẽ planetæ cũ alio & alia hmõi: quia tñ intendit motum perpetuum orbis & planetæ, ad quẽ necessario sequiẽ talis coniunctio & alia similia, ideo secundaria intentione intendit omnia alia: & hoc sufficit vt non sint casualia, præcipue quia non sunt raro in comparatione ad causas suas, ut declaratum est.

Contingere raro est dupliciter.

Manifestum itaq;, quòd fortuna causa sit secundum accidens in his, quæ in minori sunt secundum propositum eorum &c. Tex. c. 54. 12.

Casus igitur est causa sm ꝙ est accidens &c.

QVAESTIO XII.

An Fortuna & Casus sint causæ per accidens.



COnsequenter quæritur, Vtrum casus & fortuna sint causæ per accidens. Arguiẽ primo ꝙ non. quia causa per accidens nihil operatur ad causatum, vt albũ & musicum, quæ sunt per accidens causa domus, nihil operantur ad domum, cum sine utroq; possit fieri domus. sed fortuna aliquid operatur ad effectum fortuitum, aliter enim non diceretur fortuitus, similiter casus aliquid operaẽ ad effectum casualem, aliter enim non denominaretur casualis. sicut & domus, ad quam nihil operatur album & musicũ, non denominatur ab albo, aut musico. Item secundo, casus & fortuna sunt idem, ꝙ natura & intellectus sm Arist. in litera. sed natura & intellectus sunt causæ per se, vt patet in Secundo huius, & Sexto Ethicorũ: quare &c. Tex. c. 1.

Item tertio, si sic, tunc album & musicum essent casus aut fortuna respectu domus, cum sint causæ per accidens domus, vt patet in isto Secundo. & sic domus esset ens casuale, aut fortuitum: quod est absurdum. Tex. c. 11.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Aristotelis in isto Secundo. Tex. c. 52.

CONCLVSIO

Casus & Fortuna causis per accidens conuenienter annumerantur, in his, quæ in minori parte contingunt ab agente à proposito, siue à natura.

INtelligendum est, ꝙ, sicut dictum fuit superius, casus & fortuna se habent sicut superius & inferius. Omnis enim fortuna est casus, sed non conuertitur: quia fortuna solum est in agentibus à proposito, s. per cognitionẽ & appetitum animalem: casus vero etiam inuenitur in rebus inanimatis. vt tripoda cadit casu in tali modo quod est conueniens ad sessionem, & in rebus animatis irrationalibus,

Fortuna.

nalibus, vt equus fugiens de bello causa bibendi saluatur ab interfectione per inimicum fugantem ipsum. similiter autem & in alijs. Est autem Casus generaliter loquendo agens, quod pruducit aliquem effectum non intentum raro & in minori parte, raro quantum ad tempus: & in minori parte, quantũ ad supposita. sed Fortuna est causa existens in agente à proposito producens aliquẽ effectum prius non intentum raro & in minori parte contingente.

Casus.

Conclusio responsus,

Tunc dico breuiter, ꝙ fortuna & casus sunt causæ per accidens. & hoc patet ratione, qua præter intentionẽ causant: talis enim effectus procedit ab aliquo per accidens, qui non erat intentus, nec opinatus ab agente. & patet ẽt ratione, qua raro et in minori parte causant. nam, si essent causa per se, tunc semper aut in pluribus agerent. Ex his possunt fieri duo syllogismi, sed pertranseo propter breuitatem. Et notandum diligenter, ꝙ per fortunam & casum non debent intelligi duæ causæ distinctæ secundum subiectum ab agẽte naturali & ab intellectu practico. Sicut aliqui pueriliter imaginantur fortunam esse quãdam deam separatam habẽtem duas facies, quarum vna est bona & benefactiua hominibus, & alia est mala & malefactiua. sed intelligo, ꝙ fortuna est idem secundum substantiã & secundum subiectum cum intellectu practico. Et similiter casus est idẽ subiecto cum agente naturali. tamen diuersimode: quia illud idem, quod dicitur intellectus practicus per comparationem ad effectum præcognitum & appetitũ & per se, dicitur fortuna in respectu ad effectum qui non fuit prius intentus. vt intellectus fodientis, qui dicitur intellectus practicus, per comparationem ad fossionem terræ, dicitur fortuna in comparatione ad acceptionem thesauri. Similiter illud idem subiectum vel sperma, quod dicitur agẽs & generãs naturale in habitudine ad hominem generatum dicitur casus respectu sexti digiti quem nõ intendebat. i. ad quem generandum non ordinabatur per se. & vniuersaliter virtus formatiua existens in spermate. Consyderandum etiam, quod licet effectus fortuitus non esset intentus ab agente fortuito, antequam produceretur, tamen in hora vel in tpe, in quo producitur actu ab ipso agente, potest intendi ab eo. vt, cum aliquis iuit ad Ecclesiam causa orandi non intendens cum ibat inuenire debitorem, nec accipere pecuniam, postquam orauit inuenit debitorem & accepit pecuniam, dum accepit eã potest bene hoc intendere & velle: & hoc non obstante, erit effectus fortuitus aliquo modo, inquantum raro cõtingit ex tali causa, & non fuit intentus prius. similiter autem & in alijs similibus.

Fortuna est idẽ cũ intellectu practico.

Cã p accñs est duplex.

Vlterius notandum, ꝙ sicut dicunt expositores, duplex est causa per accidens. quædam est causa per accidens ex parte causæ solum. & quædam est causa per accidens ex parte effectus. Causa per accidens ex parte causæ est illa, quæ est per accidens cõiuncta causæ per se, vt si album & musicũ coniuncta statuificæ dicimus causam statuæ: & talis causa non vniuersaliter est fortuna nec casus, eò ꝙ aliqua talium causarum nihil omnino operantur ad effectum, vt arguebat. Alia est causa per accidens ex parte effectus, & est illa causa, cuius effectum per se, s. intentum concomitatur accidentaliter aliquis effectus per accidens, scilicet qui non intendebatur, eò quòd non solet nec semper nec frequenter coaccidere illi effectui, sed solum raro. & hoc dicitur pro tanto: quia, si aliquid semper & necessario concomitatur aliquem effectum intentum ab agente, ridiculum esset ꝙ ipsum agens non intenderet illud concomitans. ut si quis intenderet ambulare per viam lutosam, ridiculum esset, ꝙ ipse nullo modo intenderet madefacere pedes. ẽt, si hoc ipse non intenderet, nõ propter hoc esset casuale aut fortuitum madefacere pedes. etiã huiusmodi causa per accidens bene operatur aliquid ad effectũ, & est casus vel fortuna: dummodo non sicut semper, nec sicut frequenter operetur illum effectum.

Rñsiones.

Ex his ad rationes. Ad primam patet per primam distinctionem. Ad secũdam similiter patet ex dictis. Nam casus & fortuna, licet sint eadem secundum subiectum cũ intellectũ practico & natura, tamen differunt secundum rationẽ & modum formalem. nam fortuna est illud ipsum quod est intellectus practicus. vnde Arist. dicit, ꝙ circa practicam necesse est esse fortunam: sed dicitur intellectus in cõparatione &c. vt prius. Ad tertiam dico, per vltimam positam distinctionem. nam album & musicum coniuncta domificatori sunt causæ per accidens nihil operantes ad esse domus, & ideo non sunt casus nec fortuna. sed causa per accidens, quæ operatur ad effectum, quẽ prius non intendebat, effectum dico per accidens coniunctum effectui per se, talis est fortuna vel casus. Et forte hoc voluit Aristo. dicere in illa particula. Sunt autem causarum aliæ alijs proximiores &c. per causas enim proximiores intelligit illas, quæ aliquid operantur ad causatum, modo tamen prædicto: & sic de isto.

Dicendum igitur primum, quoniam natura eorum, quæ sunt propter hoc, causarum est: postea de necessario quomodo se habet in physicis. in hanc enim causam inducunt omnes: &c. Tex. c. 71.

QVAESTIO XIII.

An Natura propter Finem agat.



Quæritur hic primo, vtrum natura agat propter finem. Arguitur primo ꝙ non: quia quod non cognoscit finem non agit propter finẽ. agentia enim, quæ cognoscunt finem agunt propter ipsum, vt patet in hominibus. sed nõ omnis natura cognoscit finem, vt natura inanimata, quare &c. Item secundo, illud, quod non deliberat nõ agit propter finem. videmus enim, quod agentia propter aliquem finem deliberant de ordinatis in illum finem, inquirendo quæ sint, & quomodo sunt conuenientia ad attingẽdum finem ipsum, ut patet in hominibus consiliatiuis, & habetur in Tertio Ethi. Sed natura non deliberat, cum deliberare sit opus rationis, vt patet in Tertio de Anima: & Tertio Ethicorum. Item tertio, si natura ageret propter finem, tunc in actionibus & effectibus eius non acciderẽt peccata: quia finis est bonum & optimum ordinatorum in finem, vt patet in isto Secũdo quare &c, sed consequẽs est falsum: fiunt enim multa peccata, s. monstra in actionibus & effectibus rerum naturalium, vt cum sperma generat hominem sine oculis, & cũ duobus capitibus. quare &c. Item quarto, idem videtur esse iudicium de viuente naturali, & de omnibus quãtum ad propositum: sed pluuia, quæ est quidam effectus naturalis, nõ fit propter aliquem finẽ. probatio: quia maxime videretur fieri propter generationem & conseruationem & augmentationem frumenti, aut ẽt aliorum terræ nascentium, eò ꝙ per ipsam aliquñ ista bona contingunt, vt patet ad sensum: sed non est dicẽdum istam esse causam propter quam fiat pluuia: quia pari rõne deberet dici ꝙ pluuia fit à natura propter destructionem frumenti, cum aliquotiens ipsum destruat: vt si sit in area, & pluuia cadat super ipsum, quare &c. Hæc autem fuit ratio quorundam antiquorum dicentiũ, naturam non agere propter finem.

Tex. c. 57.

Tex. c. 28.

OPPOSITVM tamen arguitur auctoritate Aristo. & Commen. Et Commẽtator dicit, ꝙ istud est principium doctrinæ in Scientia Naturali. &, si diuinus, idest Metaphysicus non concederet, uel acciperet istud principium, non posset demonstrare, quòd Deus habeat solicitudinẽ de eis, quæ sunt hic. Com. 17.

CONCLVSIO

Naturam agere propter finem necessarium est, siquidem Ars ipsa eò illam imitari dicatur, ꝙ propter finem agit.

Dicendũ ꝙ natura agit propter finem: & hoc probatur rationibus Arist. in littera. quarum prima est, Omnia, quæ fiunt semper, aut frequenter eodem vel simili modo, aut fiũt à casu, vel fortuna, aut fiũt ab agente propter finem: hæc diuisio est manifesta, & concessa

cessa erat ab illis, cum quibus Arist. disputat, sed talia nõ fiunt à fortuna, nec à casu, quia istæ causæ sunt causæ eorum, quæ sunt vt in paucioribus: quare relinquiť, ꝙ omnia talia fiunt à natura. Tunc accipiať ista conclusio. Omnia, quæ fiunt semper uel frequenter, fiũt propter finem: sed entia naturalia, vt in pluribus fiũt semper vel frequenter eodem modo. quare &c. Secunda ratio est ista, vt mihi videtur, In quibuscunq; entibus est aliquis finis, cętera præcedentia fiunt propter illum finem: hoc patet ex definitione finis, quia finis est gratia cuius cętera sunt aut fiunt: sed in rebus naturalibus inueniuntur multi fines, vt manifestum est, sicut uidere est finis oculi, & audire auris & huiusmodi, quare &c. Tertia ratio est. illa, quæ nata sunt agi, i. produci sub talibus vel cum talibus dispositionibus, fm quas sunt conuenientia & apta ad finem adipiscendum, nata sunt fieri propter finem: hæc est manifesta cuilibet bene disposito. non enim esset aliqua rõ, quare aliquid esset natũ fieri sub talibus dispositionibus, quę sunt conuenientes ad finem adipiscẽdum, nisi essent nata fieri propter finem. sed entia naturalia sunt nata fieri sub talibus, & cum talibus dispositionibus, quæ conueniunt fieri ad acquirendum finẽ. quod apparet: quia sicut vnũquodq; agitur, sic aptum natum est agi & ẽ conuerso. sed entia naturalia sic aguntur, vt in pluribus, ꝙ sunt apta nata attingere finem, & sub conuenientibus dispositionib⁹. ergo sic sunt apta nata agi: & p consequẽs nata sunt fieri sic propter finem. Item, illud agẽs agit propter finem, quod est natum imitari ab agẽte propter finem, & cuius actiones natæ sunt compleri ab agente propter finẽ. hæc est euidens. Agens enim propter finem nõ debet imitari illud, quod nõ agit propter finem. nec perficere actiones eius: modo, ars, de qua constat, ꝙ agit propter finem, imitatur actiones naturæ, & in aliquib⁹ perficit, quæ natura non potest perficere, vt exemplificat Commen. ꝙ Medicus intendens sanitatem facit exire sanguinẽ per phlebotomiam ad imitationem & similitudinem naturæ, quę sanat aliquando per exitum sanguinis à narib⁹: & similiter cum virtus naturalis debilis existens non potest sanare, Medicus per artem suam adiuuat eam calefaciendo aut aliter transmutando. quare &c. hoc autem ẽt ipse Aristo. ostendit inductione quadam. vbi consyderanda sunt illa, quæ ẽt ibi dicit Cõmen. sed dimitto illa ꝑpter breuitatẽ.

Rñsiones.

AD primum argumentum in contrarium dicendum, ꝙ licet natura in rebus inanimatis non cognoscat finem, tamẽ dirigitur & gubernatur ab aliquo cognoscente finem, s. ab intelligentia mouente cœlũ: & hoc pulchre docet Commen. in Duodecimo Metaphy. vbi sic ait.

Com. 18.

» Secundum hoc igitur intelligẽdum est, ꝙ natura agit aliqd perfecte & ordinate, licet non intelligat quasi esset rememorata ab agentibus nobilioribus ea, quæ dicuntur intelligentiæ. Et forte ad istam intentionem dixit hic Cõmen. ꝙ, nisi Diuinus concederet istud principium, non posset demonstrari Deum habere solicitudinẽ: quia non potest aliter proprie & physice demonstrari, nisi, quia ista inanimata, quæ sunt hic, agunt directe & perfecte ad debitum finem: & tamen non cognoscunt finem: quod nõ possent facere nisi aliquo cognoscente dirigerentur: sicut sagitta nõ moueretur determinate ad signum nisi dirigeretur ab aliquo cognoscente signum.

Tex. c. 81.

Ad secundam dicit Philosophus, ꝙ inconueniens est dicere naturam non agere ꝑp finem eò ꝙ non deliberat: quia videmus, ꝙ artifex nõ deliberat, licet agat propter finem. immo quanto perfectiorem habet artem, tanto minus deliberat. vt si quis citharędus, vel viellator in qualibet percussione chordæ deliberaret qualiter deberet percutere, videretur esse imperfectissimus artifex, & similiter est de aliis: quamuis ergo natura non deliberet in agendo, non sequitur eam non agere propter finem.

Obiectio.

Et, si dicas, ꝙ ars pro tanto agit propter finem, licet non deliberet, quia ipsa est agens extrinsecum, natura autem non, sed intrinsecum.

Dilutio.

Hoc nõ proficit: quia, sicut dicit ipse Aristo. si naufactiua esset in li-

E gnis similiter vtiq; natura fecisset. quasi diceret, ꝙ ipsa extrinsicitas artis à materia, in quam agit, non est causa, quare ipsa agat propter finem: quia, si imaginaremur vel poneremus causam esse intrinsecam agens in materia naturali, adhuc ipsa existẽs in natura similiter faceret, s. propter finem. Et huius signum est: quia medicus per suã medicinam ipse sanat seipsum, licet per accidens hoc contingat. Illud ergo, in quo ars differt à natura, s. qa ars est extra, & natura intra, non est causa, quare ars agat propter finem, quãuis non deliberet. Sed debemus dicere eã agere propter finẽ, quia à determinato principio per media determinata ad finem determinatum peruenit, sic autem est de natura. quare &c. Tunc ad tertiam rationem cum dicitur, si natura &c. dicẽdum per interemptionem consequentiæ. Certum est enim, & concessum est ab omnibus, ꝙ ars agit propter finem, intãtum, ꝙ hoc ponitur in definitione artis, vt patet per Eustratium supra Primũ Ethicorum. vbi sic dicit, ꝙ ars est collectio ex adinuentis **F** comprehẽsionibus exercitatis & probatis ad aliquem finem bonum eorum, quæ in vita. & tamen cõtingunt aliquoties peccata in actionib⁹ artis & artificis, vt mõstrat Aristo. in litera. Nam Grammaticus habens recte artem faciendi literas, aliquando non recte scribit, sed male propter aliquod impedimentum, vel ꝑpter aliquem defectũ. similiter Medicus, habens artem sanandi, aliquando non facit operationem cõuenientem, sed peccat. vt cum exhibet potionem non bonam ad sanandum. Similiter ergo, quamuis in effectibus naturalibus cõtingunt aliqua peccata, s. monstra, quæ sunt peccata illius, qđ in natura operatur propter aliquid fm Arist. in litera. tamẽ non sequiť propter hoc naturam non agere propter finem.

Eustratius.

Tex. c. 82.

Et est diligenter notandum, ꝙ, si bene consyderet̃ ista ratio, nõ solum non probatur quod intendit, immo etiam petit cõtrarium. Si enim aliquod agens, agens quod diuersis modis potest operari, nullum finẽ intenderet, & propter nullum determinatum finem ageret, non esset aliqua ratio, **G** neq; bona causa, quare sic agendo bene ageret, & contrario modo agendo male ageret. postq̃ enim nullum finem per operationem suam & operatum suum intenderet consequi, indifferens esset facere sic vel illo modo. vt, si domificator in domificando nullum finem domus intenderet, ad quem domus ipsa & suæ conditiones ordinarẽtur, nõ esset ratio, quare faciendo domum minimá male faceret & peccaret plus q̃ faciendo domum mediocrem: fm igiť ipsum ꝙ aliquod agens aliquãdo bene operatur & aliqñ peccat, est necessarium argumẽtum, ꝙ agit propter finẽ: tunc enim directe & bene facere dicitur, cũ sic agit, quod est conueniens ad adipiscẽdum finem, nam fm exigentiá finis oportet cætera moderari, vt dicit Lincon. in Primo Posteriorum. tunc autem dicitur male agere, cum inconueniens est eius operatio vel operatum ad attingendum finem, vt patet ex Tertio Ethicorum, vt est notum cuilibet intelligenti. Non ergo valet cõsequentia, ꝙ, si natura **H** ageret propter finem, in actionibus eius & generatis non deberent contingere peccata. Et, cũ probatur consequentia, quia finis est optimum, verum est: ex hoc bene sequitur ꝙ cum agit conuenienter ad finem, bene agit: sed non sequitur ex hoc, ꝙ necessario semper bene agat, quia põt impediri multis modis, vt videbitur post, licet quantum est ex parte finis semper bene fieret. Ad quartum argumentum antiquorum de pluuia potest dici, ꝙ illa non est causa finalis ipsius pluuiæ, sed magis, vt dicit Commen. conseruatio æqualitatis elementorũ: aliter enim corrumperetur mundus. quod qũo sit intelligendum debet sciri ex Libro Meteororũ. Et forte sic debet intelligi. cum. n. per actionem caloris Solis & aliarũ stellarum necessario generetur vapor ex aqua & terra humefacta, & sursum moueatur ad regionem aeris, necesse est hmõi vaporem iterum aliqñ conuerti in aquam à frigore condensante & descendere inferius. Nam, si semp fieret & eleuaretur vapor ex terra & aqua, & nũquam ex eo regeneraret̃ aqua,

Pluuia ẽ ꝑp cõseruationẽ ęqualitatis elemẽtorum.

tunc

tunc tandem in processu temporis tota aqua & terra corrumperetur in vaporem: & sic, cum mundus non posset esse sine omnibus suis partibus essentialibus, sequeretur mundum corrumpi: & si melius intelligeres placet mihi. Aliter potest dici ad rationem, ꝙ generatio & conseruatio frumenti bene est aliquo modo causa finalis pluuiæ, licet non propria, & totaliter. &, cum dicitur, ꝙ pari ratione destructio frumenti debet esse causa finalis pluuiæ, qa accidit à pluuia destrui frumentum: hoc non valet, quia generatio & augmentatio frumenti semper vel frequenter contingit ex pluuia, sed eius corruptio non contingit nisi raro & in minori parte: & ideo illud potest esse finis pluuiæ, & non istud.

Tex. c. 82. Similiter vtiq; & in physicis & monstra sunt peccata illius propter quod aliquid est &c.

QVAESTIO XIIII.

An Monstra, quæ peccata naturæ dicuntur, ab ipsa natura intenta sint.

CONsequenter quæritur, Vtrum mõstra sint intẽta à natura. Et arguitur primo ꝙ sic. Quia agens propter finem intendit illud qđ facit, hoc videtur manifestum: sed natura est agens propter finem, vt ostensum est, monstra autem fiunt à natura, vt videtur: quare &c. Itẽ secundo, si natura non intenderet monstrum, tunc non continuaret nec compelleret eius productionem. vt si nõ intenderet sextum digitum, tũc factis quinq; digitis statim desisteret & cessaret, & non cõtinuaret actionem ad producendum sextum digitum, & sic de similibus: hoc autẽ falsum est, quare &c. Item tertio, cum aliqua sunt eiusdem speciei si vnum est intentũ à natura & reliquum: hoc videtur euidens, sed homo monstruosus vt homo cũ duobus capitibus est eiusdem speciei cum homine non monstruoso, & certum est ꝙ homo non mõstruosus est intentus à natura. quare &c. Item quarto, omnis finis est in C tentus ab aliquo agente, sed forma mõstri vt dualitas capitum est quidam finis, s. generationis per quam acquiritur, vt euidens est, quare &c.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Arist. quia dicit, ꝙ monstra sunt peccata illius, quod aliquid agit propter aliquod: peccatum autem, cum sit quoddam malũ, non est quid intentum.

CONCLVSIO.

Monstra, quæ naturę peccata dicuntur, non à natura intenta sunt, sed ab ali quo alio agente propinquo naturæ, quod casus dicitur.

AD euidentiam quæstionis præmittantur aliqua, Primo quid intelligatur per monstrum in cõi. secundo quot modis, & ex quot causis fiunt monstra, tertio præmittentur quædam distinctiones ad solutionem quæstionis. Dico primo ꝙ monstrũ est ens ge- Monstrum quid est. neratum cum dispositione disconuenienti, raro & in mi- D nori parte contingẽte, sicut cum aliquis homo generatus est habens duo capita vel sex digitos vel vnũ solum oculum vel nullum, ita ꝙ accipio dispositionem disconuenientem communiter ad priuationem & habitum irregularẽ & disconuenientem: & hæc definitio satis habetur ex intentione Arist. in litera, & Alberti similiter. Causæ au- Mõstrũ cãe tem monstrorum ſm Albertum, reducũtur ad quatuor. Vna quidem causa est defectus vel paucitas materię. Secunda est superabũdantia ipsi⁹ materiæ. Tertia causa est qualitas actiua vel passiua. Quarta est malitia cõtinẽtis. Ex defectu quidem vel paucitate materiæ dupliciter vel tripliciter contingit monstrum. vno modo ſm defectum magnitudinis, vt nascitur aliquis nimis paruus, sicut forte vnus nanus, alio modo ſm defectum numeri, ita ꝙ nõ est completus numerus partiũ, ex quibus regulariter integratur corpus humanum. vt ꝙ aliquis nõ habeat regulariter nisi vnum oculum, vel nisi vnam manum, & simi-

A liter de multis aliis, tertio mõ ſm vtrunq;, ita, s. ꝙ ipsum generatum habet magnitudinem diminutam irregulariter & enormiter, & cum hoc deficit ei aliqua de partibus integralibus. Verum est tamen, ꝙ hmõi defectus aliquo modo prouenit ex debilitate agentis, s. virtutis formatiuæ, quæ etiam ex materia subiecta non potest sufficiẽter & complete formare corpus sub debita magnitudine & numero debito membrorum: tamen forte frequẽtius cõtingunt ex paucitate & defectu materię, vt videtur velle Albertus. Secunda quidem causa monstruositatis vi- Secũda cã. detur esse superabundantia materiæ, & ex hac multipliciter fiunt monstra. Quædam superabundant in magnitudine, vt cum nascitur puer enormiter caput habens grossum, aut aliam partem enormiter et irregulariter magnã, aut etiam totum corpus. hoc tamen & aliqñ prouenit ex fortitudine virtutis formatiuæ, vt dicit Albertus. Quædam autem monstra propter superabũdantiam materię, abundant in numero membrorum: & hoc est dupli⁹ mo- B dis. Qñq; enim abũdat membrum debitum, i. requisitũ ad integritatem corporis humani totius, qñq; autẽ abundat membrum non debitum, vt sextus digitus, & secundum caput, & hmõi. Dicitur autem abũdare qñq; membrum debitum, vt cum oritur in tempore non debito. vt cum puer nascitur habens dentes: quod cõtingit ex abundantia materiæ dentium, cum fortitudine etiam virtutis formatiuæ dentium. & sicut oritur aliqñ puer habens pilos in inguinibus. Et ad hãc causam reducebatur generatio cuiusdam puelle, quæ præsentata fuit Alberto, vt dicit: quæ nata fuit cum vberibus pendentibus, & fatebatur mater eius ꝙ ipsa patiebatur fluxum menstruorũ. Abundat etiam aliquando membrũ non debitum propter materiæ superfluitatem, vt generatus fuit quandoq; homo bicorporeus, superius, s. habens duo capita coniuncta in vno collo: vel bicorporeus inferius, habens quatuor crura. Et ad istam causam reducebatur quidam puer, quem dicit Albertus se vidisse habentẽ vndecim ora & vigin- C tiquatuor labia incompleta, & vndecim linguas, & mortuus fuit antequam nasceretur, i. antequam exiret ex vtero. Ad istam causam reducitur generatio geminorum: q quandoq; nati fuerunt in vna & eadem cellula matricis, & hoc fuit per istum modum, ut dicit ipse. Sunt enim quędam femellæ, quæ multum delectantur in coitu propter diffusionem spermatis sup neruos sensibiles, & in illa delectatione agitatur & mouetur matrix. & tunc ipsum semen diuiditur & qñq; perficitur diuisio seminis femellę, quod est materia fetus, & virtus formatiua spermatis est satis fortis: & tũc fiunt duo pueri in vna cellula matricis. Aliqñ vero non omnino perficitur diuisio & distinctio seminis, s. sanguinis menstrui, sed solum ramificatur superius vel inferius, & fiũt duo capita vel quatuor crura. & ideo periculosum est & inconueniens, ꝙ mulier in coitu agitet se & moueatur, sicut dicuntur facere mulieres meretrices: quia, si tunc cõciperent, posset generari monstrũ D bicorporeum, & valde turpe, & horribile. Tertia autẽ Tertia cã. causa monstruositatis est qualitas actiua irregulariter se habens. à forti enim & nimia caliditate aliqñ contingit nimia pinguedo, & à nimia frigiditate prouenit nimia macies. Aliquando ẽt in semine cõiunctæ sunt qualitates cõtrariæ complexionales. i. vt intelligo complexio masculina & complexio fœminina: & virtus formatiua satisfacit vtriq; sexui, tam in membris interioribus ꝙ̃ in membris exterioribus, & è conuerso. & sic nascitur vnum suppositum habens vtrunq; sexum, s. masculinum & fœmininũ. Et dicit Albertus, ꝙ tempore suo natus fuerit vnus talis hermaphroditus habens vtrunq; sexum ita complete, ꝙ etiam à sapientibus vix discerni poterat quis præualeret. immo etiã narrabant aliqui fide digni, ꝙ in coitu succumbebat aliquando vt mulier, & incumbebat vt masculus, nec impediebat situs membrorum genitalium: quia situs membri virilis naturaliter est super neruum coxæ, & situs vuluæ mulieris est iuxta anum. Quarta quidem causa Quarta cã.

monstrorũ

monstrorum est malitia, i. irregularitas continentis. Sed istud continens est duplex. Vnum est continens intrinsecum & immediatum, & istud est quædam pellis, quæ dicitur secundina inuoluens fœtum. Aliud autem est continens magis extrinsecum & remotũ, s. aer vel aqua, in quibus fit generatio. Modo propter malitiam, s. propter rupturam primi continentis cõtingit q semen defluit & diuiditur: & sic deficit membrum, quod debet fieri ex illa materia: vel si omnino non separatur à toto, tamen, ꝑpter rupturam pelliculæ continentis extenditur irregulariter, sic fit aliquod membrum nimis magnum, vt pes vel manus vel auris. Ex malitia vero, i. ex eius irregularitate exterioris continentis, s. aeris, aut aquę fiunt monstra ꝑ hũc modum: quia contingit q ipsum continens habens in se virtutem cœlestis circuli est informatum forti & intensa virtute generatiua alterius speciei ab ista specie, cuius indiuiduum ibidem generatur, & tunc forte inducuntur aliquæ dispositiones similes dispositionib⁹ illius alterius speciei. vt si in aere, in quo generantur procellæ multum fortiter & intense vigeat virt⁹ cœlestis generatiua hominis, contingit generari porcellos habentes capita humana, i. similes figuræ capitibus humanis, vel etiam è conuerso.

Tex. c. 49. Est enim consyderãdum circa hoc, q sicut dicit Arist. in Secundo de Generatione. Formæ omnium sunt in terminis, i. in corporibus cœlestibus, in quibus est termin⁹ totius corporeitatis. quod sic intelligo, q cuilibet speciei istius mundi inferioris correspondet aliqua constellatio, vel cõfiguratio cœlestis: cuius virtus diffunditur ad istũ mundum inferiorem cum ipsis luminibus stellaꝝ. & hoc pulchre docet Albertus in suo Commen. super librum de Somno & Vigilia. vbi sic dicit, lumen cœleste diuersimode situatum vehit ad nos omnes virtutes orbis. Et propter hoc etiam dicit Arist. in Primo Meteororum, q ex necessitate iste mundus est contiguus superioribus lationibus & corporibus superioribus localiter motis, vt omnis virtus eius gubernetur inde. Contingit igitur aliquando q lumen cœleste alicuius constellationis vel configurationis stellarum dominantis semꝑ super generationem alicuius speciei, dirigitur ſm radios rectos, aut aliter fortiter ad locum, in quo generatur indiuiduum alterius speciei, & tunc, quamuis illa uirtus non generet indiuiduum alterius speciei, super quam dominatur hmõi virtus cœlestis, tamen imprimit aliquas dispositiones, s. figurationes & lineationes consimiles dispositionibus illius speciei. Et forte hęc est causa, quare in quibusdã lapidibus inueniuntur quædam pulcherrimę figuræ similes humanæ faciei, vel alicuius alterius animalis: quas tamen figuras cõstat non fuisse factas ab arte, sed ab agẽte, quod est natura, vt narrat Albertus in suo libro de Mineralibus: & sic patet causa talium monstrorum.

Spẽi in inferiorib⁹ correspondet cõstellatio.

Figuræ inueniunt in lapidibus.

Agens est duplex. Vlterius accipio magis accedendo ad quæstionem propositam, q agens intendens aliquem effectum est duplex. Quoddam est agens per cognitionẽ. Aliud est agens sine cognitione existente in ipso, sicut sunt omnia agẽtia inanimata, & similiter plantę, quia carent sensu. Differenter autem intendit agens ꝑ cognitionem, & agens non cognoscens. nã agens per cognitionem cognoscit illud quod agit, & ipsum appetit appetitu animali, idest appetitu, qui est electio consequens cognitionem. sed agens sine cognitione non intendit nisi qa habet virtutem productiuam ipsius effectus, & hoc est suum intendere. Verum est tamẽ, q hmõi agens bene dirigitur ab agentibus cognoscentibus, s. ab intelligentijs, ue accipitur supra à Commen. in Duodecimo Metaphy.

Com. 18. **Agẽs intendit aliquod dupl̃r.** Item, vnumquodq; istorum agẽtium aliquid intendere est duobus modis. vno modo simpliciter & proprie & perfecte, alio modo ſm quid & diminute. Agẽs quidem cognoscens dicitur simpliciter & perfecte intendere aliquid, & ex intentione facere, cum cognoscit illud & appetit, non solum in hora, in qua operatur, sed etiã ante illud tempus, in quo agit, ipsum cogitabat & appetebat. vt cũ aliquis cogitans & appetẽs emere vestem, exit domum

E & vadit ad forum, ita q non solum cognoscit & appetit emptionem in hora in qua emit, sed etiam prius. Dicitur autem tale agens intendere solum ſm quid & diminute, cum cognoscit ipsum & appetit solum in hora vel in tempore, in quo illud operatur. vt, si ille qui iuit ad forum, vt emeret & recipit pecuniam à debitore, quam prius nõ cogitabat nec appetebat ibi recipere, tũc dicitur illud intendere ſm quid & quasi diminute respectu primi modi intendendi. Similiter agens, quod non cognoscit, dicitur aliquid simpliciter intendere cum habet virtutem actiuam eius, & ipsum producit frequenter, & vt in pluribus, vt sperma humanum receptum in matrice habet virtutem formatiuam ordinatã ad generationem hominis, & hoc facit frequenter, & vt in pluribus. & dicitur aliquid intendere ſm quid & imperfecte, cũ habet virtutẽ actiuam illius, & agit ipsum solum raro, & vt in paucioribus.

His visis possunt ad quæstionẽ dici tria. Primo quod ipsa monstra nullo modo sunt intẽta à natura, vt natura F est. secundo q non sunt simpliciter & perfecte intenta ab illo agente, quod est natura. tertio, q ſm quid & diminute sunt intenta ab aliquo agente, quod est natura. non quidem natura vt natura est, sed vt casus. Primum probatur: quia quod nõ est causatum à natura, vt natura est, nõ est intentum ab ea, vt est natura: hæc est manifesta de se: sed monstrum non est causatum de per se à natura, vt natura est: quia natura, ſm q natura est, est principium & causa eorum quorum est principium & causa frequenter, & vt in pluribus, vt habetur in isto Secũdo, & in Libro de Bona fortuna. ista autem monstra non fiunt frequenter, nec vt in pluribus, sed raro & in paucioribus, quare &c. **Rõ prima.**

Secundum ostenditur, quia ab illo agente, quod est natura, non est aliquid intentum simpliciter & perfecte, nisi quod producit vt frequenter, & vt in pluribus. Hanc ẽt recipio pro manifesta. si. n. intenderet simpliciter & proprie aliquid, quod raro & in minori parte producit, tunc G frustraretur à sua intentione, vt in pluribus: quod est absurdum. & ita proprie esset intentum ab hmõi agente illud, quod raro prouenit ab eo: sicut illud quod frequẽter prouenit, quod est etiam ridiculum. Sed constat q monstra non producuntur ab agente, quod est natura, nisi raro & in paucioribus. quare &c. **Rõ secũda** Tunc tertium ostenditur, quia agens, quod est natura, intẽdit illud cuius habet potentiam actiuam. hæc videtur manifesta: sed modo constat q illud idem agens, quod est natura, respectu effect⁹ quem producit vt in pluribus, habet potentiam actiuam monstri, saltem dum ipsum producit: quia, si nõ haberet potentiam actiuam illius, non produceret ipsum. sicut. n. quod non habet potentiam receptiuam nõ recipit, sic nõ agit quod nullo modo habet virtutem actiuam. ergo ipsum agẽs, quod est natura, aliqualiter intẽdit ipsum monstrum. aut ergo simpliciter et perfecte, & hoc est remotũ, aut ſm quid & diminute, & sic habetur intentum. Non enim agens inanimatum dicitur aliquid intendere, eò q H illud cognoscit & appetit appetitu animali, sed solum qa habet virtutem actiuam ipsius. Et est notandum, q licet monstrum sit aliqualiter intentum ab illo agente, quod est natura, scilicet ſm quid & improprie, vt dictũ est, tñ illud agens respectu monstri non meret dici natura, vt ẽt ostensum est, sed casus: & sic ipsa monstra fiunt à casu. **Rõ tertia.**

Rñsiones. AD primam rationem patet ex dictis: monstra enim proprie non fiunt à natura vt natura est, sed à casu: et ideo nõ oportet q sint intenta natura, sed forte à casu vel ab eo agente, quod dicitur casus, sunt intenta modo prædicto. Ad secundam similiter concessum est, q aliqualiter sunt intenta dum fiunt: & ideo potest agens complere productionem eorum. Ad tertiã dico, q licet monstrum sit eiusdem speciei quantum ad substantiam cum alio supposito non monstruoso, tamẽ differunt ſm dispositiones, quia vna illarum dispositionum, s. suppositi mõstruosi non est conueniens ad finem, nec contingit nisi raro & in paucioribus, alia est conueniens ad finem & frequenter

quenter

quenter contingit: & ideo vna potest esse intenta & non alia. Ad quartam potest concedi, q ipsa forma mōstri sit aliqualiter intenta ab agente sed non simpliciter. cum non sit finis generationis frequenter & vt in pluribus cōtingentis, sed raro quantum ad tempus, & in paucioribus, quantum ad supposita.

Tex. c. 16.

Et nanq; si esset in ligno nauis factiua &c.

QVAESTIO XV.

An Rei Naturalis necessitas ex eius materia quoquomodo dependeat.



Irca istam partem quæsitum fuit, vtrum oē agēs naturale sit intrinsecum passo, & supra capitulum de Casu & Fortuna, vtrum omnia veniant de necessitate. sed istas quæstiones ordinaui inter sophismata prolixius exquisita. Quod autem ex necessitate &c. Quærit hic vtrum necessitas effectuum naturalium depēdeat ex materia rei naturalis. Et arguitur primo q sic: quia illa, quæ sunt scibilia simpliciter, sunt necessaria simpliciter, qa sciētia est necessariorum, Primo Posteriorum. ergo scientia simpliciter necessariorum est simpliciter. sed entia naturalia sunt scibilia simpliciter, vt manifestum esse videt: quare debent esse necessaria simpliciter. sed necessitas simpliciter in naturalibus est ex materia, vt vult Aristo. in litera. quare &c. Item, ex illo est necessitas proprietatum naturalium, ex quo, vel ad quod necessario sequunt: hæc est manifesta, sed ex materia necessario sequitur, vt bene sequitur, necessario hoc habet materiā: ergo est corruptibile, & sic de multis alijs. Item, diuisibilitas in infinitū est quædam proprietas naturalis, vt euidens est: necessitatis autem huius causa est materia, vt patet per Aristo. & Commentatorem Tertio huius. Item, effectuum naturalium necessitas est ex illo, p quod demonstrari possunt: cum demonstratio sit de necessarijs & per necessaria, Primo Posteriorum. sed effectus naturales possunt demonstrari per materiam, vt omne habens materiam est corruptibile: animal habet materiam: ergo animal est corruptibile. Item, ex illo videtur accipi necessitas rerum naturalium siue effectuum naturalium, sine quo ipsi effectus naturales esse non possunt: sed non possunt esse sine materia, vt patet in partibus & in virtutibus naturalibus animalium & plantarum: & maxime apparet in mōstris, vt dictum fuit prius. quare &c.

Tex. c. 17.

Tex. c. 19.

OPPOSITVM arguit auctoritate Arist. qui reprehendit de hoc quosdam antiquos, & etiam Commentator. A & Commentatore. Arguit enim Arist. sic, vt colligi potest ex litera. si effect⁹ naturales essent necessarij solum ex parte materiæ, non ordinarent ad aliquid aliud nobilius, nec essent propter aliquid nobilius. hoc autem est falsum & absurdum: quamuis enim nō sint sine necessaria & cōuenienti materia, tamen non sunt propter ipsam solā materiam, sed propter aliquid aliud. Vnde Commētator dicit legendo literam, q ad quæstionem propter quid de effectibus naturalibus, supple respondetur finis, & non respondetur materia. ergo materia est aliud à fine: & sic res naturales sunt propter aliquid aliud à materia. & ideo nō solum habent necessitatem ex materia. Item Cōmentator tangit vnam rationem bene pulchram. Nam, si dispositiones & situs partium rerum naturalium essent fm exigentiam materiæ solum, & non propter aliquem aliū finem, tunc in animalibus testam habētibus, cum ipsa testa sit de graui materia, tunc nō deberet esse nisi omnino inferius & nō supra alias partes illius animalis minus graues: hoc autem est falsum manifestum. quare &c. B

Com. 18.

Com. 17.

CONCLVSIO

Tametsi Naturalium necessitas ex ipsa materiæ ratione non præcise sumitur, vt nonnulli falso opinasse visi sunt, ex eorum tamē propria materia aliquo modo dependet, magis autem ex fine ea sumenda esse videtur.

Opinio antiquorum.

QVidam antiqui Philosophi credentes materiam rei naturalis esse totam substātiam rei naturalis, sicut materia rei artificialis est eius tota substantia: & putantes naturam nō agere propter finem, qa non deliberat, dixerunt consequenter his dictis, q necessitas rerum naturalium est ex ipsa materia, & non ex fine. Et declarat Aristo. intentionem eorum per simile in re artificiali vt si in constitutione domus partes sic & sic ponerentur ex natura materiæ. vt q fundamentum esset inferius propter grauitatē materiæ: & parietes in medio, propter medietatem inter grauissimum & leuissimum: & tectum, quod est ex lignis, est sursum, propter leuitatem. leuissima enim sunt ligna respectu aliorum, vt dicit. sic aūt imaginabantur formas & proprietates rerum naturaliū esse sic vel sic necessario ex natura materiæ. vt q dentes anteriores sint acutiores propter materiæ subtilitatem et idoneitatem ad acutiem. similiter autem & in alijs. Et hæc opinio est purus error. & ideo improbatur ab Arist.

Ratio.

Reprobatio opinionis.

Et ideo dico ad quæstionem tria. Primo, quod necessitas rerum naturalium non est præcise, & solum ex materia. secunda dico, q ipsa necessitas effectuum naturalium aliquo modo dependet ex materia propria. tertio dico, q principalius & verius est ex fine q ex materia. Primū ostenditur rationibus prædictis contra antiquos. Inconueniens enim omnino est dicere, q oculus, q est vna pars naturalis animalis nō sit propter aliquid aliud, nec gratia alicuius alterius à sua materia, immo est propter visionē tanquam finem, qui imponit ei necessitatē essendi. Itē, Commentator hic tangit vnam aliam rationem. si enim formæ naturales sequerētur necessario ipsam materiam, & essent omnino propter ipsam, tunc omnia supple naturalia, essent necessaria: quod est absurdum. & patet consequentia: qa ista est dispositio entis necessarij simpliciter, q eius actio, i. actus, est propter ipsum, & non ē cōuerso, C vt est videre in motoribus corporum coelestium, qui mouentur p se primaria intentione: & ipsi sunt necessarij simpliciter in mouendo. si igitur formæ naturales sequerent sic naturā materiæ, q omnino fierent propter ipsam, tūc res naturales essent necessariæ simpliciter: quod non videtur. possunt enim impediri ab operationib⁹ suis, quas frequentius agunt, vt semen impedit à productione duorum oculorum: quod non contingit in illis, quæ primaria intentione agunt propter se. quare &c. Item possumus accipere aliam intentionem, siue rationem ex Cōmento, in illo capitulo Secundi, vbi ostenditur, q Naturalis demonstrat per quodlibet genus causæ. si formæ naturales sequerentur necessario naturam materiæ, i. essent præcise & necessitate materiæ, sequerentur duo inconuenientia. vnum est, q vna pars materiæ non haberet nobilius esse q alia: qa in qualibet parte materiæ essent omnes formæ naturales, postquam cōsequerentur solam materiam. ut quodlibet suppositum hominis habet risibilitatem, quæ D per se & præcise consequitur naturam humanam: & sic vna pars materiæ non haberet esse simpliciter nobilius, quam alia: quod est absurdum. nā natura hominis habet nobilius esse simpliciter q materiæ omnium aliorum naturalium. aliud inconueniens est, q vna materia nō esset nobilior in vno tempore q in alio, s. q in tempore, in quo esset sine forma: quia nunquam esset sine forma illa nobiliori, vt homo nunquam est nobilior risibilitatem habendo q sine ea: quia nunquam caret risibitate. & hoc est qd voluit dicere Commentator cum dixit, q forma, quæ sequitur naturam entis, non est dicta nobilior. i. non facit vnum suppositum illius entis simpliciter nobilius q aliorum: nec vnum suppositū illius entis nobilius in vno tēpore q in alio, s. cum habet illam formam, q cum non habet eam, quia nunquam non habet. Et exemplificat Cōmentator de circulo. Æqualitas enim linearum exeuntiū à centro circuli ad eius circunferentiam non facit circulū nobiliorem, q cum non habet hmōi æqualitatem: quia

Conclusio prima.

Secunda.

Tertia.

nunq;

nunquam est verum ipsum non habere, & sic est de alijs formis mathematicis, vt dicit. Hoc enim, s. dare esse nobilius nō accidit formæ, nisi fm ꝙ est finis. quod sic intelligo: ꝙ forma non dat suo subiecto esse nobilius in vno tēpore q̄ in alio, nisi ipsa sit talis forma, quæ est finis, i. terminus generationis. hæc enim sola forma dat ipsi enti, i. suo subiecto esse nobilius cum actu est in eo, q̄ cum est in potentia, vt habet̄ satis ex Nono Metaphy. vnde formæ perpetuæ, q̄ non sunt nisi termini generationis, sicut sunt formæ cœlestes, nō dant suis subiectis eē nobilius in vno tempore q̄ in alio: immo nec vnum tale subiectum habet formaliter esse nobilius per talem formam q̄ alterum, eò ꝙ talis forma absoluta, quæ nō est finis generationis, nulli subiecto dat esse formaliter fm intentionem Aristo. & Commentatoris. patet igitur ꝙ formæ naturales non sequuntur necessario solam materiam rei naturalis. quare &c.

Tex. c. 85.

Secūdæ cōclusionis. Ratio.

Secundum declaratur: quia effectus naturalis à quocunq; habet esse; ab illo habet aliquo modo necessitatem essendi, quæ sibi debetur. hęc videtur vera esse. quia ipsa necessitas essendi vel est idem cum ipso esse, vel aliquid consequens ipsum esse. sed effectus naturalis habet aliquo modo esse suum à materia naturali fm Arist. in litera. vnde dicit, ꝙ ista non sunt sine materia necessaria. et ideo vult ꝙ vtræq; à Physico dicendæ sunt causæ. quare &c.

Tex. c. 91.

Tertię conclusionis. Ratio.

Tertium ostenditur: quia necessitas effectuum naturalium magis est ab illo & principalius, gratia cuius est materia, & non ē conuerso, ipsum non est gratia materiæ: sed finis est hmōi, quia, s. materia est gratia ipsius, & non ē conuerso. hanc propositionem innuit Philosophus breuiter in litera his verbis. Causa enim hæc materia, sed non hæc finis &c. & est intelligēdum causa gratia cuius.

Tex. c. 92.

Secūda rō.

Item, ex illo quod digniorem & nobiliorem habet causalitatem, magis & principalius sumēda est necessitas naturalium causatorum: hæc est manifesta de se. sed finis rei naturalis ordinatæ in finem est nobilioris causalitatis et dignioris q̄ materia, cuius signum est, quia ipsum principium, quod est Deus, quod est optimum totaliter & nobilissimum omnium entium, nullo modo habet causalitatem materiæ, nec vnitatem cum materia naturalium, nec analogice, habet autem verissime & proprijssime causalitatem finis, licet non vniuoce omnino, nec finis proprie naturalium rerum: quare &c.

Tertia rō.

Præterea, Ex illo, quod nunquam potest esse sine re naturali, magis est sumenda necessitas rei naturalis, q̄ ex illo, quod potest esse sine ea. sed finis proprius rei naturalis nunquam potest esse sine re naturali, quæ est ad finem: & tamē ipsa materia potest aliquando esse sine aliqua forma & virtute naturali. verbi gratia, vt visio, quæ est finis oculi, nūquam potest haberi sine oculo & virtute visiua, materia vero naturalis bene ē sine oculo & sine virtute visiua, vt patet in aliquibus mōstruosis propter debilitatem virtutis formatiuæ: quare &c.

Nécessitas materiæ & finis differunt, nā ea simplr, altera ex suppōne est.

Et est cōsyderandum, ꝙ necessitas materiæ solet dici necessitas simpliciter, & necessitas ex fine dicit̄ necessitas ex suppositione: & illa quibus finis imponit necessitatem in rebus naturalibus dicunt̄ necessaria ex suppositione. Cuius forte ratio est: quia ipsa materia rei naturalis semper est in ipsa re, quamdiu res est, & ideo necessitas ex parte eius dicitur necessitas simpliciter: sed finis rei naturalis non semper est actu in ipsa, vt visio non semper est in oculo, vel visu, ideo necessitas ex fine est necessitas conditionata, siue ex suppositione; vnde non dicimus, ꝙ simpliciter necessarium sit animali habere oculos, sed supposito ꝙ aliquando videat: similiter aūt & in alijs hmōi.

Effect⁹ naturales sūt duplices.

Aduertendum est etiam, ꝙ, vt cōiter dicunt quidam expositores, Duplices sunt effectus naturales. quidā sunt per se intenti à natura, & isti dicuntur esse necessarij non simpliciter, sed ex suppositione finis. alij sunt non ꝑ se intenti, sed solum per accidēs, vt mors, & vniuersaliter corruptio & mortalitas, quæ est potentia ad mortem, & corruptibilitas, quæ est in potentia ad non esse. & de istis dicunt, ꝙ necessitas istorum est ex ipsa materia, cū ista sunt omnino & simpliciter necessaria. sed, si intelligatur, ꝙ necessitas istorum accidentium sit ex materia præcise, s. sine omni alia causa, non credo esse verū. nam omnis effectus, qui dependet ex materia & ex fine, principalius habet necessitatem ex fine q̄ ex materia, cum finis sit causa omniū causarum aliarum, Secundo huius. Modo, omnes tales effectus, quos dicunt non intentos ꝑ se, vt corruptibilitas, quæ est potentia ad non esse, & mortalitas, quæ est potentia ad non viuere, dependent nō solum ex materia, sed ex fine aliquo alio. potentia enim ad non esse, qua aliquid dicitur corruptibile, ordinatur ad aliud esse. vt potentia ad non esse aquæ, quæ est in materia ipsius aquæ, ordinatur ad esse alterius rei, s. aeris, aut ignis, & sic de alijs. & vniuersaliter, potentia ad non esse vnius rei existentis in ipsa materia ordinatur ad esse alterius rei, ad quam illa materia est in potētia. cuius signum est: quia subiectum, quod non habet rationem ad aliam formam, nec ad aliud esse, non habet potentiam ad non esse, vt patet in corporibus cœlestibus fm Commentatorem. & similiter corruptio vnius ordinatur ad generationem alterius vt ad finem. Vnde transmutans naturale nunquam corrumperet formam aliquam, nisi intenderet alterius generationem. Et ideo credo salua reuerentia cuiuscunq; ꝙ necessitas taliū formarum & accidentium, quæ sunt in re naturali, principalius est ex aliquo alio fine, q̄ ex materia: immo etiā dimensiones, quæ dicuntur consequi naturam materiæ primæ, principalius sunt propter formam q̄ propter materiam. Et adhuc ipsamet materia est in rebus naturalibus gratia formæ, non omnino propter seipsam.

Tex. c. 81.

Tex. c. 82.

Potētia ad n̄ eē vni⁹ ordinat̄ ad eē alterius.

Tex. c. 83.

Nota.

Quamuis igitur aliqua accidentia rerum naturalium sint semper in re naturali ex natura materiæ, vt corruptibilitas & dimēsiones, & si qua sunt similia: tamē principalior & potior causa necessitatis eorum est finis, q̄ materia, & potior esset demonstratio eorum per finem q̄ per materiā ipsam.

Tex. c. 84.

Quare necessitas effectuū naturaliū dr̄ po⁹ eē à materia q̄ a fine.

Causa autem, quare consuetum est dici, ꝙ necessitas istorum est ex materia magis q̄ ex fine, forte est ista: q̄a sicut res naturalis non potest esse sine sua materia, sic non pōt esse sine corruptibilitate, nec potest vniuersaliter & semper carere corruptibilitate. sed ipsa res naturalis inuenit̄ priuari omnino multis proprietatibus ordinatis ad finē, vt aliquod indiuiduum inuenitur nunquam habere partem ordinatam ad finem, vt aliquod indiuiduum hominis potest omnino esse sine oculis, & nunquam habuisse, nec habere oculos. Et similiter ipsi fines rerum naturaliū non semꝑ sunt actu in rebus naturalibus, & propter istas similitudines consuetum est dici, ꝙ necessitates aliquorū effectuum vel accidentium naturalium sint ex materia. s. illorum, quæ necessario insunt vel inerunt cuilibet indiuiduo: & necessitates aliquorum sunt ex finibus, s. illorum, quæ non semper, nec ineuitabiliter adueniūt, sed omnino possunt deficere indiuiduo.

Quòd si quis teneat cōtrarium, s. ꝙ necessitas aliquorum accidentium naturalium sit præcise & principaliter ex materia, dicat rationem demonstratiuam, & soluat rationes in contrarium, & tunc credendum erit ei: sin autem, non est credendum. Et hui⁹ signum est processus Arist. in isto capitulo: quia absolute dicit, ꝙ necessitas in naturalibus magis ē ex fine q̄ ex materia: nec distinguit in proposito inter diuersa accidentia naturalia. quare &c.

Com. 88. Obiectio.

Sed, si obijcias verba Commen. dicit enim sic. Illa, quæ inueniuntur in rebus naturalib⁹ de necessitate, nō propter aliquid, vt mors animalis, sunt propter materiam: & illa, quæ inueniuntur in eis propter aliquid, sunt propter formam & definitionem.

Responsio.

Posset dici, ꝙ ipse dicit hoc fm opinionem aliquorum, qui putauerunt corruptionem non ordinari ad aliquem finem omnino. vel intelligit, ꝙ ista non sunt propter aliquid, tanquā propter suam propriam operationem. mors enim animalis, cum sit quędam priuatio, non habet proprie aliquam actionem: & talium necessitas est ex materia nō omnino & principaliter, sed respectiue. talia enim magis se tenent ex parte materiæ q̄ alia: quorū sunt aliquæ operationes

per

per se & proprie, ad quas ordinatur, vel saltem famosius est ea prouenire ex materia quam alia. *Replica. Responsio* Quòd si ipse Auerrois assereret simpliciter, quod talia nullo modo sunt propter finem aliquem, nec habent necessitatem ex aliquo fine nisi ex materia, hoc ego non intelligo: quia scio, quod materia est propter formam, vt propter finem. Si igitur aliquid est finaliter propter materiã, necesse est, vt ipsum sit propter formam. *Obiectio. Responsio, Com. 10. Com. 67.* Si autem dicas, quod mors animalis est à materia necessario, non tanquam à fine, sed tanquã à subiecto, hoc nihil est ad propositum: similiter forma est à materia, vt à subiecto: vt vult Commẽtator in Secundo huius, & etiam in Tertio. Et hoc non obstante, forma nõ sequitur necessario ipsam materiã, vt prius patuit: ergo similiter, licet mors animalis sit à materia subiectiue, non habetur ex hoc quod non sit propter aliquem finem animalium à materia. *Obiectio. Dilutio.* Et, si dicas, quod mors animalis, & similiter corruptio, cum sit quædam priuatio, nõ ordinatur ad aliquem finem. Contra hoc est: quia quicquid intendit aliquid, quod non potest haberi sine corruptione, & ad quod necessario requiritur corruptio, intendit corruptionem propter illud: hoc est manifestum. modo, ipsum trãsmutatum, quod generat aliquid, intendit formam generandam, quæ non potest haberi, nec induci sine corruptione formæ contrariæ quàm existentis, vt manifestum est: ergo intendit corruptionem propter ipsam formã generandam: & sic forma generanda est finis corruptionis.

Et cõfirmatur: quia sicut dispositiones sunt necessariæ rõne formæ, ad quam sunt: (quia sine ipsis non potest forma recipi in materia, & ideo necessitas earum principaliter est ex forma.) sic videtur se habere de ipsa corruptiõe & morte: quod, quia forma generanda nõ potest induci sine corruptione formæ præcedẽtis, ideo necessitas corruptionis fit ex ipsa forma generãda principaliter. *Obiectio.* Sed dices, non est simile de dispositionibus materiæ ad formam, & de corruptione: quia dispositiones sunt entia positiua, & ideo possunt ordinari ad aliud tanquam ad finem, ex quo C depẽdet eorum necessitas: sed corruptio & mors est quædam priuatio, ideo non habet causam finalem, quæ imponat ei necessitatem, nisi solam materiam. hoc autem videtur irrationabile: quia ex hoc, quod corruptio nõ est aliquid positiuum, saltem quantum ad negationẽ ipsius esse, bene habetur quod non ordinatur ita principaliter ad aliquem finem, sicut dispositiones: sed quod nullo modo ordinatur ad finem non sequitur ex illo. *Responsio,* De hoc inquiras complete: quoniam indiget perscrutatione. Quòd si velimus dicere, quod corruptionis & mortis nullus est finis, ex quo sumatur eius necessitas, tenebimus illam distinctionem supra positam: quam expositores accipiunt ex commento &c.

Rñsiones. AD rationem primam potest dici, quod entia naturalia bene sunt scibilia Secundo modo sciendi, quem ponit Lincoñ. in Primo Posteriorũ supra definitionem scire, sed non scibilia simpliciter scientia propriissime dicta: & ideo non oportet quod simpliciter sint necessaria. & tu cõsydera illam distinctionem, quia multum est notabilis. D Est enim scientia secundo modo dicta, s. proprie, comprehensio veritatis eorum, quæ non semper, sed vt in pluribus eodem modo habent se, & hoc modo sciuntur naturalia quò ad multas conclusiones, vt quod homo generetur cum duobus oculis solum, hoc non semper & eodem modo se habet, sed frequẽter & vt in pluribus, & sic de multis alijs: & talia non oportet esse necessaria simpliciter, i. vniuersaliter. Sciẽtia quarto modo & propriissime dicta, est comprehẽsio, i. habitus, quo anima perficitur ad comprehensionem siue cognitionẽ veritatis eorum, quæ semper vniformiter, & eodem modo se habent per cõprehensionem suæ causæ, quæ est impermutabilis in essendo & in causando: & hoc modo sciendi non sciuntur entia naturalia, saltem omnia, & talia sunt simpliciter necessaria scibilia, vt mathematicæ conclusiones, vt dicit. Alios aũt modos sciendi ponit ibidem, quos propter breuitatem dimitto.

Ad aliam concedo quod necessitas effectuum naturalium A aliqualiter est ex materia, sed non omnino & cum exclusione alterius causæ. Ad aliam concedo, quod necessitas diuisibilitatis in infinitum bene est ex materia, tñ non solum ex materia, sed aliqualiter ordinatur ad formam. Et, si quæras, quare Arist. magis eam reduxit ad materiã, quàm ad formam, forte causa fuit: quia famosius erat & notius quod materia esset causa infinitatis & diuisionis infinitæ, quàm forma: non tamen excludit quin forma sit aliquo modo causa huius diuisibilitas infinitæ. de hoc autem plus videbitur supra Tertium Deo volente. Ad aliam patet ex dictis. concedo enim quod necessitates effectuum naturalium secundum aliquem modum est ex materia, sed non omnino. Similiter ad aliam per idem. Quæ quidem de ista quęstione scripsi recipias per modum inquisitionis non determinationis demonstratiuæ: quia nimis paruum adiutorium sumpsi ab alijs in eius inquisitione.

B *Quæstionum super Secundum Physici Auditus finis.*

QVAESTIONES LIBRI TERTII DE PHYSICO AVDITV.

Quoniam aũt natura est principium & mutationis: scientia autẽ nobis de natura: oportet non ignorare quid sit motus. Necessarium est enim ignorato ipso, & ignorari naturam &c. *Tex. c. 1.*

QVAESTIO I.

An necessarium sit, ignorantes motum ignorare naturam.



C Irca istum Tertium librũ primo quæritur, utrũ ignorato motu necessariũ sit ignorare naturam. Arguitur primo quod non: quia illud est per se notum, quod non ignoratur ignorato quolibet alio. quod enim ignoratur ignorato alio, cognoscitur per illud: & sic non per se. Sed natura est quid per se notũ; vt videtur velle Aristo. in Secundo huius, vbi dicit, quod ridiculum est demonstrare naturã esse: quod non est pro alio, nisi quia est per se notũ: quare &c. *Tex. c. 6.*

Item, effectu ignorato nõ est necesse ignorare causam, causa enim non vr̃ dependere ex effectu nec in esse, nec in cognosci, sed ẽ cõuerso: sed motus est effectus naturę: quare &c. Item ignorato accidente non est necesse ignorare substantiam: cum substantia sit prior accidẽte notitia, definitione, & tpe, Septimo Metaphy. Sed motus est accidens naturæ & natura est substantia. s. materia & forma: quare &c. *Tex. c. 4.* Itẽ ignorato posteriori non est necesse ignorare prius, cum prius possit absolui secundum intellectum à posteriori, vt cõiter dicitur: sed natura est prius quàm motus, cũ sit eius causa & principium. quare &c. D

OPPOSITVM dicit Aristo. & Commentator.

CONCLVSIO.

Motum ignorantes necessarium est ignorare & naturam, ignorantia simpliciter.

DIcendum breuiter, quod ignorato motu necesse est ignorare naturam, ignorantia opposita cognitioni definitiuæ & perfectæ ipsius naturæ. Quod probatur: quia ignorato illo, quod ponitur in definitione naturæ, necesse est ignorare definitionẽ ipsius naturæ, sicut ignorato vł̃ eo, quod ponitur in definitione alicuius definiti, necesse est ignorari illud definitum ignorantia opposita cognitioni definitiuæ illius: hęc est euidẽs. modo, motus est in definitione naturæ, secundum Arist. dicentem, quod natura est principium & causa mouendi &c. Et confirmatur: quia ignorato illo, ex cuius cognitione intelle-

ctus deducitur in cognitioοem naturæ, necesse est ignora
re naturam: hæc est euidens. sed motus est huiusmodi. cũ
enim natura sit duplex, s. materia & forma: materia noti-
ficatur per transmutationem proprie dictam, s. generatio
nem & corruptioοem. vt patuit prius in Primo, & forma
innotescit per actionem, quæ noo cognoscitur sufficiẽter
sine motu, eò ꝙ omnis actio est aliquo modo in motu, vt
docet Auctor Sex principiorum: quare &c. Sed aliqs
Gilbertus porrec. Dubitatio. dubitaret, si ignorato motu necesse est ignorari naturam,
videt̃ ex hoc sequi, ꝙ cognitio mot⁹ sit causa cognitionis
naturæ: & sic, cum causa sit simul cum causato, cognitio
motus erit simul cum cognitione naturæ: quod videt̃ in-
coouenieus, quia in intellectu non possunt esse plures co-
Responsio, gnitiones, vt cõiter dicitur. Ad hoc possumus dicere,
ꝙ cognitio motus bene est aliquo modo causa cognitio-
nis naturæ, sed diuersimode: quia cognitio sensitiua mot⁹
per virtutem cogitatiuam vel phantasticam, quæ imme
diate deseruit intellectui, est causa cognitionis intellectua
lis oaturæ, sicut vniuersaliter cognitio accidẽtis per se, & F
proprie est causa cognitionis intellectualis substãtiæ sub-
Tex. c. 11. iectæ, vt vult Aristo. in procemio de Anima. Sed hoc
Impugnatio. non esset satis tutum: quia Aristo. docet cognoscere mo-
tum illa cognitiooe, quæ est causa cognitionis naturæ, vt
manifestum est per se. constat autem ꝙ cognitio motus,
quæ habetur ex doctrina Aristo. non est cognitio sensiti-
ua solum, cum ipse defioiat uniuersaliter ipsum motum et
aliqualiter demonstrat de ipso. vt ꝙ motus est in mobili,
nooin motore, & huiusmodi similia, quæ pertinent ad in
tellectum: ergo videtur, ꝙ cognitio intellectiua mot⁹ est
causa cognitionis naturæ. aut non est necessarium ignora
to motu ignorari naturam. Et ideo diceret aliquis, quòd
cognitio intellectiua ipsius motus bene est causa cogni-
tionis naturæ, sicut cognitio effectus per se & proprij &
essentialis potest esse causa cognitionis substantiæ: cuius
est accidens vel effectus. Et, cum dicitur, ꝙ causa & cau-
satum &c. potest dici, ꝙ verum est. & ideo bene cõcedo G
ꝙ cognitio motus simul est in intellectu cũ intellectione
naturę. &, cum dicitur ſm hoc, intellectus simul intellige
ret diuersa diuersis intellectionibus: concedo diuersa ha-
bentia per se & necessariam habitudinem immediatã ad-
inuicem, & non vidi demõstrationem ad oppositum. Et
quod dicit Arist. in Quarto Metaphy. quod, qui vnum
Tex. c. 10. non intelligit, nihil intelligit: concedo, ꝙ semper, cum in-
tellect⁹ intelligit, ipse intelligit vnũ & vna intellectione,
sed nõ vnum solum & cũ præcisione alterius vnius: sicut
qui habet duos denarios bene habet vnum, sed noo vnũ
solũ & præcise. de hoc tñ est specialis difficultas, quæ est
maior proposito priocipali. Aliter potest dici, ꝙ causa &
causatum sunt simul in illis eotibus, quæ nata sunt simul
esse: & non in aliis, quæ non nata sunt esse simul: modo,
diuersæ intellectiones non suot natę esse simul, vt dicitur,
quia intellectio est operatio virtutis intellectiuæ, opera-
tio autem alicuius est vsus illius. voius autem rei noo est
nisi vnus vsus simul: & hanc rationem fecit Aristo. in Li
bro de Sensu, ad probandum, ꝙ sensus non sentit simul di H
uersa: hanc tamen rationem non ponit vt demonstrati-
uam, sed disputatiue procedens.

Rñsiones. Ad primũ. AD rationes principales. Ad primam cum dicitur: il-
lod quod est per se notum &c. Verum est si sit pro-
prie & per se & primo notum. Et cum dicitur ꝙ naturam
esse &c: Dico, ꝙ noo est omnino & primo solum ootum
per se, sed solum primum principium complexum sic est
per se notum in genere complexorum. Et, cum probatur
per Arist. dicentem, ꝙ ridiculum est demonstrare naturã
Supra. q. Secũda. d. esse, Dico, ꝙ Aristo. noo dixit hoc, sed dixit, ꝙ tentare de
monstrare oaturam esse ridiculum est: quõ hęc autem dif
ferunt visum fuit io Secundo huius. Tentare enim aliqd
demonstrare est intendere demoostrare ipsum, tãquam
sit difficile & occultum & quasi laboriosum, sed sic non
est de eo, quod est naturam esse, quia noo est dubium ali-
cui intelligenti terminos: & ideo ridiculum est tentare de

E monstrare naturam esse, ac si hoc sit dubium & difficile:
tñ demonstrare eam esse ooo est ridiculum omnino, cum
possit demonstrari, vt visum fuit ibidẽ. vnde dico, ꝙ ip-
sa oon est omnino per se nota, sed per aliud, s. per motum.
Ad aliam dico, ꝙ maior est uera de effectu per accidẽs Ad secũdũ
& remoto, quod non accipitur in definitione causę. sed de
effectu per se proprio & immediato, præcipue, qui sumit̃
in definitione suæ causæ, necesse est ipso ignorato & cau-
sam ignorare. Multa aũt sunt principia cognoscẽdi & do
ctrinæ, quæ non sunt priocipia essendi simpliciter, vt pa-
tet in Primo huius per Arist. & Commẽtatorem: qa mo
tus & pluralitas entiũ sunt principia doctrinæ naturalis,
& non sunt principia rerum naturalium quãtum ad esse
simpliciter. Ad aliam similiter dico ꝙ verum est de ac Ad tertiũ.
cidente cõi & omnino per accidens, sed accidens per se &
proprium præcognitum ducit in cognitionem substãtiæ
cum actione intellectus agentis perficientis. Et ideo dicit
Arist. in procemio de Anima, ꝙ accidentia magnam par
tem &c. Et cum obijcit contra hoc. quia substantia prior Tex. c. 11.
est accidente notitia &c. de hoc est diuersitas inter docto
res, vtrum cognitio intellectiua accidentis per se & pro-
prij alicuius substantiæ sit prior intellectu q̃ cognitio in-
tellectiua substantiæ. Et dico ad pręsens, ꝙ cognitio intel Cognitio
lectiua accidentis prior est via generationis in intellectu, accñtis est
quam cognitio intellectiua substantię. Sed notitia, seu co prior cogni
gnitio substantiæ prior est ordine perfectionis & dignita tione sub-
tis, sicut & ipsa substãtia est intelligibile perfectius quàm stantiæ.
accidens, vt accidens. & ideo non valet ratio. Ad aliã Ad quartũ.
dico, quòd duplex est prius. Vnum est prius, idest com-
munius, & est illud, à quo non conuertitur subsistendi cõ
sequẽtia, vt animal ad hominem, & omne superius ad in-
ferius: & de isto vera est maior. Aliud aũt est prius secun
dum naturam: quod tameo est conuertibile cum poste-
riori, vt effectus proprius cum causa propria, & istud po
sterius potest esse prius notum priori. Vnde & Aristo.
G in Primo Posteriorũ, capitulo de Demonstratione, quæ,
quia dicit, quòd nihil prohibet æque prędicantium, idest
conuertibilium, notius esse aliquando non causam, i. effe
ctum: sic autem se habent motus & natura, vt patet ex di
ctis, & noo primo modo: quare &c.

QVAESTIO II.

An Motus sit actus.



COnsequenter quærit̃, vtrum motus sit act⁹.
Et arguitur ꝙ non. Quia, si motus esset
actus, tunc illud, cuius est motus & in quo
est motus esset ens actu: hæc consequentia
est manifesta. sed cõsequens videtur esse fal
sum. nam motus est in mobili: mobile autem non est ens
actu, ſm ꝙ mobile, sed in potentia. Item, si motus esset
actus, tunc omne ens actu moueret̃: quia nihil est ens actu
nisi per actum. sed consequens videtur esse falsum: sunt
enim aliqua entia actu, quæ non mouẽt, vt patet in Octa Tex. c. 11.
uo huius. Item, si sic, aut esset actus perfectus, aut im-
H perfectus per sufficientem diuisiooem. sed noo est actus
perfectus, vt omnes concedunt: nec est actus imperfect⁹:
quia actus idem est quod perfectio, vt patet Quinto Me Tex. c. 21.
taphysicæ. modo, nulla perfectio est imperfecta, sicut nul
la est perfecta, eò quòd nihil denominat seipsum: sicut igi
tur oulla albedo est alba, sic nulla perfectio est perfecta,
& per consequens nolla perfectio est imperfecta: quia op
posita nata sunt fieri circa idem: perfectum autem & im-
perfectum sunt opposita, vt manifestum est. ergo nulla
perfectio est imperfecta: sed omnis actus est perfectio, vt
manifestum est. ergo nullus actus est imperfectus. Itẽ,
vnus & idem actus non potest esse diuersorum entium.
hæc est manifesta: sed vnus & idem motus est diuer-
sorum, vt mouentis & mobilis. vt patet in isto Ter-
tio. quare & cætera.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Aristotelis, & Tex. c. 18.
Commentatoris.

Conclusio

CONCLVSIO.

Motus neq; simpliciter actus perfectus, nec pura est potentia, sed permistus & imperfectus est actus.

DIcendũ primo, ꝙ motus est actus. secundo, ꝙ motus est actus imperfect⁹. Primum probatur. quia illud est actus, quo aliquid est actu prius in potentia existens: sed ipso motu aliqd est actu formaliter, quod prius erat in potentia. vt ædificabile cum actu ædificatur est ens actu, & calefactibile, cum actu calefit, est ens actu ad quem prius erat in potentia.

Mobile antequã moueat est in duplici potentia.

Et notandum, ꝙ mobile, antequam moueretur, erat in duplici potẽtia, s. ad actũ imperfectum, & ad istum reductum est cum mouetur: & ad actum perfectum & quiescentem, & ad istum reductũ est terminato motu. vt calefactibile, antequam calefiat, est in potentia ad calefieri, & ad istum actum reductũ est cum calefit, ita quod per calefactionẽ, quæ est motus formaliter actu calefit: & erat in potẽtia ad calefactum esse, & ad istum actum reductũ est terminata calefactione, s. cum habet caliditatem quiescentem, i. non fluentem amplius ad vlteriorem gradum. Item, motus aut est act⁹ aliquis, aut potentia pura ad aliquam formam, aut omnino nihil: & hæc diuisio est sufficiens. sed motus nõ potest esse omnino nihil, vt manifestum est ad sensum: quia motus comprehẽditur à sensu, vt patet ad sensum, & dicitur in Secundo de Anima: & Cõmentator in Quarto huius.

Tex. c. 64. Com. 88.

neq; potest esse sola & pura potentia ad formã aliquam: quia tunc oẽ quod esset in potentia ad aliquã formã actu moueretur ad eã, si quidem habens motum actu mouet̃: hoc aũt est falsum. nã aqua frigidissima est in potentia ad caliditatem, & tñ nondum mouet̃ ad caliditatem. silr graue detentum sursum est in potẽtia ad vbi deorsum, & tñ nõ dum mouet̃ actu deorsum. ergo relinquit̃ ꝙ mot⁹ est aliquis actus. Secundũ declaratur: quia medium inter potentiam puram & actum completum est actus imperfectus, hæc est manifesta: sed motus est hmõi. quare &c.

Item, cum motus sit actus, vt probatum est, necesse est ꝙ sit actus perfectus, aut actus imperfectus. sed non est actus perfectus: quia sic omne habens aliquam formam ad quam est motus actu perfecte moueretur secundum illam: quod est falsum. habẽs enim caliditatem perfectam non amplius calefit, vt manifestũ est, & habens vbi deorsum non amplius descendit. quare &c.

Dubiũ primum.

Sed hic sunt duo dubia. Primum est, quia, si motus est actus imperfectus, tũc omne quod habet aliquam formã ſm actum imperfectum moueretur ſm illã: quod falsum est: quia tepidum habet aliquando caliditatem imperfectam, & tamen non calefit absente calefaciente, vt patet in aqua tepida remota ab igne. similiter autem in multis huiusmodi alijs.

Dubium secundum. Tex. c. 6.

Item, generatio est motus &, vt patet per Arist. hic. vbi, cum definierat motum vniuersaliter, exemplificat de alteratione, loci mutatione, & augmento, & diminutione, & generatione. Ex quo manifeste videtur intẽdere, ꝙ generatio, prout etiam distinguitur ab alteratione, est motus, aliter enim non assignauisset exemplum de generatione, postquam exemplificauerat de alteratione. sed generatio nõ videtur esse actus imperfectus, cum forma substantialis, ſm quam est generatio, non recipiat magis & minus: quare &c.

Ad primũ.

Ad primum dico, ꝙ motus non est quicunq; actus imperfectus, sed actus imperfectus existens in subiecto tendente continue & fluente ad vlterius complementum, quãtum ad motum intensionis: vel ad vlteriorem diminutionem, quãtum ad motum remissionis. Ista autem tendentia continua ad vlteriorem perfectionem non est de essentia motus, qui est actus imperfectus, sed est aliquid necessario requisitum ad motum. verum est tamen, ꝙ sicut prius dicebatur auctoritate Commentatoris, ꝙ hoc nomẽ motus famosius accipitur pro fluxu formæ siue tendentia, q̃ pro ipsa forma imperfecta, cuius pars generatur post partem. quicquid tamen sit de hoc, motus non est quicunq; actus, sed actus existens in subiecto tendente & transmutato ad aliquid vlterius, mõ tepiditas absente calefaciente, est actus imperfectus sine fluxu actuali ad vlteriorem partem vel gradum. quare non valet obiectio.

Ad secũdũ

Ad aliam, quæ videtur recte esse contra hoc, cum dicitur, ꝙ generatio est motus: & tamen ipsa non est actus imperfectus tendens ad complemẽtum. Dicitur communiter, ꝙ generatio accipitur dupliciter.

Generatio capitur dupliciter.

Vno modo pro inductione formæ substantialis in materia, vel magis proprie loquendo pro inductione formæ substantialis de potẽtia materiæ: & ista est in instanti, nec est motus contentus sub motu, quem Aristo. hic definit. Alio modo accipitur pro alteratione præcedẽte istam prædictam subitam mutationem, & sic est vere motus & actus imperfectus.

Obiectio.

Et cum dicitur, quare ergo Aristo. exemplificauit de generatione post alterationem, si per illam generationem non intellexit nisi alterationem.

Responsio prima.

Respondetur ad hoc, ꝙ hoc pro tãto fecit; quia hmõi alteratio, licet sit vna transmutatio: tñ dicitur alteratio in comparatione ad qualitatem ad quam tẽdit: & dicitur generatio in relatione ad ipsam formã substantialem ad quam disponit hmõi qualitas: & sic exemplificauit de ea prout vtroq; modo significatur.

Responsio secunda.

Aliter dicũt aliqui, ꝙ illud exemplum de generatione non ponitur q̃a sit, sed propter manifestationem. de exemplo enim non quæritur verificatio, sed manifestatio, vt docet Commẽtator in Secũdo de Anima.

Com. 67.

Et forte voluit Arist. per hoc significare, ꝙ, si generatio, quæ distinguitur ab alijs transmutationibus, esset motus, oporteret ipsam esse actũ generabilis ſm ꝙ generabile. i. dum tendit continue & fluit ad vlteriorem gradum: & hoc esset verũ. nihil enim prohibet conditionalem esse veram, cuius antecedens est impossibile.

Generatio est ver⁹ motus.

Forte autem non esset magnum inconueniens contra naturam, ꝙ generatio, quæ est transmutatio ſm substantiam, s. ſm formam substantialẽ, præcedens transmutatum animal generatum, esset verus motus, & esset actus imperfectus fluens continuo ad vlteriorem perfectionem: & sic forma substantialis reciperet magis & minus, scilicet intensionem & remissionem continue. Et generatio, prout distinguitur à generato, esset verus motus alius ab alteratione essentialiter & ab alteratione. De hoc autem forte alias inquiretur cum videbitur de modo, secundum quem elementa sunt in isto.

Rñsiones.

AD rationes. Ad primam dico, ꝙ illud, cuius est motus tanquam subiecti, dum ipsius est motus, bene est ens actu, saltem imperfecte. Et, cum dicitur contra hoc, ꝙ motus est actus mobilis, ſm ꝙ mobile: verum est mobilis secundum ꝙ mobile, i. ſm ꝙ mouetur: non enim mouetur actu formaliter nisi per motum, & sic est in actu imperfecto. Ad aliam dico, ꝙ verum esset, si motus esset omnis actus, ꝙ omne ens actu moueretur: sed non est omnis actus, sed prædicto modo. Ad aliã dico ꝙ est actus imperfectus.

Nulla perfectio est perfecta.

Et cum dicitur, ꝙ nulla perfectio est perfecta: potest dici, ꝙ nulla perfectio est perfecta nec imperfecta illo esse, quod ipsa dat suo subiecto, vt albedo non est alba, nec perfecte nec imperfecte: tamen aliqua perfectio potest esse imperfecta & perfectibilis aliquo alio esse ab illo esse, quod ipsa dat suo subiecto. vt superficies, quę est quædam perfectio, potest esse perfecta quantum ad esse album, vel nigrum, similiter autem & in alijs similibus. Cum igitur motus sit quædã perfectio, non est actus imperfectus, nec perfectio imperfecta quãtum ad esse, quod dat subiecto, scilicet quantum ad moueri: immo forte moueri & non imperfecte: tamen huiusmodi actus potest esse imperfectus quantum ad aliud, scilicet quantum ad esse, quod dat terminus motus. illud enim esse non dum habet motus nec subiectum motus dum mouetur. Vel dicatur, ꝙ motus est actus imperfectus, & perfectio imperfecta. non quidem ſm se ꝑ se, sed ratione subiecti: quia ipsum subiectum motus dum mouet̃ est imperfectũ termino motus. & similiter vlteriori perfectione ad quam tendit. Sic igit̃ motus est actus imperfectus & est perfectio imperfecta, i. imperfecti subiecti ſm ꝙ hmõi, idest dum

Mot⁹ ẽ perfectio imperfecta.

tendit ad complementum, & hoc non est inconueniens. E

Ad aliud dico, ꝙ diuersorum bene potest esse vnus & idem actus diuersimode, licet non eodem modo. Dicetur ergo, ꝙ motus vnus & idem est mouentis vt agentis, vel termini à quo: & est mobilis vt subiecti, vel termini in quo subiectiue: & sic bene est conueniens.

Tex. c. 6. Diuisio aūt ſm vnumquodq; genus hoc quidem esse entelechia, aliud aūt potētia in potētia existentis. Entelechia ſm ꝙ hmōi est motus, vt alterabilis quidem, inquantum alterabile.

QVAESTIO III.

An Motus Definitio sit conueniens.



Onsequenter quæritur, vtrum definitio motus sit bene assignata. Arguitur primo, ꝙ non: quia implicat cōtradictionem, s. ꝙ motus sit actus, & ꝙ sit entis in potentia. nam actus entis in potentia, ſm ꝙ in potentia, est F potentia: & sic motus est actus, & potētia, & vlterius est potentia & non potentia, & actus & non actus. Item, quod est actus entis in potētia nō est actus entis in actu, & è conuerso: sed motus est actus entis in actu. probatio: quia motus est actus eius, quod mouetur: & nihil mouetur nisi ens actu, Quinto huius. (Tex. c. 8.) Item, si motus est act⁹ entis in potentia ſm ꝙ hmōi, tūc est actus omnis entis in potentia. nam secundum ꝙ, præsupponit de omni: sed cōsequens est falsum: quia materia est ens in potentia, & tamen motus non est actus eius. Item, si motus esset act⁹ entis in potentia, secundum ꝙ huiusmodi, tūc esset actus mobilis ſm ꝙ mobile: hæc consequentia etiam conceditur in litera, & patet: quia ipsum mobile est ens in potentia, secundum ꝙ huiusmodi: sed consequens est falsum. quia, si motus esset actus mobilis, secūdum ꝙ mobile, cū nihil possit esse tale sine actu, secundum quem est tale. vt nihil potest esse album sine albedine. ergo nihil esset mobile nisi actu haberet ipsum motum. hoc autē falsum est G manifeste. Nam calefactibile erat calefactibile antequā calefieret: similiter autem & in aliīs, quæ quandoq; mouentur, & quandoq; non, quare &c.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Arist. qui sic definit motum, & Commentator vult eodem modo.

CONCLVSIO

Definitio Motus, qua ipsum esse actum existentis in potentia, vt sic, dicitur, est conueniens.

Subiectum hēt se tripliciter ad formam.

AD quæstionem est præintelligendum, ꝙ aliquod subiectum potest tripliciter se habere ad aliquam formā. vno modo ꝙ sit in pura potentia ad ipsam nihil penitus habens de ea. vt aqua frigidissima nihil penitus caliditatis habet, & ideo nō calefit. similiter autem & in aliīs huiusmodi. alio modo potest subiectum se habere ad formam, quod perfectissime & in summo eam habet, vt ignis habet caliditatem: & adhuc tale subiectum non mouetur ad hmōi formam, nec ſm talem formam, vt sic. H tertio modo contingit ꝙ subiectum se habet ad formam generabilem, ita ꝙ habet eā sub esse diminuto & imperfecto, quasi medio modo inter potentiam puram, & vltimam perfectionem. & adhuc illud contingit duobus modis. vno modo sic, ꝙ ipsum subiectū quiescat sub illa forma diminuta, ita, s. ꝙ in aliquo toto tpe sit sub vno & eodem gradu illius formæ, & nō fluat actu, nec tēdat ad vlteriorem perfectionem. & adhuc istud sic se habens nō mouetur, vt patet de aqua tepida remoto calefaciente & sic in similibus. Alio modo ꝙ ipsum subiectum habēs in se actum incompletum continue tendat & fluat ad aliquid vlterius, s. complemētum, uel ad vlteriorē diminutionē. ad vlterius complementū, quātum ad motum ſm quem aliqua forma intendit: ad vlteriorem aūt diminutionem, quantum ad motum remissionis, ſm quem aliqua forma remittitur. Imaginantur enim multi, & forte bene & subtiliter, ꝙ, cum ignis appropinquatus est aquæ, non solum

E inducit caliditatem continue ipsam intendens & perficiens, sed etiam remittit frigiditatem continue ipsam imperficiendo. Vtrum autem simul tempore fiat ista intensio caliditatis & remissio frigiditatis vel successiue, dubium videtur. (Intēsio & remissio sunt simul tpe.) Quidam enim dicūt, ꝙ statim, cum ignis sufficienter appropinquatus est aquæ, inducit aliquē gradum vel partem caliditatis, & corrumpit aliquem gradū frigiditatis, & sic continue, ita quòd vnus gradus imperfectus caliditatis bene stat in aqua cum frigiditate eius remissa, & è conuerso. Aliī vero credunt, ꝙ, quia contraria non possunt simul esse: caliditas autem & frigiditas sunt contraria: ideo non possunt esse simul vnquam in eodem subiecto, saltem secundum eandem sui partem, sed prius oportet totam frigiditatem remoueri, antequam aliquis gradus caliditatis inducatur in aqua. Et tunc ipsa aqua disposita per destructionem frigiditatis inducitur caliditas successiue pars post partem: & hoc voluit dicere Commentator in isto Tertio cū dicit, quòd motus est genera- (Tex. c. 4.) F tio vnius partis &c. vt dicetur post hoc. Quicquid tamē sit, de hoc constat, quòd tunc solum aliquid subiectū mouetur actu secundum aliquam formam, cum habet eam secundum incompletum & imperfectū esse, & actu fluit ad vlteriorē gradum. & hoc est quòd causat definitio motus: quam ponit Aristo. motus est actus entis in potentia secundum ꝙ huiusmodi, i. secundum ꝙ fluit & vadit ad vlteriorem gradum: ita ꝙ ly secundum ꝙ, reduplicat illam proprietatem necessario requisitā in subiecto ad hoc ꝙ ille actus sit motus, & dicatur motus: quāuis hmōi fluxus aut via seu tendentia non sit idem formaliter & essentialiter, cum actu ipso imperfecto, vt videbitur post.

Tunc dico ad quæstionem, ꝙ definitio motus est bene assignata. quia illa definito est bona, cuius omnes particulæ vere conueniunt definitio, & per ipsam definitū distinguitur & separatur à quocunq; alio: sed ista est hmōi. Quod enim motus sit actus, iam ostēsum est prius: ꝙ autem sit actus entis in potentia ostendit Arist. quia motus G est actus illius, in quo semper inuenitur, sicut lumen est actus diaphani, quia semper inueniť in diaphano, & non in alio: motus autē semper inuenitur & est in ente in potentia, s. in ente quod est priuatum aliqua perfectione, & est aptum natum eam habere. vt calefactio semp inueniť in aliquo, quod est priuatum aliquo gradu caliditatis, & est aptum natum eā habere. similiter aūt & in aliīs hmōi, & nunquam inueniť in aliquo alio. nunq̃ enim calefit aliquid nisi careat aliquo gradu caliditatis, quem sit natum recipere. (Mot⁹ ē act⁹ entis in potentia.) Et consimili rōne potest ostendi vltima particula, s. ista, ſm ꝙ hmōi, intelligendo eam, vt præmissum est. nam ipse motus semper inueniť in subiecto tēdente & fluente actu ad aliquid vlterius, & nūquam in alio, vt patet ex præmissis. Verū est ꝙ Aristo. illam vltimā particulam aliter declarat supponens, ꝙ quāuis aliquid vnū & idem sit actu & potētia, tñ aliud est esse actu & aliud esse in potentia. & hoc pulchre monstrat Arist. per potentias H ad contraria. quamuis enim vnum & idē subiectum numero, puta humiditas vel sanguis habet potentiam ad sanari & ad infirmari, tñ istæ potentiæ non sunt eædē essentialiter cum subiecto illo: qa, si posse sanari & posse infirmari essent idem cum subiecto vno omnino, tunc inter se essent eadē posse sanari &c. quia quæ vni & idē numero essentialiter sunt eadem, inter se sunt eadē: & sic sequereť, ꝙ sanari & infirmari essent eadē, eò ꝙ potentię vniuntur & distinguuntur ſm actus: ergo, cum hoc sit oīno inconueniens, relinquiť ꝙ non sit idem alicui subiecto esse actu & esse in potentia: quāuis in veritate sit in potentia ad aliquem actū. vt quāuis æs, quod est materia statuę, sit actu æs, & in potētia ad statuā: & sic aliquid pōt esse actus alicuius, vt est in potentia, & non esse actus eius ſm ꝙ est in actu. Et hoc voluit Aristo. habere in illa parte. Tunc arguitur, statuificatio, quæ est quidam motus æris ad formam statuæ, aut est actus æris, inquantum est actu æs, aut inquantum est in potentia ad statuam: sed non primo

modo:

modo: quia sic, motus iste, s. statuificatio esset quidditas A ipsius æris. nã actus vniuscuiusq; fm q̃ est ens actu simpliciter est eius quidditas & forma. Vnde Commẽtator dicit in Septimo Metaphy. q̃ quidditas hominis est ho-
Com, 20. mo fm formam. Et vlt. si motus substãtiarum naturaliũ essent actus earum fm q̃ hmõi, tunc essent quidditates earum, vt concludit Cõmentator. vt si calefactio ligni esset eius actus, fm q̃ est lignum, tũc esset quidditas ligni, sic autem et in alijs: quod est absurdum. ergo relinquit, q̃ statuificatio est actus æris inquantũ in potẽtia, i. fm q̃ fluit,
Com, 6. quia &c. Et est notãdum fm Commentatorẽ hic, q̃ ex ista definitione motus apparet cõfirmatio, s. q̃ motus oĩs debet esse continuus, i. non interruptus quiete media. Si enim subiectum alicuius actus imperfecti quiesceret sub illo per aliquod tempus & non continue flueret ad vlterius, tunc non esset actus eius fm q̃ est in potẽtia, i. fm q̃ fluit &c. sed fm quod in actu, i. fm q̃ quiesceret sub illo actu: & sic ille actus nõ esset motus. Ad hoc igitur quod B aliquis actus imperfectus sit mot⁹ requiritur in subiecto eius continuus fluxus ad vlterius: ita q̃ in illo nullo tpe quamdiu mouetur quiescat sub aliquo vno gradu, sed in quolibet instanti accipiat illum vel alium gradum: & sic intelligo illam continuationem, quæ apparet ex definitio ne motus. Sed huic sententiæ videtur cõtradicere ipse
Obiectio, Com. 10. Commentator in Octauo huius, vbi dicit, quod sermo Alpharabij est sermo non verus in hoc q̃ dicit, q̃ ex vni
Responsio, uersali definitione motus apparet continuitas: & sic videtur sibi ipsi contradicere. Forte diceret magister, q̃ Cõmenta. non loquitur ex intentione propria, nec fm determinationem, sed fm probabilitatem: sed hoc nihil est. Er ideo dico aliter, q̃ intentio Cõmentatoris in Octauo huius est, quod non est sic continuitas in motu augmẽtatio nis, sicut in motu locali: quia possibile est q̃ aliquod mobile incipiat de nouo moueri localiter ad aliquod vbi, & continue sine interpositione quietis moueatur p aliquod totum tps ad illud vbi. Sed non est possibile, q̃ augmen- C tabile aliquod, incipiens moueri ad quantitatem, postq̃ omnino non moueba tur continue, augeat per totum tps vsq; ad vltimam quantitatem, quam potest acquirere p motum augmẽtationis: immo necesse est interuenire plures quietes inter diuersas partes illius augmentationis. tñ non intendit negare, quin aliquæ particulæ augmentatio nis, quibus acquirunt particulæ quantitatis, habeant continuitatem: & sic est de quibusdã alterationibus. Si igit Alpharabius intellexit augmentationẽ sic esse cõtinuam omnino, q̃ augmentabile, postq̃ incæperit augmentari cõtinue augmentet per totum tps quousq; peruenerit ad vltimam quantitatẽ, & non sit aliqua quies intermedia, sic est sermo non verus. Et sic patet, q̃ in dictis Cõmenta toris nulla est contradictio: quamuis aliqui superficialiter inspicientes commentum imponant ei contradictionem.
Rñsiones, AD primam rationem dico, q̃ definitio non implicat contradictionem. Non enim est necesse q̃ actus en- D tis in potentia sit pura potentia, sed potest esse actus imperfectus modo præexposito. Ad aliã patet ex dictis. Qm̃ motus est actus alicuius, quod est in actu, non tamẽ inquantum est in actu, sed inquantum est in potentia modo prædicto. Patet etiam ad tertiam. Ad quartã dicendum, q̃ motus non est actus mobilis secũdum q̃ mobile formaliter, ita quod motus det formaliter esse mobile, sicut albedo dat esse album, sed finaliter: quia ipse motus est finis propinquus, ad quem ordinatur mobile secundum quod mobile. Et scias, quòd motus non est act⁹ entis in potentia ad motum, sed entis in potẽtia ad terminum motus, secundum quòd in potẽtia, idest dum est in potentia ad &c.

Tex, c, 18. Et dubium autem manifestum est, quòd est motus in mobili. actus enim huius, & ab hoc: motiui autem actus non alius est. oportet quidem enim esse actum vtrisq; &c.

QVAESTIO IIII.
An Motus sit in Mouente.



COnsequenter quæritur. Vtrum motus sit in mouente. Arguitur primo q̃ sic. Quia sicut se habet quies ad quiescens, sic motus ad mouens, per conuenientem similitudinẽ: sed quies est in quiescente, ut manifestum est per se: quare &c. Item, illud, quod denominat aliquid, non est separatum ab illo, vt albedo Socratis nõ denominat Platonem: sed motus denominat ipsum mouẽs. nam à motu dr̃ aliquid mouens, vt manifestum est: quare &c.

Item, nihil dat aliquem actum nisi præhabeat ipsum. hoc habetur à Commẽtatore in Duodecimo Metaphy. commento. 17. Oẽ extrahens aliquid ex potentia in actũ, Tex, c, 8. necesse est, vt in eo sit aliquo mõ illud quod extrahit: modo, constat q̃ mouẽs dat ipsi mobili motum, & extrahit ipsum de potentia ad actum, vt patet in isto Tertio. quare &c. Item, motus est in illo, cuius est actus: hæc videtur manifesta. sed ipse motus est actus mouentis, vt manifestum est, et habetur hic: quare &c. Item, in quo est actio, in illo est motus. nam omnis actio fundatur in motu, vt patet in isto Tertio, & hoc vult Auctor Sex principiorum: sed actio est in agente, cum omnis actio sic in il lo cuius est actus. Actio autem est actus agentis, cum sit eius finis: quare &c. Itẽ, motus aut est in mouẽte tanq̃ in subiecto: aut tanquam in efficiente per sufficientem diuisionem & concessam: sed non est in ipso tanq̃ in agente, quia, vt aliqui dicunt, motus non habet agẽs per se: & hoc determinatum est in Quinto huius. quare &c. Tex, c, 22.

OPPOSITVM arguit auctoritate Arist. hic, qui vult; q̃ motus non est in mouente, sed in mobili. vnde dicitur esse actus mobilis inquantum mobile, quare &c.

CONCLVSIO.

Etsi Motus per se in mouente nequaquam sit, est nihilominus in eo per accidens.

AD quæstionem præintelligendum est, q̃ in ordine mouẽtium necesse est esse aliquem motorem omnino immobilem: & hoc bene demonstratum est in Octauo huius: & idẽ supponatur ad præsens. Tũc potest dici breuiter ad quæstionem, q̃ motus non est in mo Tex, c, 18. uente per se, s. inquantum mouẽs, & hoc probatur: quia si sic, tunc oẽ mouens moueret: quod est impossibile fm suppositionem prædictam. & patet cõsequentia: quia oẽ illud, in quo est motus, mouetur, sicut omne illud, in quo est albedo, est album. modo, si in mouente per se est motus, in omni mouente est motus, eò q̃ p se præsupponit de omni, Primo Posterioꝝ. quare &c. Item, in illo per se non est motus, quod non est p se in potẽtia receptiua: motus enim est actus entis in potentia, inquantum hmõi. & intelligitur in potentia receptiua, vt manifestum est p inductionem in singulis motibus. calefactio enim est actus calefactibilis, quod est in potẽtia receptiua caliditatis. & sic augmentatio est actus alicuius, quod est in potentia receptiua quantitatis, & sic de cæteris. sed ipsum mouẽs, fm q̃ mouens, nõ est in potẽtia receptiua, sed magis actu & in potentia actiua, vnde in Tertio huius dictum est, q̃ Tex, c, 17. semper existimabitur aliqua species mouens. quare &c.

Sed est intelligendum, q̃ licet motus non sit in mouẽte p se, inquãtum est mouẽs, tñ bene potest esse in mouente per accidens: quia aliquod mouens est in potẽtia ad aliquem actum recipiendum, & ad ipsum transmutaẽ ab aliquo alio: sed hoc inest ei, inquantũ mouens, sed inquantũ mobile. sicut Sol, qui mouet ista inferiora ad caliditatem existẽs sub vno vbi, est in potẽtia receptiua alterius vbi. vt existens in meridie est in potentia receptiua ad vbi occidentis. Similiter autem & in multis alijs. Item, nõ so Mouẽs aliquod mouetur à moto lum aliquod mouens mouetur & habet in se motum, sed etiam aliquod mouens mouetur ab illo, quod mouet, s. cum ipsum mouens & suum motum sunt sibiinuicem contraria; & talia sibiinuicem appropinquantia mutuo

agunt & patiuntur propter commutationem in materia & contrarietatem, vt patet ex Primo de Generatione. E

Tex. c. 87. Rñsiones.

AD primã cõnem dico, ꝙ in hoc est simile: quia sicut quiescens significat per modum actiui, sic & mouẽs et ẽ conuerso. sed dissimile est in hoc, ꝙ ipsa quies, cum sit quædam priuatio, nõ comparatur proprie ad aliquid, vt ad efficiens, sed solum, vt ad subiectum: motus autem est effectus positiuus, & potest comparari ad aliquid non solum tanquam ad subiectum, sed tanquam etiam ad efficiens, & sic comparatur ad ipsum mouens. Aliter dicunt aliqui, & dicunt, ꝙ qescens potest accipi dupliciter. vno modo pro eo, quod quiescere facit, & sic est conueniens similitudo: sed & minor est falsa. quies enim non est in quiescẽte, i. in illo, quod quiescere facit. alio modo pro eo, quod quiescit, & sic non est conueniens similitudo maioris: & minor sic est vera. & ideo non valet ratio. Ad aliud dicitur, ꝙ nõ oportet illud quod denominat aliquid esse in eo, vt in subiecto, sed sufficit ꝙ sit in eo, vt in suo agẽte. vt dicimus ꝙ color est visus, & lapis est intellect⁹, F idest cognitus ab intellectu: & tamẽ ipsa visio non est formaliter & inhærenter in colore, nec intellectio in lapide. modo ipsa actio bene est in agente tanquam in suo efficiente. ideo &c.

Præhabere actum qui extrahit de potentia, intelligit dupliciter.

Ad aliud dico, ꝙ aliquid præhabere actum, quem dat, siue quem extrahit de potentia, debet intelligi dupliciter. vno modo formaliter, s. ꝙ sit informatum simul actu, sicut est cum calidum calefacit. & sic est in huiusmodi generationib⁹ vniuocis. alio modo virtualiter, s. ꝙ habet virtutem actiuam per se determinatã ad hmõi actum educendum, & hoc sufficit. sic autem bene habet mouens ipsum motũ: quare &c. Et hanc distinctionem innuit Commẽtator Duodecimo Metaphy. cõmento pẽallegato. Ad aliam dico, ꝙ motus est actus mouentis, vt efficiẽtis, non vt subiecti. Ad aliud potest dici, ꝙ actio nõ est in agẽte formaliter & subiectiue, i. tanꝗ forma in subiecto suo, cui inhæret: sed solum effectiue, vel finaliter, i. tanꝗ in efficiente, vel tanꝗ in suo fine, ꝓpter illa, quæ primaria intentione agunt ꝓp se, & similiter cõceditur motus esse in mouente. G

Dubiũ primum.

Sed quidam dubitant hic multum subtiliter, vt mihi videtur. Quia, si actio non est formaliter & subiectiue in agente, sed in patiẽte, oportet ꝙ det ei aliquod esse. inutile enim videtur, ꝙ aliquod accidens sit forma inhærens alicui subiecto, & tñ non det ei aliquod esse, nec substantiale nec accidentale. nunc autem ipsa actio non dat aliquod esse ipsi passo, sicut patet inducendo, non enim dat ei esse agẽs: quia ipsum passum non est agens respectu illius formæ, respectu cuius est receptiuum. & ideo actio illius formæ, qua agitur ipsa forma, non dat esse agens ei, nec dat ei esse patiens, vt manifestum ẽ: nec aliquod aliud, nec mouere, nec moueri.

Dubium secundum.

Itẽ, aliquis argueret: quia actio denominat agens: ergo est in ipso. Et, si dicas, ꝙ verum est, tanquam in efficiente. Contra hoc est: quia similiter passio est in agente, tanquam in producente: & ideo deberet ipsum denominare, si ille modus essendi sufficeret ad denominationem: cõsequens autem est falsum. nam passio non denominat ipsum agens, H vt manifestum est per se. quare &c.

Ad primũ.

Ad primum potest dici ad præsens, ꝙ actio dat ipsi passo aliquod esse, s. esse actuatum vel actuatum: sed bene verum est, ꝙ hoc modo dat ei agens effectiue. Vel dico, ꝙ dat ei esse subiectũ actionis, & istud non est esse agentis, nec esse patiens formaliter. Inquiratur melius veritas de isto: quia bene dubium est & à paucis consideratum, vt videt.

Ad secũdũ

Ad aliud dicitur communiter, ꝙ actio denominat agens, non quia sit in ipso formaliter & inhærenter, sed effectiue. nec est simile de passione: quia ipsa non est immediate ab agẽte, sed mediante motu & actione.

Dubiũ tertium

Et adhuc remanet difficultas multiplex. Primo, quia dicitur cõmuniter, ꝙ motus est immediate subiectum actionis & passionis, secundum ꝙ dicit Commentator, & videtur velle Aristo. in litera. ergo motus est prior naturaliter actione & passione. si quidem subiectum natura prius est accidente, ergo ipse E motus prius producitur ab agẽte ꝗ actio & passio: & sic actio non est effectus omnino immediatus respectu agentis: & tñ dicitur denominare ipsum ꝓp hoc, quia ipsa est ab eo, vt ab agente. ergo pari rõne, passio denominabit ipsum agens, cum sit ab eo effectiue.

Dubium quartũ.

Præterea. Si pro tanto actio denominaret ipsum agens, quia sic est immediatus effectus ipsius agentis, tunc visio nõ denominaret colorem, cũ non sit eius immediatus effectus, sed mediante specie ipsa, quam prius dr̃ efficere in ipso uisu: immo ẽt visio deberet magis denominare specie coloris, quæ ſm aliquos est immediatum principium ꝑ se actiuum visionis. similiter aũt & in alijs. hæc autem sunt falsa: quia dicimus, ꝙ color est visus, seu visu cognitus: non aũt dicimus, ꝙ species coloris informãs visum sit visa, saltem visione coloris: quare dubiũ remanet, & difficultas nõ parua, quo & quare actio denominat ipsum agens, & non sit in eo subiectiue.

Responsio Ad tertiũ.

Propter hoc dicunt aliqui, licet pauci, ꝙ actio ſm se & ſm suam formam non denominat ipsum agens, sed ſm causalitatem quã habet super actionem: ita ꝙ ipsa causalitas ẽ illud quod prædicatur denominatiue de agente. vt, cum dicimus ignis est calefaciens, ipsa essentia calefactionis non denominat ipsum ignem, sed causalitas quã habet super calefactionem, ita ꝙ sensus est, ignis calefacit, i. ignis est principium & causa calefactionis.

Actio denominat agẽs secũdũ causalitatem.

Et hæc vtiꝗ causalitas bene est in ipso igne subiectiue, & sic deberent intelligi omnes istæ prædicationes, & hoc forte est melius. Inquirant subtiles distinctiui propinquam intentionẽ. Et posset rõnabiliter dici ſm istam viã, ꝙ actio nõ denominat agẽs formaliter, sed terminatiue, & in obliquo. vnde dicere, ꝙ aliquod est tale ens, regulariter est dicere, ꝙ est efficiens caliditatem, vel causa agens caliditatis. Item põt dici, ꝙ actio dat ipsi passo hoc esse, qd est actuari, vel actuari principaliter. & istud esse non remanet in ipso nisi quãdiu habet actionem, & agente ꝑsente. sed actuatũ esse in facto esse bene remanet in absentia agẽ G tis.

Ad quartũ, Mot⁹ depẽdet ab agẽte per se. Tex. c. 17.

Ad aliud dico, ꝙ immo ipse motus bene dependet ab agẽte ꝑ se, sicut probatũ fuit alias. Et patet faciliter: qa omni potentiæ ꝑ se actiuæ correspondet potentia ꝑ se passiua & ẽ conuerso, vt oẽs concedunt, & habetur satis ex Quinto Meta. nunc aũt aliquid est in potentia ꝑ se receptiua ad motũ, ut patet de materia prima: qa ipsa est natura quædã. natura aũt est principium & causa ꝑ se mouẽdi & quiescendi primum & non ſm accidens. constat aũt, ꝙ materia prima nullã aliã causalitatẽ primo & ꝑ se põt habere sup motum nisi causalitatẽ receptiui & subiecti, vt patet cuilibet intelligenti principia Aristo. quare &c.

Obiectio. Responsio

Et cum dr̃, ꝙ hoc est determinatũ in Quinto huius, s. ꝙ actio, & passio, & motus non habent agens ꝑ se: dico, ꝙ hoc nunꝗ demonstratũ est ibi, immo neꝗ dictũ est ab Arist. nec à Cõmentatore. & hoc patet inspiciẽti diligenter literã Arist. & Cõmentatoris: bene tñ ibi demõstratũ est ꝙ motus, ſm ꝙ motus, non est ꝑ se terminus motus, neꝗ ẽt actio nec passio. sed ex hoc non sequit̃, ꝙ mot⁹ nul H lo mõ dependeat à motore tanꝗ à causa efficiẽte seu agẽte.

Tex. c. 10.

Alia obo.

Sed forte aliqs argueret sic. Oẽ, quod fit ab agẽte ꝑ motũ & transmutationem, est ꝑ se terminus motus: hæc est nota de se. sed oẽ quod fit ab agente ꝑ se fit ab ipso per motũ & transmutationẽ, vt videntur oẽs concedere, præcipue si fit de nouo ab agente ꝑ se.

Responsio. Ab agẽtib⁹ ꝑ se sũt duo genera entium.

Ad istud posset dici, ꝑ interemptionẽ maioris: qa relatio noua fit in aliquo subiecto ꝑ motum & transmutationẽ. vt, si quis transmutatur ad albedinẽ, quã prius non habebat, certũ est, ꝙ ab illo agente fit similis alteri albo & ꝑ motum illum aliquo mõ: quia nunꝗ fieret esse similis sine motu. Ad minorem ẽt dico, ꝙ de numero eorum, quæ fiunt ab agentibus ꝑ se duo sunt genera. quædam enim sunt, ad quæ subiectũ passiuum non est summe dispositũ, immo habet contrariam dispositionem ad illa, vt igne appropinquato aquæ, ipsa aqua non est summe disposita ad caliditatẽ perfectã, immo habet cõtrariã dispositionẽ: & talia forte sunt ab agẽtibus mediantibus motibus & transmutationibus subiectorum,

lectorum, ita, s. q̄ agente appropinquato passo nō statim recipiunt ab agente non passo, sed oportet esse tps mediū & motum in tpe. Quædam vero sunt, ad quæ ipsa subiecta, siue passiua statim sunt disposita sufficienter, & nō habeat dispositionem cōtrariam ad ea, sicut diaphanum ad receptionem luminis: & talia bene fiunt ab agente per se non mediante motu medio, ita q̄ inter instans appropinquationis agentis ad passum, & introductionem talis effectus non est aliquod tps medium neq; motus ipse mensuratus, vt contingit in lumine & diaphano præsente corpore luminoso, nunc autem ipsum mobile sic se habet ad motum, q̄ est summe dispositum ad ipsum, & non habet contrarietatem ad ipsum neq; dispositionem proprie contrariā, sed priuationem, s. quietem pcedentem, & ideo statim præsente motore ipsi mobili fit motus, si aliquid non prohibeat aut deficiat. Nec oportet esse tps mediū inter primum instans appropinquationis motoris ad mobile, & receptionē seu productionē motus: dummodo ipse motor sit sofficienter expeditus ad mouendum. De hoc autē inquire vsq; ad fundamentum, vt inuenias veritatem, vr enim omnino irrationabile q̄ motus nullū habeat agens per se, pcipue cum in motoribus separatis idem sit causa motus sm finem & sm agens, vt docet plane Cōmentator in Duodecimo Metaphy. & in de Substantia Orbis.

Com. 18. Tex. c. 22. Omnino autem dicere est, neq; doctio cum doctrina, neq; actio cum passione idem proprie est, sed cui insunt hæc motus. quod enim huius in hoc, & quòd huius ab hoc actum esse ratione alterum.

QVAESTIO V.

An actio & Passio sint duo diuersa ac distincta prædicamenta.



Consequenter quæritur, Vtrum actio & passio sint diuersa & distincta prædicamenta. Arguitur primo q̄ non: quia quæ sunt vnū numero nō sunt distincta pdicamenta, cum prædicamēta differant sm suas quidditates: modo, actio & passio sunt vnū numero, qa sunt vn⁹ motus, vt patet in litera. quare &c. (Tex. c. 22.) Item, sicut se habet habere ad haberi, sic agere ad pati, per conuenientem similitudinem: sed habere & haberi nō sunt diuersa pdicamenta, vt patet Quinto Metaphy. & in Prædicamentis. quare &c. Item, sicut se habet agens & patiens, sic actio & passio, vt patet p conuenientem similitudinem: sed agens & patiens sunt in eodem genere, vt patet Primo de Generatione. quare &c. Itē, illa quibus aliquid est prius, nō sunt pdicamenta, nec per consequens distincta pdicamenta: quia prædicamenta sunt prima rerum principia, vt dicit Porphyrius, sed ipsa actione & passione aliqd est pri⁹, vt motus & mobile, vt patet in isto Tertio. quare &c. (Tex. c. 22.)

Item, in vnoquoq; genere est aliquid vnum primum, quod est metrum & mensura omnium aliorū, vt habetur Decimo Meta. sed in actionibus non est aliqua prima, q̄ sit metrū & mensura omnium aliarū, vt vr̄ per inductionem, vel si est aliqua, detur quæ sit: & sic in passionibus.

(Te. c. 2.) Item, illa, quæ non differunt nisi sm diuersas dictiones syncategorematicas, non sunt diuersa prædicamenta: qa diuersa pdicamenta debent esse distincta realiter sm suas quidditates, & per se: quod non habent illa, quæ non solū distinguūtur sm diuersas rationes syncategorematicas. Nunc autem actio & passio solum distinguuntur sm diuersas rōnes synca. vt videtur velle Aristo. in litera, nam actio est motus huius, vt ab hoc, & passio est ipse motus huius, vt in hoc: & sic non differunt nisi sm istas dictiones synca. ab inuicē. quare &c. Item, omnis forma prædicamentalis dat aliquod esse suo subiecto, vt quantitas esse quantum, & qualitas esse quale, & relatio esse relatū: similiter aūc & in alijs. modo, ipsa actio non dat ipsi subiecto aliquod esse: qa actio est in agente, vt in subiecto, modo ipsa non dat ipsi agenti aliquod esse, vt videt inducendo. quare non est forma pdicamentalis, & per consequēs actio & passio non sunt distincta prædicamenta.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Arist. in Prædicamentis, & in Quinto Metaphy. (Tex. c. 15. & 20.)

CONCLVSIO.

Actio & Passio, licet in motu idem sint, tamen diuersa sunt prædicamenta.

Ad quæstionem est intelligendum, q̄ prædicamentum dupliciter solet accipi. vno modo, pro coordinatione Prædicabiliū sm sub & supra, & sic nō intendimus hic de prædicamento. alio modo pro generalissimo & communissimo talis coordinationis. vt substātia dicitur prædicamētum, i. generalissimum & communissimum, dictū vniuoce de omnibus substantijs, & qualitas de omnibus qualitatibus. Vlterius consyderandum est, q̄ ad hoc q̄ aliquid sit prædicamentum secundo modo requiritur multa. (Ad eē prædicamenti requisita.) Primo requiritur, q̄ illud habeat de se multa diuersa sm essentias & quidditates, quia aliter non esset genus, nec per consequens genus generalissimum: genus enim continet diuersas species, & constat q̄ diuersæ spēs differunt sm quidditates & essentias proprias, vt patet in Secundo Posteriorum, & omnes concedunt. Secundo requiritur, q̄ habeat aliquem modum essendi cōem in omnibus illis speciebus, aliqualiter vniuocum & consimilem. nam aliter non esset vnius rōnis generalis ad omnia illa, & sic nō esset genus. vnus enim conceptus sumit ab vno modo essendi. Et tertio requirit, q̄ ille modus essendi nō habeat aliquem alium modum essendi cōmuniorem & vniuocum, ad quem reducat: quia si haberet, tūc esset aliquod vniuocū cōius illo, & sic nō esset generalissimum, cum haberet genus supra se cōmunius: generalissimum autem est supra quod non est aliud superueniens genus, sm Porphyrium.

(Conclusio responsiua.) Tunc dico ad quæstionem, q̄ actio & passio sunt diuersa prædicamenta. quia illa sunt diuersa prædicamēta, quorum quodlibet habet sub se distincta sm quidditates, & vnumquodq; habet modum vnum essendi cōem & vniuocum non habentem aliquem modum communiorem priorem & vniuocum: hæc enim requiruntur ad hoc & sufficiunt q̄ aliqua sint distincta prædicamenta, sed actio & passio sunt huiusmodi. nā actio cōtinet diuersas actiones specie differentes, vt actionem corporis, & actionem animæ, & actio corporis communis est multis actionib⁹ differentibus sm quidditates, vt est calefacere, & infrigidare, & siccare, & vrere, & sic de alijs. similiter se habet de ipsa passione, vt manifestum est cuilibet intelligenti. Sed ipsa actio habet vnum modum cōem omnibus actionibus, s. esse illud, à quo substantia denominat agens. iste autem modus essendi non reducit ad aliquem modum cōmuniorem vniuocum, nisi quis fingeret. Similiter passio habet vnum modum communem omnibus passionib⁹, scilicet esse illud, à quo substantia denominatur patiens, & iste modus essendi communis non habet aliquem modum priorem communiorem vniuocum & consimilem cum modo actionis & aliorū prædicamentorū. quare &c.

Et est consyderandum breuiter, q̄ licet actio & passio fundentur in eodem motu sm numerum, tñ hoc est sm diuersas rōnes formales: nam ipse motus est ab agente effectiue, & recipit in mobili tanq̄ in subiecto. In ipso igitur motu, prout est ab ipso mouēte effectiue, fundatur actio, ita q̄ actio est quidam modus essendi realis, fundatus & existens in motu prout est ab agente vel mouente. Passio vero fundatur in motu prout est & recipit in mobili: ita q̄ ipsa passio est quędam proprietas fundata in motu, inquantum recipitur in mobili. et sic actio & passio nō sunt vna res formaliter & quidditatiue, sed solū materialiter & subiectiue. Et hoc significauit Aristo. in litera cum dixit, neq; actio cum passione idem proprie est, sed cui insunt hæc motus: q̄ enim huius in hoc et q̄ huius ad hoc actum esse rōne alterum est, et intendit per rationem oō

manifestum est. quare &c. Secundum probatur ab aliquibus sic via ad terminum nõ est eiusdem essentię cum illo termino: hæc recipitur pro manifesta. sed motus, qui est fluxus formæ, est via ad ipsum terminum ad quē, vt manifestum est: quia mediante huiusmodi fluxu mobile peruenit vsq; ad terminum ad quem. quare. &c. Item, Commen. videtur intendere, q ipse fluxus formę, qui est motus sm opinionem famosiorem, est de genere passionis: & hoc forte verum est quantum ad sui receptionem in mobili. passio enim formaliter est ipsa receptio, vt dicitur. Vnde, & virtus passiua dicit receptiua, vt patet ex Secundo, & Tertio de Anima, et Primo de Generatiõe. sed terminus motus est de genere substantię, vel quantitatis, vel qualitatis, vel vbi, & talia non sunt eiusdem essentię & quidditatis, vt patet in Primo Poste. q aũt ipse fluxus formę fluentis sit passio, capit Cõmē. ex Prędicamentis & hoc forte solũ innuitur ibi ab Aristo. caplo de Facere & Pati, vbi exemplificat de pati, sicut calefieri & huiusmodi. Et aliqui nitsitur probare hoc per hoc. Quia illud est passio, quo aliquid denominatur patiens: hoc est notũ. sed ab ipso fluxu quid denominatur fluens, & hoc est esse patiens. Et hęc probatio non videtur multum fortis, nec sufficiens. quia æqualiter est ignotũ, q esse fluens sit esse patiens, sicut q fluxus sit passio. Aliqui autem dicunt, q fluxus ipse, vt est quid continuum, est de genere quantitatis: & forte est tempus secũdario dictum, sed de hoc videbitur in Quarto, si Deus voluerit.

Dubitatio: Sed dubiũ est de motu locali, quomodo sit idem cũ termino ad quē. Ponamus enim q ignis existens in loco deorsum moueatur sursum, manifestum videtur esse, q nõdum habet aliquid de vbi sursum simpliciter, cum nõdum contineatur in loco sursum simpliciter, & tñ mouetur sursum. Et similiter, si graue existens sursum in sphæra ignis moueret ad vbi deorsum continue: & tñ non dum habet de vbi deorsum, nec perfecte, nec imperfecte: cum nondum cõtineatur in loco deorsum, & vbi prouenit ex circũscriptione loci.

Responsio. Forte dicendũ, q talis motus, si esset, non esset idem sm speciem cum termino ad quem, sed esset idem essentialiter sm genus. Nam in eodem genere sunt vbi sursum & vbi deorsum, & hoc sufficit. quia, cum in maiori parte sic se habet, q motus, qui est forma fluens, est idem secũdum speciem cum termino ad quem. Sic est consuetum simpliciter respondere.

Rñsiones. AD primam rationē patet ex dictis. motus enim, qui est fluxus formæ, bene deficit adueniēte termino ad quem: sed actus imperfectus, qui recipitur à motore immobili, non corrumpitur, sed perficitur. nec sequitur ex hoc, q duo accidentia eiusdem speciei, solum numero diuersa, sint simul in eodem subiecto: quia huiusmodi act⁹ imperfectus, & terminus ad quem nõ sunt diuersa numero, immo sunt vnum, eo q ipse terminus ad quem extrahitur de potentia subiecti habentis in seipsum actum imperfectum. & tunc totum est vnus actus magis completus & perfectus. Aliquibus tamē videtur, q sicut fluxus præcedens terminum ad quem deficit adueniente huiusmodi termino, sic etiã actus imperfectus deficit: & ideo non intelligunt, q hmõi motus sit eiusdem essentiæ secũdum numerum cum termino ad quem, sed solum eiusdē sm speciem, quicquid aũt sit de hoc verum, bene dubiũ mihi videtur, sed quo ad præsens non determino.

Actus imperfectus & terminus ad quem sunt idē nũero.

Ad secundam patet ex dictis per distinctionē. Motus enim pro fluxu est quid successiuum, & sic nõ est eiusdē essentiæ cum suo termino ad quem.

Ad tertiam dicũt aliqui, q, si motus localis calefacit, hoc non est nisi per accidēs, s. rõne & virtute corporis naturalis, in quo fit motus: & cuius est motus, vt habet videri super Primum Meteororũ. Vel, si per se calefacit, hoc est quantũ ad ipsum fluxum ipsius mobilis de vno vbi ad aliud vbi: per quē quidē fluxũ rarefacit & disgregat materiam subiectam, & sic calefacit, & hmõi fluxus non est eiusdē essentiæ cum ipso vbi, ad quem est motus.

Motus localis calefacit per accidens.

A Ad quartã dico, q motus rectus, & motus circularis, qui sunt ad vnum & idem vbi, bene sunt eiusdē essentiæ quantum ad vbi fluentia, quantum ad ipsos fluxus, quorum vnus est rectus & alius circularis, nõ sunt eiusdem essentiæ, præcipue inquantum rectus & circularis. Alij dicunt, q motus circularis nunquam terminatur ad vnũ & idem vbi formaliter, sed solum materialiter & subiectiue: & ideo non oportet quòd sint sibijnuicem idem formaliter & essentialiter.

Ad quintam dico, q motus naturalis, & motus violētus eiusdem corporis naturalis non sunt eiusdem essentię & speciei inter se, vt motus lapidis sursum & motus eiusdē deorsum. sed motus naturalis vnius corporis, & violētus alterius corporis bene possunt esse eiusdem speciei, & sic est in proposito. Alter dicitur, q non est vnum & idem vbi formaliter, quod terminat motum naturalē, & quod terminat motum violentum, sed solum est vnũ & idem materialiter vel subiectiue: & ideo non sequitur il-
B los motus esse eosdem essentialiter, & specifice. Sed bene est occultum quomodo sit aliud vbi deorsum, ad quod mouetur graue secũdum naturam, ab illo vbi deorsum, ad quod mouetur leue secundum violentiam, cuius, loc⁹ deorsum non sit alius & alius secundum speciem.

Ad sextam potest dici, sicut prius dictum est, q sit idē genere, non specie specialissima. Alij dicerent, q neganda est consequentia. & ad probationem dico, q imaginatur vnum falsum impossibile, s. q aliquod graue sit in loco simpliciter sursum, & habeat vbi sursum simpliciť, & moueatur ad vbi deorsum: quia statim, cum aliquid est graue, impossibile est, q sit in loco simpliciter sursum immo, si aliquid leuissimũ, quod nunc est in loco sursum, simpliciter fiat graue vel minus leue, q̃tũ amittit de leuitate, tantum perdit de vbi sursum, & fit in vbi nõ simpliciter sursum: & cũ isto bene stat vbi deorsum aliquo modo, s. imperfectum et in respectu. Vel posset dici, q, si gra-
C ue simpliciter sub concauo orbis Lunæ esset & moueretur ad vbi deorsum, non esset violentus motus à principio vsq; ad finem, sed esset vnus motus per totum spatiũ ignis vsq; ad aerem, & terminus illius motus esset aliqđ vbi sursum simpliciter non omnino perfectũ, sed & alius motus esset per spatium aeris, & illius motus terminus esset aliquod vbi sursum in respectu, sicut debetur aeri. Et alius motus esset per aquam, et terminus illius esset aliquod vbi in respectu vbi deorsum. Alius autem motus esset p spatium terrę, supposito, q deberet venire ad centrum: & illius motus terminus esset vbi deorsum simpliciter. & sic in quocunq; illorum motuũ terminus ad quē est eiusdem essentiæ cum motu præcedente.

Graue non põt esse sursum simpliciter.

Ad septimam de generatione, dico, q generatio non est terminus intrinsecus & immediatus alterationis, sed magis qualitas, qua disponitur materia ad formam. Est autem generatio terminus extrinsecus & mediatus: & de
D tali non intelligitur q sit eiusdem essentiæ cum motu, sed de termino primo & immediato.

Signum enim q huius Scientiæ propria cõsideratio de ipso est; omnes enim, qui videntur rationabiliter tetigisse huiusmodi Philosophiã, fecerunt verbum de infinito &c. Tex. c. 25.

QVAESTIO VII.

An Infiniti consideratio ad Naturalem spectet.



COnsequenter quæritur circa capitulum de infinito, Primo, vtrũ ad Naturalem Philosophum, pertineat considerare de infinito. Arguitur primo q non, quia de non ente non considerat scientia, Primo posteriorũ: sed infinitum est non ens, ex isto Tertio, & primo Coeli & Mundi. quare &c. Item, de eo, quod est ignotum, non considerat Scientia naturalis: hęc est manifesta. quia

consideratio

consideratio est quædam notitia, sed infinitum est ignotum, vt dicit Philosophus Primo huius. quare etc. Item, Naturalis considerat de entibus naturalibus & eorum principijs & per se accidentibus, vt patet ex Primo huius, & Tertio, sed infinitum nullum horum est, cum sit non ens. quare &c. — Tex. c. 15.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Aristo. qui considerat hic de infinito. — Tex. c. 11. Tex. c. 2.

CONCLVSIO

Infinitum, secundum omnem modum infiniti, speculari ad Naturalem Philosophū spectat, sed diuersimode.

AD quæstionem intelligendum, quod infinitum multipliciter dicitur. vno modo dicitur infinitum secundum vigorem, & huiusmodi infinitas, s. vigoris, attribuitur ab aliquibus ipsi primo principio, quod, est Deus, & de tali infinito bene potest considerare Philosophus Naturalis: quia tale infinitum demonstratur esse per mediū naturale, vt videbitur in Octauo. Alio modo dicitur infinitum secundum durationem solum, & de isto bene considerat Philosophus Naturalis: quia ipse habet considerare de motoribus, & mobilibus, & eorum per se accidentibus, vt patet in isto libro: sed entia infinita secundum durationem sunt mouentia, vel mobilia, vt corpora cœlestia, & intelligentiæ mouentes ea, quare &c.

Tertio modo dicitur infinitum per negationem formæ sis determinationis, s. quod in essentia sua nō includit aliquā determinationem formalem, sed est in potentia ad omnes, & hoc est materia prima. & de isto infinito considerat Naturalis, eò quod ipsa materia prima, quæ est huiusmodi infinitum, est per se principium rerum naturalium, vt patet ex Primo huius. quare &c. Alio modo dicitur infinitum secundum quantitatem, & est quantū sine terminis, et de isto adhuc debet considerare Naturalis, quia de eo quod non est, & opinatur esse ab aliquibus solemnibus in Philosophia Notis per rationes quasi naturales, debet considerare Philosophus Naturalis, demonstrando, s. illud non esse: sicut enim intellectus desiderat naturaliter cognoscere veritatem, & eam manifestare, sic naturaliter desiderat fugere errores, & eos confutare suo loco & tempore debitis. Vnde, cum error sit aliquid ponere esse in rerum natura, quod tamen non est nec esse pōt; patet quod Naturalis Philosophus debet remouere illud, & soluere argumenta ad hoc inducentia. Et hūc modum inuenitur Arist. tenuisse in suis libris Philosophicis. & minor patet in isto Tertio: ipsum enim infinitum, idest quātum extensum sine terminis, non est in rerum natura, nec potest esse, vt hic probatum est. Vel dicas sub disiunctione, quod huiusmodi infinitum demonstratur esse vel non esse per medium naturale, & tamen aliqui propter aliquas rationes apparentes posuerunt ipsum esse: & dixerunt ipsum esse principium rerum naturalium, vt patet hic, & in Primo de Cœlo. quare &c. Alio modo dicitur infinitum in potentia. & hoc est diuisio magnitudinis & appositio ad numerum: & de isto etiam considerat Naturalis Philosophus, eo quod est quædā proprietas magnitudinis naturalis & numeri rerum naturalium. Qualiter autem hoc sit verum, quod magnitudo sit diuisibilis in infinitum, & quod numero poņest fieri appositio in infinitum, videbitur in consequentibus.

Rōnes. AD rationes. Ad p̄mū dico, quod de nō ente non cōsiderat Philosophus Naturalis, demōstrādo ipsum esse vel passiones ei inesse: sed de nō ente, quod ab aliquibus philosophis opinatum fuit esse per aliquas rationes sumptas à proprietatibus naturalibus, bene potest considerare Philosophus Naturalis demonstrando ipsum non esse propter causam prædictam.

Ad secundum dico, quod infinitum non sic est ignotum, quod nulla notitia habeatur de eo, sed quod non est natum primo cognosci, cum sit quędam priuatio termini &c. & priuatio non cognoscitur nisi per habitum. Qualiter autem intelligendum sit quod infinitum, secūdum quod infinitum, est ignotum ad intentionē Arist. in Primo huius visum fuit in quæstione de hoc ordinata ibidem.

Ad tertiū dico, quod Naturalis Philosophus primo considerat de entibus naturalibus, & eorum principijs, & per se accidentibus, sed secundario potest considerare de aliquo, quod non est aliquid istorum, & putatur ab aliquibus Philosophis esse principium. sic autem est de infinito quod putabatur ab aliquibus, vt dicit hic Aristot. & Primo Cœli & Mundi. Modicus autem error circa principia est causa maximi erroris circa ea quæ sunt ex principijs, vt dicitur ibidem: ideo necessarium fuit considerare de infinito.

Rationabiliter autem & principium ipsum ponunt omnes, neque enim frustra possibile est ipsum esse, neque aliam inesse potentiam, nisi sicut principium &c.

QVAESTIO VIII.

An Infinitum, si ponatur, Principij solum rationem habeat.


COnsequenter quæritur. Vtrum infinitum si esset, esset principium solum. Arguitur quod non. quia illud, extra quod nihil est, non est principium solum, nam principium est cuiusdam, aut quorundam, vt dicit Philosophus in Primo huius. vnde principium requirit multitudinem, vt dicit ibi Commen. Sed, si esset infinitum, extra ipsum nihil esset. & intelligo de infinito, quod est quantum sine termino, de quo loquebātur antiqui. quare &c. — Tex. c. 8.

Item, quod est posterius altero, illud non est solū principium, cum principium debeat esse prius, & omnino principium, omnino prius, vt manifestum est: sed ipsum infinitum, si esset, esset posterius aliquo modo. nam infinitum dicit formaliter priuationem finis & termini. & constat, quod priuatio est posterior habitu, vt patet Decimo Metaphysi. etiam accipit Commenta. in isto Tertio. quare &c. Item accidens non potest esse solum principium: hoc est euidens, quia substantia est causa accidentium, vt dicit Commen. in Septimo Metaphysi. & sic accidentia sunt principiata & causata à substantia. Item in Septimo Metaphysi. dicit Aristo. quod substantia prior est accidente notitia, diffinitione, et tempore: & sic accidens est posterius substantia. quod autem solum est principiū nullo modo debet esse posterius, imo omnino prius omnibus: modo, infinitum, si esset, esset accidēs, scilicet quātitas sine terminis. quare &c. — Tex. c. 20. Comen. 4. Tex. c. 4.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Aristo. qui videtur velle, quod infinitum si esset, esset principium, et nō principiatum: & hoc concorditer dixerunt omnes antiqui ponentes infinitum esse.

CONCLVSIO.

Infinitum, si sit, quo ad substantiam infinitæ magnitudini subiectam, solum principium est, & non principiatum.

AD quæstionem intelligendum est, quod infinitum, i. quantum carens terminis, si esset posset considerari quantum ad tria. Vno modo, quantum ad ipsam infinitatem, quæ formaliter dicitur infinitum, quæ quidem infinitas nihil aliud est, quàm priuatio vel negatio finis, i. termini, quemadmodum cæcitas est priuatio visionis, qua formaliter dicitur aliquid cæcum, formaliter dico, i. ad modum & similitudinem formalis principij, in quātum denominat & inexistit. Alio modo posset considerari huiusmodi infinitum quantum ad suam quātitatem carentem terminis. Alio modo quantum ad substantiam subiectam quantitati. Tunc dico Primo, quod ipsum infinitum, quantum ad suam infinitatem, non esset omnino principium: cum huiusmodi infinitas sit quædā priuatio, et aliquid posterius naturaliter alijs, scilicet substantia & magnitudine. Secundo dico, quod quantum ad suam — Infinitū sic considerari quātū ad tria.

suam quantitatem, non esset omnino principium primũ ratione præinducta, scilicet quia nullum accidens est principium omnino primum, sed posterius, vt ostẽsum est in Tex. c. 4. Septimo Metaphysi. Tertio dico, ꝙ ipsum infinitum, si esset, quantum ad substantiam subiectam magnitudini infinitæ, solum esset principium & non principiatum. quod sic probatur: quia huiusmodi substantia, si esset principiata, aut esset principiata principio magnitudinis, aut principio, quod est causa. non principio magnitudinis: quia ponitur subiecta magnitudini infinitę. magnitudo autem infinita non habet principium, quia sic esset Infinitũ nullã haberet causam. finita: nec principio quod est causa: quia aut haberet causam materialem, aut formalem &c. nõ materialem: quia materia non est sine forma, vt patet in Secundo huius, & Tex. c. 12. Primo de Generatione. Tex. c. 29. omnis autem forma materialis necessario est magnitudinis finitæ. cum enim finitas magnitudinis nõ sit ex materia, relinquitur ꝙ est ex forma. & qua ratione ex vna forma materiali imponitur finitas & terminus ipsi magnitudini, eadem ratione ex alia. B quemadmodum natura formæ imponit terminum qualitati & operationi. igitur huiusmodi substantia, si esset subiecta magnitudini infinitæ, nullam formam naturalem haberet, nec per consequens materiam perfectibilem per formam. Item, non haberet causam agentem: quia causa agens debet esse maioris virtutis in effectu, vel saltem æqualis. huiusmodi autem substantia, si esset, esset infinitæ virtutis, etiam secundum vigorem, cum in magnitudine infinita non possit esse virtus finita, vt pa- Tex. c. 80. tet ex Octauo huius. virtute autem infinita non potest esse alia virtus maior, vt notum est, nec ei æqualis. Sicut nec magnitudini infinitæ esset alia æqualis magnitudo. quod patet: quia, si esset aliqua alia magnitudo æqualis magnitudini infinitæ, aut ambæ ipsæ essent simul, idest indistantes. & sic vna magnitudo penetraret aliam & es- Tex. c. 53. sent vna magnitudo, vt patet Quarto huius: aut vna illarum esset extra aliam & distincta ab alia, sicut aqua C extra terram: & sic vtraque esset finita. nam magnitudo est finita in parte illa, extra quam est alia: & habet superficiem terminatam & distinctam à supficie alterius, quæ est extra eam, vt manifestum est per se: & sic vtraque illarum magnitudinum esset finita & infinita: quod est impossibile. igitur vna magnitudo infinita non potest esse æqualis alteri magnitudini infinitæ, & per cõsequens virtus existens in magnitudine infinita non potest esse ęqualis alicui alteri virtuti. sic igitur illa substantia non haberet causam agentem. Item, non haberet causam finalem, quia illa causa finalis aut esset aliqua alia substantia corporea, aut incorporea: finis enim principalis substantiæ non potest esse accidens aliquod. sed non posset esse substantia corporea alia: quia huiusmodi substantia, quę ponitur magnitudinis infinitæ, totum occuparet. vnde non posset esse aliqua substantia corporea extra eam, quæ esset finis eius gratia cuius. nec incorporea: quia substantia incorporea est intelligentia abstracta, vt patet ex D Duodecimo Metaphysicæ. Intelligentiæ autem abstractæ sunt principia eorum, quorum sunt principia duobus modis, scilicet secundum mouens & secundum fi- Comẽ. 36. nem, vt docet Commentator in Duodecimo Metaphysicæ: igitur illa substantia abstracta & incorporea, quæ esset finis illius substantiæ infinitæ, moueret illam substantiam infinitam, & ipsa substantia magnitudinis infinitæ reciperet motum ab ipsa substantia incorporea: hoc autem est impossibile, vt demonstratum est Primo Cœli & Mundi. ergo nullam causam haberet huiusmodi substantia infinitæ magnitudinis: & per consequens non esset aliquod causatum. Ex quo relinquitur, quòd solum esset principium: eo quòd omne ens aut est principium et causa solum, aut est quid principiatum & causatum, vt Aristoteles sumit.

Rñsiones. AD primum argumentum dico, quòd huiusmodi substantia si esset, nihil haberet extra se distinctum lo- A co & subiecto secundum sui subsistentiam, sed haberet bene aliquid extra se distinctum secundum quidditatem & essentiam, scilicet suam quantitatem, & sic esset eius principium. Ad alia duo patet ex dictis. Concessum enim est quòd illud infinitum non esset primum & omnino principium quo ad suam infinitatem, nec quantum ad suam quantitatem, sed solum quantum ad suam substantiam. Et adhuc forte non esset principium motiuum nec actiuum nec receptiuum motus aut passionis, vt patet ex Primo Cœli & Mundi, sed solum esset principium subiectiuum magnitudinis infinitę.

Contingere enim ab esse nihil differt in perpetuis &c. Tex. c. 32.

QVAESTIO IX.

An in Perpetuis & æternis Posse ab Esse distinguatur.

B



COnsequenter quæritur. Vtrum in æternis differat esse & posse. Arguitur quòd sic, quia sicut se habet essentia ad potentiam, sic esse ad posse, per conuenientem similitudinem: sed in æternis differt essentia à potentia, vt patet in prima materia, cuius partes omnes sunt æternæ secundum suam essentiam, & tamen sua potentia vniuscuiusque earum est aliud ab essentia materiæ, vt demonstrat Commentator in Primo huius, quare &c. Cõmẽ. 70.

Item, Sol est quid perpetuum: & tamen differt in ipso esse & posse. nam, dum Sol est in oriente, habet potentiã, vt sit in occidente, & tamen nondum est in occidente: similiter autem & in aliis partibus cœli. Item, materia existens sub vna forma est in potentia ad aliam formam contrariam. vt existens sub forma ignis, est in potentia Tex. c. 76. ad formam aquæ. vt patet ex Primo huius. & Primo de Generatione: & tamen materia existens sub vna forma C non est sub alia contraria, vt manifestum est. cum igitur materia sit æterna, patet, quòd in æternis est aliud esse & posse. Et posset argui ducendo ad impossibile. nam, si in æternis non differt esse & posse, tunc materia existẽs sub vna forma, cum habeat potentiam ad aliam contrariam formã, erit simul sub forma alia: quæ enim non differunt ab inuicem sunt simul, sed cõsequens est falsum & impossibile, vt manifestum est. quare &c. Tex. c. 31.

OPPOSITVM vult Aristoteles in fine illius capituli, esse autem aliquid infinitum fides est ex quinque. Contingere enim ab esse nihil differt in perpetuis, vt dicit ibidem.

CONCLVSIO.

In Perpetuis & æternis intransmutabilibus Posse ab Esse indistinctum est, in transmutabilibus autem posse & esse essentiale indistincta sunt: at posse & esse secundum actum superadditum, realiter in transmutabilibus diuersa sunt.

D

AD quæstionẽ consyderandum est breuiter, quòd de numero perpetuorum, seu æternorum, quædam sunt omnino intransmutabilia, vt substantiæ separatæ à materia & magnitudine, sicut patet ex Octauo huius. quædam autem sunt transmutabilia aliquo modo, sicut sunt corpora cœlestia, & similiter materia prima. corpora enim cœlestia sunt perpetua secũdum suas substantias, vt patet ex Primo Cœli, & tamen continue transmutantur secundum vbi, vt habetur ibidem. & Octauo huius, & Duodecimo Metaphysicæ. Similiter materia prima est æterna secundum id quod est, & secundum suam substantiam, vt patet ex Primo huius, & tamen ipsa transmutatur, idest subiicitur transmutationi substantiali de priuatione ad formam, & è conuerso, vt manifestum est in Primo huius, & in Primo de Generatione. Vlterius consyderandum est, quòd in ipsis perpetuis

8. Physico. Tex. c. 76. Perpetuorum diuersitas. Prio Cœli. Tex. c. 20. Prio Cœli. Tex. c. 18. 12. Meta. Tex. c. 41. Prio Phy. Tex. c. 82. Prio Phy. Tex. c. 60. 1. de Gene. Tex. c. 23.

petuis transmutabilibus est duplex esse, scilicet esse substantiale & primum, & esse noo essentiale nec omouo primum. & voco esse essentiale & primum illud, quod est idem essentialiter cum essentia talis entis, sicut ipsi materiæ esse materiam est idem essentialiter cum ipsa essentia materiæ, & cum ipsa materia: & ipsi cœlo esse cœlum est idem essentialiter. Esse vero non essentiale est ipsum esse superadditum essentiæ talis rei. vt in materia prima esse quod habet à forma hominis, vel à forma asini, nō est esse essentiale materiæ, scilicet quod sit idem essentialiter cum ipsa substantia materiæ, immo est esse superadditum ipsi essentiæ materiæ primæ. Similiter in corpore cœlesti esse in tali vbi vel tali, vt esse in oriente, non est esse essentiale: quod sit idem essentialiter cum ipsa substantia cœli, sed est esse accidentale & superadditum ipsi substantiæ, vt manifestum est vnicuique. Vlterius accipio, quòd posse, cum sit quidam respectus ad actum, distinguitur secundum distinctionem actus, & hoc habe-

F Posse distinguit̃ sc̃dū distinctione ȝ actus. tur ex Tertio Physicorum, capitulo de diffinitione motus multum expresse, vbi dicitur, quòd posse sanari & posse infirmari non sunt vnum & idem essentialiter, nisi

Tex, c; 10. infirmari & sanari esset vnum essentialiter. Dicimus ergo, q posse, quod est ad esse, vel est ad esse essentiale, vel ad esse non essentiale, sed superadditum.

Tunc dico ad quæstionem tria. Primo, q in perpetuis omnino intransmutabilibus non differt aliquo modo realiter esse & posse. Secundo dico, quòd in perpetuis transmutabilibus non differt realiter esse essentiale & posse, quod est respectu esse essentialis. Tertio dico, quod in eis bene differt esse superadditum, & posse, quod est respectu talis esse. Primum ostenditur, quia in quibuscunque differt proprie esse & posse, in illis est aliqua potētia ad esse, quod non habent prius, & ipsum postea recipiūt: hæc est manifesta. sed in talibus entibus intransmutabilibus nulla est potentia ad aliquid, quod non habent, & postea recipiant ipsum: quia tunc essent transmutabilia.

G omne enim, quod est natum recipere aliquid, quod prius nō habebat, est transmutabile, vt manifestum est ex Ter-

Tex. c. 6. tio & Sexto huius. Secundum patet, quasi per idem.

Tex. c. 12. Rō secūdę coñ. Nam in quibuscūque esse essentiale differt à posse, quod est respectu esse essentialis, in illis potentia ad esse tempore præcedit esse actu, vt patet inducēdo. nā in Socrate differt esse actu Sor. & posse esse. Et constat quòd prius tempore fuit potentia ad esse sor, quàm ad esse eius secundum actum: similiter autem & in alijs. sed in perpetuis seu

T. cō. 125. æternis impossibile est quòd potentia ad esse essentiale sit prior tempore ipso esse, quia æternum est, quod semper est, semper fuit, et semper erit, Primo Cœli & Mundi. vnde contra rationem entis æterni est, quòd potentia ad eius esse essentiale præcedat tempore ipsum esse essentiale: quia tunc in tempore primo non esset secundum esse essentiale, & sic non semper fuisset, nec esset: quod est contra rationem æterni. sequitur ergo cōclusio, quòd in æternis etiam transmutabilibus non differt esse essentiale &

H posse. quod est respectu eius. vt in materia prima non differt esse materiam, & posse esse materiam. non enim fuit aliquod tempus, nec erit, in quo materia possit esse materia, & non sit materia. Et similiter in cœlo non prius fuit cœlum in potentia ad esse simpliciter, quàm esset cœlum in actu, nec aliquid ipsius cœli prius tempore fuit in potentia ad esse cœli, quàm esset cœlum: quia tunc cœlum simpliciter non fuisset, & sic non esset æternum. Similiter nihil ipsius materiæ primæ prius tempore fuit in potentia ad esse extra materiam, quàm esset materia, sed è conuerso in generabilibus. Nam aliquid ipsius fortis prius tempore fuit in potentia ad esse fortis quàm esse fortes, similiter autem & in alijs. Tertium declaratur. Illa sunt diuersa, quorum vnum præcedit alterum secundum tempus: sed in perpetuis transmutabilibus esse superadditum & ipsum posse sic se habent. nam huiusmodi posse prius est tempore quàm sit ipsum esse, vt tan-

E gebatur arguendo de materia prima, & de partibus cœli. quare &c.

EX his ad rationes. Ad primam bene cōcedo quod in materia prima differt essentia & potentia, quæ est ad esse superadditum, quod habet à forma, Et similiter differt esse materiam & posse esse, quod est respectu talis esse, quod habet à forma: sed non differt potentia ad esse materiam ab eo, quod est esse materiam differentia reali & absoluta. Similiter ad alias duas patet ex dictis in distinctione & positione. Rñsiones.

Nos autē intendimus de sensibilibus & de quibus facimus sciētiam, vtrum in ipsis est aut non est corpus infinitum &c.

QVAESTIO X.

An sit actu corpus Infinitum.

F CONsequenter quæritur, Vtrum possit esse corpus actu infinitum. Arguitur primo quod sic, Quia illud potest eē sine termino, in cuius diffinitione non ponitur terminus: in diffinitione corporis non ponitur terminus, vt manifestum est ex Primo Cœli. & Quinto Metaphysi. satis. quare &c. Item, Illud est infinitum, cuius effectus est infinitus. nā cā & causatū debent proportionari Quinto Metaphysi. & Secundo huius. finiti au- Tex. c. 2.
tem ad infinitū nulla est proportio, vt patet in isto Octa- Tex. c. 18.
uo & Primo cœli. Sed effectus alicuius corporis est in- Tex. c. 2.
finitus, motus enim perpetuus est infinitus, vt patet Tex. c. 28.
Octauo huius: & motus est effectus corporis, quod mo- Tex. c. 14
uetur, vel causatur ab ipso aliquo modo, vt notum est. Tex. c. 12. Tex. c. 8.
quare &c. Item, illud, quod mouet aliquam virtutem passiuam ad suum actum est ens: non ens enim non mo-
uet aliquid, vt habetur ex Tertio huius, vbi dicitur, sem- Tex. c. 17.

G per enim existimabitur species aliqua mouens: sed infinitū mouet aliquam virtutem passiuam ad actum. probatio: quia virtus imaginatiua imaginatur infinitum, vt quilibet experitur: modo, ipsa est virtus passiua, & non mouet seipsam ad actum imaginandi, vt manifestum est. ergo relinquitur, quòd mouetur ab eo quod ipsa imaginatur: sed ipsa imaginatur infinitum. quare &c. Item, recipiatur aliquod corpus, aut illud est finitum, aut infinitum. si est infinitum, habetur intentum. si finitū, oportet quòd finiatur ad aliquod aliud. & quæratur de illo alio, & sic ibitur in infinitum: & habetur propositum, quod est infinita magnitudo corporalis. Item, illud, quod in essentia sua non includit aliquid, per quod sibi determinet corporeitatem finitam, est in potentia ad corporeitatem infinitam: hæc videtur esse manifesta. sed materia prima in sua essentia non includit aliquod, per quod determinet sibi corporeitatem finitam, vt manifestum est: quia ipsa est ens pure potentiale, & indifferens ad omnem actū de se. quare &c. Itē illud, quod sequitur ex prin-

H cipio mathematico, est verum, cum principia mathematicalia sint vera: & ex veris non sequitur nisi verum. sed ex principio quodam mathematico sequitur, quòd potest esse corpus infinitum. dicit enim Commen. quòd sicut vnum principiorum, quæ ponit Geometer est, quòd ad omnem lineam est accipere lineam minorem, sic vnū principium, quod ipse ponit est, quòd ad omnem lineam est accipere lineam maiorem: ex hoc autem sequitur, q linea, cum possit non esse sine corpore, quòd ad omne corpus est accipere maius corpus. & ex hoc sequitur vlterius, quòd potest esse corpus infinitum. Corpus enim maius omni corpore finito non est corpus finitum. quia tunc esset maius seipso, & sic relinquitur q sit infinitum.

OPPOSITVM vult Aristo. hic, & Primo de Cœlo. Tex. c. 40.
Et arguitur vna de suis rationibus, quam reputat proba- Tex. c. 46.
bilem. Illud, quod est determinatum superficie, non est infinitum: hæc est manifesta. sed omne corpus est deter-

minatum

minatum planicie, id est superficie: hanc supponit. quare &c. Et Commentator ibi sic arguit. Nihil quod est cõtentum vna superficie vel pluribus est infinitum: sed omne corpus est huiusmodi, nam omne corpus vel est sphæricũ, & sic est contentum vna superficie: vel non sphæricum, sed angulare, & sic pluribus. quare &c.

A

CONCLVSIO.

Nullum corpus siue simplex, siue compsitum actu infinitum esse potest.

DE quæstione intelligendum, quidam dixerunt quòd materia est in potentia ad magnitudinem & corporeitatem infinitam, propter quandam rationem prædictam, & est quinta. dixerunt tamen, ꝙ illa magnitudo nunquam fuit, nec est, nec erit propter rationes Aristot. in Primo Cœli & Mundi. Sed ista positio videtur irrationabilis: quia nulla potentia est ad impossibile: hoc est manifestum. sed illud, quod nunquam fuit, nunquam est, & nunquam erit est impossibile: quẽadmodum illud, quod semper est, semper fuit, & semper erit, est necessarium, vt patet ex Primo Cœli & Mundi. Et hoc videtur rationabile, quia oppositorum debent esse oppositæ rationes & diffinitiones. necessarium autem & impossibile sunt opposita, vt patet Secundo Periherme. ergo ad illud, quod nunquã fuit, nec est, nec erit, non debet materia aliquam potẽtiam habere: quare &c. & ideo non valet illa positio.

B

Tex. c. 125.

Corpa simplicia sunt sibi contraria.

Tex. c. 42.

Comẽ. 42.

Cõtrarioꝝ vnũ corrũpit alterũ.

Ad solutionem quæstionis præmitto aliqua. Primo, quòd corpora simplicia sunt sibiinuicem contraria: & hic Aristot. supponit, vt dicit Commen. aut propter famositatem, quia cõcessum est fere ab omnibus: aut quia declarabitur post in Secundo de Generatione. Vlterius accipio, quòd, cum vnum contrariorum appropinquat alteri & totaliter obtinet super ipsum & dominatur, necessario corrumpit ipsum & destruit. & hoc manifestum est ad sensum, cũ. n. ignis omnino obtinet super aliquod combustibile, generat inde ignem corrupta forma pręexistente. Tertio suppono, quod, si esset corpus simpliciter infinitum, virtus eius actiua improportionabiliter excederet virtutũ cuiuslibet corporis finiti: quemadmodum etiam magnitudo infinita improportionabiliter excellit omnem magnitudinem finitam. bene quidem verum est, quòd in aliquo corpore maiori potest esse minor virtus, quàm in aliquo corpore minori. vt fortem in aere decem palmorum est minor virtus quàm in igne vnius palmi: & tamen toties posset multiplicari aer decem palmorum, quòd esset æqualis virtutis cum igni vnius palmi. si enim acciperetur aer in eadem proportione excedens aerem decem palmorum, in qua proportione virtus ignis vnius palmi excedit virtutem aeris decem palmorum, tunc ille aer esset æqualis virtutis illi igni. Verbigratia ponamus gratia exempli, quòd virtus ignis vnius palmi sit in duplo maior quam virtus aeris decem palmorum, tunc in aere duplo, scilicet in aere viginti palmorum esset virtus æqualis virtuti ignis, scilicet vnius palmi. similiter autem & in alĳs. Si igitur poneretur quòd aer esset infinitæ magnitudinis, constat, ꝙ eius virtus incomparabiliter excederet virtutem illius partis, scilicet decem palmorum, quæ adæquatur in virtute igni vnius palmi. Et pari ratione incomparabiliter excederet quodcunq; corpus finitum, eò quòd in ipso infinities contineretur quæcunque pars æqualis alteri finito corpori.

C

D

Tex. c. 42.

Ex his præmissis dico ad quæstionem, quòd impossibile est esse aliquod corpus simpliciter infinitum, id est extensum sine terminis. Quod probatur ratione Aristotelis hic. si esset aliquod corpus infinitum, aut esset simplex, aut compositum per diuisionem sufficientem. sed non potest esse simplex: quia tunc virtus eius incomparabiliter & improportionabilit' excelleret virtutes aliorum per tertiam suppositionem, & sic per alia duo sequeretur, quòd corrumperet omnia alia, & sic destueretur mundus, qui non potest esse sine alĳs elementis perfectus: hoc autem est impossibile, vt Aristo. supponit. Si autem illud corpus esset compositum ex elementis, aut vnum solum simplicium, ex quibus componitur, esset infinitum & alia finita, aut plura illorum simplicium essent infinita. Nam, si omnia simplicia essent finitæ magnitudinis, cum sint finita secundum multitudinem, non constitueretur ex eis aliquod infinitum. ex finitis enim magnitudine & multitudine compositum est finitum: cum quantitas compositi resultet ex quantitatibus suarum partium quantitatiuarum, vt manifestum est ad sensum. Oporteret ergo necessario quòd vel vnum eorum esset infinitum, & alia finita, vel quód plura illorum vel omnia erunt infinita. nõ est possibile, ꝙ vnũ illorum cõponentium sit infinitum, & alia finita propter eandem rationem quæ dicta est. Et Commen. sic syllogizat. In omni composito, quod debet permanere, oportet contraria, ex quibus est compositum, esse ęquipotẽtia: hanc recipit pro manifesta. quia, si vnum penitus dominaretur, & obtineret supra alterum, corrumperet ipsum, & sic non maneret compositum. in omni ergo composito, quod debet manere, oportet contraria esse ęquipotentia: sed elementa sunt contraria: hanc supponit. ergo in composito ex elementis necessarium est, si debet manere, vt elementa sint æquipotentia, vt patet ex tertia suppositione. sed, si vnum istorum esset infinitum alĳs existentibus finitis, nullo modo essent æquipotentia, vt patet ex tertia suppositione, quam præmisi. quare &c. Hâc autem rationem tangit Commen. & etiam Aristot. licet non eodem ordine. Si autem diceretur, quòd in illo infinito composito omnia elementa vel plura essent infinita, hoc est impossibile: quia vnum corpus infinitum est extensum in infinitum secundum omnes dimensiones: et ideo, si est vnum corpus simpliciter infinitum, nullum aliud corpus est extra ipsum. detur enim, quòd aliquod aliud esset extra ipsum, tunc esset terminatum & infinitum ad illud aliquod aliud: quod est impossibile. ergo nullum aliud esset extra ipsum. vnde, si multa elementa componentia illud compositum sint infinita, necesse est plura & diuersa corpora simul esse omnino: cum vnum corpus infinitum, si sit, totum occupet & nihil sit simpliciter extra ipsum. quare &c. Et eadem ratione illud corpus simplex non potest esse aliquod medium inter elementa: quod, scilicet sit vno elemento subtilius & grossi⁹ alio, sicut posuerunt aliqui esse quoddam medium inter aerem & aquam, aqua subtilius & aere grossius. vel inter ignem & aerem: quia, cum ex illo corpore medio fierent elementa, vt dicebant illi, qui ipsum ponebant, oporteret ipsam habere aliquam contrarietatem ad vnumquodque elementorum. nam omnis transmutatio propria est de contrario in contrarium. &, cum ponatur habere magnitudinem infinitam, necesse est vt haberet virtutem infinitam & improportionabiliter excedentem omnia alia: & sic aliquando omnia corrumperet. Et est considerandum quòd sicut tangit Commentator super literam ista demonstratio Aristote. non est simpliciter vniuersalis: quia supponitur in ea, quòd omne corpus simplex habet virtutem contrariam ad aliud quodlibet simplex. hoc autem non est verum de corpore cœlesti: quia corpus cœleste nullam habet contrarietatem secundum se totum ad alia corpora, vt satis patet ex Primo Cœli & Mundi. Sed est vniuersalis secundum opinionem antiquorum qui putabant quòd cœlum esset eiusdem naturæ cum igne. Consuetudo autem Aristot. fuit vti opinionibus antiquorum antequam improbasset eas præcise: cum ipse arguit contra antiquos contradicendo eis ex cõcessis ab eis. Vnde etiam in Primo Cœli & Mundi, cum demonstrasset, quòd præter elementa quatuor est corpus quintum alterius naturæ, resumpsit considerationem de infinito, & compleuit eam, demonstrans

Comẽ. 42.

Nota.

Tex. c. 20.

strans vniuersaliter, quòd nullum corpus cuiuscunque naturæ sit potest esse in infinitum simplex. Sed rationes, quas ibidem ponit, nullo nunc pertractare: quia non pertinent ad istum locum. sufficiat ad præsens videre demõstrationem, qua vtitur Aristot. in isto Tertio, & supra Primum Cœli & Mundi alia requirantur. patet ergo ex his, quòd impossibile est esse corpus simpliciter infinitũ.

Materia nõ habet potẽtiã ad corporeitatẽ infinitam.

Et ex hoc sequitur, quòd materia nullam habet potentiam ad corporeitatem infinitam: quia ad impossibile nulla est potẽtia: quia impossibile sic esset possibile, eum possibile sit illud, ad quod est potentia: sed ipsum corpus infinitum impossibile est esse, vt ostensum est: quia tunc sequeretur impossibile. quare &c. Item, illud, quod semper & necessario est coniunctum alicui, cui repugnat magnitudo vel corporeitas infinita, non est in potentia ad corporeitatem infinitam: hæc est manifesta per se. sed materia semper est coniuncta formæ naturali specificæ, quia formæ materiales generales, etsi sint aliæ à formis specificis, tamen nunquam sunt in materia sine formis specifici:, vt habetur ex Septimo Metaphysi. non est genus præter generis species. formæ autem specificæ repugnat infinita magnitudo, cum sit virtutis finitæ & operationis finitæ & determinatæ. Præterea. Si materia haberet potentiam ad magnitudinem simpliciter infinitam illa potentia esset ociosa per totum tempus æternũ: quia nunquam reduceretur ad actum, cum nunquam futura sit magnitudo infinita. consequens autem est inconueniens: quia dignitas est naturæ & Dei, nihil esse frustra, vt dicit Commen. super Secundo Metaphysi. & habetur ab Aristot. Primo Cœli & Mundi. & Tertio de Anima. quare &c. Et est intelligẽdum, quòd licet materia nullam potentiam habet ad magnitudinem infinitam, tamen magnitudo infinita non repugnat ei per se immediate: quia quod repugnat materiæ per aliquid aliud à sua essentia, non repugnat ei primo & per se immediate: hoc est manifestum. sed magnitudo & vniuersaliter corporeitas infinita repugnat materiæ per aliquod aliud à sua essentia, scilicet per formam naturalem, cuius est terminare magnitudinem ad maximum & ad minimum. quare &c.

Tex. c. 42.

Comen. 1. Tex. c. 32. Tex. c. 41.

Magnitudo infinita non repugnat materiæ.

Rñsiones.

Ad argumenta dicendum ad primum, per interemptionem maioris: non enim quodlibet potest esse sine eo, quod non ponitur in sua diffinitione propria: quia sic subiectum posset esse sine sua propria passione, eo q passio non ponitur in diffinitione sui subiecti, sed magis è conuerso. vt patet Primo Posteriorum. Ad aliam dico, quòd effectus alicuius corporis bene est infinitus secundum durationem, sed non secundum magnitudinem: & ideo bene concedo, quòd aliquod corpus est infinitũ secundum durationem, & non secundum magnitudinẽ.

Ad aliud dico, quòd infinitum, secundum quòd infinitum, non mouet virtutem imaginatiuam ad actum imaginandi ipsum, sed ipsa virtus imaginatiua ad huiusmodi actum, mouetur ab ipso finito: sicut intellectus mouetur ab ente ad intellectionem non entis, vt communiter dicitur. cum ergo dicitur, quòd virtus imaginatiua mouetur ad actum imaginãdi, aut à se aut ab illo, quod imaginatur, dico, quòd non oportet, sed ab opposito illius quod imaginatur, vel à suo simili potest moueri ad ipsum actum. Aliter dicunt aliqui, quòd virtus imaginatiua nunquam imaginatur infinitum totum simul, id est extensum sine terminis, sed imaginatur infinitum sic, q quantacunque magnitudine finita imaginata, adhuc potest imaginari maiorem, & adhuc illa maiorem, & sic semper in infinitum successiue. tamen in quolibet actũ imaginatur magnitudinem finitam. Vnde Aristo. dicit Secundo Metaphysi. quòd impossibile est intelligere lineam non statuentem, idest non constituentem eam inter duo puncta, vt exponitur. Sed sic dicendo, adhuc remanet dubitatio, quomodo potest imaginari magnitudo maior magnitudine cœli, Quid enim mouebit ad istũ

Alia ratio.

Tex. c. 11.

E actum imaginandi, forte dicetur, quòd virtus imaginatiua informata specie magnitudinis cœli mouet seipsam ad imaginandum magnitudinem maiorem: & sic erit mouens & mota secundum diuersa, quia ratione speciei magnitudinis, erit mouens: & ipsa secundum seipsam erit mota & recipiens illum actum. Sed bene est dubium, quomodo vna & eadem species magnitudinis mouet ad actus diuersos imaginandi, scilicet ad actum imaginandi magnitudinem, cuius est species, & ad actum imaginandi maiorem magnitudinem. Et forte hoc est secundum prius & posterius, sicut ponitur de specie entis ad intelligere entis & non entis. vt accipitur ex Nono Metaphy.

Ad aliud dico, quòd supponit falsum. supponit enim quòd quodlibet corpus finitum finitur ad aliud extra ipsum, hoc autem est falsum. differt enim tangi & finiri. omne quidem quod tangitur, tangitur ab aliquo extrinseco, dummodo sit verus tactus cuiuscunque extrinseci, superficies vltima simul est cum superficie corporis tacti. Sed aliquid potest finiri non ab aliquo extrinseco, sed à propria superficie ipsum terminante: & sic non valet illa ratio. concederetur enim, quòd aliquod corpus finitum, finitum est ad aliud extrinsecũ corpus, & illud ad aliud, sed nõ in infinitum: immo deueniretur ad aliquod corpus, quod sua propria vltima superficie terminatur, scilicet vltima sphæra, vt videbitur in Quarto. quare &c. Ad aliã. Illud &c. Verum est, si cum hoc non sit coniunctum necessario alicui sibi determinanti finitam corporeitatem. Et ad minorem dico, quòd licet materia in sui essentia nõ includit aliquid, per quod sibi determinet magnitudinẽ finitam, tamen semper & necessario coniuncta est formæ naturali, & virtuti naturali, quibus repugnat magnitudinis infinitas. Ad aliud cum dicitur. illud quod sequitur &c. verum est eo modo quo sequitur ex principio mathematico. & cum dicitur, quòd esse vel posse esse magnitudinem infinitam, sequitur ex principio mathematico. dico quòd non sequitur. & cum dicitur, quòd Mathematicus ponit &c. dico, sicut dicit Commentator, quòd Naturalis & Mathematicus diuersimode considerãt de magnitudine. quia Naturalis considerat ipsam magnitudinem secundum quòd est finis & terminus in materia, & Mathematicus considerat eam, vt est separata à materia: & quocunque istorum modorum consideretur competit ei diuisibilitas in infinitum, vt dicit Commentator. Vnde propositio mathematica, quæ dicit, quòd omnem lineam est accipere minorem: vera est. Et similiter naturalis propositio, quæ dicit, quòd qualibet linea potest diuidi in minores: vera est. Sed, si consideretur magnitudo secundum quòd est finis existens in materia, sic ei repugnat augmentari in infinitum. Vnde propositio naturalis, quæ dicit, quòd ad omnem lineam est accipere maiorem est falsa. sed, si consideretur secundum quòd est abstracta, sic propositio mathematica dicens, possibile est ad omnem lineam imaginari maiorem, vera est. quod forte sic intelligit Commentator, non quòd linea, secundum quòd linea, habeat aptitudinem vel potentiã, vt quacunque & quantacunque linea possit esse maior: sed quòd ipsi lineæ per seipsam, & secundum suam essentiam principaliter, & primo non repugnat infinitas: immo hoc repugnat primo & principaliter formæ naturali, & ratione eius repugnat aliis. Et, si dicas, quod Mathematicus non supponit falsum, vt patet in Primo Posterio. & ipse tamẽ supponit, quòd sit linea infinita, cum dicit, protrahatur linea infinita. Dicendum, quòd sic debet intelligi dictum Geometræ, protrahatur linea in infinitum, id est quantuncunq; necessaria ad propositũ, scilicet ad declarandum proportiones & proportionalitates linearum. ad hoc autem sine dubio sufficit linea finita. Nam secundum eandem proportionem & proportionabilitatem diuiditur linea minor & linea maxima: ita quòd quæcunque proportio inuenitur inter lineã maximam & suam partem, eadem inuenitur inter lineam minorem

F

G

H

Aliqđ corpus põt nõ finiri ppria superficie.

Magnitudinẽ considerãt diuersimode Physicus & mathematic⁹.

minorem & suam partem, eò quòd quælibet linea, quā-tuncunq; parua, est diuisibilis in infinitum, vt patet in Sexto huius, & in Libro de Lineis Indiuisibilibus. & sic quæcunque proportio posset declarari in linea maiori, posset & in minori. sed propter doctrinæ facilitatem exē-plificatur aliquando protrahendo lineam maiorem, quasi in infinitum extensam. Aliter etiam videtur dicere Commen. Dicit enim, quòd additio mensuræ, qua vtitur Geometra, supple cum dicit, quòd ad omnem lineam etc. est de genere propositionum opinabilium, quę sunt fundamenta Geometræ absq; eo quod est extra animam. sicut ipse imaginatur, quòd punctus cum fluit vel mouetur facit lineam, & quòd, cum linea mouetur, facit superficiem: & quòd, cum superficies mouetur, facit corpus: & imaginatur, quòd figuræ habent positiones, & similiter videtur ponere dimensionem esse semper augmē-tabilem, non quòd extra animam semper est sic.

Dubitatio Et in his verbis Commentatoris est dubium non paruum. si enim fundamenta Geometræ sunt propositiones opinabiles, absque eo quod sint extra animam, videtur, quòd fundamenta ipsius Geometræ erunt propositiones falsæ.

Responsio. Fundamenta geometræ sunt duplicia & quędam falsa sunt. Forte potest dici, quòd fundamenta Geometræ sunt duplicia, scilicet. quædam secundum veritatem, & ista non sunt falsa, sed vera & necessaria. alia sunt secundum opinionem & famositatem, & ista bene sunt falsa, saltem secundum quòd primo aspectu sonant verba, licet forte secundum aliquam bonam expositionem possunt ad bonum intellectum reduci. Et sic se habet de isto fundamento, quòd ad omnem lineam est accipere maiorem: hoc enim, sicut primo aspectu videtur intelligi, falsum est: quia nec in re, nec in imaginatione vera est accipere maiorem lineam linea cœli, sed, si intelligitur secundum non repugnantiam, modo prius tacto, forte verum est. similiter autem & in alijs suo modo, de quibus ipse exē-plificat. Vel dicatur, quòd Commentator intelligit illa fundamenta, idest exemplares declarationes principiorum & fundamentorum geometricorum sunt propositiones opinabiles &c. & hoc non est inconueniens: quia de exemplo non quæritur verificatio, sed manifestatio, vt dicit Commen. in Secundo de Anima. & acceptum

Cōmē. 67. est ab Aristo. Primo Priorum. Est autem vnum fundamentum geometricum, quòd linea est longitudo sine latitudine: & quia hoc est difficile imaginari, eo quòd linea semper est cum aliqua superficie: ideo ponitur exemplum ad declarandum, vt si punctus moueatur localiter per sui motum causabit quandam extensionem in longum solum, & illa esset linea. Et similiter est intelligendum de alijs, quæ ipse dicit esse fundamenta Geometrę, & propositiones opinabiles absque eo quod est extra animam. Intendit enim fundamenta, idest exemplares propositiones, & declarationes, & manifestationes quorundam fundamentorum, idest principiorum occultorum aliqualiter & modicula declaratione indigentium, scilicet exemplari. quare &c.

Tex. c. 41. At vero neque numerus sic est sicut separatus & infinitus. numerabile enim numerus est, aut habens numerum. si ergo numerabile contingit numerare & transire, vtique possibile erit infinitum.

QVAESTIO XI.

An Infinita multitudo simpliciter reperiatur actu in natura.



Onsequenter quæritur. Vtrum aliqua multitudo sit simpliciter infinita. Arguitur quod sic. quia, si homines infiniti fuerunt in præterito, infinita sunt simul & secundum actum: sed infiniti homines fuerunt in præ-*A* terito: quare &c. Maior probatur: quia quilibet homo, qui fuit, habuit vnum intellectum numero distinctum ab intellectu alterius, vt communiter dicitur. intellectus enim, cum sit forma substantialis corporis humani, numeratur & multiplicatur secundum multitudinem corporum humanorum, & sic quilibet homo habet suum intellectum. si igitur homines fuerunt infiniti, cum intellectus cuiuslibet hominis, qui fuerit, remāserit post mortem ipsius: intellectua enim non corrumpitur in morte hominis, immo separatur ab alijs, sicut perpetuū à corruptibili, Secundo de Anima. sequitur, q; nunc simul sunt infiniti intellectus, & sic patet maior. & Minor patet, per Philosophum, qui vult, q; mundus est perpetuus, & per consequens generatio hominum est infinita à parte ante, & post. & sic infiniti homines præcesserunt, & infiniti sequentur. quare &c. Et posset ratio sic syllogizari, si placeret. Tot sunt intellectus humani principaliter & actu existentes, quot homines præcesserunt: hoc patet ex *B* dictis, q; a quilibet habuit suū intellectum, & intellectua perpetuus est à parte post, vt omnes concedunt. sed infiniti homines præcesserunt: quia mundus semper fuit, & perfectus: sed non potest esse perfectus sine omnibus suis speciebus, & præcipue sine specie perfectissima in istis inferioribus, quæ est homo: vnde necesse est, q; homo semper fuerit, & non potest esse nisi in suis suppositis. vnumquodq; autem suppositum hominis est corruptibile & generatum, & non potuit semper fuisse. vnde necesse est, quòd infiniti homines præcesserint: quare sequitur, quòd intellectus humani sunt actualiter infiniti. & sic est multitudo simpliciter infinita. Item, omnes species, quæ possunt esse in vniuerso, sunt actu in ipso vniuerso: aliter enim non esset simpliciter perfectum. sed infinitæ species numerorum possunt esse: quia continuū est diuisibile in infinitum, vt hic dicitur, & per diuisionem continui semper augetur numerus, vt etiam hic di-*C* citur. numerus autem maior differt secundum speciem à minori, & è conuerso, vt communiter conceditur. ergo possunt esse species numerorum infinitæ. Item, quantacunq; est multitudo in potentia tantam contingit esse actu: sed multitudo est infinita in potentia. quare &c. *Tex. c. 17.* Maior probatur. quia quanta est magnitudo in potentia, tantam contingit esse actu, vt dicit Aristot. in litera. ergo per simile, quantacunq; est multitudo &c. et minor apparet per Philosophum in litera. quare &c. Item, tot sunt potentiæ in prima materia, quot formas ipsa recipit in futurum: sed materia, quæ nunc est in futurum, recipiet formas infinitas: quare &c. Maior probatur, quia materia, quæ nunc est, habet potentiam ad quamlibet formam, quam recipiet in futurum. si enim non habet potentiam ad formam, quam recipiet in futurū, tunc non esset potens recipere illam. nihil enim est potens sine potentia, sicut nihil est album sine albedine. & sic mate-*D* ria non esset potens recipere formam, quam recipiet in futuro, & per consequens reciperet impossibile recipi: quod est absurdum. ergo materia habet nunc potentiam ad quamlibet formam quam recipiet in futurum, saltem potentiam remotam. & constat quòd potentia ad vnam formarum, quas recipiet, non est omnino eadem cum potentia ad alias, immo sunt diuersæ ad diuersas. verbi gratia, potentia materiæ ad formam, quam recipiet in primo anno, post istud nunc non est eadem simpliciter & omnino secundum rem, cum potentia ad formam, quam recipiet in millesimo anno. quia, si esset penitus eadem, tunc vna facta in actu & reducta ad actum, & alia esset statim ad actum reducta: quod est ridiculum. aduenien-te enim forma, quę recipietur in materia in anno duodecimo fit in actu potentia, quæ erat ad eā: & non fit in actu potentia, quæ erat ad formam recipiendam in millesimo anno. ergo istæ potentiæ sunt realiter ab inuicem diuersæ, & sic de omnibus alijs. ergo patet manifeste, quòd in materia, quæ nunc est, nunc principaliter sunt tot poten-

tiæ,

tiç quot formas ipse recipiet in futuro:& hçc erat maior, & minor est manifesta secundum Aristot.nam, cum generatio sit futura in infinitū secundum successionem, vt patet in Secundo de Generatione,& in qualibet generatione recipiet nouam formam, manifestum est, quòd in futuro recipiet formas infinitas successiue: quare videtur quòd iam sunt actu in materia potentiæ ad formas infinitas simpliciter,et sic est aliqua multitudo actu infinita. Et istæ rationes faciunt mihi dubitationem magnam.

Tex. c. 39. OPPOSITVM arguitur auctoritate Aristo. qui vult quòd nulla est multitudo actu & simpliciter infinita, & idem vult Commen. Et arguitur ratione probabili, quam etiam Aristot. inducit in litera pro probabili. nullum numerabile est simpliciter infinitum: hæc est manifesta: sed omnis numerus est numerabilis: hoc ipse supponit. quare, nullus numerus est infinitus: & tunc adiungendo, quòd omnis multitudo est numerus aliquis, aut numerus essentiarum, aut numerus indiuiduorum: ergo nulla multitudo est infinita.

CONCLVSIO.

Rerum Differentium secundum genus, siue speciem, seu indiuiduum, nulla est actu infinita multitudo: at rerum indiuidualiter differentium nullumq; inter se ordinem per se habentium, non inconuenit multitudinem infinitam inueniri.

Comen. 8. Multitudo est duplex. AD quæstionem est intelligendum, quod secundum Commen. in Primo huius, multitudo vel est rerū differentium secundum formam, & hæc est multitudo generum & specierum: vel est rerum differētium secundum quantitatem, & hæc est multitudo indiuiduorum corporalium & materialium. Et puto esse istam diuisionem intelligendam de illis rebus, quæ sunt distinctæ & diuersæ ab extrinseco principio diuersitatis vel differentiæ. Et præter istas duas multitudines videtur aliquibus esse alia multitudo, quæ est aliquorum, quæ nec per se secundum formas suas differunt, nec etiam differunt secundum quantitatem continuam, sicut duo accidentia eiusdem speciei existentia simul in vno subiecto secundum idem sui. vt intentio huius albedinis, & illius in vno & eodem puncto medij possunt esse eum per vnum punctum vel per vnam & eandem partem medij cōtingat ambas videri, & non sunt vna intentio numero & individualiter, & cum vna illarum remaneat altera corrupta: ablata enim vna albedine, remouetur intentio eius, quæ erat in medio, & remanet alia species, seu intentio albedinis remanentis, similiter autem & in multis similibus. Item duæ paternitates, & multæ dicuntur esse simul in vno subiecto, & non secundum diuersas eius partes quantitatiuas. & sic, cum talia accidentia non differant secundum formas suas per se, quia tunc differrent secundum speciem, nec differunt secundum quantitatem subiecti, vt manifestū est: videtur quòd præter illas duas multitudines quas ponit Commentator, est alia multitudo, quæ nec est rerum secundum formas differentiū, nec secundum quantitatem proprie. Sed illa est multitudo rerum differentium per extrinseca, scilicet per terminos respectuum, quantum ad relationes: vel per agentia conseruantia, quantum ad species intentionales obiectorū eiusdem speciei. Commētator autem locutus fuit ibide multitudine rerum, quæ distinguuntur ab intra, & quę sunt absolute ab agente conseruante proprio & propinquo, & à termino.

Hoc viso possumus dicere tria. Primo, quòd multitudo rerum differentium secundum formas, siue sit multitudo generum, siue specierum, non est simpliciter actu infinita. secundo, quod multitudo indiuiduorum distinctorū secundum magnitudines, vt Sor. & Plato non est actu infinita. Tertio, quòd multitudo aliquorum indiuiduorum, quæ non differunt secundum formam, nec secundū quantitatem, sed per terminos extrinsecos, est aliquo modo infinita. Primum probatur quadam ratione, quam

E tangit Alex. in libro de Sensu & Sensato. Si multitudo generum aut specierum esset simpliciter & actu infinita, sequeretur quod vnum infinitum esset maius alio infinito: quod repugnat veritati, & hoc relinquit Alexander pro impossibili. Et probatur consequentia. quia constat, quòd numerus specierum est maior numero generum, cum vnumquodque genus habeat multas species, & similiter numerus indiuiduorum, saltem in rebus materialibus est maior numero specierum, vt manifestū est cuilibet intelligenti. & sic, si numerus generum & specierum esset infinitus vnum infinitum esset maius alio infinito: quod videtur impossibile. Item, aliqui sic arguunt. In quibuscunq; entibus est primum, illa non sunt simpliciter infinita. Primum enim repugnat infinito, sicut & vltimum, vt manifestum est. sed in generibus est aliqd simpliciter primum, scilicet substantia, vt patet in Septimo Metaphysi. Et similiter inter species est vna prima, scilicet primum principium, quod est Deus, qui est omnium principium secundum dignitatem & nobilitatem, vt patet in Duodecimo Metaphy. quare &c. Et confirmatur: Tex. c. 4. F Tex. c. 18.
quia, cum semper duarum specierum vna sit simpliciter perfectior alia, si essent species infinitæ, tunc quacunque specie data, esset dare perfectiorem, & sic in infinitum. & sic nunquam deueniretur ad perfectissimam & nobilissimam, quod est absurdum. quare &c. Secūdum declaratur. Si esset infinita secundum actum multitudo indiuiduorum differentium secundum magnitudinem, tūc nō possent contineri in aliquo vno infinito: hoc est manifestum, quia semper illud, in quo plura talia cōtinentur, est maius quàm illud, in quo continentur pauciora. vt locus, in quo continentur plures homines, est maior illo, in quo continentur pauciores, dummodo essent homines sibiinuicem æquales. ergo illud, in quo infinita continentur, esset infinitum & non infinitum, non ergo omnia alia continerentur in vno illorum finito: sed hoc est falsum: quia omnia alia indiuidua continentur in primo orbe, qui dicitur vltima sphæra: & hoc suppono ad præsens, quia debet demonstrari in Primo Cœli & Mundi. quare &c. G

Tunc declaratur tertium & adducitur ad hoc ratio prius tacta, quæ etiam fuit tacta in Primo huius, quā ad præsens non valeo soluere sufficienter. Sed contra istā conclusionem tertiam est dubium difficile. Nā, si in qualibet portione materiæ sunt potentiæ differentes, & infinitæ simpliciter, sequitur quod vnum infinitum est maius alio infinito: quod videtur impossibile secundum Alex. vt arguebatur. & patet consequentia: quia constat quòd totum aggregatum ex numeris potentiarum existentiū in duabus partibus materiæ est maius quā sit numerus potentiarum existentium in vna sola parte materiæ: quare, cum numerus potentiarum existens in vnica sola parte materiæ sit simpliciter infinitus, vt tu ponis: sequitur, quod vnum infinitum sit maius. Præterea. Ratio Arist. videtur esse cōtra hoc: quia omne numerabile, est finitum, vt manifestum est: sed omnis numerus est numerabilis, & hæc propositio videtur necessaria secundum Cōmentatorē. Et confirmatur: quia numerus est multitudo mēsurata vno, i. omne mensuratum est finitum: quare &c. maior patet ex Decimo Metaphy. & minor est euidens. Dubitatio prima. Dubitatio secunda. H

Ad primum diceret aliquis, quòd vnum infinitum nō est maius alio in illis, quorum vnum per se habet ordinē ad aliud: sicut genus & species habent per se ordinem, & species & indiuiduum: sed in illis, quæ nullum per se ordinem habent, nullum est malum, quòd vnum illorum infinitorum, scilicet discretorum, sit maius alio. sic autē est in proposito. Nam potentiæ istæ partium materiæ diuersarum nullum habent per se ordinem, ideo &c. Aliquis aliter diceret, quòd in duabus partibus materiæ nō est maior numerus potentiarum quàm in vna sola, nec numerus potentiarum duarum partium materiæ est totum proprie ad numerum potentiarum existentium in vna sola parte, sicut reuolutiones infinitæ, quæ erunt in duobus

duobus orbibus cœlestibus non erunt plures, quàm reuolutiones vnius solius orbis. Hæc autem, quæ de ista tertia conclusione dicta sunt, recipiant diligentes inquisitores per modum exercitationis & inquisitionis magis quàm determinationis. Ad alia duo dicendum, quòd omnis numerus indiuiduorum differentium secundum magnitudinem est mensurabilis & numerabilis & pertransibilis vno, quantum est ex natura rei, licet forte sit nobis immensuratus & ignotus. sed numerus indiuiduorum, quæ non sunt distincta secundum quantitatem, nec subsistētia, sed inhærentia vni & eidem subiecto numero potest esse non numerabilis nec mensurabilis proprie & simpliciter. & sic intellexit Arist. & Commen.

Rōsiones.

AD primam rationem diceretur, secundum fidem, quòd nec mundus fuit ab æterno, nec homo, sed habuerūt initium durationis: & ideo non valet ratio. Sed secundū Aristot. ponentem mundum perpetuum, & eius species,

Intellꝰ ē vnꝰ ī oibus hominibus.

Dicendum est, vt puto, quòd ratio accipit vnum falsum, scilicet quòd intellectus sit multiplicatus numerabiliter in diuersis corporibus humanis, immo ipse est vnus numero, quo omnes homines intelligunt. Hoc autem declarandum est in Tertio de Anima, sed non hic. Et, cum dicitur, quòd intellectus est forma substantialis corporis, dicendum, quòd nón est forma dans esse corpori, sicut figura ceræ, sic enim corrumperetur ad corruptionem cōpositi, sed est forma dans operari, inquantum totum aggregatum ex ipsa & homine intelligit ratione partis. vnde actus non dicitur vniuoce de anima vegetatiua & sensitiua & intellectiua, sed secundom aliam, & aliam rationem. Ad aliam dico, quòd vera est maior de speciebus pertinentibus ad perfectionem vniuersi, & non de alijs: modo, species numerorum non pertinent ad perfectionem vniuersi necessario, ideo non est necesse, quòd omnes sint simul actu: quia successiue possunt esse.

Intellꝰ nō ē forma dās eē corpori.

Sed mihi videtur, quòd hoc est multum dubium: quia certum est, quòd numerus, qui est species quātitatis, pertinet ad perfectionem uniuersi necessario, & numerus nō potest esse sine dualitate, vt manifestum est. sic ergo dualitas necessaria est ad perfectionem vniuersi: sed dualitas est species minus perfecta omnibus alijs, vt conceditur: ergo multo fortius ad perfectionem vniuersi pertinent omnes aliæ species numerorum, si species habeat, & sic idem quod prius. Et propter istam rationem, cū quadam alia, quam reputo demonstratiuam, si vera sunt illa fundamenta, quæ communiter concedi solent de numero & de vnitate, posui alias, quòd numeri indiuiduorum per se non differunt secundum speciem, immo sunt vnius & eiusdem speciei specialissimæ in genere quantitatis, & respondi ad quasdam obiectiones, quę sunt contra istam conclusionem, propter quod illam quęstionem inquirat, cui curæ fuerit. Ad aliam concederēt ad presens, quòd infinita est multitudo potentiarum, quas habet materia ad formas recipiendas in futuro: sed istæ potentiæ non sunt indiuidua diuersa secundum quantitates continuas, immo sunt in vno corpore subiectiue. Et forte Aristoteles non negauit multitudinem indiuiduorum infinitam, nisi illam multitudinem, quæ consequitur diuisionem continui, & est multitudo indiuiduorum corporalium magnitudines diuersas habentium: ideo non valet.

Numerorū spēs ptinēt ad pfectionē vniuersi.

Tex. c. 78.

Ar. n. & in tpe manifestū est infinitum, et in hoibus, & in diuisione magnitudinum. oino. n. sic est infinitū in semp aliud & aliud accipiēdo, & acceptum quidem semper finitum esse &c.

QVAESTIO XII.

An Magnitudo in infinitum diuisibilis sit.



Onsequenter quæritur. Vtrum magnitudo sit diuisibilis in infinitum. Arguitur primo quòd non, quia si sic, oporteret ipsam aliquando esse diuisam in infinitum, cum omnis potentia debeat reduci ad actum, nisi sit ociosa: inconueniens autem est potentiam omnino esse frustra, vt habetur ex primo Cœli & Mundi. quare &c. sed consequens est inconueniens, quòd magnitudo sit aliquando actu diuisa in infinitum, quia sic esset multitudo actu infinita indiuiduorum diuisorum secundum quantitates, quod est impossibile. Item, si sic, tunc totum esset æquale parti, & econuerso: quod est impossibile, & contra dignitatem illam, quæ est, quòd omne totum est maius sua parte. probatio consequentiæ. Quia æqualia sunt illa, quæ habent æquales diuisiones: modo, pars magnitudinis, cum sit magnitudo, erit diuisibilis in infinitum, sicut & tota magnitudo: & sic habebit æquales diuisiones pars & totum, cum vnum infinitum non sit maius alio. quare &c. Itē, si magnitudo esset diuisibilis in infinitū, tunc in magnitudine finita esset potentia infinita: quod est impossibile, quod patet ex Octauo huius. & probatur consequentia. Quia esse diuisibile est habere potentiam ad diuisionem, vt manifestum est vnicuique: & similiter esse diuisibile in infinitum est habere potentiam ad diuisionem infinitam. potentia autem ad diuisionem infinitam est infinita, vt manifestum est: ergo, cum omnis magnitudo sit finita, vt probatum est prius: sequitur, quòd in finita magnitudine erit virtus infinita, vel potentia infinita: quod est absurdum. Item, illud, quod nunquam est, nec fuit, nec erit, est, impossibile, sicut necessarium est quod semper est fuit, & erit. Sed continuum nunquam fuit diuisum in infinitum, nec est, nec erit, vt conceditur. ergo ipsum esse diuisum in infinitum est impossibile. ad impossibile autem nulla est potentia, vt manifestum est: ergo nulla est potentia in magnitudine ad diuisum esse in infinitum, & per consequens magnitudo non est diuisibilis in infinitum.

Tex. c. 12.

Cōm. c. 80

OPPOSITVM arguitur auctoritate Aristo. in isto capitulo, & in. 6. huius, & auctoritate Commentatoris, & omnium expositorum.

Tex. c. 37. Tex. c. 1.

CONCLVSIO.

Magnitudo est diuisibilis in infinitum secundum successionē diuersarum partium.

AD quæstionem dico breuiter, quod magnitudo est diuisibilis in infinitum: quia quod est diuisibile in semper diuisibilia est diuisibile in infinitum, quia in tali semper remaneret aliquid diuidendum. sed magnitudo est diuisibilis in semper diuisibilia, quia aut est diuisibilis in semper diuisibilia, aut in indiuisibilia simpliciter: sed non est dicendum quòd sit diuisibilis in indiuisibilia: quia vnumquodque est compositum ex illis, in quæ est diuisibile, vt dicitur in Primo huius, & est notum per se. sed magnitudo non est composita ex indiuisibilibus, tanquam ex partibus quantitatiuis: quia vnum indiuisibile additum alteri non constituit aliquid maius, vt manifestum est cuilibet intelligenti, & declaratur supra Primum de Generatione, & in Sexto huius, & in libello de Lineis indiuisibilibus. In istis etiam locis ostenditur multipliciter, quòd nullum continuum est compositum ex indiuisibilibus compositione quantitatiua: & hoc ad præsens suppono. quare relinquitur, quòd magnitudo non est diuisibilis in aliqua indiuisibilia, immo in diuisibilia, & sic est diuisibilis in infinitum.

Tex. c. 2.

Et circa hoc considerandum est quòd magnitudinē esse diuisibilem in infinitum realiter non est aliud quàm magnitudinem habere potentiam ad diuisionem infinitam, ita quòd diuisio infinita est quidam actus, ad cuius receptionem ipsa magnitudo habet potentiam receptiuam, vel saltem substantia magnitudini subiecta habet huiusmodi potentiam per ipsam magnitudinem. Duplex autem est actus quantum ad propositum spectat.

Quidam est actus permanens, & quidam successiuus. actus quidem successiuus est ille, qui non habet suas partes simul existentes, sed sibiinuicem succedentes, vt dies nõ habet omnes suas partes simul, s. mane & meridiem, & huiusmodi: immo istæ partes subinuicem succedunt, ita q vna parte existente, est in potentia ad aliam: & illa alia aduenente, adhuc est potentia ad aliam. Et similiter exemplificat Philosophus de agone, i. de ludo, qui celebratur in monte Olympi: illius enim ludi agonistici partes non erant simul omnes, sed sibiinuicem succedebant, & hoc est videre in omni motu vero & continuo. Et talis actus dicitur actus imperfectus, & actus permistus potentiæ, & actus in fieri. Actus autem permanens est ille, qui non habet partes succedentes, sed aut nullas habet partes, sicut vnitas & punctus, aut partes habet simul existẽtes, ut albedo, nigredo, et forma Socratis et statuę. & huiusmodi formæ habent esse fixum in subiecto: & talis actus dicitur actus perfectus & in facto esse consistẽs & non permistus potentiæ ad aliam partem generandã.

F

Magnitudo hз potẽtiã ad diuisionẽ infinitam.

Modo, cum dicimus, q magnitudo habet potentiam ad diuisionem infinitam, non est intelligendum q huiusmodi diuisio sit actus permanens, qui aliquando sit totus simul secundum omnes suas partes: hoc enim est impossibile, sicut probant quædam rationes præinductæ. sed illa diuisio est actus imperfectus & successiuus, cuius vna pars alteri succedit, & vna diuisione existente in magnitudine, adhuc est in potentia ad aliam, et sic semper in infinitum. & hæc est doctrina Aristote. in isto capitulo, vt manifestum est inspicienti literam. vnde diffinitur infinitum, quod est illud, cuius secundum quantitatem accipiẽtibus, semper est aliquid accipere extra. Et est vlterius diligenter considerandum, quòd principalis causa intrinseca, quare magnitudo est diuisibilis in infinitum est ista, quia sicut ipsa magnitudo principaliter consequitur naturam materiæ, ut patet ex. 7. Meta. & Commentator tangit in de Substantia Orbis, & sic potentia magnitudinis ad diuisionem quodammodo principaliter consequitur ipsam materiam & originaliter. vnde, cum ipsa materia de se non sit quid finitum, nec determinatum aliquo termino, sed potentia ad omnes actus, ideo ipsa potentia magnitudinis ad diuisionem recipiendam est infinita & indeterminata. Et hoc forte sensit Commentator, cum dixit, quòd diminutio est ire ad nihil, cuius causa est materia: sed additio est ire ad esse, cuius causa est forma: infinitas autem inuenitur per materiã, sicut finitas per formã.

Tex. c. 3.

G

Comen. 59

Rñsiones.

AD primam rationem patet ex dictis: non enim ponimus quòd magnitudo habet potentiam ad diuisionem infinitam, sicut ad actum perfectum, scilicet sicut ad actum totum simul existentem, sed sicut ad actum successiuum & permistum potentiæ, & ideo non sequitur, quòd magnitudo quandoque sit actu diuisa in infinitum. Diuisa dico, diuisione simul existente, sed bene diuiditur in infinitum secundum successionem diuisionum.

Ad aliud nego consequentiam. Et ad probationem dico, quòd illa, quæ habent diuisiones æquales numero, & in partes æqualis magnitudinis, sunt æqualia secundum magnitudinem: sed non oportet illa esse æqualia, que habent diuisiones æquales numero in partes magnitudinis inæqualis, nunc, tota magnitudo & pars eius bene habent diuisiones æquales numero, scilicet infinitas diuisiones in potentia, & in actu successiuo, sed non in partes æqualis magnitudinis. magnitudo enim decem pedum non potest diuidi in tantas partes, sicut magnitudo 12. pedum & sic de cæteris.

H

Ad aliam dico, quòd in magnitudine finita nõ potest esse virtus vel potentia infinita actiua, vt patet ex. 8. huius, sed potentia passiua infinita bene potest esse in magnitudine finita, vt patet in cœlo, quod est magnitudinis finitæ, & tamen habet potentiam infinitam receptiuam motus, vt patet in. 8. huius. modo, potentia magnitudinis ad diuisionem est potẽtia passiua, quare &c. Item, potest dici, quòd in magnitudine finita non est potentia infinita secundum extensionem, sed infinita secundum multitudinem potest. vnde dico, quòd magnitudo habet potentiam ad diuisionem: potẽtiam dico in infinitũ multiplicata, sicut & diuisiones, quas recipiet in futuro erũt infinitæ. Ad aliam patet ex dictis. magnitudinẽ enim esse diuisam in infinitum diuisione simul existente tota, nunquam est nec fuit nec erit, sed ipsam diuidi in infinitum successiue bene est, fuit, & erit. hoc autem modo habet ipsa potentiam ad diuisionem infinitam. quare non valet ratio.

E

Quòd autem secũdum appositionem idem quodammodo est ei, quod est secundum diuisionem. infinitum enim secundum appositionem fit è contrario &c. Tex. c. 41.

QVAESTIO XIII.

F

An quãtancunq; magnitudinem per appositionem contingat excellere.



COnsequenter quæritur, Vtrum per appositionem contingat excellere quantamcunq; magnitudinem. Arguitur primo quòd sic. quia per appositionem contingit excellere quantancunque multitudinem, secundum Philosophum in litera: ergo per appositionem contingit excellere quantancunque magnitudinem per cõuenientem similitudinem. Item, sicut se habet diuisio ad minorationem & diminutionem, sic oppositio ad augmentationem & maioritatem, per similitudinem conuenientem: sed per diuisionem contingit excellere omnẽ paruitatem, & fieri minus, vt manifestum est: & docet Aristot. in litera ergo &c. Item, principia mathematicorum sunt uera & necessaria: sed vnum principiorum mathematicorum est, quòd ad omnem lineam est accipere maiorem. quod non esset, nisi per appositionem contingeret &c. Minorem ponit Commentator in Commẽto, vt prius allegabatur.

G

OPPOSITVM vult Aristo. in litera, vult enim, quòd per appositionem non contingit &c.

CONCLVSIO.

Quancunque paruitatem per diuisionem, omnemque multitudinem finitam ac determinatam excellere contingit, datam vero magnitudinem per diuisionem excellere, impossibile est.

H

AD quæstionem intelligendum, quòd, cum aliqua magnitudo diuiditur, illud idem, quod per diuisionem accipitur, potest apponi vel addi alteri magnitudi in pexistenti: & sicut proceditur successiue in diuisione magnitudinis, nec est peruenire ad aliquam vltimam diuisionem, post quam non possit esse alia diuisio, sic potest fieri appositio successiue in infinitũ ad altã magnitudinem: immo proprie loquendo alter nõ fit appositio ad magnitudinem aliquam, nisi illud quod apponitur accipiatur per diuisionem aliquam à magnitudine præiacente. bene tamen contingit ex minori quanto fieri maius quantum sine appositione magnitudinis præexistentis actu, scilicet per extractionem magnitudinis ex potentia ad actum, vt contingit in rarefactione, cum ex aqua generatur ignis: sed non est ibi proprie appositio, sed magis generatio magnitudinis. Vlterius considerãdum est, q, cum aliqua magnitudo diuiditur, & apponitur alteri magnitudini, nunquã per appositionẽ talem fit maior quantitas quantitatiue aggregata ex magnitudinibus

Appõ fit p acceptionẽ diuisorum.

tudinibus illis, quarum vna diuiditur & alteri apponitur. vt gratia exempli, si sint duæ lineæ, quarum vtraque sit .10. pedũ, si vna diuidat & alteri apponat, nunq̃ excellit magnitudo .20. pedum, imo sine dubio nunq̃ per talẽ appõnẽ constituet magnitudo .20. pedũ: quia semp remanet aliquid diuidendũ, i. aliqd apponendũ: dũmodo solũ apponatur id, quod per diuisionem accipitur.

Tũc dico ad qõnẽ tria. Primo dico, q̃ p diuisionẽ cõtingit excellere q̃tãcũq; paruitatem. secũdo dico, q̃ p appõnẽ cõtingit excedere oẽm multitudinẽ p̃exñtẽ finitam & determinatã: tertio, q̃ p appõnẽ quantitatis nõ cõtingit &c. Primũ pbat, qa oĩs pars est minor suo toto: sed semp acceptũ p diuisionẽ ab aliqua magnitudine ẽ pars totius magnitudinis p̃exñtis, vt manifestũ ẽ: ergo semp illud acceptũ est minus illa magnitudine tota, q̃ p̃existebat. Sed posset sic argui. illius paruitatẽ cõtingit excellere p diuisionẽ, cuius partẽ contingit accipere p diuisionẽ: hoc est euidẽs, quia semp pars est minor suo toto. sed oĩs magnitudinis cõtingit accipere partẽ p diuisionẽ, cũ magnitudo sit diuisibilis in infinitũ, vt pbatũ est prius. *(Dubitatio)*

Scd'm pbat. qa oẽ totũ excellit suã partẽ & est maius: sed p appõnẽ vnitatis ad q̃tãcũq; multitudinẽ p̃eñtẽ fit aliqua multitudo, q̃ ẽ totũ respcũ multitudinis p̃exñtis. quare &c. Et põt sic compõi syllus. Per illud põt excelli q̃cunq; multitudo determinata p̃exñs, p qd' q̃libet multitudo p̃exñs fit pars alterius multitudinis constitutæ, hoc est euidens, qa semp pars oĩs excellit̃ à toto. sed per appõnẽ ad q̃cunq; multitudinẽ prexñtem ipsa multitudo prexñs fit pars multitudinis constitutæ, vt numerus partiũ ligni sit nunc .10. & vnũ lignũ diuidat, tunc addit vnitas, & fiet vndecim, qd' est totũ qd'dã ad decẽ: silr aũt & in aliĩs. vnde, cũ magnitudo sit diuisibilis i infinitũ, & per q̃libet diuisionẽ addat vnitas vel vnitates ad numerum præexñtẽ, manifestũ est, q̃ per appõnẽ cõtingit excellere q̃tãcunq; multitudinẽ. Sed vtrũ per diuisionẽ cuiuslibet magnitudinis addatur vnitas solũ vel vnitates duæ, necessario bonũ est inquirere. verbi grã, ponamus, q̃ vnũ lignum nũc sit diuisum in duas partes, & vlterius vna illarũ diuidatur in duas partes, non dicemus q̃ sint nisi tria ligna. Quæro igitur, vtrũ in vtroq; illorũ lignorum, q̃ distincta sunt per diuisionẽ, causata sit vnitas, vel solũ in vnoquoq; illorũ vel nullo. si in vtroq;, ergo generatæ sunt duæ vnitates, & prius erãt duę, & sic erũt quatuor ligna, qd' est falsum. si i vno solũ cãta sit vnitas, hoc est fictitiũ, qa nõ est rõ, quare in vno magis q̃ in alio, vt manifestũ est cuilibet intelligenti: sed in nullo illorũ facta est vnitas. ergo nõ sunt nisi duo, ut p̃us, qd' est cõtra sensum. Diceret ad hoc, q̃ in vtroq; diuisorũ facta ẽ vnitas. Et cũ dicis. ergo, cũ duę vnitates p̃exñt &c. Dico, q̃ duę vnitates bene p̃existebant, sed per diuisionẽ vna illarum corrũpitur, s. vnitas q̃ p̃existebat i illa parte, q̃ diuiditur, & duæ generantur. sed mirũ est, q̃uo vna & eadem actio corrũpit vnitatẽ, & generat vnitatẽ, s. illa diuisio. Inquire de hoc veritatẽ, nolo plus dicere ad præsens. *(Solutio.)* Tertium declaratur: qa pars non põt excellere suũ totum: hoc est euidens. sed illud, qd' constituitur per appõnẽ ad magnitudinẽ, est pars respectu totius aggregati ex magnitudine, q̃ diuiditur, & magnitudine cui apponitur: dummõ illud qd' additur sit sumptũ per diuisionẽ ex magnitudine p̃exñte. Et si vna tota magnitudo p̃exñs addatur alteri toti magnitudini, tũc nõ excedetur magnitudo aggregata ex ambabus. vt, si linea .10. pedũ addatur lineæ .10. pedũ non excedetur linea .20. pedũ, & sic in oĩbus aliĩs. quare &c. Et probatur idẽ rõne Arist. in lr̃a. si per appõnem contingeret excedere q̃tamcunq; magnitudinem determinatã, tunc contingeret excellere magnitudinem cœli, & hoc est euidẽs. Et sic posset esse magnitudo maior magnitudine cœli, & hoc est q̃ dicit Aristo. esset. n. aliquid cœlo maius. sed si esset magnitudo maior cœlo, necesse esset eã esse extra cœlũ: hoc ẽt est manifestum. Illa igitur magnitudo vel esset finita vel infinita: si infinita, hoc est *(Tex. c. 69.)* impossibile, vt prius patuit: si finita, hoc non põt stare. quia aut esset terminata termino corporis cœlestis, aut termino naturæ elementaris, aut termino alicuius misti. non primo modo: quia sic extra cœlum esset natura cœlestis, qd' est impossibile: nec secundo modo, quia extra cœlum non põt esse aliqua natura elementaris, vt demõstratum est in primo Cœli & Mundi. similiter nec tertio mõ, qa ĩpoſſe est esse aliqd mixtũ extra cœlũ, quare &c. *(Tex. c. 59.)*

Item arguit Arist. in lr̃a. q̃tãcunq; contingit esse magnitudinem in potentia, tantã cõtingit esse actu. licet nõ sit ita de multitudine, vt dicit: si igitur in infinitũ põt augeri magnitudo per appõnẽ, & fieri maior quacunq; magnitudine: sequitur q̃ actu põt esse magnitudo infinita, qd' est impossibile. *(Tex. c. 69.)* Sed quæritur, quare q̃tacunq; est magnitudo in potentia tanta est magnitudo actu, & non est sic de numero. *(Quæstio.)* Rñdet Cõmentator & multum obscure: tñ forte vult dicere, q̃ causa huius est: quia potẽtia ad magnitudinẽ infinitam si esset, esset potentia ad aliquid vnum indiuiduũ totum simul exñs: & ideo oporteret q̃ aliqñ simul esset infinita magnitudo, sed potentia ad numerum infinitũ non est ad aliquid vnum indiuiduũ totũ simul exñs, sed successiue, sicut & diuisio magnitudinis ẽ infinita successiue procedendo. *(Responsio Cõm. c. 69)* Vel forte intelligit Commentator, q̃ causa illius diuersitatis est, quia cum magnitudo sit vna q̃titas continua, potentia ad additionem, q̃ est in ipso, est vna potentia: & si est potentia ad additionem infinitã, illa erit q̃nq; actu simul vel esset frustra, vt dicit: sed numerus non est vnum cõtinuũ: & ideo in ipso non est vna potentia ad additionem, sed plures potentię, quæ non sunt partes vnius possibilitatis determinatę & ideo non oportet q̃ sit simul actu infinitus numerus, per appositionem infinitam.

AD primũ argumentum patet ex dictis. Nõ. n. est simile de appõoe ad magnitudinem & ad multitudinem: quia illud, q̃ constituitur per appõnem ad multitudinem p̃cedẽtem, est quoddã totum respectu totius multitudinis p̃cedentis. sed illud, qd' constituitur per appõnẽ ad magnitudinem p̃cedentem &c. est pars magnitudinis totius p̃exñtis, vt manifestum est cuilibet intelligenti, & ex dictis. *(Rñsiones.)* Ad aliud dico, q̃ non est oĩno simile. bene simile est in hoc, q̃ sicut relictum per diuisionẽ est minus eo qd' præexistebat, sic constitutum per appõnẽ est maius eo, cui fit additio, sed dissimile est in hoc, quia sicut dicit Commen. additio ad magnitudinem est ex forma, diuisio vero ex materia. Et, quia materia est infinita, i. non finita de se, & forma est finita, ideo &c. Quod aũt additio ad magnitudinem sit forma, sic põt ĩtelligi. nam q̃ vna species requirat maiorem magnitudinem q̃ alia, vt q̃ ignis requirat maiorem q̃titatem q̃ aer, et sic de aliĩs, hoc prouenit principaliter ex forma naturali & non ex materia, quę de se est indifferens ad q̃cunq; magnitudinem. *(Additio ad magnitudinẽ fit ex forma.)* Item, illud qd' in diuisione accipitur, semper est pars respectu totius aggregati ex ipso & magnitudine remanente: ideo est minus illo. sed in appositione illud constitutum per appositionem nõ est totum respectu totius aggregati ex ipsa & magnitudine præexistente, à qua accipitur per diuisionem illud quod apponitur alteri.

Ad aliud prius dictum fuit, quomodo intelligendum est illud dictum Commentatoris, non quod in ipsa magnitudine vel in substantia magnitudinis substantia sit potentia ad additionem transcendendo omnem magnitudinem determinatam, & quacunque linea data sit potentia in materia ad maiorem recipiendam. nec sic supponit Geometra, quia in nullo est necessarium, nec vtile, nec est verum in se. Sed forte sic intelligitur, quod magnitudini, vnde magnitudo est per se & principaliter, non repugnat quod quacunq; linea data sit accipere & esse maiorem, sed hoc repugnat ratione formæ naturalis.

Quæstionum Ioannis de Landuno super Tertium librum de Physico Auditu Finis.

QVAESTIONES LIBRI QVARTI DE PHYSICO AVDITV.



Tex.c.1. Imiliter autem est necesse de loco sicut de infinito cognoscere, si est, aut non est: quomodo est, quid est: ea nanque, quæ sunt, omnes opinantur alicubi esse, quæ vero non sunt, nusquam esse &c.

QVAESTIO I.

An Omnia entia Sint in Loco.



Onsequenter quæritur circa capitulum de loco, primo, Vtrum oīa entia sint in loco. Arguitur primo qđ sic. Oīa entia aut sunt corporalia, aut incorporalia: hæc satis cōceditur ab oībus Modernis Philosophantibus, & patet ex Octauo huius. & Cōmē. (Tex. c. 79. Comē. 4.) dicit in Quarto Meta. quod inter esse materiale, & esse abstractum nō est mediū. & hoc dicit esse per se notum sub his verbis, & notum est per se, q̄ nulla natura est media īter esse materiale et abstractū. Et cōstat, q̄ esse materiale est esse corporeū et ē cōuerso, & esse abstractū est esse incorporeū & ē conuerso. sed oīa (Tex. c. 110) entia corporea sunt in loco, vt vult Arist. & omnes alīj. (Tex. c. 22.) Et iterum entia incorporalia sunt in loco, probatio: quia dicit Aristo. in Primo Cœli & Mundi, loquens de Cœlo, quòd omnes tam Græci q̄ Barbari attribuunt hūc locum dījs, dīj aūt sunt īcorporalia entia. Itē, in eodem Primo dicit Aristoteles, q̄ extra cœlum non est locus, neq; vacuum, neq; tempus: sed ibi scilicet extra cœlū sunt en- (T. cō. 99.) tia impassibilia & inalterabilia &c. extra autem dicit differentiā loci: ergo talia entia sunt in differentia loci: quare sunt in loco. Itē, oē singulare est ī loco, quia singulare est hic & nunc, vt cōiter dicitur. Sed oē ens est singulare, quod patet p̄ Philosophum. Septimo Meta. vbi vult q̄ vl'ia non subsistūt: vt ponebat Plato: & Boetius in de Vnitate & Vno dicit, quod omne quod est: ideo ē quia vnū numero est. Vnum aūt numero est singulare vt oēs (Tex. c. 21.) concedunt. quare &c. Præterea arguitur ratione antiquorum: nullum non ens est in loco: non enim est tragelaphus: aut phygais: aut phylais, ergo omne ens est in loco. quare &c.

OPPOSITVM vult Arist. & Commentator.

CONCLVSIO.

Corporalia tantum & sensibilia in loco proprio sunt, at incorporalia & abstracta entia in eo per translationem esse dicuntur.

INtelligendum est, q̄ oportet in vniuerso aliqua entia esse immobilia oīo, & p̄ consequens incorporalia, & sine magnitudine: & hoc demōstrabitur in Octauo. & ad p̄ns supponatur. Tunc dico, q̄ nō oīa entia sunt in loco: quia oē, qđ est in loco proprie, est corporeū vel corpus. oā esse p̄prie in loco est cōtineri à loco & circunscribi ipso. & solū corpus est cōtētibile, & circunscriptum loco: sed non oīa entia sunt corp̄a, nec corp̄alia, vt suppositū est. quare &c. Itē, oē quod est in loco proprie est mobile s̄m locū, vt vult Arist. sed nō oīa entia sunt mobilia s̄m locum, vt demonstratur in Octauo huius: quare &c.

Sed est intelligēdū, q̄ licet entia separata nō sint proprie in loco, sic, q̄ circūscribant & cōtineant loco determina- (Tex. c. 86. Entia separata sunt in loco improprie.) to & includant, vel etiā circunstent & circundent aliquē locū, tn̄ s̄m quandā transumptionē & improprie sunt in loco: quia. s. mouent aliqua mobilia determinata & eis sunt approp̄ata, ita q̄ vnūquodq; ipsorū mouet tale mo-

E bile determinate & īmediate & tāta velocitate, & nō moueret maius, nec minus, nec maiori velocitate, nec minori, & sic ē ī ipso suo mobili s̄m approp̄atione mouēdi. & ad istā ītētionē dr̄ eē ī cælo, nō qa īcludat ī eo nec circūscribant: & hoc ē qđ dr̄ ī alijs verbis, q̄ motor sep̄atus ē ī cœlo non s̄m suam subāam, sed s̄m operationē suam, quæ est motus eius quem agit. Iste. n. maxime apparet in ipso cœlo: et p̄p hoc motor primus, qui ē Deus, dr̄ esse in maximo circulo primi orbis, eò q̄ per motum illius, cum sit velocissimus, maxime apparet virtus ipsius motoris primi, vt habet videri in. 2. cœli & mun. &. 8. huius.

AD primū argumētū dico q̄, cū Arist. dixit extra cœlū eē entia abstracta accipit ibi extra p̄uatiue nō positiue, & ītelligit, p̄ tāto ea eē extra cœlū, qa nō īcludunt nec cōtinēt ī cælo, nec circūscribūt ab ipso, sicut habet videri ibi. (Tex. c. 21. Physic. 41. Rōnes.) Ad aliud dico q̄ maior ē nota de singulari sensibili. Oē. n. tale vel ē corpus vel virtus ī corp̄e: & id ē in loco: sed de singulari ī sensibili nō ē vera. Multa aūt singu- F lariū sunt īsensibilia. s. illa q̄ sūt sep̄ata à materia et magnitudine, quorū eē ē declaratū ī philosophia naturali, vt dicit Cōmē. l. 1. huius. (Comē. 15.) Ad aliud dico q̄ ē sophisma cōsequētis, à p̄one cōseq̄ntis: bn̄. n. seq̄ q̄, si aliqd ē ī loco, q̄ ipm sit ens: nō ens. n. nō ē ī loco: sed nō seq̄ p̄p hoc si aliqd ē ens, ergo ē ī loco: qa ī plus ē ens q̄ ens ī loco: & sic ē fallacia cōsequētis: & p̄ tales fallacias multi antiquorum philosophantium fuerunt decepti propter ignorantiam Logicę & præcipue ex ignorantia illius partis, q̄ docet euitare sophisticas importunitates: et est illa, quā tradit Aristo. in lib. Elenchorum. quare &c.

Amplius autem loci mutationes physicorū corporū & simpliciū, vt ignis terræ, & taliū nō (Tex. c. 4.) solum ostendunt q̄ aliquid sit locus, sed quia & habet quandam potentiam, locus: fertur enim vnumquodq; in suum locum non prohi- G bitum &c.

QVAESTIO II.

An In loco sit virtus conseruatiua locati.



Onsequēter q̄rit. Vtrū in loco sit virtus cōseruatiua locati. Arguit q̄ nō. quia illud, qđ corrūpit aliqd nō habet virtutē cōseruatiuā eius, cū cōseruare aliqd et corrūpere ipsum sint opposita. sed locus corrūpit ipm locatū, vt manifestū est: qa locus, q̄ est locus aeris, pōt corrūpere aerē, & ex eo generare ignē. Et vīr, vnūqđq; elēm̄ est generabile ex quolibet īmediate, vt capit. 2. de generatiōe. generatio aūt vnius nō ē sine corruptiōe alterius, vt dr̄ in. 1. de Generatiōe. quare &c. Et cōfirmat: qa si (Tex. c. 24. Tex. c. 10.) locus hēret virtutē cōseruatiuā locati, tūc locatū ī suo loco nunq̄ corrūperet: hæc vr̄ manifesta. nihil. n. corrūpit p̄nte suo cōseruāte, sed magis cōseruat. cōsequēs aūt fal- H sum est, vt patet ad sensum de aīalibus & plātis, q̄ moriūtur in suis locis naturalibus. quare &c. Itē in indiuisibili nō est virtus cōseruatiua: qa illud, in quo est virtus, est quale. s. virtuosum: indiuisibile aūt nō pōt esse quale, Primo huius. sed locus est īdiuisibilis: est. n. terminus, vt patet in isto. 4. terminus aūt est īdiuisibilis, vt manifestū ē p̄ se. quare &c. (Tex. c. 18. Tex. c. 41.) Itē, īcorruptibile nō īdiget aliqua virtute cōseruāte, vt manifestū vr̄: sed aliqua locata sunt incorruptibilia, vt orbes cęlestes, quorū vnus ē locus alterius: ergo nō indigēt aliquo cōseruāte, & per consequens in locis eorum non est virtus conseruatiua ipsorum.

OPPOSITVM vult Aristoteles in litera, & omnes communiter concedunt.

CONCLVSIO.

In Naturali loco est virtus locati conseruatiua.

AD quæstionem, Dicendum, quòd in loco naturali est virtus conseruatiua locati, quod dupliciter apparet. Primo modo ex parte motus naturalis

locati

locati ad suum locum. videmus enim sensibiliter, quòd quodlibet locatū, cum est extra suum locum, & non prohibetur omnino ab aliquo detinente, mouet seipsum ad suum locum, vt manifestū est de graui & leui inanimatis: hoc autem non videretur nisi locus haberet virtutem cōseruatiuam ipsius locati. quare &c. Item hoc patet ex parte generationis corporum naturalium. Videmus enim aliqua corpora naturalia generari in aliquo loco, & in eo nutriri, & proficere ad augmentum: & in alio loco non generantur, sicut manifestum est in multis animalibus, & in multis plantis, quæ sic generantur in vno loco, quòd nūquam in quodam alio: & hoc sine dubio non cōtingeret, nisi locus haberet virtutem conseruatiuam ipsius locati. quare &c.

Ed est considerandum, quòd elementa habent diuersas virtutes: quasdam enim habent virtutes sibi inuicem contrarias, ut calidum, frigidum, humidum, & siccum: et ratione istarum, unum non est locus alterius. alias autem habent virtutes eis infusas ab ipso cœlo, prout sunt in tali & tali distantia vel propinquitate ad orbem cœlestem. Et ratione talis virtutis elementum continens locat elemētum cōtentū: & fm quod est alia et alia distantia, vel propiquitas ad orbem. vel ad aliquam partem orbis influitur alia & alia virtus conseruatiua. Cuius euidens signum est, quòd quædam corpora naturalia conseruantur sub vna parte orbis, quæ sub alia corrumperētur, vt aliqua conseruantur sub plaga meridionali, quæ corrūperentur sub plaga & sub parte septentrionali, & econuerso. similiter autem & in alijs. hoc autem bene potest sciri ex doctrina Alberti. in suo libro de proprietatibus locorum. Contingit autem quandoque quòd in corpore contingente virtus conseruatiua contenti est fortior in conseruando quàm virtus contraria in corrumpendo: tunc corpus locans conseruat locatū in suo esse. Quando que vero deficit virtus conseruatiua locati propter præsentiam contrariæ virtutis: & tunc dominatur virtus cōtraria corporis continentis supra virtutem contrariam contenti & corrumpit ipsum: tamen locus naturalis manens in dispositione naturali semper conseruaret locatū.

Elta secundum diuersas virtutes hūt rōnem locationis diuersam.

Corpus locans quō cōseruat locatum.

Rōsones.

PEr hoc ad rationes, cum dicitur. Illud quod corrumpit &c. verum est, vt corrumpit, & dum corrumpit. Et, cum dicitur, quòd locus naturalis corrumpit &c. verum est, cum virtus eius contraria fortior est in agendo quàm virtus conseruatiua in conseruando: & tunc non est amplius locus naturalis simpliciter, sed quandiu loc⁹ naturalis, manet naturalis, & virtus influxa corpori continenti dominatur & fortis est sufficienter, non corrumpitur contentum seu locatum à continente seu loco. Per idem ad confirmationem. uerum enim est quòd locatum nunquàm corrumpitur dum est in suo loco naturali, & naturalis est, sed per accidens contingit, vt dictum est.

Locus ē in diuisibilis.

Ad aliud dico, quòd in indiuisibili simpliciter, & omnino non est virtus conseruatiua, saltem quia sit qualitas sensibilis: sed indiuisibili aliquo modo, & indiuisibili alio modo, bene potest esse virtus conseruatiua. Et cum dicitur quòd locus est indiuisibilis, Dico, quòd locus non est simpliciter indiuisibilis, & omnino, sicut punctus & vnitas, sed est indiuisibilis secundum profunditatem, diuisibilis tamen secundum longitudinem & latitudinem. Et cum dicitur, quòd terminus est indiuisibilis, verum est indiuisione opposita diuisioni, qua diuiditur illud, cuius est terminus. vt punctus est indiuisibilis secundum longitudinem, quia est terminus lineæ, quæ est diuisibilis secū dum longitudinem: & linea est indiuisibilis secundum latitudinem, cum sit terminus superficiei, quæ est sic diuisibilis, et superficies est indiuisibilis secundum profunditatem, quia est terminus corporis, quod est diuisibile secundum profunditatem: nunc locus non est quicunque terminus, sed terminus corporis continentis, vt Philosophus docet. quare &c. Ad aliud posset dici, quòd intelligitur de locis naturalibus corporum, quæ mouentur

Terminus quō ē indiuisibilis.

A motu recto siue motibus rectis. non autem de locis corporum, quæ perpetuo circulariter mouentur. sed, quia Aristot. videtur generaliter intendere, quòd locus habet potentiam conseruatiuam locati, ideo alij dicunt aliter, & dicunt, quòd perpetuū non indiget conseruante agēte, præcipue si sit substātia perpetua. substātiæ enim æternæ non habent causam agentem proprie, vt dicit Commentator in Quarto Cœli & Mundi. & in Duodecimo Metaphysi. tamen substantia perpetua bene indiget conseruante, quæ est finis, & sic erit in proposito. Qualiter autem finis conseruet ordinata in finem, & tamen non efficit ea, bona inquisitio est, sed non hic principaliter. forte intelligitur sic conseruare, quia, si non esset ipse finis, non remaneret ordinatum in finem, immo destrueretur causal et pncipal: sed de hoc alias, si dederit de⁹ videbit.

Perpetuus nō indiget conseruate agente. Com. 1.

Sed neq; maior, neq; minor locus est vnicuiq;.

QVAESTIO III.

An locus sit æqualis corpori locato.

B COnsequenter quæritur, Vtrum locus sit æqualis locato. Arguitur primo quòd non, quia cœlum est locus cuiuslibet istorū inferiorum. omnia enim sunt in cęlo, et nihil est extra ipsum. Primo cęli: sed cœlum non est æquale alicui istorum inferiorum, vt manifestum est per se. Item, quod habet tres dimensiones, non est æquale ei, quod non habet nisi duas dimensiones: hoc videtur manifestum. sed locus non habet nisi duas dimensiones, cum sit superficies vltima corporis ambientis, locatum autem habet tres dimensiones, cum sit corpus. quare &c. Item, si locus esset æqualis locato, tunc esset quantum vel quantitas: proprium enim est quantitati æquale vel inæquale dici, in Prædicamentis: sed consequens est falsum, quia quantitas non habet virtutem cōseruatiuam, vt videtur: quantitas enim nō est actiua nec passiua, vt vult Commentator in isto Quarto. conseruare autem est agere, vt videtur. quare &c.

Tex. c. 15.

Tex. c. 99.

C OPPOSITVM arguitur auctoritate Aristo. & Cōmētatoris, & est quasi famosa & concessa propositio.

CONCLVSIO.

Nec communis, nec proprius locus æqualis est locato secundum dimensiones, at locus proprius secundū cōtinentiam æqualis est corpori locato.

AD quæstionem intelligendum, quòd sicut tangit Commentator in isto Quarto. specialiter in capitulo de vacuo, duplex est æqualitas. Vna est æqualitas secundum dimensionem, & alia est æqualitas secundum continentiam. vel sic, quæ dā est æqualitas dimensionis, & alia continentiæ, & idem est. Aequalitas dimensionis est propriè & simpliciter est, cum vnum corpus est æquale alteri secundum omnem quantitatem cōtinuam, s. fm longitudinem, et latitudinē, & profunditatem, & isto modo duo corpora cubica, quorum vtrunq; habet sex. superficies quadratas æquales sibi inuicem, & æquales superficiebus alterius, dicuntur æqualia sibi inuicem. sicut sunt duo decij bene quadrati æquales & æquales, similiter autem et in alijs. Aequalitas autē continentiæ, est, cum vnum corpus continet alterum, & nec D plus nec minus natum est continere præcise, vt vas vni⁹ quartæ dicitur æquale vni quartæ vini: quam possit recipere, & non plus nec minus præcise. similiter autem & in alijs. & hæc æqualitas continentiæ non est necessario æqualitas simpliciter & omnino secundum omnes dimēsiões, sed solum fm duas superficies, s. supficiē concauam & intrinsecam corporis continentis, & superficiem extrinsecam et conuexa contenti. vt si vas est plenum aq, superficies concaua vasis est æqualis superficiei conuexæ vel exteriori ipsius aquæ: & hæc quidem est æqualitas continentiæ, sed non est necesse, quòd superficies exterior vasis sit eq̄lis supficiei exteriori aq, nec sit corporeitas corporeitati: & sic intelligo distinctionē æqualitatis.

Com. 84. Com. 77. æqualitas ē duplex.

Vlterius considerandum, q̄ secundum Aristot. in litera duplex est locus, s. communis & proprius. communis locus est, qui simul continet plura locata, vt cœlum est loc⁹ cōmunis omnium istorum corporum inferiorum, & domus est locus communis contentorum in domo. similiter autem & in similibus. Locus autem proprius & immediatus est ille, qui continet aliquod corpus, & nihil aliud plus quâm illud, vt locus tuus proprius, qui cōtinet te & nihil aliud q̄ te.

Tunc ad quęstionem dico, q̄ locus communis non est æqualis locato speciali. quia quod continet aliquid, & adhuc aliud non est ei æquale: hoc est manifestum. sed loc⁹ communis continet locatum speciale, & adhuc aliud, vt cœlum continet homines, & multa alia, & domus similiter. quare &c. Secundo dico, q̄ locus proprius non est æqualis locato secundum omnes dimensiones: quia illud corpus, cuius aliqua dimensio est maior dimensione alterius, non est illi æquale æqualitate dimensionum: hoc est manifestum. sed dimensio corporis locantis, quæ est superficies eius exterior, est maior dimensione corporis contenti, vt exterior superficies vasis continentis vinum est maior exteriori superficiei ipsius vini contenti, vt manifestum est ad sensum. quare &c. sic igitur corpus locās non est æquale corpori locato æqualitate dimensionum. Tertio dico, q̄ locus proprius bene est æqualis locato æqualitate continentiæ: quia illud, quod non est maius nec minus aliquo alio, est æquale, vt sic: sed locus proprius non est maior, nec minor corpore contento secundum continentiam. nam, si maior esset locus suo proprio locato, tūc esset vacuus quantum ad illam partem, secundum quam excederet locatum. &, si locatum esset maius quocunque loco, tunc esset corpus aliquod sine loco. nam illa pars, secundum quam locatum excederet locum, esset sine loco: impossibile autem est vtrunque, & vacuum esse, & corpus esse sine loco, vt patet in isto quarto. quare &c.

Ex his igitur patet, q̄ locus proprius est æqualis corpori locato secundum continentiam, sic intelligendo, q̄ non est aliquod corpus continens, quin sit aliquod contētum replēs ipsum totum: neq; est aliquod corpus contentum & inclusum, qui sit aliquod continens ipsum totum includens, continens, et circunscribens: & sic vtique intelligendum puto æqualitatem loci & locati.

Rñsiones. EX dictis patet ad primas duas rationes: procedunt. n. viis suis, vt patet ex dictis. Ad aliud dico, q̄ locus quantum ad suum materiale, est quantitas, scilicet superficies continentis corporis primum, id est immediate se habens ad cōtentum. sed quo ad suum formale est qualitas, scilicet virtus conseruatiua locati: & aliqui dicunt, quòd est ipsum vbi. sed forte de hoc videbitur post, si voluerit Deus.

Tex.c.4 Quare continentis terminus immobilis primum est locus &c.

QVAESTIO IIII.
An Locus sit Vltimum Continentis.


COnsequenter quæritur, Vtrum locus sit vltimum continētis. Arguitur primo quòd non. Quia, si sic, tunc esset superficies continentis. nihil enim est vltimum proprie corporis continentis nisi superficies eius: sed consequēs est falsum, quia locus & superficies ponuntur diuersæ species quantitatis, vt patet in Prædicamentis ab Aristo. Item, si locus esset superficies vltima continentis, tunc vnum & idem locatum posset simul esse in diuersis locis: quod uidetur impossibile, sicut q̄ duo corpora simul sint in eodem loco. probatur consequentia, quia vnum & idē corpus est simul in superficie terræ, & superficie aeris, vt patet in vna arbore, cuius radix est in terra, & residuum est in aere, immo contingit vnam arborem esse in terra,

E & aqua, & aere, sicut patet ad sensum. Item, si sic, tunc locus non esset æqualis locato. nam indiuisibile non est æquale diuisibili. vltimum autem & terminus est indiuisibilis. quare &c. Item, locus debet esse aliquid locati & in ipso esse: sed vltimum continentis non est quid locati, nec est in ipso. quare &c. Maior patet, quia terminus motus est in mobili. modo, locus videt esse terminus motus localis, quo mouetur locatum: & ideo videtur quòd locus debeat esse in ipso locato, & aliquid eius. quod autem locus sit terminus motus localis ex hoc uidetur, quia pro alio non videtur dici motus localis, nisi quia et ad locum, ut ad terminum. quare &c. Item, si locus esset ultimum continentis, tunc esset de genere relationis, nam ultimum refertur ad illud, cuius est vltimum, vt manifestū est: sed consequens est falsum, quia locus est quoddam absolutum: et si esset relatiuum, non haberet virtutē conseruatiuam locati. quare &c.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Aristotelis, qui dicit, quòd locus est terminus continentis immobilis primum. & idem dicit Commentator, & omnes alij expositores Aristotelis.

F

CONCLVSIO.

Locus nec forma, nec materia, aut spacium continentis est, sed vltimum continentis.

DE quæstione est intelligendum, quòd de quidditate, & natura loci diuersæ fuerunt opiniones. Quidam dixerunt, quòd locus est forma rei locatę. cuius ratio fuit: quia forma terminat et continet, & locus etiam terminat & continet ipsum locatum: quare locus est forma. sed istam opinionem improbat Aristoteles multipliciter. Primo, quia, si locus esset forma rei locatæ propria & substantialis, tunc, cum locatum separaretur à loco, & e conuerso, statim locatum corrumperetur, & non maneret idem numero simpliciter: hoc autem est falsum. videmus enim vnam & eandem rem numero separari ab vno loco, & mutare in alium locum. vt aqua, quæ nunc est in vno vase, potest poni extra vas, & in aere, & remanebit eadem aqua numero non corrupta. non enim corrumpitur aqua in aquam immediate. vnde, si aqua, cum exit à vase, corrumperetur, non corrumperetur immediate in aquam aliam numero, sed in aliquod aliud: cuius oppositum experimur ad sensum. & consequentia apparet: quia, cum res acciperet aliam & aliam formam, non remaneret eadem numero, immo corrumperetur prior, & fieret alia, vt manifestum est per se. quare &c. Item, locus debet esse separatus secundum substātiam à locato. locus enim est continens diuisum: sed forma locati non est separata ab eo secundum esse substantiæ, vt manifestum est. forma dico, dans esse. quare &c. Item, si sic, locatum non posset moueri ad locum, et sic periret motus localis. & patet consequentia: quia nihil mouetur ad illud, quod habet, vt notū est: frustra enim moueretur. res autem quęlibet habet suam formam propriam. quare &c. Præterea, si sic, sequeretur q̄ locus semper & necessario moueretur ad motum corporis locati. forma enim locati mouetur motu illo, cuius est forma necessario, saltem per accidens, i. in alio existens: hoc autem falsum est & inconueniens dicere, q̄ locus semper necessario moueatur secundum motum locati, & ad quod mouetur ipsum locatum. quare &c. Alij dixerunt, q̄ loc⁹ est materia locati: quia illud, quod est receptaculum & receptiuum locatorum, est locus: hoc et euidens. Sed materia est huiusmodi, cū ipsa sit principium receptiuum. quare &c. Sed hoc improbatur eisdem rationibus, quibus & prior opinio. & tu deducas eas ad propositum.

G

H

Ad rōnes istarū positionum. Ad primā de forma possumus dicere, q̄ peccat in forma, eo q̄ est ex duabus affirmatiuis in secunda figura. iterum, aliter terminat forma, & aliter locus. forma. n. terminat sicut terminus intrinsecus & dans esse simpliciter, locus autem locatū terminat extrinsece, & non dat esse simpliciter ipsi locato. q̄re &c.

Ad

Ad aliũ de materia cum dicitur, ꝙ ipsa materia terminat locatum, dico, ꝙ non primo, sed recipit formã locati. Locus autem primo recipit ipsum corpus locatum: ideo non valet. Aliter, cum dicitur, illud, quod recipit locatũ, est locus: verum est, si recipit, sicut cõtinens extrinsecum diuisum secundum esse, & discõtinuum. Et, cum dicitur, ꝙ materia recipit locatum, potest cõcedi, vel saltem eius formam, non tanquã continens extrinsecum & diuisum, sed sicut perfectibile suam perfectionem intrinsecam.

Alia fuit opinio de loco, ꝙ locus est spatium interceptum inter latera continentis separatum secũdum esse ab omni naturali & sensibili qualitate: & hoc quidẽ spatiũ, cum erat sine corpore naturali et sensibili, erat uacuum secundum eos: &, cum erat plenum & occupatum corpore naturali & sensibili, tunc erat locus, & sic idem secundum subiectum erat locus & vacuum, differens ratione, vt est dictum. Et hoc ipsi probauerunt dupliciter. Primo sic, locus debet esse immobilis: hãc pro manifesta habuerunt, & famosa erat. sed in rebus naturalibus nihil inuenitur immobile simpliciter, nisi huiusmodi spatium separatum. quodlibet enim corpus naturale mobile est aliquo motu naturali, vt manifestum est: quare &c. Item, locus debet esse æqualis corpori locato: & hæc est etiã concessa. sed ipsum corpus continens non est æquale locato, vel cõtento, vt vas nõ est corpus æquale vino, vel aquæ. similiter autem & in aliĳs. & vniuersaliter nihil inuenitur corporeum & distinctum à corpore locato, quod sit ei æquale, nisi spatium separatũ interceptum lateribus continentis, quare &c. Istam opinionem Arist. nititur destruere multipliciter. Primo sic, si spatium separatum esset vere locus, sequeretur, quòd in vno continente essent simul & secundum actum infinita loca: sed hoc est impossibile, vt manifestum est per se. Et probatur consequẽtia diuersimode à diuersis. & ad præsens sic intelligo, supponendo primo, quòd licet pars, dum est in toto & cõtinua aliĳs, nõ sit actu & simpliciter & proprie in loco, sed in toto, tamen, cum est actu diuisa, & discontinua ab aliĳs, tũc est actu in loco, et eius est aliquis locus secundum actum. vt, cum aliqua pars aeris est continua aliĳs, tunc est in loco in potentia, non in actu & simpliciter, sed, si est diuisa & discontinua ab aliĳs, tunc habet locum secũdum actũ. vt forte, cum aliqua pars aeris est in vase aliquo fixo ambiente ipsam & distinguente ab aliĳs partibus. similiter autem & in aliĳs. & hoc est manifestum & concessum ab omnibus intelligentibus, & ponit Aristo. in litera.

Tex. c. 44.

Secundo suppono, quòd illud spatium separatum, si esset, esset penitus immobile & intransmutabile: & hoc etiam concedunt & ponunt illi, qui huiusmodi spatium imaginabantur. ex his poterit intelligi consequentia Aristo. ponamus enim, quòd aqua ingrediatur inter spatium interceptum inter latera alicuius vasis, tunc, sicut tota aqua habebit locum secundum actum, sic, si aliqua pars eius diuidatur, idest discõtinuetur ab aliĳs per aliquod diuidens & discõtinuans impositum in aqua, tunc illa pars habebit locum in actum & ei correspondebit aliqua pars illius dimensionis separatæ tanquã locus secundum actũ & proprius eius. & manifestum est, ꝙ huiusmodi actualitas essendi locum non acquisiuit illud spatium per diuisionem. quia sicut dicit secunda suppositio, illud spatium est omnino immobile, & per consequens indiuisibile. ergo ante diuisionem illa pars spatĳ seu dimensionis erat locus in actu illius partis aquæ, & eadem ratione, quælibet alia pars aquæ, quæ potest diuidi ab aliĳs, habet locum in actu, & ei correspõdet aliqua pars spatĳ sibi æqualis. Et, cum aqua sit quid continuum, & continuum habet partes infinitas in potentia: & cuilibet parti correspondet locus in actu præexistens in illo spatio, sequitur, quòd in illo spatio sunt loca actu & simpliciter infinita: quod est impossibile & absurdum. Et hanc consecutionem & modum consequendi videtur Aristo. intelligere in litera, cũ dixit, Si autem esset spatium aptum natum & cætera.

A Item, aliter arguit Aristo. Nam, si huiusmodi spatium separatum esset locus, tunc mouebitur ad motum ipsius continentis, inter cuius latera recipit: & sequitur ex hoc, vt ingrediatur quoddam aliud spatium. nam aliter non mouetur aliquid de loco ad locum secundum eos. & sic loci erit locus per se, & procedetur in infinitum: quod est inconueniens, & duo loca erunt simul, scilicet dimensio spatĳ intercepti inter latera vasis, & dimensio spatĳ in qua subingredietur illud spatium. Præterea, Si locus esset tale spatium, vel dimensio corporalis illius spatĳ, necessario sequitur quòd duo corpora sint simul: sed hoc est impossibile, quia pari ratione infinita corpora simul essent, etiam totum cœlum vel quantitas æqualis corporeitati totius cœli posset esse simul in loco vnius grani milĳ: quod est absurdum omnino. Et patet consequentia, quia, postquam locus & huiusmodi dimensio est separata, impossibile est eam cedere ingrediente corporeitate alicuius alterius corporis naturalis: quia illa dimensio est immobilis: & sic dimẽsio illa corporis locati penetrabit dimensionem spatĳ, & simul erit cum ea non distans

B ab eadem. pari ratione alia dimensio ei æqualis poterit penetrare & subintrare illam eandem dimensionem, & sic de aliĳs. quare, tota dimensio cœli, cum sit ex partibus finitis eiusdem quantitatis, ipsa tota vel æqualis ei posset recipi in dimensione spatĳ quantumcunque modici, & illud spatium posset recipere magnitudinem æqualem magnitudini totius cœli: quod est absurdũ. quare &c. Itẽ, si locus esset tale spatium separatum nullam virtutem naturalem habens in se, tunc locus nihil conferret locato. cõstat enim quòd non conferret locato magnitudinem, seu diminutionem, quia magnitudinem habet sine tali spatio: nec conferret ei conseruationem, quia nullam virtutẽ habet conuenientem ipsi locato. quare &c.

Ad rationes huius opinionis. Ad primam dicendũ, cum, dicitur, quòd locus est immobilis, dico, ꝙ verũ est hoc modo: quia non mouetur necessario ad motum corporis locati. sed non est sic immobilis, quòd nullo modo moueatur. De mobilitate autem loci plus videbitur in

Rñsio rõnũ ꝙ locus sit spatiũ separatum.

C alia quæstione. Ad aliam, de æqualitate locati ad locum, dictum est prius, quòd non est æqualitas dimensionis, sed est æqualitas continentiæ. quod quomodo sit intelligendum visum fuit ibidem. & adhuc aliqui intelligunt sic, quòd superficies concaua corporis ambientis est æqualis superficiei conuexæ & vltimæ corporis contenti, ita quòd tantum contineret ipsa superficies exterior corporis contenti & locati, si ipsa esset separata quantum continet superficies corporis ambientis concaua, siue interior: nec fit aliquid maius ex illis duabus superficiebus sibiinuicem applicatis & contangentibus quàm sit vna illarum: quia indiuisibile additum immediate alteri indiuisibili non facit maius secundum quòd indiuisibile. quare &c.

Supra quæstiõe tertia huius. 4. b

Post hoc dicendum ad quæstionem, quòd locus est vltimum corporis continentis. Et hoc probatur: quia aut locus est materia, aut forma, vel spatium positum vel interceptum inter latera continentis, vel est vltimum ipsius corporis continentis: hæc est diuisio sufficiens secundum omnem opinionem. non enim sunt plu-

D ra, quæ fuerint credita esse locus quidditatiue & essentialiter: sed locus non est forma, nec materia, nec spatium imaginatum separatum, vt demonstratum est: ergo relinquitur, quòd locus est vltimum corporis continentis. Item, illud debet concedi esse locus, quo posito saluantur & verificantur omnia, quæ attribuuntur ipsi loco, & ex quo patet causa cuiuslibet accidẽtis inexistentis ipsi loco: sed vltimum corporis continentis est hmõi, vt patet inducẽdo in conditiones seu proprietates loci. locus enim est æqualis locato ſm continentiam, vt dictum est prius: & hoc competit vltimo continentis, qood immediate se habet ad contentum, vt manifestum est: continet enim ipsum locatum & non plus nec minus præcise.

Proprietates loci.

Item, locus habet virtutem conseruatiuam locati, ut manifestum est ex prędictis: & hoc competit vltimo corporis continentis, secundum q est in tanta distantia ad orbem, vt etiam patet ex dictis, & est videre facile. vltimũ enim aquæ conseruat terram secundum q habet virtutẽ sibi influxam à cœlo, similiter vltimũ aeris conseruat aquam, & sic de cæteris.

Rñsiones. Locus & superficies sunt idem.

Iunioribus quæ cõiter tenent, ppo nenda sũt.

A Ad rationes in contrariũ. Ad primam dico, q superficies, & locus non sunt diuersæ spẽs quãtitatis secundum rei veritatem, immo ipse locus, quantum ad suũ materiale, est idem quod superficies essentialiter: & hæc vltima continentis primo se habent ad contentum. Et, cũ dicitur, q hoc dicit Aristot. in prædicamentis, dicẽdum, q ipse loquitur ibi secundum opinionem famosam antiquorum, qui posuerunt locum esse spacium separatum, & istud, si esset, bene differret à superficie. Si quis vero quæreret, quare Aristot. ibi sic loquitur secundum opinionem antiquorum, fortè hoc est pro tanto, quia ipse loquitur ibidem ad instructionem iuuenum, & vniuersaliter illorũ, in quibus de nouo oritur philosophia. tales. n. F homines non statim possunt capere difficilia, & illa quæ sunt contra opinionem communem, & famosam, nec statim possunt per ratiocinationem diligentem duci ad credendum contraria opinionum famosarum. Vnde dicit Boetius in suo commẽto, q non omnem diligentiam sufferunt primorum rudimentorum, id est documentorum auditores: propter quod quandoq; expedit eis proponere ea, quæ alij communiter opinantur, quamuis non omnino sint vera: quousq; sint magis exercitati & idonei ad subtilia & difficilia recipienda. Ad secundam dico breuiter, q vnum & idem, & secundum idem sui simul esse in diuersis locis non est possibile, sed secundum diuersas sui partes, nihil est inconueniens: & sic in proposito contingit. nam arbor ſm vnam sui partem, scilicet secundum radicem erit in terra, & secundum residuum est in aere. sed dubitaret aliquis, quia partes existentes in toto, non sunt in loco nisi in potentia, vt vult Aristo. in littera. Si igitur vna pars est in vno loco, & alia in alio loco, tunc totum non erit in vno loco, secundum actum: quia nulla G pars eius erit in loco eodem cum alia. dicendum sicut prius, quod totum tale non est in vno & eodem loco secundum numerum secundum se totum, sed in diuersis ſm diuersas sui partes. Ad aliud patet ex prius dictis. locus quidem est æqualis locato secundum continentiam, nõ secũdum dimensiones omnes. & illud vltimum, quod dicitur locus, non est indiuisibile, sed est diuisibile secundum longum & latum, indiuisibile autem ſm profundum. Ad aliud cum dicitur, Locus est aliquid locati, & in ipso locato, hoc est negandum secundum Aristote. quia sic locus semper & necessario moueretur ſm motum locati, quod Aristot. negaret. Et ad probationem, cum dicitur, q terminus motus est ĩ mobili, concedo de termino p se, et immediato & intrinseco, qui est idem secundum speciem cũ ipso motu, sed terminus mediatus & extrinsecus, & qui non est eiusdem essentię cum motu, non oportet quod sit in ipso mobili, & sic est ĩ proposito. locus enim, si est terminus motus localis, non est terminus immediatus & intrinsecus, sed extrinsecus & mediat⁹, s. mediãte ipso vbi.

Alia rñsio.

H Aliter dicũt aliqui, q locus nullo modo est terminus motus localis: &, cum dicitur, q pro alio non dicitur motus localis, nisi quia est ad locum: sicut aliqua alteratio pro tanto, & non pro alio dicitur calefactio, quia est ad caliditatem. Dico, q illa non est causa, sed causa est, quia terminus essentialis & intrinsecus illius motus causatur à loco: ipsum enim vbi, quod est terminus essentialis & intrinsecus motus localis, causatur immediate à loco, sicut communiter dicitur.

Quid nam vbi, sit.

Est enim vbi circũscriptio corporis à loci circumscriptione procedens, secundum Auctorem Sex principiorum. vel pro tãto dicitur motus localis, non q̃a sit ad locum, tanquam ad terminum, sed quia in fine hu⁹ motus semper mobile inuenitur in nouo loco aliquo mo- E do innouationis, & ideo non oportet, q locus sit in locato. Inquire perfecte, quia indiget perscrutatione.

Vltimũ dicit duo.

Ad aliam dico, q vltimum potest mihi dicere duo. Vno modo respectum seu habitudinem ad aliud, cuius est ultimũ, et sic est relatio. Alio modo potest sumi pro eo, in quo immediate fundatur talis respectus & habitudo, & sic non est relatio, sed alterius generis. cuius etiam generis prædicamentalis est locus, vt videbitur post.

QVAESTIO V.

Locus in quo nam genere sit.

Consequenter quæritur io quo genere sit ipse locus. Arguitur primo, q sit in genere quãtitatis: q̃a cuicunq; competit proprium quãtitatis, illud est in genere quantitatis, cum proprium non separetur ab illo, cuius est proprium, vt notum est: sed ipsi loco competit proprium quantitatis, vt patet. proprium enim quãtitatis est secundum eam æquale vel inęquale dici in Prędicamentis, locus autem est æqualis locato, vt dicitur communiter, & Philo- F sophus ponit in litera. vel ipsum corpus locans est æquale locato secundum locum, ut manifestum est. quare &c. Item secundo, illud, quod habet rationẽ mensuræ, est de genere quantitatis, quia quantitates sunt dominę mensurarum, vt patet Decimo Metaphysi. sed ipsi loco competit ratio mensuræ, quia communiter dicitur, q locus est mensura extrinseca locati, sicut tempus est mẽsura intrinseca, vt patet in isto Quarto. Quare &c. Item tertio, auctoritate Aristot. in Prędicamentis, qui ponit locum esse speciem quantitatis: quare &c. Tex. cõ. 18 Tex. c. 2.

OPPOSITVM probatur, si locus esset de genere quãtitatis, maxime videretur esse superficies: hoc omnes concedunt. sed non potest esse superficies: quia locus & superficies sunt diuersæ species quantitatis, vt patet in Predicamentis: & vna species vnius generis non prædicatur de alia alterius generis, vt manifestum est inducendo in oẽs. quare &c. Item, illud, cuius differentię sunt in prædicamento vbi, est in genere vbi, siquidem differentię sunt in eodem genere cum illo, cuius sunt differentiæ, vt patet in Secundo Posteriorum, & Septimo Metaphy. & Quar- G to Topicorum. Sed differentiæ ipsius loci sunt in prædicamento vbi. Nam locus diuiditur p sursum & deorsum, vt dicitur in isto Quarto, & Primo, & Quarto Cœli & Mundi. Sursum autem & deorsum sunt differentiæ ipsi⁹ vbi, vt omnes concedunt, & hoc dicit Auctor sex principiorum. quare &c. Tex. c. 10. Tex. c. 42. Quarto physi. Tex. c. 4. Prio phy. Tex. c. 41. Quarto cœli. Tex. c. 8

CONCLVSIO.

Locus non solũ ad Genus Quãtitatis spectat, sed ad ipsum vbi.

Opio prias

A Ad quæstionẽ dixerunt aliq simplr, & indistincte, q locus est de gñe quãtitatis, ppter rõnes prætactas, quia cõtinet & ambit locatũ, et mensurat ipsum, & æquatur rei: hæc aũt oĩa non cõueniũt proprie & per se alicui alteri q̃ quantitati. quare &c. Dicunt aũt isti, q, cum quantitas sit per se mensura, diuersæ species quantitatis possunt & debent distingui secundum diuersam rationem mensurandi. nunc autem ipsa superficies, q̃ est vna species quantitatis, habet duplicem rationem mẽsurãdi: quia potest comparari ad ipsum corpus, cuius est superficies, & quod est cõtinens, & sic est superficies pro- H prie, & habet rationem mensuræ intrinsece. vel potest cõparari ad corpus contentum, & sic est alia species, s. loc⁹. nam vt sic habet rationem mensuræ aliam, s. rationẽ mensuræ extrinsecę. Sed hoc non videtur multum rationabile, quia diuersæ species eiusdem generis debent distingui per differentias, quæ sunt essentialiter in eodem prædicamento, vt notum est cuilibet intelligenti. sed istæ habitudines superficiei diuersæ non sunt in genere, & in prędicamento q̃titatis, immo relationis. quare &c. Item, quod dicunt, s. species quantitatis distingui secundum diuersam rationem mensuræ, hoc non est verum per se & prio: quia ratio mensurę non est de p̄dicamento q̃titatis,

Supficies hẽt duplicẽ rõnem mẽsurandi.

sed

sed relatio. vnde fm diuersas rationes mensuræ non constituuntur diuersæ species quantitatis, si differentiæ debent esse eiusdem prædicamenti cum genere, quod diuiditur, & cum speciebus, quę constituuntur per eas: sunt. n. de essentijs specierum, vt omnes concedunt. quare &c. Et ideo dico aliter ad quæstionem, sicut communiter cõsuetum est dici. & dico, ꝙ locus, quantum ad aliquid importatum nomine loci, est quãtitas. Secundo, dico quòd quantum ad aliquid aliud significatum nomine loci non est quantitas, sed de alio genere. In quo autem genere sit illud aliud inquiritur. Primum ostenditur: quia omnis superficies est de genere quantitatis: hæc est manifesta in prædicamentis. sed locus, quantum ad aliquid importatum nomine loci, est superficies: quod patet, quia locus, secundum ꝙ locus, est æqualis locato quantum ad continentiam, vt patet ex dictis. modo, corpus locans non est proprie æquale locato secundum aliud, nisi secundum superficiem suam vltimam ambientem immediate locatũ. tam non est ei æquale secundum profunditatem, vt euidens est: nec est ei ęquale secũdum longitudinem solum, vt manifestum est: ergo relinquitur, ꝙ corpus locans est ęquale locato proprie secũdum superficiem. quare sequitur, ꝙ locus sit superficies corporis continentis. Quod autem ipsa sit materiale respectu alterius existentis in loco videbitur iam. Item, corpus locans ratione loci circundat & ambit locatum ratione superficiei suæ, si proprie & per se sit locãs: hoc manifestũ est. sed corpus locãs proprie circũdat & ambit locatum rõne superficiei suæ, quę immediate se habet ad locatum: & hoc est etiam notum cuilibet intelligenti. Et huius signum manifestum est: quia, cum aliquod continens non applicatur consento secundum totã sui superficiem concauam, non dicimus ipsum esse locum proprium illius contenti, nec esse locum plenum, et totum respectu illius. vt, cum amphora fm suam totam superficiem concauam & interiorem non applicatur & continuatur vino, sed remanet aliqua pars non continens vinum, tunc nõ dicimus ipsam esse totam plenam vino, nec ipsam totam esse locum proprium illius uini. Et hoc est argumentum, ꝙ locus sumitur pro ipsa superficie interiori corporis continentis: quare videtur, ꝙ ipse loc⁹ aliquo modo sit superficies, & per consequens quãtitas. Secundum probatur, s. ꝙ locus quodam alio modo, vel quo ad aliquid aliud non est quantitas. Et hoc aliqui sic probant: quia istud accidẽs, quod diffinitur per superficiem, non est ipsa superficies: sed locus, quo ad aliquid importatum nomine loci, per superficiẽ diffinitur: ergo loc⁹, quo ad aliquid significatum nomine loci, non est superficies. modo, si locus esset omnino quãtitas quantum ad omnia quæ importantur nomine loci, maxime videretur esse superficies, vt nunc concedunt omnes. ergo manifestum est, ꝙ locus, quo ad aliquid importatum nomine loci, nõ est de genere quantitatis. Maior propositio primi syllogismi primi processus apparet, s. ꝙ accidens, quod diffinitur per superficiem, tanquam per suum subiectum, non essentialiter ipsa superficies: hoc est euidens. quia nullum accidens est idem formaliter cum suo subiecto cui inhæret. Et minor apparet. cõstat enim, ꝙ locus est quoddam accidens naturale, & diffinitur per ipsam superficiem corporis cõtinentis: vt patet in litera. locus est terminus corporis continentis immobilis primum. Accidens autem debet diffiniri per suum proprium subiectum, si proprie & scientifice diffiniatur, vt docet Aristo. in Primo Posteriorum. vnde & motum, qui est quoddam accidens naturale, diffinit Aristo. per ens in potentia, quod est eius subiectum. vt patet Tertio huius. & tempus diffinit per motum, qui est subiectum temporis, vt patet in Quarto istius: quare similr locus debet diffiniri per suũ subiectum. &, cum diffiniatur per terminum corporis continentis, ꝗ quidem terminus est superficies, vt manifestũ est, sequitur, ꝙ ipsa superficies est subiectum loci, & diffinitur locus per superficiem, vt per suum subiectum. quare &c.

Tex. c. 6
Tex. c. 101

A Vnde diffinitio loci sic intelligit̃, locus est terminus &c. id est locus est quædam virtus fundata in superficie corporis continentis immobilis primum, id est immediate se habẽs ad contentũ: manifestum est igitur ꝙ locus, quantum ad omne illud, quod significatur & importatur nomine loci, non est quantitas, nec de genere quantitatis. Et hoc iterũ probo sic: quia locus naturalis unius corporis naturalis proprius est alius secundum speciem à naturali, & proprio loco alterius corporis: hæc recipitur pro manifesta: & habetur in isto Quarto, & in Quarto Cœli & Mundi, vt naturalis & proprius locus ignis est alius secundum speciem à proprio loco terræ. similiter autem & in alijs. Modo, hoc non esset verum, si nomine loci importaretur solum superficies corporis continentis: quia vna superficies non est diuersa ab alia secũdum speciem, vt manifestum est, immo sunt eiusdem speciei, vt conceditur, & præcipue hoc est verum de superficiebus istorũ corporum generabilium & corruptibilium. Vtrum autem B superficies cœli sit eiusdem speciei specialissimę cum superficiebus istorum inferiorum, non discutio ad præsens. ergo nomine loci non importatur solum ipsa superficies corporis continentis. Modo, si locus diceret solam quantitatem, & quãtum ad totum significatum suum esset de genere quantitatis, maxime videretur esse superficies, vt nunc conceduns omnes. quare manifestum est, ꝙ nõ solum nomine loci ĩportatur, ꝙ significatur superficies corporis continentis. Præterea, ista propositio recipitur tanquam vera, locus conseruat locatum per se & propriæ: sed hoc non esset, si locus solum significaret superficiem corporis ambientis. nam ista per se non est conseruatiua. nec vna superficies per se est magis conseruatiua vnius corporis naturalis ꝙ̃ alterius, vt manifestũ est cuilibet intelligenti: & præcipue hoc verum est, si conseruare est agere, vt dicunt multi. nam quantitas non est per se actiua, vt docet Commentator super istum Quartum. quare &c. Item, Porphyrius dicit, ꝙ locus est principium generationis, quemadmodum & pater, quod non esset C verum pro ipsa superficie corporis cõtinentis proprie & per se: quam enim per se & propriam causalitatem haberet superficies ultima corporis ambientis ad generationem corporis conteti? quare manifestum est id quod prius. Item Aristot. dicit, ꝙ locatum naturaliter fertur ad suum locum propter propĩquitatem: aut quasi vnigeneitatem locorum ad locata. hoc autem non esset, si locus esset sola superficies ambientis. nam superficies vna non habet aliquam propĩquitatẽ secundum naturam ad vnũ corpus magis ꝙ̃ ad aliud. Dico ratiõe qua superficies est. Vnde reliquitur, ꝙ locus importet aliquid aliud à superficie continentis. Sed remanet dubium, quid sit illud aliud, et in quo genere sit. Et ad hoc cõmuniter dicitur, ꝙ illud aliud, quod pręter superficiem importatur nomine loci, est quædam virtus naturalis conseruatiua corporis cõtenti: quę quidem virtus aut est in ipso cœlo, sicut est loc⁹ naturalis ignis, ꝗ est in concauo orbis Lunæ. aut est illa virtus in alio corpore continente, secundum ꝙ est in tanta distantia vel propinquitate ad orbem, siue ad cœlum, quod est primum locans: & ab ipso influitur virtus locãD di omnibus alijs continentibus naturalibus, & secundũ ꝙ diuersa continentia naturalia diuersimode se habẽt ad ipsum continens, vel ad eius partes, secundum hoc diuersas habent uirtutes conseruatiuas contentorum naturalium. vnde et aliqua corpora naturalia conseruant sub vna parte cœli, quæ sub alia statim corrumperentur, vel non ita diu conseruarẽtur, vt manifestum est in multis. De locis autem spiritualibus, & eorum proprietatibus tradidit Albertus bonam scientiam in suo libro de Natura locorum. Et, cum quæritur in quo genere sit illud aliud. communiter tenetur, ꝙ est in genere qualitatis in secunda specie. nam omnis naturalis potentia actiua vel passiua, vt sic, est in secunda specie qualitatis, præcipue si non sit qualitas per se et proprie sensibilis aliquo proprio & particulari

Loci diffõ.
Alio rõ ad secdm conclusionem
Tex. c. 4
Tex. c. 21.
Tertia rõ
Tertia rõs
Tex. c. 24.
Quarta rõ.
Quinta rõ.

particulari sensu, vt est caliditas, & huiusmodi, quæ sunt potentiæ actiuarum: & non sunt in secunda, sed in tertia specie qualitatis, vt communiter dicitur ibidem. sed ista virtus conseruatiua locati est quędam potentia naturalis existens in corpore continēte, vt manifestum est in telligentibus. quare &c. Patet igitur, q locus, quantū ad aliquod significatum hoc nomine locus, est ī genere qualitatis, sed quantum ad aliud non est quantitas, sed qualitas, & forte hoc significauit Cōmentator in Quinto Metaphy. cum dixit in capitulo de quanto, q apud Aristot. locus est de passionibus quanti, prout distinguitur à superficie, non est de genere quantitatis: & ideo Aristot. Quinto Metaphy. non connumerauit ipsum inter species quātitatis. Est autem hic considerandum, q illud significatum loci, quod est de genere quantitatis, s. ipsa prima superficies continentis, est quodammodo materiale respectu alterius significati. & illud aliud est quodāmodo formale. Quod sic potest itelligi. nam illud, quod est magis indeterminatum & imperfectum respectu alterius & ei subiectum aliquo modo, est materiale respectu alterius. Istæ enim sunt conditiones materiæ, vt sciunt exercitati in philosophia. modo, ipsa superficies corporis continentis est quid indeterminatum & imperfectum, & subiectū respectu naturalis virtutis conseruatiuæ influxæ à cœlo: hoc satis patet. nam superficies, quantum est ex se, est indifferens ad quamcunq; talem uirtutem naturalium recipiendam, & q diuersæ uirtutes sint in diuersis superficiebus, hoc est dispositiuæ ex diuersis respectibus ad orbem cęlestem. & sic superficies vna & eadem secundum speciem est ex se indeterminata ad diuersas virtutes conseruatiuas: quemadmodum materia prima de se est indeterminata ad multas & diuersas formas substantiales, vt patet in Primo huius. Item, ipsa superficies est quoddam minus perfectum q̄ ipsa virtus influxa ab orbe cœlesti, uel in ipsomet orbe existens: hoc est satis manifestū, quia ipsa superficies, saltem quantum ad suam essentiam, magis consequitur naturam materiæ primæ, sicut & aliæ dimensiones indeterminatę, vt vult Commentator in de Substantia Orbis. virtus enim conseruatiua magis consequitur naturam formæ, vel naturam cœli. vnde & diuersificatur secundum diuersitatem formarum specificarum elementorum, & secūdum diuersam habitudinem seu respectum ad cęlum, vt manifestum est: & propter hoc ipsa virtus conseruatiua locati est quid formale respectu superficiei. superficies autem est quid materiale quodāmodo respectu ipsius uirtutis. Ex hoc autem patet intellect⁹ cuiusdam distinctionis antiquæ, quæ solet poni ad solutionem huius quæstionis. Solet enim dici, q locus potest accipi dupliciter. vno modo quantum ad suum materiale, & sic est de genere quantitatis: alio modo quantum ad suum formale, & sic est de genere qualitatis. Non enim intelligo istam esse distinctionem totius essentialis in suas partes essentiales, quarum vna est materia, & alia forma eius, ita, s. q locus sit quoddam cōpositum p se vnū, cuius vna pars essentialis sit superficies, & alia pars essentialis sit virtus conseruatiua. nam sine dubio ex talibus rebus diuersorum prędicamentorum non sit aliquid vnum simpliciter et per se, vt notum est cuilibet intelligenti. & hoc modo quidam improbauerunt illam distinctionem. Sed intelligo illam esse distinctionem vocis in significationes suas, vel in sua significata. vt sit sensus, q locus pōt accipi pro illo suo significato, quod est quasi materiale: vel pro illo suo significato, quod est quasi formale. & primo quidem modo locus est supficies. secūdo aūt mō locus est virt⁹ conseruatiua locati. Quod aūt hoc nomen locus īporter ista duo, demōstrari non pōt, nisi p vsum et consuetudinē loq̄ntiū de loco & exprimentiū mentis cōceptus per hoc nomen locus, & pcipue per consuetudinē solennium philosophorum. hoc autem modo sufficienter est pbatum q hoc nomen locus importet ista duo prædicta. & possumus adhuc addere propositiōes ad huiusmo di significationem. Dicit enim Aristot. in Primo de Generatione, & Tertio Cœli & Mundi. q generatū & corruptum sunt in eodem loco: quod non videtur proprie uerum esse, nisi recipiendo locum pro superficie continentis. non enim est eadem virtus naturalis conseruatiua generati & corrupti omnino. & sic patet, q locus dicit superficiem. q autem dicat virtutem naturalem, patet ex alio: quia vult Aristot. q locus aliquid confert locato. Disputans enim contra illos, qui ponebant locum esse spacium separatum sine naturalibus uirtutibus, quęrit ab eis quid locus conferret locato. quasi diceret, nihil. & hoc reliquit pro inconuenienti. Vult igitur Aristot. q locus confert aliquid ipsi locato. Modo, si diceret solum superficies esse, tunc indubitanter locus non conferret aliquid ipsi locato: superficies enim corporis ambientis, quantumcunq; propinqua sit & immediata ipsi contento vel corpori locato, non conferret ei aliquid, nisi ipsa haberet in se uirtutem aliquam actiuam. non enim conferret ei extensionē: quia iam habet corpus contentum suam extensionem totam antequam coniungatur loco. Manifestum est igitur ex sermonibus Aristot. q hoc nomine locus quandoque intelligitur superficies quæ est terminus cōtinentis. quādoq; autem aliquid aliud: & ipsa superficies habet rationem aut modum materialem respectu illius alterius propter quod dicebatur, q locus habet aliquid materiale, & aliquid formale: & secundum hoc est diuersis generibus; huiusmodi autem distictio sic intellecta, ut dixit, facit ap parere veritatem & concordiam diuersorum sermonum Aristo. & aliorum philosophorum loquentium de loco. Quod si tu intelligis illam esse distinctionem totius essentialis essentialiter vnius in suas partes essentiales, soluas rationes in contrarium: quod non videtur mihi facile ad præsens.

AD rationes patet ex dictis. bene enim ostendunt primę rationes locum aliquo modo esse de genere quātitatis, s. quantum ad vnum eorum quæ intelliguntur nomine loci, sed non omnino & simpliciter. Ad primum in contrarium dictum fuit prius, s. q Aristot. loquitur in prædicamentis secundum vulgarem & communem oppositionem, & famosam ponentium locum esse spacium separatū. sed in Quinto Metaphy. vbi loquitur secundū veritatem & naturam rei, non posuit locum inter species quantitatis, & forte dimisit ipsum, vt dicit Commentator, quia apud ipsum est de passionib⁹ quātī, prout, s. distinguitur à superficie quanti. Quare autem in prædicamentis loquitur ita secundum opinionem famosam, dicitur, q hoc ipse fecit, quia loquitur pro iuuenib⁹ vel pro illis vniuersaliter in quibus de nouo oritur philosophia. Est enim liber ille prim⁹ inter omnes libros Logicæ secū dum intentionem Aristo. & sm veritatem. logica autem in generatione philosophię per doctrinam ordinate dēt esse prior: vt communiter dicitur. Et ideo consideratio illorum quæ traduntur in libro prædicamentorum pertinet quodammodo ad iuniores: & isti non statim possunt accipere difficilia & subtilia in principio, sed magis accipiunt communiter dicta & famosa, ideo &c. Et ego diu circa hoc dubitaui: quia certum est, q consuetudo audiēdi aliquid & recipiendi, in principio magnam virtutem habet ad consequentia, & cum difficultate decreditur id, quod per consuetudinem est diu acceptum tanq̄ verum. vnde & Aristot. in Secundo Metaphy. dicit. Quod consuetimus dignamur dici. & in Sexto Ethicorum dicit, difficile enim est aut impossibile, quæ ex antiquis consuetudinibus comprehensa sunt, sermone trāsmutare. Et Commentator in prologo suo super Tertium Physicorum dicit, q consuetudo est maxima causa impediens à plurib⁹ rebus manifestis per se. vnde & in Primo Cœli & Mundi dicit Commentator. q praua consuetudo audiendi falsa à pueritia est causa impediens à comprehēsione propositionum primarum. & idem tangit in Primo Physicor. Vnde sine dubio, cum ista opinio sit falsa & impossibilis &

Com. 11. Tex. c. 18. Supficies ē materiale loci. Tex. c. 75. Locus accipitur dupli. Tex. c. 25. Rōsiones. Consuetu do īpedit sæpe a cognitione. Tex. c. 14. Com. 22.

A & erronea oīno, q locus sit spacium separatum, & q sit species quantitatis distincta à superficie, valde periculosum est homines deditos Philosophiæ in principio ponere in ista credulitate: quia in posterum cum difficultate, aut forte nunq̃ possent ad veritatem reduci. Vnde ego habui vnū socium, q audiuerat p̄dicamēta ab vno puro

Pu° Logi- c° audiēd° non est.

Logico, parum aut nihil sciente de naturali Philosophia: & ipse ita fortiter radicatus fuit in illo errore, q, cum audiuit istum Quartū, q̃tum ad capitulum de Loco & Vacuo, reputauit ipsum totū esse falsum: & noluit credere locū esse aliud q̃ spaciū interceptū inter latera continentis. pp quod Logici multū deberent diligēter aduertere q faciant discipulos sane intelligere Arist. ibidem dicēdo eis, q Aristot. loquebatur s̄m opinionem antiquorum: quam tamen demonstratiue reprobauit in Quarto Physicorū. & q non posuit locum esse speciem quantitatis distinctā à superficie s̄m opinionem propriam: sed vt scirentur significata huius nominis locus, quæ vel sunt, vel putantur esse species quantitatis. B Ad aliam rōnem dico, q differētiæ per se & essentiales loci non sunt de p̄dicamento vbi. &, cum probatur, quia sursum & deorsum &c. Dico, q ibi æquiuocatur de sursum, & deorsum, nam vno modo sursum & deorsum dicunt diuersas virtutes naturales cōseruatiuas corporum naturalium, & sic sunt species, vel differentiæ loci, nec sunt de genere vbi, sed de genere qualitatis. alio modo sursum & deorsum dicunt quosdam modos essendi derelictos à corporibus contentis & circumscriptis ab ipsis corporibus continentibus & circumscribentibus, & conseruantibus, & hoe modo sunt differentiæ ipsius vbi, sicut habet videri in libro Sex principiorum, nec est remotum q differentiæ diuersorum generum nominentur eisdē nominibus, vt rationale vno modo significat differentiam animalis, alio modo differentiam scientiæ: vt notatur super prædicta, & ideo non valet.

QVAESTIO VI.

An Locus sit immobilis.



C Onsequenter quæritur, vtrum locus sit immobilis. Arguitur primo q non. Omne, quod est in mobili est mobile: hoc est manifestum. sicut .n. motis nobis mouentur oīa, quæ sunt in nobis, sic aliis mobilibus motis, mouentur omnia quæ sunt in eis. sed omnis locus est in aliquo mobili, omnis .n. locus est in aliquo corpore continente, vt patet in isto Quarto, dummodo sit vere & proprie

Tex. c. 46.

locus. omne autem corpus est mobile, vt patet in Sexto huius. quare &c. Præterea, Cœlum est locus omnium

Com. 12.

istorum inferiorum, vt patet in Primo Cœli & Mundi,

Tex. c. 97.

& in isto Quarto, & tamen ipsum cœlum non est immo-

Tex. c. 41.

bile, immo cōtinue & perpetuo mouetur, vt patet Octauo huius. quare &c. Item, omne generabile & corruptibile est mobile. hæc est euidens de se. sed locus est generabilis & corruptibilis, nam elementa sunt generabilia &

Tex. c. 8.

corruptibilia, vt patet in Secūdo de Generatione. & vnū

Tex. c. 46.

elementum est locus alterius, vt dicitur in Quarto, vt terra est in aqua, & aqua in aere &c. quare &c. Præterea. D Illud, quod transfertur de vno loco ad alium locum, non est immobile: hæc est manifesta. sed locus transfertur de vno loco ad alium locum, vt patet ad sensum. aer enim qui circundat & locat rē transfertur per ventum de vno loco ad alium. & similiter aqua, quæ est locus viuentium in aqua. q̃re &c. Itē, terminus mouetur moto terminato. sed locus est terminus corporis continētis: ergo mouetur moto corpore continentis. quare &c.

OPPOSITVM patet per Philosophum in litera. Vult enim, q locus est terminus corporis continentis immobilis primum, & in hoc etiam concordauerunt omnes antiqui loquentes de loco.

CONCLVSIO

Locus secundū propriam rōnem primo & p se immobilis est, at per accidēs forte mobilis est ad motū corporis locati.

A AD istam quæstionem dixerunt aliqui, q locus potest accipi dupliciter. vno modo, quantum ad suū materiale, alio modo, quantum ad suum formale. materialē qdem in loco est superficies vltima continētis, formale autem, secundū aliquos, est tanta distantia ad orbem, vel secundum alios, distantia à polis mundi. Tunc dixerunt, q locus, quantum ad suum materiale, bene est mobilis, propter rationes præinductas: sed quantum ad formale bene est immobilis: quia semper manet eadem distantia ad cælum siue ad orbem.

Opinio prima.

Sed salua reuerentia sic dicentium, hoc mihi videtur insufficiens esse. Primo, qa non omnis locus, quantum ad formale suum, potest esse distantia ab orbe siue à cœlo: quia certum est q ipsum cælum sit quidam locus naturalis ignis, secundum Aristot. in isto Quarto, & Primo Meteororum, & tamen cœlum non habet distantiam à cœlo, quia nihil distat à seipso.

Improbō.

T. com. 46

Præterea, Ista distantia à cœlo, aut est in cœlo, aut in corpore inferiori continente locatū, aut in nullo corpore na- B turali, & vltimum istorum modorum est irrationabile, qa, vt sic, esset quid mathematicum separatum. Si autem dicatur, q distantia ad orbem, vel ab orbe, quæ ponitur formale loci sit in ipso orbe subiectiue, oportet q moueatur ad motum cœli. & similiter, si ponatur illa distantia in aliquo alio corpore naturali, oportet q ipsa sit mobilis, s̄m quod etiam corpus in quo est. & ideo nullo modo video istam immobilitatem. Aliter dixerunt alii. & hoc modo loquitur antiquus Expositor sanctus Thomas. & dicit, q vltimum corporis continentis non habet rōnem loci proprie et formaliter, nisi s̄m respectum et ordinem ad totum corpus sphæricum cœli. Verbi gratia, locus proprius nauis in aqua seu fluuio non est hæc aqua, quæ fluit, s̄m q hæc aqua, sed s̄m ordinem vel situm, quem habet aqua fluēs ad totum fluuium. qui quidem ordo, vel situs idem remanet in aqua fluente vel succedente: & sic, licet aqua materialiter fluat, tamē s̄m q aqua habet rationem loci, scilicet prout cōsideratur in tali ordine uel situ ad totum fluuium non mutatur. & per hoc simile accipere de- C bemus quomodo extremitates corporum naturaliū mobilium sint loca, s. per respectum ad totum corpus sphæricum cœli: quod habet fixionem & immobilitatem ex fixione & immobilitate centri & polorum. sic igitur, licet hæc pars aeris, quæ continebat rem, vel hæc pars aquæ effluat, tamen illud, secundum quod hæc aqua vel hic aer hēt rationem loci, semper remanet, s. situs & ordo ad totum corpus sphæricum cœli, sicut dicitur idem ignis manere, quātum ad formam, licet s̄m materiam varietur cōsumptis & additis quibusdam lignis. & per hoc cessat obiectio, quæ potest fieri contra illud, quod ponimus, locum esse terminum continentis: quia cum continens sit mobile & terminus continentis erit mobilis: & sic aliquod corpus quietum existens habebit diuersa loca. sed hoc non sequitur, quia terminus continentis non erat locus inquantum hæc superficies huius corporis mobilis, sed secundū ordinem vel situm, quem habet in toto immobili. ex quo patet, q tota ratio loci in omnibus continentibus, est ex primo continente, & locante, scilicet cœlo. Hæc quidē fere sunt verba istius Expositoris, ex quibus manifestū D est, ipsum intendere, q vltima superficies corporis naturalis continentis non habet rationem loci, nisi secundum ordinem vel situm, quem habet ad totum corpus sphæricum cæli. hunc autem ordinem vel situm dicit esse immobilem.

Opinio secunda. b. Thomæ.

Sed salua reuerencia eius, hoc est multum dubium: quia cum ille respectus, vel ordo, vel situs ad totum corpus sphæricum cœli sit quoddam accidēs existens subiectiue in corpore continente, necessarium est ipsum ordinem, vel situm moueri moto continente corpore. non .n. est intelligibile, q aliquod subiectum moueatur, & tamē accidens ipsum informans nullo modo moueatur. Et si dicas, q moto & fluente corpore particulari continēte remaneret idem ordo numero, & idem situs s̄m numerū in corpore succedente & adueniente, vt cum aer q prius te

Improbō.

continebat

continebat & circundabat mouetur per ventum, aut per aliquid aliud, remanet in aere succedente & adueniente idem respectus numero vel idem situs. hoc esset valde absurdum: quia fm hoc vnum & idem accidens numero fieret in alio & alio subiecto: quod est impossibile. Et quod exemplificat de igne, q manet idem fm formam, vel quantum ad formam, licet secundum materiam varietur consumptis & additis quibusdã lignis: si ipse intelligit, q manet ignis quantum ad formam eadem numero in alijs & alijs lignis, hoc est negandũ. hoc.n. est principium in Scientia Naturali, q vna forma numero nõ potest esse in diuersis & distinctis materijs successiue. si autem intelligit, q sit idem ignis successiue fm speciem, quantum ad formam, bene uerum est. Et similiter possumus dicere, q fluente aqua vel aere continente, manet idem ordo vel situs fm speciem, sed non manet immobiliter vnus suus numero circa contentum, immo sicut moto continente mouetur eius terminus, saltem per accidens, ita ordo vel situs sibi ad coelum mouetur saltem per accidẽs. Quòd si quis istã positionem intelligit, placet mihi.

Et ideo dico aliter ad quæstionem. Primo, q locus est immobilis per se, saltem primo & principaliter. Secundo dico, q locus sic non est immobilis, q nullo modo moueatur nec per se, nec per accidens. Tertio, videbitur quo modo, vel quibus modis locus est immobilis. Primũ communiter sic probatur. Omne, quod per se primo est mobile, est corpus vel substantia corporalis: hæc recipitur pro manifesta. sed ipse locus non est corpus, immo est aliquid existens in corpore continente, vt patet ex determinatis. quare &c. Secundum probatur: quia omne, quod est in corpore naturali, tanq̃ suo subiecto, cui inhæret, est mobile aliquo modo: hanc recipio pro manifesta. non.n. est intelligibile, q aliquod corpus naturale transmutetur de vno loco ad alium locum, & tamen illud, qd' inexistit naturali corpori, maneat in vno & eodem loco fm numerum. sed omnis locus, siue sumatur quãtum ad materiale, siue quantum ad suum formale. & quicquid sit formale ipsius loci est in aliquo corpore naturali, tanquã in subiecto cui inhæret. hęc etiam manifesta est cuilibet intelligenti fm sententiam Aristot. non.n. locus est dimensio spatij separati ab omnibus corporibus naturalibus, ut demonstratum fuit prius, nec potest ipse locus esse aliqua substãtia immaterialis, & incorporea, ut manifestum est, quia talis substantia nec est æqualis alicui alteri, nec continet, nec ambit aliquod corpus. vnde relinquitur, q loc9 vel sit corpus, vel aliquid existens in corpore, & sic sequitur propositum, q locus nõ est omnino immobilis sic q nec per se, nec per accidens moueatur, nec vnquam istud intellexit Aristot. nec Commentator. Restat igitur videre, quomodo locus est immobilis. Et possunt assignari duo modi, quibus locus est immobilis. Vnus mod9 est, quia locus proprius & naturalis vniuscuiusque corporis non mouetur necessario, nec per se, nec per accidẽs ad motum corporis locati, immo possibile est, q aliquod corp9 locatum & contentum moueatur localiter, & tamen loc9 eius proprius & immediatus non moueatur illo motu, & hoc est valde manifestum. cum enim cõcauum cœli sit locus ignis, non est necesse, si aliqua pars ignis mouetur ad vbi deorsum per aliquam virtutem, q illa pars cœli, quę cõtinebat illam partem ignis moueatur ad vbi deorsum. similiter, si ignis hic existẽs inferius mouetur ad sursum, non oportet q locus deorsum, qui cõtinebat ipsum ignẽ, moueatur cũ eo ad vbi sursum, & sic I alijs. Et, quia istud cõpetit proprijssime corpori cœlesti, q non moueatur p se, nec per accidẽs ad motum corporum locatorũ in ipso, ideo ipsum vltimum totius cœli ad nos, verissime habet rationẽ loci respectu istius inferioris mundi: & hoc signauit Aristot. in littera, cum dixit, est autem, sicut vas locus transmutabilis, sic locus uas immobile. Vnde, cum quis, in eo quia mouetur, mouetatur, quod intus, vt in flumine nauis tanquam vase vtitur magis q̃ loco, continenti asit Tex. c. 41.

E immobilis locus esse. vnde omnis terminus magis locus est, quia immobilis omnis. Et hoc vltimum puto referendum esse ad terminum omnis, id est totius corporis cœlestis. istud enim vltimũ immobile est omnino modo prædicto, s. q nunq̃ mouetur fm motum corporum contentorum in ipso, nec ad superius, nec ad inferius, vt etiam Commentator dicit post. Et, si volumus illud vltimũ dictum Aristot. s. illud, Vnde vltimum &c. referre ad totum fluuiũ, sicut refert Comment. & Expositores. tunc potest intelligi, q, quia locus vult esse immobilis, i. naturalẽ habet aptitudinem, vt non moueatur necessario ad motum locati, ideo vltimum totius fluuij, in quo est nauis, magis est locus, supple communis, quia non mouetur necessario totus fluuius ad motum nauis. Sic igitur intelligimus locum esse immobilem, & non quia non moueatur p accidens: hoc enim falsum est, & contra Aristo. & etiam Commentator. Vnde & Comment. dicit super istam partem prællegatam, q locus est continens immobile, nisi per accidens. Et in hoc multũ differt locus à materia, & à forma. quia materia & forma semper & necessario mouẽtur ad motum rei, cuius est materia & forma, & ad quemcunq; locum transfertur compositum ex materia & forma, transfertur etiam necessario ipsa forma & materia, licet per accidens, i. non per se subsistens, & seorsum, sed in composito. sed locus proprius & naturalis, nõ necessario, neq; semper mouetur fm motum locati, ita q ad quẽcunq; locum transmutatur locatum, oporteat locum transmutari. sursum.n. & deorsum simpliciter sunt immobilia motu sursum & deorsum, vt dicit Aristot. in isto Quarto, & Commentator ibidem. sursum.n. simpliciter est vltimum circulationis, i. corporis cœlestis circularis: & istud vltimum nec mouetur sursum & deorsum, licet moueatur circulariter. hic igitur est vnus modus immobilitatis loci, s. q, cum locus cõtineat locatum, non tamen necessario mouetur ad motum eius, & præcipue ratione qua locus. Alius modus est, quia, cũ aliquid mouetur ad aliquem locum, tanq̃ ad terminum ad quem in quo debet natura quiescere, ille locus non est mobilis illo motu: quia tunc locatum frustra moueretur ad illum locum. quia, cum perueniret ad ipsum, nõ quiesceret ibidẽ, vt locus sursum ad quem leue mouetur fm naturam, ut quiescat in illo cum peruenerit ad ip'um, non est mobilis motu sursum, nec motu deorsum, quia tunc leue nunquã quiesceret in eo motu naturali, & sic frustra moueretur. Et hanc rationem tetigit Commentator his verbis. Et significat, q locus non mouet essentialiter hic, q locus est id ad quod moueretur res, & quiescit in eo: & si aliquid moueretur ad rem motam, supple illo motu, ad quiescendum à tali motu, tunc motus eius esset ociosus, quia, scilicet non attingeret ad suum intentum. Hæc igitur sit vna immobilitas loci, vt, scilicet locus, inquãtum est id ad quod res locata mouetur, cum est extra ipsum non est natus moueri illo motu. Et hoc quasi redit in idem cum pri9 dicto modo. nisi q prius dictus modus magis refertur ad locũ in quo aliquid continebatur anteq̃ moueretur. Ille enim non mouetur necessario ad motum locati. Sed secũdus modus refertur ad locum ad quem aliquid naturaliter mouetur, vt in eo quiescat: iste enim locus non mouetur necessario illo modo propter causam dictã. Et in hoc differt locus naturalis à vase artificiali: quia vas artificiale potest transferri simul ad locum ad quem transfertur cõtentum, ut amphora ad locum quem trãsfertur aqua: sed locus proprius & naturalis nõ est natus moueri ad illum locum, uel ad illud ubi, ad quod mouetur suum locatum, vt manifestum est. Concauum.n. cœli nõ est aptum natum moueri sursum, nec deorsum, nec cẽtrum mundi similiter autem & in alijs.

Com. 41.

F

Tex. c. 42.

G

Tex. c. 41.

H

Rñsiones.

AD rationes omnes patet ex dictis. Cõcludunt enim, q locus non sit immobilis penitus, sic, q nullo modo moueatur, nec p se, nec p accidens, sed non cõcludũt, q non sit immobilis prædictis modis, terminus enim cuiuslibet

cuiuslibet motus est immobilis sic, ꝙ non mouetur illo modo, nec subijcitur illi motui, vt albedo, quæ est terminus dealbationis, non est illud quod dealbatur, vt manifestũ est cuilibet. sic rationabile est vt locus, ad quẽ est aliquis motus, non moueatur illo motu, nec similiter locus ille, à quo incipit aliquis motus, mouetur necessario illo motu, nec consimili, vt dictum est: quare illæ rationes non sunt contra positionem. Auctoritas autem Arist. faciliter exponitur. vult enim immobilem esse locũ, vt præmissum est. quod autem dicit Expositor, ꝙ supficies vltima seu terminus corporis cõtinentis habet rationem loci fm ordinem vel situm ad totũ corpus sphæricum cœli, hoc non est verum nisi dispositiue, immo principale & formale in loco est virtus naturalis conseruatiua locati, sicut dictum fuit prius. Verum est tamen, ꝙ in istis inferioribus continentibus respectus vel situa ad cœlum, bene disponit ad recipiendum virtutem naturalem conseruatiuam ab ipso cœlo influxam, & secundum alium & alium situm vel ordinem ad cœlum recipitur alia & alia virtus conseruatiua: **B** & ista magis meretur dici locus, ꝙ ordo ipse vel situs ad corpus sphæricum cœli. quare &c.

Tex. c. 46. Et propter hoc quidem terra in aqua, hæc in aere, hic vero in æthere &c.

QVAESTIO VII.

An Terræ locus sit Aquæ Superficies.



Onsequenter quæritur, vtrum terra sit in superficie aq, sicut in suo loco naturali. Arguitũ primo ꝙ non. Quia terra est in illo, tanquã in suo loco naturali, ad quod mouetur, si non prohibeatũ: hæc enim videtur esse præcipua conditio loci, vt sit illud, ad quod naturaliter locatum mouetur nõ impeditum, vt patet in isto Quarto. (Tex. c. 46) sed terra, si non prohibeatur, mouetur ad centrum, seu ad medium, vt manifestum est ad sensum: quare uidetur, ꝙ centrum, siue medium, est locus naturalis ipsius terræ, & nõ **C** superficies aquæ. Item, si supficies aquæ esset locus naturalis ipsius terræ, tunc terra non prohibita moueretur ad eam, vt prius dictum est: sed hoc est falsum. videmus enim sensibiliter, ꝙ, si fiat fouea i terra sub aqua & in fundo illius foueæ esset vna pars terræ discontinuata ab alijs & non prohibita ab alijs partibus, nec ab aliquo detinente, tamen illa pars terræ non moueretur ad superficiem aquæ, immo magis aqua descenderet ad fundum foueæ. quare &c. Item, sicut se habet leue simpliciter ad locũ simpliciter sursum, sic graue simpliciter ad locum simpliciter deorsum, per conuenientem similitudinem: sed leue simpliciter est in loco sursum simpliciter, vt ignis in concauo cœli: ergo simpliciter graue debet esse in loco simpliciter deorsum. manifestum autem est, ꝙ terra est simpliciter grauis, vt patet in Quarto Cœli. (Tex. c. 26.) centrum autẽ est simpliciter deorsum, vt manifestum est, & patet: quia maxime distat fm virtutem à sursum simpliciter, & nõ ipsa superficies aquæ. **D** Item, si superficies aquæ esset locus naturalis ipsius terræ, tunc tota terra deberet esse circundata aqua, cuius oppositum apparet ad sensum. & patet cõsequentia: quia locus proprius & naturalis debet circundare totum locatum suum proprium, vt concauum cœli circundat totum ignem, & concauum ignis circundat totum aerem: quare &c. Item, locus terrę, cum sit grauis simpliciter, est medium circularis lationis, Primo Meteororum: sed huiusmodi medium est centrum mũdi, vt manifestum est: quare &c.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Aristo. hic dicit enim, ꝙ terra est in aqua, & aqua in aere &c.

CONCLVSIO.

Aquæ superficies naturali virtute conseruatiua informata immediate ad Terram se habens, eius est naturalis ac proprius Locus.

Opinio prima. DE quæstione ista dixerunt aliqui, ꝙ cẽtrum mundi est locus naturalis ipsius terræ, quia ad ipsum **A** mouentur partes terræ, nisi prohibeãtur, vt patet ad sensum: quare &c. Sed istud nõ placet alijs. quia illud, quod est simpliciter indiuisibile, non potest esse locus alicuius corporis propriꝰ: locus enim est æqualis corpori locato, saltem fm continentiam, vt dictum est prius. modo, indiuisibile simpliciter nulli est æquale fm cõtinentiam, cum nihil contineat, nec circunscribat: sed centrum mundi est quid indiuisibile simpliciter, cum sit punctus, à quo omnes lineæ ductæ ad circunferentiam sunt æquales. Sed dicunt aliqui, ꝙ hæc ratio procedit ex mala imaginatione. nam per centrum, qui ponitur locus terræ, non intelligitur punctum mathematicum, quod est omnino indiuisibile, sed intelligitur pars terræ, cuius medium punctum est medium mundi: quæ quidem pars terræ est ita paruæ quantitatis, ꝙ sub minori non potest saluari forma terræ, ita ꝙ est minima terra per se subsistere potẽs & seorsum: & ista minima terra, ratione qua habet talem sitũ vel ordinem ad cœlum, habet virtutem naturalem conseruatiuam terræ: **B** propter quod ad eam mouentur omnes aliæ partes, si non prohibeantur. Sed adhuc non valeret: qa locus proprie et per se dictus debet esse diuersus à locato, & è conuerso, & non continuus eidem, aliter enim locus necessario moueretur ad motum locati, cum cõtinua sint illa, quorum motus est vnus, Quinto Metaphy. inconueniens autem est locum naturalem & per se necessario moueri & naturaliter ad motum corporis locati, ut manifestum est prius: modo, si locus terræ esset illa pars terræ: quam dicis, iam locus terræ nõ esset diuisus ab ipsa terra, constat enim ꝙ illa pars terræ minima est alijs continua. Et confirmatur: quia fm Aristo. in isto Quarto, pars existens in toto & non diuisa ab alijs, non est in toto sicut in loco fm actum & simpliciter & proprie: ergo multo minus vna pars alteri continua, vel ipsum totum potest esse in alia parte eiusdem totius sibi continua, & sic partes terræ, quæ sunt circa centrum, nõ sunt in illa parte, quam ut vocas centrum, sicut in suo loco proprio, nec etiam tota **C** terra. (Tex. c. 44.) Item, si illa pars terræ minima, quæ dr̃ centrum, esset locus naturalis ipsius terræ, tunc quæreretũ de illa parte, verũ esset in loco, vel nullo mõ est in loco. si in loco, ergo, cum idem sit fm speciem locus totius & partis, vt patet in isto Quarto, & centrũ est locus naturalis ipsius terræ, vt dicis, sequitur etiam, ꝙ centrum sit locus naturalis illius partis: & cum ipsamet sit centrũ, ut tu ponis, sequitũ, ꝙ ipsa sit locus sui ipsius: quod est absurdum. Si autem dicatur, ꝙ illa pars terræ nullo modo est in loco, hoc est absurdum: quia omne corpus est in loco, vel fm actum, vel fm potentiam, vel ꝑ se vel per accidens. Item, locus ẽ vltimum corporis continentis, vt patet ex definitione loci: sed centrum terræ vel mundi, quicquid sit illud, nõ est vltimum corpis continentis, vt manifestũ est. quare &c.

Et ideo aliter dicatur fm Arist. ꝙ superficies aquæ informata virtute naturali conseruatiua ipsius terræ immediate se habens ad terram est locus terræ. cuius ratio est: **D** quia illud quod continet terram & est æquale ei fm continentiam, & conseruat ipsam terram, est naturalis locus ipsius terræ: hæc est manifesta ex dictis prius: sed superficies aquæ prædicta est huiusmodi: quare &c. Item, locus naturalis & proprius terræ aut est centrum, aut superficies aquæ, vt prædictum est: sed nõ est ipsum centrum, vt probatum est: quare &c.

Rñsiones. AD primam rationem est intelligendum, sicut dicunt aliqui bene, & subtiliter, vt mihi videtur, virtus conseruatiua locati primo influitur corpori continenti ab ipso cœlo, & mediante ipso continente influitur locato seu contento, & per totum ipsum locatũ diffunditur & multiplicatur: ipsa autem virtus naturalis conseruatiua perfectius & intensius recipitur in partibus purioribus magis elongatis à contrarijs suis. Dicemus ergo, ꝙ, cum à cœlo influatur virtus naturalis ipsi aquæ cõseruatiua ipsius terræ, & ab aqua influatur in terram, illa virtꝰ perfectior & intensior erit in partibus terræ purioribus, s. quæ magis

gis sunt elongatæ ab elementis contrarijs, & hæ sunt partes centrales: & ideo istæ partes terræ habēt virtutem naturalem conseruandi fortiorē alijs: propter quod aliæ partes non impeditæ debent moueri ad ipsam, eo quia entia diligunt se permanere, vt Commen. dicit Primo Physicorum. Sed dubitabit iunior: quia agens corporeum fortius influit in illud, quod est ei propinquius, q̃ in illud, qd̃ magis distat, vt manifestum est ad sensum: cum igitur aqua cui influxa est virtus cōseruatiua terræ, sit agēs corporeum, videtur q fortius influit illā virtutem in partes terræ sibi propinquiores, etiā, cum ipsum cœlum influēs aquæ virtutem conseruatiuam terræ sit influens corporeum, videtur q fortius influat virtutem conseruatiuam ipsi aquæ, quæ est ei propinquior, q̃ parti centrali terræ, quæ magis distat ab eo. Sed dicendum, q verum est, agens naturale fortius influere in passum sibi ꝓpinquius, si vtrunq; passum sit consimiliter dispositum ad recipiendum: sed si non, non oportet. verbi gratia, idem ignis fortiorem agit caliditatem in lapide magis distantem, q̃ in aere propinquiori: quia in lapide propter suam opacitatem, seu densitatē, magis est vnita caliditas: & ideo est fortior q̃ in aere. similiter in proposito. quāuis enim partes terræ superficiales sint magis ꝓpinquæ aquę q̃ centrales, tamen ipsæ partes centrales sunt puriores & magis impermistæ contrarijs, q̃ aliæ, & sunt etiā densiores. similiter terra tota q̃ aqua: & ideo maior vel intēsior est virtus recepta in partibus centralibus q̃ in alijs. Et hæc etiam est causa, quare virtus naturalis conseruatiua aeris influitur magis ipsi igni, q̃ aquæ, intātum q ipse ignis naturaliter continet aerem & non aquam: quia constat q ignis est magis elōgatus ab eo, quod est magis contrariū aeri, s. à terra, quæ contrariatur aeri in duabus qualitatibus, q̃ aqua. Similiter virtus cōseruatiua aquæ influnur aeri & non igni: quia ipse aer est magis elongatus à cōtrario aquæ, puta ab igne q̃ ignis ipse: quia ipse ignis nō est distans à seipso. Et si dicas, ergo per istam rationem virtᵘ cōseruatiua aquæ est fortior in terra q̃ in aere: quia terra magis distat ab igne, qui contrariatur aquæ, non habeo pro incōuenienti, vnde videmus, q partes aquæ relictæ sibi ipsis mouentur versus centrum, si non prohibeātur. Ad formam ergo rationis, cum dr̄, terra est in isto &c. verum est, si illud alterum sit cōtinens ipsam & diuisum ab ea: si non, non oportet. nunc aūt ipsum centrum, quāuis ad ipsum mouerentur partes terræ, attamē non est cōtinens ipsam terram, nec diuisum, nec æquale: quare autē mouentur ad ipsum, visum est. Ad aliam, cum dicitur, si superficies aquæ &c. Concedo: & cum dicit, q partes terræ non prohibentur &c. dico, q falsum est, immo partes terræ propinquiores centro prohibentur ne moueant ad superficiem aquæ. prohibentur, dico, ab illa virtute naturali influxa centro, aut parti cētrali, eō q illa est fortior q̃ virtus existens in superficie aquæ. Et, si dicatur vlterius, illud à quo aliquid naturaliter recedit, non est locus eius naturalis, verum est, si recedat ab illo, quantum est ex parte ipsius continentis. Ad aliud dico, q locus simpliciter deorsum non est proprie ipsum centrum, quia nō est cōtinens: sed locus simpliciter deorsum est superficies aquæ concaua. Et dices, ista nō maxime distat ab ipso sursum, dico, q immo, ſm q est possibile superficiem continentem naturaliter aliquod elementum distare à superficie cœli, & sic intelligit q locus deorsum maxime distat à loco sursum. Ad aliam cum dicitur, q tunc tota terra &c. Intelligendum est hic, q natura semp facit de possibilibus, quod melius est, vt dicitur in Secūdo de Generatione. bonum autem & perfectio totius sine dubio est magis bonum q̃ bonum partis: & ideo aliquādo natura propter conseruationem boni & perfectionis totius permittit aut facit aliquam priuationem & orbitatem in aliqua parte, s. cum bonum & perfectio totius saluari nō potest sine illa orbitatione illius partis. Nunc autē in vniuerso sunt aliquæ species pertinētes essentialiter ad perfectio

Com. 81.
Dubitatio.
Responsio
Tex. c. 18. Natura sæpe per qd melius est operatur.

E nem vniuersi, quæ non possunt viuere nec esse in terra pura nec aqua pura: nec vſr in aliquo elemento puro omnino, vt alalia perfecta, ſcipue respirātia, & ideo ingentauit natura, vt aliqua pars terræ non esset circundata aqua pura, sed aere magis, vt alalia manerent & viuerent in ipsa. Ad rationem ergo, cum dicitur, si superficies &c. verum est quantum est ex natura particulari aquæ & terræ deberet tota terra esse circūdata aqua, sed propter bonū & perfectionem totius vniuersi contingit aliud, vt dictū est. Verum est igitur, q locus naturalis debet circūdare totum suum locatum, nisi aliqua alia causa prohibeat, vt pote natura vniuersalis intendens magis bonum q̃ sit talis circunscriptio totalis. Itē aliter dicunt aliqui, q immo tota terra bene est circundata aqua, sed non aqua pura & perfecta, sed aqua pmista aeri & terræ, & diminuta à suis qualitatibus naturalibus. aer enim, qui est circa terram, in quo animalia viuunt, non est purus aer. nā in puro aere non viuerent, vt dicit Albertus in de Proprietatibus elementorum, sed est aer cōmistus vaporibus aqueis & exhalationibus terrestribus, vt patet in Primo Meteororū. vnde illa superficies, quę immediate ambit terram, supra quam viuunt animalia, non est locus terræ, ratione qua est terminus aeris, sed ratione, qua est terminus aquæ & mistæ ipsi aeri habens virtutem &c. Ad aliud dico, q medium circularis mutationis non est locus terræ ꝓprie. nec Aristo. hoc dicit in Primo Metheo. sed bene dicit, q in medio & circa mediū est corpus graue terra & aqua: quod pro tanto verum est: quia medium terræ est mediū totius mūdi, licet differat ratione, vt est medium terræ, & totius mundi, vt habet videri in Secūdo Cœli & Mundi: & ipsa aqua est circa medium, inquantum ipsa est circa terram, cuius medium est medium mundi: sed non intelligit, quòd medium sit vere proprius locus totius terræ: quare non valet ratio.

Et hic vero in cœlo.

Tex. c. 46.

QVAESTIO VIII.

Orbis Lunæ concauum locus est ignis conueniens, ac proprius.

Consequenter quæritur, vtrum ignis sit in cōcauo orbis Lunæ, tanquam in suo loco naturali. Arguitur q non: quia sicut est in minori mundo, sic debet esse in maiori mundo, per conuenientem similitudinem. sed ita est in minori mundo, s. in homme, qui est minor mundus, vt dicitur in Octauo huius, s. q pars eius nobilissima, s. cor est in medio: ergo similiter in maiori mundo elementum nobilissimum debet esse in medio. nunc autem cōcauum orbis Lunæ non est medium mundi, sed magis centrum, vt manifestū est ex Secundo Cœli & Mundi, & in Quarto: quare &c. Item, corpus locās debet conuenire cum corpore locato in vna qualitate, vt manifestum est ꝑ inductionem in omnibus simplicibus corporibus. aqua. n. conuenit cum terra in frigiditate, & aqua cum aere in humiditate, & aer cum igne in caliditate. sed cœlum non cōuenit cum igne in aliqua qualitate, quia cœlum non est calidum, nec frigidum, nec humidum, vt patet Primo Cœli & Mundi. Item, si ignis esset in concauo orbis Lunæ, tunc prohiberet nos videre astra: cuius oppositum patet ad sensum, quia de nocte videmus stellas, & probatur cō sequētia: quia, cum ignis interponitur inter visum nostrū & aliquod visibile, prohibet illud videri, vt patet, quando flamma interponitur inter visum nostrum & aliquod corpus, non videmus illud, vt patet ad sensum: ergo similiter in proposito, si ignis esset in concauo orbis Lunę interponeretur inter nos & astra, vt manifestum est: igitur prohiberet nos videre ipsa, quare &c. Itē, vnūquodq; locatum debet quiescere in suo loco proprio & naturali, vt patet in isto Quarto. sed ignis in concauo orbis Lunæ non quiescit, vt patet in Primo Meteororum. immo & tota sphæra ignis & tota illa pars aeris quę est super Peri

Tex. c. 17.
Tex. c. 100.
Tex. c. 2.

F G H

pherias altissimorum montium vt arguitur ex motu stel læ comatæ, quare &c.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Aristo. in isto Quarto, & in Primo Meteororum. Tex. c. 42.

CONCLVSIO.

Ignis est in concauo orbis Lunæ, vt in proprio ac Naturali loco.

AD quæstionem dico breuiter, ꝙ ignis est in concauo orbis Lunæ vt in suo loco proprio & naturali: quia nobilissimo elemento debetur locus nobilissimus, hoc est euidens: sed ignis est nobilissimum elementum: cuius signum est eiꝰ maxima actiuitas, hoc enim arguit ipsum plus habere de naturali formali, vel formã digniorem, & magis cõuenire cum primo actiuo: ideo &c.

Item, ibi maxime debet esse ignis, vbi maxime conseruatur & generatur: locus enim est principium generationis, & conseruationis locati, vt omnes concedunt. sed in concauo cœli, ignis maxime natus est generari & conseruari: quia motus localis fortis & velox natus est generare caliditatem in materia calefactibili, & maxime velocissimus motus maximam caliditatẽ in materia maxime calefactibili, vt habetur in Secundo Cœli, & Primo Meteororum. constat autem, ꝙ motus cœli est motus velocissimus, vt patet in Octauo huius, & materia ei contigua est leuissima & rarissima, cum sit sursum simpliciter: & ideo cœlum per suum motum facit in illa maximam caliditatem, & talis fortissima caliditas nõ permittit siccum humidum, sed requirit siccitatem, vt manifestum est in istis inferioribus: quæ quanto plus calefiunt tanto magis siũt sicca: ergo materia, quæ est in concauo cœli, est maxime calida, & talis materia est propria igni: excessus enim caliditatis velut feruor, est ignis, vt dicitur in Secũdo de Generatione. & ista ratio habetur ex verbis Aristo. in Primo Meteororum. vbi sic ait: lato autem primo elemento cor porum, i. cœlo, vt exponitur, quod propinquum est inferiori mundi motum disgregatum accenditur, id est inten se calefit. Item, constat, ꝙ in cõcauo orbis Lunę est aliquod corpus: aliter enim esset vacuum. sed nõ potest esse aliquod mistũ, quia omnia mista sunt grauia à dominio, & ideo nõ potest ibi esse mistum, s. in loco sursum simpliciter, dico fm naturam. nec ibi potest esse aliud elementũ ab igne: quia nullum aliud est simpliciter leue, & leuissimum nisi ignis, vt manifestum est cuilibet intelligenti: ergo relinquitur, ꝙ ibi sit naturaliter ipse ignis. Sed aliqui dubitant hic satis rationabiliter: quia, cum luna sit humida virtualiter, vt dicũt omnes Astrologi, & habet dominium super humida, cuius signum est fluxus maris, ꝙ prouenit ex aspectu determinato Lunę, & similiter videmus humiditates animalium, vt medullam & cerebrũ augeri in plenilunio. & cõstat ꝙ totꝰ orbis & planeta simul sunt vnius naturæ & virtutis, vt tangitur in Secundo Cœli & Mundi, sequit, ꝙ totus orbis Lunæ debet esse humidus: cum ergo ignis sit siccus fm naturã, videtur ꝙ orbis Lunæ non habet conseruare ipsum ignem: quia vnum contrariorum non est conseruatiuum alterius, sed magis corruptiuum, vt patet in Primo huius: & in Primo de Generatione. quare &c. Et confirmatur: quia agens naturale fortius agit in passum propinquum sibi, ꝙ̃ in distãs & remotum, vt patet ad sensum. modo, orbis Lunę est agẽs naturale & corporeum, & habet agere humiditatem, vt probatum est: ergo, si ignis est magis ei propinquus, ꝙ̃ alta corpora, sequitur ꝙ humefacit ignem: quod est absurdum: quare &c. Ad hoc potest responderi, ꝙ verũ est Lunam habere virtutem humefactiuam, & etiam totum orbem Lunæ, tamen hoc non obstante habet virtutem calefactiuam per suum motum velocem, & ipse motus fortior est in calefaciendo per materiam sibi propinquam, ꝙ̃ sit virtus Lunæ humefactiua in humefaciendo: & ideo non humectat ipsum ignem, licet in aliis distantibus faciat & intendat humiditatem. actus enim actiuorũ non sunt nisi in patientibus dispositis, vt patet in Secũdo de Anima: modo, ipsa materia propinqua orbi est in tantum calefacta & desiccata & rarefacta per motum fortẽ, ꝙ non est idonea ad recipiẽdum humiditatem. Et per hoc patet ad cõfirmationem: quamuis enim orbis Lunæ sit humefactiuus eius, quod est aptum aptitudine propinqua ad humefactionẽ: & quod obtinet virtua eius humefactiua, tamen non humefacit ipsum ignem propter causam prædictam. Et, cum dicitur, vnum contrariorum nõ conseruat alterum, verum est ratione uirtutis contrariæ, sed ratione alterius dominantis & obtinentis potest conseruare: quamuis ergo orbis Lunæ non conseruet ipsum ignem ratione qua humefactiuus, tamen ratione, qua est calefactiuus per vehementiam motus, bene habet conseruare: & ideo non valet obiectio.

Tex. c. 40.
Tex. c. 25.
Tex. c. 27.
Dubitatio.
Tex. c. 48.
Tex. c. 51.
Tex. c. 50.
Confirmatio.
Responsio.
Tex. c. 24.
Ad confir.

AD rationes. Ad primam, cum dicitur, sicut &c. conceditur. &, cum dicitur, ꝙ in minori &c. dico ꝙ duplex est medium quãtum ad propositum. Vnum est medium fm æqualem distantiam quantitatiuam ab extremis, & istud medium non semper est nobilius omnibus aliis: nec isto modo cor est in medio corporis humani, immo magis propinquum est parti superiori ꝙ̃ inferiori, & magis in dextra ꝙ̃ in sinistra, vt scitur in de Partibus animalium. Alio modo dicitur medium fm æqualitatem influentiæ virtutis, & hoc modo ipsum cor bene est in medio corporis, s. ꝙ æqualiter influit virtutẽ omnibus aliis partibus fm naturam & existentiam vniuscuiusq;. vnde ita bene influit pedibus spiritus & virtutem ad ambulandum, sicut manibus ad palpandum, & sic de cæteris suo modo, similiter autem orbis potest dici medius locus in vniuerso, s. per æqualitatem influẽtiæ virtutis ad omnes reliquas partes, fm ꝙ requirit natura vniuscuiusq; partis: nam ita bene cœlum influit asino virtutem conseruatiuam eius, sicut homini: & ideo nobilissimum elementũ est in loco nobilissimo. Ad aliud, cum dicitur, ꝙ locãs debet conuenire, &c. dico, ꝙ verum est formaliter vel virtualiter, sed non vniuersaliter debet conuenire cum ipso formaliter: ita, s. ꝙ habeat qualitatẽ eiusdem speciei sibi formaliter inhærentem: quia sic omne corpus continens esset alterabile & corruptibile, vt dicit Commentator in de Substantia orbis: modo, quamuis orbis Lunæ non cõuenit formaliter cum igne fm aliquam de qualitatibus actiuis & passiuis, nec etiam fm leuitatẽ: quia nec est graue, nec leue, nec alterabile, vt patet Primo Cœli & Mundi, tamen bene conuenit cum ipso virtualiter: habet enim virtutem actiuam & conseruatiuam caliditatis & siccitatis, vt dictum est. Nec est necesse, ꝙ omne, quod agit aliquod accidens, disponatur per ipsum, uel per aliquod eiusdem speciei cum ipso: vt non est necesse ꝙ mouens localiter moueatur, vt dicit Commen. in de Substantia orbis: quare non valet. Ad aliam, nego consequentiam. & ad probationem intelligendum, ꝙ ignis non prohibet videre corpua aliquod nisi ipse ignis sit lucẽs manifeste & sensibiliter, vt patet ad sensum: modo, sicut dicit Albertꝰ in Primo Meteororum. & Aristo. in suo Tractatu de Sensu & Sensato, ignis in sua propria materia non lucet: quia illa est excellentis raritatis & præsidentis subtilitatis: & ex hoc contingit, ꝙ ipse nõ lucet luce manifesta. cuius signũ satis pulchrum ponit Albertus in Primo Meteororum, videmus enim sensibiliter in cãdela accensa, ꝙ pars ignis, quæ est propinquissima lichno, ẽ rarior & subtilior, alia vero pars, s. ignis flamma, est magis spissa & densa ꝑpter aerem circunuenientem, qui aliqualiter ei contrariatur et condensat eam per antiparistasim, i. resistentiam: vnde illa particula ignis, quæ est immediate iuxta lichnum, nõ prohiberet videri actu aliquod tale corpus oppositũ: quã uis flamma bene impediret illud videre, vt manifestum est per experiẽtiam: quare &c. Ad aliam cum dicitur, locatum debet quiescere &c. verum est, quantum ex parte sua & ex natura sua propria, tamẽ quantum est ex virtute alicuius superioris, cui locatum aptũ natum est obedire & ipsum assequi potest moueri in suo locô proprio, & sic

Rñsiones.
Medium ẽ duplex.
Cor quõ ẽ in medio corporis.
Tex. c. 20.
Ignis ĩ propria materia nõ lucet

E & sic est in proposito: ignis enim, quantum de se est, non moueretur in cōcauo orbis Lunę cum virtute ipsius orbis, qui est natura superior, & mouetur moto circulari: ipse ignis mouetur illo motu: quia natus est sibi obedire & ipsum assequi in suo motu, præcipue, cum sit faciliter mobilis, & nō impeditus: quare &c.

Alia rñsio, Item aliter potest dici, q locatum existens in suo proprio loco non mouetur illo motu, quo moueretur, si esset extra ipsum locum: immo quiescit quiete quæ est perfectio illius motus: tamē bene potest moueri aliquo alio motu: & sic contingit in proposito: ignis enim existens in concauo orbis Lunæ non mouetur motu recto sursum, quo motu moueret, si esset extra ipsum locum suum, & nō prohiberetur, sed mouetur motu circulari ſm motum orbis, & hoc non est inconueniens.

Obiectio, Et si dicas locus debet esse immobilis: orbis aūt Lunæ & eius concauum semper mouētur.

Responsio, Patet quid est dicēdum ex prædictis. locus enim est immobilis sic q nō mouetur necessario ad motū corporis locati: & sic est in F proposito. concauum enim orbis Lunę non mouetur sursum ſm motum ignis.

Dubitatio, Et aliqui dubitant hic, immo videtur, q virtus cōseruatiua locati necessario mouetur ad motū locati: ponatur q ego mouear de vno loco ad aliū locum, virtus conseruatiua mei, quæ erat in aere cōtinente me, aut mouetur aut manet aut corrumpitur: sed nō est dicendum, q corrumpitur. quid enim eam corrumperet nō apparet: si autem remanet eadem virtus numero quæ prius erat, tunc cum illum locum à quo recessi, possit ingredi aliquod corp⁹ alterius speciei sicut asinus vel lignū: tunc eadem virtus erit conseruatiua diuersorum ſm speciem: quod videtur impossibile.

Responsio, Et dico breuiter q me recedente de aliquo loco potest remanere virtus naturalis cōseruatiua mei in illo eodem corpore: & si illum locum quem occupaui ingrediatur aliquod corpus alterius speciei: non propter hoc conseruabit ab illa virtute quæ me conseruabat prius: sed ab aliqua alia virtute naturali: nec G est inconueniens q in vno & eodem continente sit virt⁹ naturalis alia & alia conseruatiua diuersorum corporum naturalium: vt in isto aere contiguę sunt virtutes conseruatiuę naturales omnium animaliū quæ nata sunt viuere in aere. istę enim virtutes influxę ab ipso cœlo ad conseruationem diuersorum animalium in specie non sunt sibi inuicem contrariæ, sed disperatę. ideo non valet ratio.

Diuersę virtutes cōseruatiuæ sunt in eodē cōtinente.

Tex, c, 46. Cœlum autem non amplius est in alio.

QVAESTIO IX.

An Vltima Sphæra sit in loco.

Quæritur hic, vtrum vltima sphæra sit in loco. Arguitur q non: quia illud, quod non est in aliquo corpore continente ipsum, & extra ipsum existente, nō est in loco: hoc habetur ab Arist. in litera. (Tex, c, 43.) sed vltima sphæra non habet aliquod corpus extra se cōtinens ipsam, quia sic nō esset vltima sphæra: quare &c. Item si esset in loco aut esset in loco per se, aut per accidens, hæc est diuisio suffi H ciens. Sed non est in loco p se: quia sic esset contenta in aliquo extrinseco corpore, cum locus sit continens diuisum ſm Aristo. (Tex, c, 43.) nec per accidens: quia quod est in aliquo loco per accidens, debet esse in aliquo subiecto quod sit in aliquo loco per se, vt albedo est in aliquo subiecto quod est in loco per se: & ideo dicitur esse in loco per accidēs: similiter in alijs: modo, sphæra vltima, cū sit quędam substantia, nō est in aliquo subiecto, quod sit per se in loco, ut manifestum est: quare &c. Item, locus est vltimum continentis immobile primum ſm Arist. in litera. (Tex, c, 42.) Sed vltima sphęra non est in vltimo alicuius corporis continentis, ut manifestum est: quare &c.

OPPOSITVM arguitur: omne corp⁹ est in loco, sicut enim non est aliquis locus sine omni corpore, sic non est aliquod corp⁹ sine omni loco, vt patet in isto Quarto. sed vltima sphæra est quoddam corpus, cum sit primum mobile, vt manifestum est: quare &c.

E

CONCLVSIO.

Vltima Sphæra est in loco non per se sed per accidens, & per centrum est in loco.

Ista quæstio est multum difficilis, cuius signum est diuersitas opinionum Solennium Philosophorū exponentium Arist. Opinio Alexandri, vt Commen. recitat, (Com. 45. Opinio Alexan.) est, q vltima sphæra nullo modo ē in loco. Et hic probauit sic, Illud, quod non mouetur localiter, non est in loco: hæc est manifesta. sed vltima sphæra non mouetur localiter: hanc probauit, quia vel mouetur per se, vel per accidens. non per se: quia aut moueretur ſm totum, aut ſm partes: non ſm partes, quia partes non sunt diuisæ à toto, nec ſm actum, vt manifestum est: quia ipsa vltima sphæra est continua: nec in potentia, quia nunquam diuident abinuicem: ergo ipsæ partes vltimæ sphæræ non mouent actu ſm locum, & per consequens tota vltima sphæra nō mouetur actu ſm partes, nec etiam ſm totum: quia totū corpus vltimæ sphæræ non mutat locum, ita q non trāsfertur de vno loco ad alium locum. F Item, nō mouetur localiter per accidens: quia hoc esset eò q moueretur ſm partes: modo, illud, quod mouetur per accidens ſm suas partes non mouetur per accidens, nisi quia motus est totius per se. nec est dicendum, q mouetur per accidens, quia sit in aliquo subiecto, quod mouetur per se: & hic non posuit Commen. in ratione Alexādri, quia nullus hoc dicit, Et dicit Alexander vlterius, q non est de ratione corporis, q sit in loco, nec ponitur in definitione eius, nec corp⁹ in definitione loci, vt ipse dicit.

Auicen. Auicenna aūt sequens Alexandrum addit, q motus corporis cœlestis non est motus localis ſm vbi, sed ſm situm. & ideo non oportet, q cœlum sit aliquo modo in loco. Sed ista positio non videtur esse rationabilis. quia omne, quod localiter mouet, necessario est in loco aliquo modo: nunc autem vltima sphæra localiter mouetur: quia motus non est nisi ad res quatuor generum ſm Arist. Quinto huius, (Tex, c, 7.) s. ad substan G tiam, quantitatem, qualitatem, & vbi: & constat q vltima sphæra non est transmutabilis ſm substantiam, vt demonstratum est in Primo Cœli & Mundi: (Tex, c, 20.) nec ſm quantitatem, nec ſm qualitatē, saltem ſm totum: ergo relinquit, q aut nullo modo mouetur, quod est ridiculū: aut q mouetur ſm vbi. & iste est motus localis, qui necessario requirit mobile esse in loco quoquo modo. Quòd autem dicit Auicenna, q motus vltimæ sphæræ est motus ſm situm, hoc improbatur: quia impossibile est, q motus p se sit in aliquo genere, cuius specierum ratio consistit in indiuisibili: & propter hoc ad substantiam non est motus, quia ratio substantiæ in indiuisibili consistit: vnde species substantiæ non recipiunt magis & minus. &, cum motus habeat successionem, non producitur forma substātialis in esse per motum, sed per generationem, qui est terminus. sicut autem est de albedine & de consimilibus, quæ participantur ſm magis & minus: quælibet autem species situs habet rationem in indiuisibili consistente, ita, q, si ali H quid additur aut diminuitur non est eadem species situs, sed diuersa: vnde impossibile est, q in genere situs sit motus p se. Præterea, Hoc posito, adhuc remanet difficultas. Nam situs, ſm q est prædicamentum, importat ordinem partium in loco, sed situs, vt est differentia quantitatis, importat ordinē partium in toto. omne igitur, quod mouetur ſm situm, oportet q moueatur ſm locū. & istæ sunt rationes sancti Thomæ contra illā positionem. vtrū autem omnia, quæ ipse accipit in his verbis, sint vera, ad præsens non determino. Nunc ad rationem Alexādri potest dici, q ipsa vltima sphæra mouetur p se, & ſm totum, & ſm partes. Et, cum ipse dicit, q totum corpus circulare non mutat locum, verum est ſm subiectum, tamē bene mutat locum ſm formam, & ſm dispositionem. partes autem mutant locum & ſm subiectum & ſm formam, vt dicit Aristo. in Octauo & in Sexto huius. (Tex, c, 76. Tex, c, 81.) quid autem sit mutare locum ſm subiectum, & ſm formam videbitur post. & quod ipse dicit, q esse in loco non est de

ratione

corporis, dicit Commen. q licet non sit de rõne corporis absolute, tñ bene est de ratione & necessitate corporis localiter moti, non. n. est intelligibile, q corpus moueatur localiter, vel ſm locum, & tñ nullo modo habeat locum.

Opio Themisbi. Alia fuit opinio Themi. q vltima sphæra esset in loco per suas partes intrinsecas, istæ enim partes mouerenẽ circa conuexum corporis, circa quod reuoluuntur. Et forte ratiocinabatur ad hoc: quia, cum vltima sphęra debeat esse in loco aliquo modo, & non est in loco ſm se totam, relinquiẽ q sit in loco secundum suas partes. Quòd aũt nõ sit in loco secundum totum probauit: qa non mouetur secundum totum, sed ſm partes: quare &c. Et sanctus Thomas tenens illã opinionem Themi. nitiẽ eam fulcire sic. Corpus circulare secundum illa debet esse in loco, secundum quæ contingit successio diuersorũ corporum in eodem loco: hęc habeẽ pro manifesta. sed corpori circulari ſm se totum non cõpetit q sit successio diuersorũ corporũ totorũ in vno loco, sed secundum partes, totum. n. corpus circulare non mutat locũ secundum subiectũ. semper. n. remanet idẽ locus subiecto, sed partes mutant locum non solũ rõne, sed subiecto, ita q diuersæ partes succedũt sibi in codem loco: ergo corpori circulari non debeẽ locus secundũ totũ, sed secundum partes. Corpora. n. mobilia motu recto possunt diuersa succedere in eodẽ loco secundum se tota, vt manifestum est ad sensum. sed in corporibus cœlestibus non sic contingit: qa in vno eodẽ loco, in quo nũc est corpus aliquod circulare, postea recipiẽ aliud corpus circulare. sed partes sibĩnuicem succedunt in eodem loco sic, q, cum vna pars sphæræ non sit supposita alicui parti terræ, alia pars postea supponeẽ eidem, & sic de aliis: quare &c. Sed sine dubio ista opinio non est omnino tuta. Primo quantum ad causam, quam assignat Themistius, q sphæra non sit in loco secundum totum, sed secundum partes, s. quia non mouetur ſm totum ſm locum, sed ſm oẽs partes, hoc enim primo videtur irrationabile: quia totum nihil aliud est q̃ oẽs partes, & ideo inconueniens est dicere, q sphæra mouetur localiter ſm oẽs partes, & non moueẽ aliquo modo ſm totum.

Tex. c. 76. Itẽ Arist. dicit in Sexto huius, q tota sphęra non mutat locum ſm subiectum, sed ſm formam: partes autem mutant locum & ſm subiectum & ſm formam. & hæc sunt, quę opponit Cõmentator contra istã causam. Qualiter autẽ tota sphæra nõ mutat locum ſm subiectum, sed ſm formã, partes aũt vtroq; modo, declarandum est in Sexto, vt dicit: & verũ est. Et forte sic potest intelligi. aliter enim corpus mobile, quod moueẽ motu recto mutat locum ſm totum, & aliter corpus, quod mouetur circulariter. nã corpus, quod moueẽ motu recto, mutat locum ſm totum, cũ de vno loco trãsfertur ad alium totum locũ distinctum & diuisum à priori, corpus autem mobile motu circulari intelligiẽ mutare locum ſm totum, si per motum aliquem ſm se totum & simul haberet aliam distantiã à centro, q̃ prius habebat, ita q illud, quod prius erat medium à quo oẽs lineę ductę ad circunferentiam erãt æquales, postea non sit medium tale, sed sit propinquum magis quibusdã partibus, & remotius ab aliis. intelligitur autem locum mutare ſm formam, cum in alio instanti quælibet pars habet aliam & aliam distantiam à qualibet parte terræ signata. pars aũt dicitur mutare locum ſm subiectum, cum vna & eadem pars in alio & alio instanti supponitur alii, & alii parti terræ toti: & dicitur mutare locum ſm formam, eò q aliam & aliam distantiam habet respectu partis terræ in alio & alio tpe. vt Sol in oriente existens directe supponiẽ alteri parti, & alteri existẽs in meridie, & aliam distantiã habet Sol existens in oriente ab illa parte cui recte supponitur, & aliam distantiam, cum est in meridie, & sic de aliis. Cõmentator autem exponit q̃ño intelligit totum mutare locum ſm formam, & est, quia mouetur circa conuexum centri, & ex conuexo perfectæ rotunditatis ad cõuexum perfectæ rotunditatis, cum cõuexum diuidatur in multa conuexa, quorũ vnumquodq; est perfectæ rotunditatis:

A hic autẽ faciliter manifestatur sensibiliter instrũctis, & exercitatis in Astronomia nõ est difficile. & sic patet, q ista causa, quã assignauit Themistius ad negandum sphęram esse in loco ſm totum, neganda est, vel nulla, vt dicit Cõmentator. Itẽ, si vltima sphæra esset in loco solum ſm suas partes intrinsecas, tunc non esset in loco ſm actum: quod est inconueniens, quia actu mouetur ſm locum, vt manifestum est. & patet consequentia: qa partes cõtinui existentes in ipso continuo toto, non sunt actu in loco, vt vult Arist. in isto Quarto: constat aũt, q partes quantitatiuæ ipsius vltimæ sphæræ sunt sibiinuicem continuæ, vt manifestũ est: ergo &c. Tex. c. 44. Et si dicaẽ, q sunt in loco in potentia. Contra: quia nunq̃ sunt diuisę in actu abinuicẽ, et sic nunq̃ sunt in loco ſm actum. frustra aũt est potentia, quæ non reduciẽ ad actum vnq̃: & inconueniens est aliquam potentiam esse perpetuo ociosam, & pcipue in corpore tã nobili, sicut est ipsa vltima sphęra. Partes vltimæ sphærę non sunt in loco in potentia. Et cõfirmaẽ rõ: quia ipsis partibus intrinsecis vltimæ sphæræ aut est

B impossibile esse in loco, aut non est impossibile eis, q sint in loco. si est eis impossibile, ergo repugnat eis eẽ in loco, & sic nec sunt in loco ſm potentiã, nec ſm non repugnantiam, vt dicunt aliqui: si non est eis impossibile esse in loco, ergo est eis possibile. hæc enim æquipollent, vt patet ex Secũdo Peri hermenias. ponaẽ ergo in esse q sint in loco, nõ debet accidere impossibile: sed accideret impossibile, s. q erunt actu diuisę abinuicẽ: quare nullo modo sunt in loco proprie. Vtrum aũt hæc ratiocinatio sit sufficiens ad remouendum illã positionem, non determino, tñ uidetur mihi satis plus fortis q̃ rõnes ad aliam partem inductę.

Ad rationes sancti Thomæ, cum dicit, corpus circulare &c. possum istã negare. ad hoc enim, q aliqd sit in loco vr̃ non requiriẽ q sit uel possit esse successio diuersorũ corporũ in vno loco, sed solum hoc tenet in illis, quæ contineneẽ in aliquibus extrinsecis corporibus, & dicuneẽ proprie & p se esse in loco. Ad ratiões b. Tho. quamuis igiẽ corpori circulari cœ

C lesti non conueniat ſm se totum successio diuersorum corporum in eodem loco, tñ nõ sequitur propter hoc q ſm partes sit in loco. Item, minor assumit falsum. nam corpori circulari non cõtingit successio diuersorũ corporum in eodem loco ſm partes suas. nã in illo loco, in quo nunc continetur vna pars sphæræ intrinseca, nunquã continebitur alia. bene tñ verũ est, q diuersæ partes sphæræ successiue supponuntur eidem parti conuexæ, circa quod reuoluitur: & sic est successio secundum partes diuersorum corporum circa eundẽ locum, sed non in eodem loco proprie: quare non valet. Opinio vero Auempace fuit, & Opio Auẽpace & Alphatabii. hæc fuit opinio Alpharabii vt dicit Commentator, q vltima sphæra esset per se in loco.

Com. 41. Ad cuius euidentiã est intelligendũ, sicut supponebat Auempace, q dr̃ia est inter corpora recta, & corpora circulata. Corpus enim rotundum finiẽ per se, & causa huius est: quia linea rotunda est perfecta, & non potest reci-

D pere additionem, aut diminutionem: corpus aũt rectum finiẽ per aliud. & causa huius est: quia linea recta ẽ imperfecta & diminuta potens recipere additionẽ. quibus suppositis, dicit ipse hic, q vltima sphæra est in loco, non sicut in aliquo ambiente existente circa ipsam, sed circa cõuexum centri, i. corporis sphærici, circa quod reuoluiẽ, et hoc est cõe omni sphæræ, ſm q sphæra est: &, si aliqua sphæra sit in aliquo continente ipsum ambiẽte. hoc enim accidit ſm q est sphæra, sphæræ autem, ſm q est sphęra, debetur locus, circa quem reuoluitur, vt dictum est, s. cõuexum cẽtri: circa quod mouetur. Iste est igitur modus, ſm quem vltima sphæra est in loco, vt dicit: & dicit, q definitio, quam posuit Arist. de loco, ſm quem est locus vltimum corporis continentis diuisi à re, debet intelligi in corporibus rectis ex extrinseco, & rotũdis ex intrinseco, ita scilicet q continens, quod continet corpus rectum, est extrinsecũ: & continens, quod continet corpus rotundũ, est intrinsecum. Contra hanc opinionem obiicit Commentator, Primo, quia est cõtra Arist. vt dicit: nã Arist.

posuit, ꝙ de numero corpoꝶ, quædam sunt in loco per se
& essentialiter, s. corpora recta: quædam aũt sunt in loco
per accidens, s. corpora sphærica: quædam autem sunt in
loco ſm partes, s. totus mundus compositus ex omnibus
simplicibus, & sic ista opinio contradicit Arist. Item,
ista opinio est contra rõnem: quia notum est per se, ꝙ lo-
cus proprie dictus est æqualis locato ſm continentiã: sed
conuexum centri, circa quod reuoluitur sphæra, non est
æquale superficiei concauæ sphæræ, quæ reuoluit̃ circa il
lud conuexũ: sic igit̃, cum locus debeat esse æqualis loca
to, sic, ꝙ oẽs superficies eius sint æquales omnibus supfi-
ciebus locati: sequit̃, ꝙ conuexum cẽtri, circa quod reuol
uit̃ sphæra, non est proprie locus sphæræ: & intelligo sic,
ꝙ oẽs supficies locati &c. i. ꝙ in omni loco & in omni lo-
cato sic inueniretur, ꝙ superficies locati est æqualis super
ficiei vltimæ, & extremæ ipsius locati: dummodo sit lo-
cus proprius & per se. locatum enim, cuius proprie est lo
cus, tangit locum ſm suam vltimã & exteriorem superfi
ciem, vel ei contiguat̃, vt ignis existens in concauo orbis
Lunæ contiguat̃ ei ſm suam & vltimam & maximã sup
ficiem. Constat aũt ꝙ vltima & maxima superficies ipsi⁹
vltimæ sphæræ non est æqualis conuexo centri, circa qđ
reuoluit̃, immo est multo maior, cũ ipsa vltima sphęra ha
beat profunditatẽ: quare &c. Item per se notum est de
loco ꝓprie & per se, ꝙ ipse est continens locatum: modo,
vltima sphæra continet̃ in conuexo centri, circa quod re-
Opinio Auer. Com. 41. uoluitur. sic igit̃ patet veritas opinionis Arist. & falsitas
opinionis Auempace ſm Commentatorẽ. Vtrum autẽ
ista positio posset teneri rõnabiliter, videat diligẽs inqui
sitor. qa multis vr̃, ꝙ ista positio posset teneri satis ratio-
nabiliter, sicut positio Commentatoris, vt videbitur in
consequentibus. Opinio autem Auerrois fuit, ꝙ vlti-
ma sphæra est in loco per accidens, s. per centrum. Cir
ca hoc ergo dicuntur quatuor ſm ordinem. Primo, ꝙ vl-
tima sphæra, siue sit sphæra stellarum fixarum, siue alia,
est in loco aliquo modo. Secundo, ꝙ nõ est in loco per se,
Tertio dico, ꝙ est in loco per accidens. Quarto, ꝙ est in
loco per centrum. Primum breuiter ostẽditur. Omne,
quod mouetur motu locali, est in loco aliquo modo: hæc
est manifesta. sed vltima sphæra mouetur motu locali ali
quo modo, vt patet ex dictis: quare &c. Secũdum pro
batur. Illud, extra quod non est aliquod corpus continẽs
ipsum, non est ꝑ se in loco: hæc vr̃ concedenda ſm Arist.
sed vltra ipsam vltimam sphæram nõ est aliquod corpus
continens eam, vt manifestum est: ergo &c. Et hæc videt̃
Tex. c. 43. esse intentio Arist. plane in litera, vbi sic dicit. Cui quidẽ
„ igitur corpoꝶ est aliquid extra continens ipsum corpus
„ hoc in loco est, cui vero nõ, minime: quare &c. Tertiũ
„ probatur, cum vltima sphæra sit in loco, aut est in loco ꝑ
se, aut per accidens, per sufficientem diuisionem, quam ẽt
posuit Aristo. Primo Poste. cap. Si igitur demonstratiua
scientia. sed vltima sphæra est in loco, vt probatum est, et
non est in loco per se, vt probatũ est ẽt: quare &c. Tũc
ostendendum est quartum, s. ꝙ vltima sphæra est in loco
per centrum. Ad cuius euidentiam intelligẽda sunt ali
qua. primo, ꝙ licet motus localis fuerit principiũ perscru
tationis de loco, vt patet ĩ isto Quarto, tñ, quia ipsa quies
est quodammodo finis & perfectio motus, vt habet vide
Tex. c. 3. ri in Quinto huius, ideo locus magis est attribuẽdus cor-
Tex. c. 34. poribus propter quietem naturalem, ꝙ̃ propter motum:
& illud, quod est alicui causa vel principium quiescendi,
Loc⁹ magis attribuitur corpib⁹ ꝑꝑ quietẽ ꝙ̃ ꝑꝑ motum. principalius est ei causa essendi in loco, quam illud, quod
est ei causa motus inquantum huius. sic ẽt materia prima
fuit prius inquisita & nota per transmutationem substan
tialem, & tñ forma substãtialis est principalior causa ma
teriæ primæ, ꝙ̃ transmutatio in substantia, eò ꝙ ipsa for-
ma substantialis est finis transmutationis substãtialis, vt
Com. 70. dicit Commentator in Secundo huius. Vlterius cõsy-
derandum est, ꝙ in ipsa vltima sphæra ista duo sunt eadẽ
realiter, s. ꝙ ipsa tota non mutet locum ſm subiectum, &
ꝙ ipsa quiescat ſm totum, vnde illud idem, quod est ipsi

B sphæræ causa, vt nõ mutet locum tota ſm subiectum, est
et causa, quare tota quiescit. & hæc suppono tãquam ma-
nifesta exercitato in Scientia Naturali. Nunc autẽ vlte
rius accipio, ꝙ ipsum centrum est quodammodo causa fi Cẽtrũ ẽ cã fixiõis sphæræ.
xionis seu immobilitatis & quietis sphæræ. quod sic pa-
tet, sphęra enim sic intelligitur moueri ſm totum, & quie
scere, ꝙ ipsa tota simul non habet in uno tpe aliam distan
tiam, aut propinquitatẽ ad cẽtrum ꝙ̃ in alio: &, si in uno
tpe haberet maiorem distantiã à centro ꝙ̃ in alio, vel mi
norem, vel ſm aliquas partes maiorem distantiã. & ſm
alias minorẽ, tunc ipsa tota mutaret locum ſm subiectũ,
& fieret aliud & aliud centrum eius, ſm subiectum, vt pa
tet per eleuationẽ & depressionem exemplarem & sensi-
bilem instrũ sphærici ad hoc instructi ꝑꝑ inexercitatos et
iuniores. Ex his potest sic argui. per illud sphæra est in
loco, ꝑꝑ quod ipsa est quiescens & immobilis & fixa, eo
modo quo debet̃ ei quies, immobilitas, & fixio, vt patet
ex dictis: sed ipsi sphæræ hoc debet̃ per cẽtrum, vt dictũ
F est: quare &c. Hanc aũt rationem tangit Cõmentator in Com. 41.
commẽto huius partis his verbis. Nos aũt dicamus, qm̃,
cum sit fixum ſm totum, necesse est vt sit hoc modo quie
scens: &, quia quies est ei per quietem centri, quod est ter
ra, & quies est: quare est in loco essentialiter. iden dicitur
cœlum esse in eodem loco, & nõ transmutat̃ ab eo per ac-
cidens, i. qa centrũ eius est in loco essentialiter: quare &c.
Item aliã rationem vr̃ innuere Commẽtator. oẽ, quod
inuenit̃ in aliquo per accidens, inuenit̃ in eo propter aliud
habens illud per se: istã propositionem ponit expresse Cõ
mentator. & tunc possumus accipere, ꝙ cœlum est in lo-
co per accidens, & ꝑcipue sphæra vltima, vt ostẽsum est.
ergo ipsa est in loco per aliquid existens in loco per se: sed
non videtur esse in loco per aliquid aliud nisi per centrũ.
non enim est in loco per suas partes, vt videtur ex prædi-
ctis: nec per cõuexum centri, circa quod reuoluitur, sicut
ẽt ostẽsum est: nec per aliquid aliud, nisi quis ẽt vellet fin
G gere: non enim potest esse in sua vltima conuexa superfi-
cie tanquam in loco, sicut quidam fatue imaginantur: qa
locus debet esse diuisus à locato, & non debet moueri ne-
cessario motu locati, vt patuit prius. hæc autem non con
ueniunt superficiei conuexæ ipsius sphæræ ultimę, vt ma
nifestum est vnicuiq;: ergo relinquitur ipsam esse in loco
per suum centrum. huius autem rationis solam primam
propositionem ponit expresse Commentator, aliæ aũt ca
piunt̃ ex dictis Arist. in litera. Cõtra hanc positionem
sunt difficultates non paucæ. Vna est quã mouit ipse Cõ
mentator contra se. nã, si corpus cœleste est in loco per ac
cidens, sequit̃, ꝙ mouetur per accidẽs: consimiliter enim
videtur aliquid moueri in loco & esse in loco. sed hoc est
impossibile: quia declaratum est, ꝙ ipsum cœlum est pri
mum omniũ mobilium, vt patet in Octauo huius: & sic,
illud, quod est per accidens, erit prius eo, quod est ꝑ se: qđ
est impossibile, vt dicit̃ in Octauo huius & Secundo: qua Tex. c. 17.
re &c. Itẽ, aliqui sic dubitant. Illud, quod habet vbi ꝑ Tex. c. 19.
se, habet locum per se, cũ vbi sit à loco, vt oẽs concedũt. Tex. c. 66.
H vnde & Auctor Sex principioꝶ dicit, ꝙ vbi est circũscri
ptio corporis &c. cœlum habet per se vbi: probatur. qa
cœlum habet per se motũ ſm vbi, vt oẽs vere concedũt:
modo, motus ſm vbi est idem essentialiter cum ipso vbi:
sicut vr̃ motus est idẽ essentialiter cũ suo per se termino:
ergo cœlum habet vbi per se: quare &c. Itẽ, sicut se ha
bet illud, quod est in loco per se ad moueri per accidẽs, sic
illud, quod est in loco ſm accidens, ad moueri per se: hæc
vr̃ conueniens similitudo. sed nihil existens in loco per se
mouet̃ solum per accidens: hoc manifestum est. quia licet
hõ existens in naui moueatur per accidens ad motum na
uis tñ est mobilis ꝑ se aliquo alio motu: ergo nihil, quod
mouetur per se, est in loco pure per accidens, nec ẽ cõuer-
so. Vel arguatur sic. Sicut se habet illud quod mouetur ĩ
loco per accidens ad esse in loco per accidens, sic se habet
illud, quod mouetur per se localiter, ad esse in loco per se:
hæc est similitudo conueniens. sed oẽ, quod mouetur lo-
caliter

caliter per accidens, est in loco per accidens, vt manifestũ
est: ergo oẽ, quod mouetur localiter per se, est in loco per
se: cœlum autem per se mouetur localiter, vt manifestum
est, & concessum: quare &c. Et cõfirmatur: quia illud,
quod mouetur per se motu locali, debet veriori modo eẽ
in loco, ꝗ̃ illud quod moueť per accidens: hoc videť veri-
simile. sed illud, quod moueť localiter per accidens, est in
loco per accidẽs, vt manifestum est: ergo illud, quod mo-
uetur per se motu locali, debet esse veriori modo in loco
ꝗ̃ per accidens. & hoc non esset per se, nisi esset in loco, ut
manifestum est: quare, cum vltima sphæra moueatur per
se localiter, vt oẽs volũt: oportet ipsam esse in loco per se:
aliter enim non esset veriori modo in loco ꝗ̃ illa, quæ per
accidens localiter mouentur. Item, sicut se habet illud,
quod mouetur localiter per accidẽs, ad esse in loco per se,
sic illud, quod mouetur localiter per se, ad esse in loco per
accidens: hæc est conueniens similitudo. sed nullum mo-
tum localiter per accidens est in loco per se, vt manifestũ
est: ergo nullum per se motum localiter est in loco per ac
cidens: modo vltima sphæra mouetur localiter ꝑ se: qua-
re &c. Item, illud locatum, quod omnibus locatis est
causa essendi in loco, non est in loco per accidẽs: nam per
accidens non est prius eo quod est per se, vt habetur in
Tex. c. 19. Octauo huius: sed ipsum cœlũ est in loco, & est causa om
nibus alijs essendi in loco. nam sicut ipsum cœlum est cau
sa omnium locatorum aliorum secũdum eorum substan
tias, sic est causa proprietatum naturalium omnium, quę
conueniunt eis per se. Et confirmatur: quia primum in
Tex. c. 4. vnoquoq; genere est maxime tale, vt patet ex Secundo
Metaphysicæ: sed cœlum est primum locatorum vel pri
mum in genere locatorũ, vt videtur manifestum. est. n.
primum in genere eorum, quæ localiter mouentur: ergo
debet esse maxime locatum. quod non esset, si esset in lo-
co per accidens. nam illud, quod inest alicui per accidens,
non inest illi proprijssime & verissime: quare &c. Itẽ,
quod necessario est in loco, non est in loco per accidens.
accidentia enim non sunt necessaria, immo accidens con-
tingit non esse, vt allegatum fuit prius in Primo huius ex
Primo Posteriorꝫ capitulo. Si igitur demonstratiua. & in
Octauo huius capitulo, ad dicta aũt sic intendentibus, &
in Quinto Meta. cap. de eadem, & in eodem cap. de acci-
Cõmen. 5. Metaphy. dente, & in Decimo Meta. prope finem. in omnibus istis
Tex. c. 5. locis vult Arist. ꝙ illud, quod est ꝓprie ꝑ accidens & nul
Quinto Metaphy. lo modo per se, non est necessarium: sed vltima sphæra ne
cessario est in loco, vt oẽs concedunt: semper. n. fuit & est
Tex. c. 26. 10. Meta. & erit in loco: quare &c. Item, vr̃ ꝙ vltima sphæra nõ
sit in loco per centrum. primo, quia nihil est in loco per il
lud, quod est extrinsecum ab eo: hæc vr̃ manifesta. sed ip
sum centrum est quid extrinsecum ab ipsa vltima sphæ-
ra, cum non sit eius forma, nec pars quãtitatiua, vt mani
festum est: quare &c. hæc est ratio sancti Thomæ contra
Auerroim. Item, aliqui sic dubitant. illud, quod est in
loco per aliquid alterꝫ, est in eodẽ loco, in quo est illud al-
terum. vt aĩa, quę est in loco per corp⁹, est in eodem loco
cum corpore. si igiť vltima sphæra esset in loco ꝑ centrũ,
quod est terra, tũc deberet esse in loco terræ, quod est ab-
surdum. Itẽ, si vltima sphæra esset in loco ꝑ centrũ, aut
esset in ipso centro aut in aliquo alio, per diuisionem suffi
cientem: sed non est dicendum, ꝙ ipsa sit in centro per ip-
sum centrũ, vt manifestum est: nec in aliquo alio, q̃a nec
in aqua, nec in aere, nec ĩ aliquo alio, nisi quis fingat: qua-
re &c. Item, si vltima sphæra esset in loco ꝑ centrum,
hoc esset pro tanto: q̃a immobilitas cœli est ex fixione &
immobilitate centri, ita ꝙ immobilitas centri esset causa
fixionis & immobilitatis cœli, hoc poniť à Commentato
re: sed hoc non põt esse causa, q̃a, si immobilitas centri es-
set causa q̃etis vel immobilitatis cœli, aut esset causa ma-
terialis, quod est ridiculũ: aut causa efficiens, quod ẽt est
derisorium: q̃a vna priuatio non est effectiua alterius, &
cũ hoc ipsum nihil agit in cœlũ, ad quod sequať immobili
tas cœli, nec mediate, nec immediate: q̃a agẽs propinquũ

A simul est cũ passo, vt demonstratũ est in Septimo huius,
nec mediate, q̃a tunc ageret mediantibus elementis inter Tex. c. 9.
medijs, & ꝓcipue mediante igne, q̃ est immediatus cœlo:
& sic immobilitas cœli esset immediate ab igne, quod est
ridiculum. Nec põt esse causa finalis: q̃a causa finalis ẽ no-
bilior eis, quæ sunt ad finẽ, cum sit bonum ipsorꝫ: modo,
immobilitas vel quies centri non est nobilior q̃ete cœli,
immo è conuerso: & sic immobilitas centri vel quies nul
lam habet causalitatẽ supra quietẽ cœli: quare &c. Itẽ
arguitur. sicut se habet illud, quod moueť per accidens ad
illud quod moueť per se, sic illud, quod est in loco ꝑ acci-
dens se habet ad illud, quod est in loco ꝑ se. hoc vr̃ multũ
rõnabile. Similitudo igiť à commutata ꝓportione cõpa-
rando primũ ad tertium, & secundũ ad quartum. sicut se
habet illud, quod moueť per accidẽs, ad illud, quod est in
loco ꝑ accidẽs, sic illud, quod moueť per se, ad illud quod
est in loco ꝑ se: sed oẽ quod moueť per accidens est in loco
ꝑ accidẽs: ergo oẽ, quod moueť per se, est in loco ꝑ se: mo
B do, vltima sphæra mouetur per se & primo, vt oẽs conce
dunt: quare &c. Istæ sunt difficultates contra Cõmen-
tatorẽ, de q̃bus parum aut nihil habui ab alijs, licet forte
plures dixerint de ipsis: & oportet me dicere ſm meũ pos
se, licet forte nõ sufficiat quod dicã, tñ poterit alijs esse oc
casio perquirendi. Primo quidem ꝑꝑ rõnes illas, quibus
probať cœlum non esse in loco per accidens, pono vnam
distinctionẽ non multum famosam. & est ꝙ per accidens
accipiť à Cõmentatore tribus modis. Vno modo, prout Per accidẽs accipiť triplicitur.
distinguiť contra per se, de quo agitur Primo Posteriorꝫ.
Alio modo sumitur per accidẽs, prout distinguiť contra
primo, & tunc per accidens accipitur pro secundario: hęc
autem determinatio primo accipiť dupliciter. Vno mo-
do ſm famositatem & vsum cõem, ut dicať aliquid alicui
inesse primo, quod inest ſm cõem vsum & vulgarem ac-
ceptionẽ, & nomen significet aliq̃d proprie, quod cõiter
& ſm famositatem intelligiť per ipsum. Alio modo diciť
aliquid alicui conuenire proprie, i. ſm naturã rei, & prin-
C cipaliter: & sic ẽt aliquod nomẽ dicitur proprie & primo
significare aliq̃d quod est prius & nobilius respectu alio-
rum significatorꝫ suorum. vt hoc nomen principium si-
gnificat principium magnitudinis proprie, & primo ſm
vsum cõem & famositatẽ: & significat causam finalẽ pro
prie & primo ſm ordinem naturæ rei. nã causa finalis est
nobilius inter oĩa significata huius nominis principiũ, vt
habet videri in Quinto Meta. cap. de principio. Sir̃ igiť Tex. c. 1.
hæc determinatio secũdario sumiť aliq̃n, prout distinguiť
contra famose & cõiter, ita ꝙ dicať alicui aliquid cõueni-
re secundario, eò ꝙ non conuenit ei ſm cõem vsum & fa-
mam. & nomẽ dr̃ aliquid significare secũdario, q̃n cõiter
& vulgariter & famose nõ intelligiť per ipsum. Alio mõ
potest sumi ista determinatio secũdario, prout distinguiť
contra ſm naturam rei & principaliter, ita vt dicať aliq̃d
inesse alicui secundario, quia non inest ei ſm naturam rei
& principaliter: & nomen dicatur improprie, eò ꝙ nõ su-
D miť pro illo, quod ꝑ prius & principali⁹ significat: sed pro
aliquo alio. Sir̃ dico ꝙ hæc determinatio per se duplici-
ter sumiť. vno modo pro eo, quod est ꝑ sui naturã, & de
isto agitur Primo Poste. Alio modo accipiť pro ipso pro
prie siue sit proprie, i. ſm vsum & famosum modum, siue
sit proprie, i. principaliter, & primo. Quod aũt istis duo-
bus modis accipiat Cõmẽtator istas determinationes, s.
per accidẽs, & ꝑ se, patet in multis locis. nam ipse dicit in
Sexto huius, ꝙ transmutatio indiuisibilis non est motus Com. 12.
nisi ꝑ accidens, i. improprie, non ſm famositatẽ: q̃a cõiter
nomine motus intelligiť transmutatio successiua & tpa-
lis. sed non vult dicere, ꝙ trãsmutatio indiuisibilis sit mo
tus per accidẽs, i. non ſm sui naturã, sed per aliquid aliud,
per quid enim aliud esset ipsa motus? nõ enim potest esse
motus per mutationem ꝓcedentem, quia illa cessat adue-
niente transmutatione indiuisibili, cum ipsa transmuta-
tio indiuisibilis sit terminus transmutationis diuisibilis
præcedentis. ergo transmutatio diuisibilis non est mo-

tus per accidens, i. per aliquid aliud à sua natura, quod ei accidat: sed est motus ꝑ accidens improprie, nō proprie, quia nomen motus nō significat eam fm cōem vsum hominum & fm famositatem, licet forte fm ordinem naturæ rei principalius significet eam, eò ꝙ ipsa est finis transmutationis præcedentis. Item, Commētator in isto loco, commento quarto scribit istam propositionem, Oē, quod inuenit̄ in aliquo per accidēs, inuenitur in eo ꝓpter aliquid habens illud per se: modo, si ipse reciperet ibi per accidens & per se fm ꝙ considerantur in posterioribus, hoc forte non haberet veritatem: quia quædam sunt accidentia separabilia pure per accidēs, quæ nulli insunt ꝑ se, nec in Primo mō nec in Secūdo, vt currere, & ambulare, & comedere, vt omnes concedunt. vnde relinquitur, ꝙ ipse accipiat per accidēs pro improprie, vt sit intellectus sermonis eius, ꝙ omne, quod inuenitur in aliquo improprie, inuenitur in illo per aliquid habens illud proprie: & hoc est illud, quod dicitur, quod omnes transferentes fm aliquam similitudinem se transferunt Sexto Topicorū.

Cœlū est in loco nō ꝓprie sed improprie.

His premissis dico, ꝙ, cum Commen. dicit cœlum esse in loco per accidens non accipit per accidēs, prout distinguitur cōtra per se, de quo determinatur in Primo Poste. vt, s. sit intellectus cōclusionis, ꝙ cœlum nullo modo per se, nec primo modo, nec secundo modo habeat istam proprietatē, quæ est esse in loco. hoc enim nō video verū esse ꝑꝑ quasdam rōnes præinductas. sed intendit, ꝙ est in loco per accidens, i. non proprie, sed improprie, s. ꝙ non est in loco fm cōem consuetudinem, qua aliquid dicit̄ esse in loco, quia in pluribus inuenit̄ consuetus: qa frequētius dr̄ famosum, quia plures sic intelligunt. nec puto, ꝙ ipse negasset eum esse in loco ꝑ se, i. per sui naturā, immo per sui naturā est in loco, i. circa aliquid vt videbit̄: sed dr̄ non esse in loco per se, i. non proprie, quia. s. non est in loco fm cōem & famosam acceptionē huius, quod est in loco eē. cōiter enim & famose intelligit̄ aliquid esse in loco tanꝗ̄ in continente extrinseco, eò ꝙ talia locata sunt valde multa & nota nobis. nec negarē ab ipso cœlo eē in loco ꝓprie accipiendo, i. principaliter fm naturā rei. immo puto, ꝙ fm ordinem naturæ rei prius & principal⁹, & verius est in loco, ꝗ̄ ista inferiora locata. vnde volo dicere, ꝙ vltima sphæra est in loco secūdario & posterius in ordine cognitionis nostræ, ita ꝙ posterius fuit nobis notū cœlum esse in loco, ꝗ̄ alia esse in loco, cum fm naturā rei est è conuerso, rō primi est, quia cōiora sunt nobis prius nota. rō secundi est, qa causa naturaliter prior est causato. Dicerē igit̄ saluo meliori iudicio, ꝙ Commen. vtit̄ ista distinctione de per se & per accidens pro ista distinctione primo et secundario: primo aūt & secundario dicuntur multis modis, vt dictum est. Siquis aūt velit tenere, ꝙ cœlum est in loco pure per accidēs, soluat rōnes & declaret illud: qa non video ad p̄sens. cum enim cœlum habeat per se motum fm vbi, vt oēs confitentur, necesse est ipsum habere per se vbi, & per cōsequens per se esse in loco aliquo modo. non. n. motus localis eius deberet dici mot⁹ localis ꝑ se, nisi vbi suum, fm quod moueт̄, requireret locum ꝑ se.

Vbi cœli ē primum & ꝓprijssimū, Tex. c. 81.

Nec valet, ꝙ aliqui dicunt, ꝙ vbi ipsius cœli non est vbi nisi per accidens: hoc est mirabile, quia sicut motus eius est motus omnium primus & proprijssim⁹ motus, vt paret in Octauo, sic rōnabile est, ꝙ eius vbi sit primum ubi: & sic non debet esse vbi solum per accidēs, sed per se. per accidens enim non est omnino prius ipso ꝑ se, & sicut motus eius est causa omnium alioꝝ motuum, & non participat naturam motūs per accidens, sic ubi ipsius coeli debet esse causa alioꝝ vbi. Et tunc arguitur, qñ causa & causatum conueniunt in aliquo, & comparant̄ in illo sicut causa & causatum, illud magis & verius competit causæ ꝗ̄ causato: sic enim intelligenda est propositio Arist. in Primo Poste. propter quod vnūquodq; tale & illud magis, & in Secundo Metaphy. vnūquodq; tunc maxime aliorum, fm ꝙ alijs inest vniuocatio, cum igitur ipsum cœlū habeat vbi, & ipsum suum vbi est quodammodo causa

Tex. c. 4. Tenet hæc propositio, qñ ꝑdicat de causato, & cā aliquid vniuoce.

E ubi causatiuum istoꝝ inferiorum, sicut & motus motuū, videtur, ꝙ veriori modo competit ei locus, vel esse in loco ꝗ̄ istis inferioribus. Item, arguo logice sic, qñ ad antecedens sequitur cōsequens eodem addito vtrobiq;, adhuc sequitur, Primo Priorum: sed sequitur, hoc corp⁹ est mobile localiter: ergo est in loco: ergo addito per se vtrobiq;, adhuc sequitur sic dicendo, hoc moueт̄ localiter per se: ergo est in loco per se. Item, quando ad antecedens sequitur consequens ex opposito cōsequentis sequitur oppositum antecedentis: sed sequitur, hoc ens est in loco per accidens pure: ergo non mouetur localiter per se, vt patet satis ex dictis: ergo per oppositum sequitur, hoc ens moueт̄ localiter per se: ergo non est in loco pure per accidēs: sed cœlum mouetur localiter per se: quare &c. Item, arguitur fm modum cuiusdam magistri, quo vtitur in quęstione de generatione formæ substantialis, omne mobile localiter est in loco: ergo omne mobile per se est in loco. quia, si simpliciter ad simpliciter, & per se ad per se: quare &c.

F Item, sicut se habet ens mobile per se ad mobile per se localiter, sic se habet ens in loco per accidens ad mobile per accidens: sed omne ens per se in loco est mobile localiter per se: ergo omne ens in loco per accidēs, est mobile localiter per accidens. Istarum autem rationum quædam sunt probabiles, & aliæ sunt fortiores. & forte si bene inspiciantur omnes inuenientur necessariæ. Dicerē ergo ad præsens, saluo meliori iudicio, ꝙ cœlum est in loco per accidens, non per accidens, vt per accidens distinguitur contra per se, sed prout distinguitur cōtra primo. contra primo dico, accipiendo primo pro eo quod est cōsuetum vsitatum & famosum & vt in pluribus contingens. non enim habet aliquod extrinsecum continens ipsum: & hoc requiritur ad hoc ꝙ aliqd sit in loco proprie fm modum illum, quo cōmuniter & famose intelligitur, & dicitur aliquid esse in loco: quare &c.

Tunc ad dubitationes de centro cum dicitur, nihil est in loco per illud, quod est extrinsecū ab eo: potest hic di-

G ci, ꝙ, si est penitus extrinsecum & fm subsistentiam & secundum continentiā, ita ꝙ nec subsistat in illo, nec ipsum cōtineat, nec includat, forte verum esset. &, cum dicitur, ꝙ centrum est quid extrinsecum à sphæra, verum est fm esse existentiæ: quia nec sphæra inexistit centro, nec è conuerso. tamen non est extrinsecum fm continentiā, immo continet ipsum centrum: licet non immediate. Aliter dicitur, ꝙ nihil est in loco per illud, quod est extrinsecum ab eo, nec habet habitudinē ad ipsum in suo motu & in sua quiete: modo, quamuis cētrum sit quid extrinsecum ipsi vltimæ sphæræ, quia nō est pars eius, nec forma, nec materia, tñ ipsa vltima sphęra in suo motu habet habitudinē & necessarium respectum ad cētrum. & similiter in fixione & quiete, vt declaratum est prius: quare non valet.

Ad aliam cum dicitur, qñ aliquid est in loco &c. verū est si sit in loco per alterum, tanquam per suum subiectū: sed, si est in loco per alterum, tāquam per suum fixum, ex cuius fixione & immobilitate accipiatur alteri⁹ fixio seu

H quies, non oportet ꝙ sit in eodem loco, in quo est illud alterum: sic autem est in proposito, vt patet ex dictis: quare &c. Ad aliam, cum dicitur, aut esset in ipsomet centro, diceret aliquis, ꝙ ipsa est in loco, s. in ipso centro, s. circa centrum: & hoc per ipsummet centrum fixum & quiescens est ipsi sphæræ causa quodammodo essendi circa ipsum. Ad cuius intellectum est considerandum ꝙ licet corpora cœlestia & motores eorum nō sunt propter ista inferiora conseruanda & generanda primaria intentione, idest tanquam propter finem primo intentum & principaliter, tñ ista inferiora generanda & conseruanda sunt quodāmodo finis ipsorum secundario intentus, vt docet Commentator Duodecimo Metaphy. & Secundo Cœli & Mundi: quāuis igitur ipsum centrū fixum & quiescēs non sit prima & principalis causa finalis huius quod est esse in loco, vel circa locum, sed è conuerso, tñ potest esse, & est finis secundario intentus, tanquā illud sine quo non

Com. 66. Scdo cœ.

posset

possset ipsum cœlum moueri ad generandum ista inferiora: nec etiam quiescere & fixum esse. Omnis enim motus requirit aliquid fixum & quiescens, vt dictum est: & probatur in de causis motus animalium. & Commentator hic allegat & non est aliquod corpus fixum & quiescens, respectu cuius ipsum cœlum totum varietur secundũ formam & secundum partes, s̄m formam & subiectum, nisi ipsum centrum, quod est terra, quæ nunquam simul tota mouetur localiter, vt patet ex Secundo Cœli & Mundi. Tex. c. 17.

Et per hoc ad rationem sequentem dicemus, ꝙ immobilitas seu quies & fixio centri est causa sicut finis immobilitatis cœli, non quidem causa finalis principalis & prima, sed quasi secundaria, & quasi sine qua non: & talem finem non oportet esse simpliciter nobiliorem ordinatis in ipsum. &, quia causa non prima nec principalis, sed solum secundaria, potest dici ꝑ accidẽs respectu causæ principalis & primæ. ideo forte diceret aliquis, ꝙ ipsum centrum fixum & quiescens est causa immobilitatis & fixionis cœli per accidens: & sic intelligeretur cœlum esse in loco per accidens, id est per causam accidentalem & secundariam, & non per accidens, prout per accidens distinguitur à per se & per sui naturam: hoc enim nõ possent videre propter rationes prius inductas. Et præterea licet non concederetur, ꝙ licet illud quod mouetur per se localiter sit in loco per se, cum illud quod quiescit per se & per sui naturam videtur esse in loco per se s̄m aliquem modum: modo, ipsum cœlum per se quiescit totum, quia non permutat locum s̄m sui subiectum, vt patet in Sexto huius: Tex. c. 36. & in Octauo, quare &c. Tex. c. 85. Obiectio. Sed aliquis sic argueret, si vltima sphæra est in loco per ipsum centrum, tunc cum ipsum centrum sit in loco per vltimam sphæram, sequitur de primo ad vltimum ꝙ vltima sphæra sit in loco per vltimam sphæram, & sic per seipsam: quod uidetur falsum.

Responsio. Et possum⁹ hic dicere, ꝙ immo ipsa vltima sphæra est in loco per seipsam, modo prius dicto: nec est contra Arist. nec Commentatorem, vt ostensum est. Vel diceretur ꝙ non sequeretur: quia diuersimode vltima sphæra est in loco per centrum, & è conuerso. nam vltima sphæra est in loco per centrum, tanquã per aliquod, à quo habet fixionem & quietem, vt à causa secundaria intentione intenta, nec prima nec principali: sed ipsum centrum est in loco per sphæram, tanquam per primum continens, & tanquam per causam primam & principalem corporeã suæ substãtiæ, & suarum naturalium dispositionum: & sic nõ eodem modo. ideo &c.

Dubitatio. Dubitaret autem iunior, ꝙ, si vltima sphæra est in loco per centrum, eò ꝙ ex immobilitate centri accipitur immobilitas eius, sic & aliæ sphæræ erunt in loco per centrũ propter eandem causam. nã omnis immobilitas sphæræ est quodammodo ex immobilitate cẽtri, & sic vnaquæq; sphæra est in loco per accidẽs: & tñ omnis alia sphæra, præter vltimam, est in loco ꝑ se, eò ꝙ est in aliquo corpore extrinseco ambiente & continente ipsam: quare idem corpus erit in loco per se & per accidens.

Responsio. Forte dicendum, ꝙ non est inconueniens respectu diuersorũ, sed respectu eiusdem esset impossibile eodẽ modo. Hæc sunt, quæ de proposita quæstione congregare potui: quæ, si non sufficiant omnino, tñ diligens exquisitor ex his capere poterit initium perquirẽdi & inueniendi veritatem complete. Hanc autem quæstionem ꝑꝑ facilitatem doctrinæ illorũ, in quibus de nouo oritur Philosophia naturalis diuisi in tria. Prima fuit vtrum vltima sphæra sit in loco, & ibi posui duas conclusiones. prima fuit, ꝙ est in loco, secunda ꝙ nõ est per se, & exposui quo modo non est per se. Secunda quæstio fuit, vtrum ipsa vltima sphæra sit in loco per accidens, & distinxi de per accidens. vt scriptũ est. Et posui duas conclusiones, s̄m duo mẽbra distinctionis huius determinationis per accidens, & probaui, ꝙ non est in loco per accidens illo modo, s̄m ꝙ per accidens distinguitur contra per se. Tertia quæstio fuit, vtrum vltima sphæra sit in loco per centrum. Postea occurrebant mihi quædam motiua, in vnoquoq; genere

A est aliquid quod est mensura & metrum omnium aliorũ, in Duodecimo Metaphy. igitur in genere locatorũ: sed nõ potest esse aliud in genere locatorum, quod sit metrũ & mensura omnium aliorum, nisi primum mobile, vt tu videbis inducendo, & tu consyderabis circa hoc. Tex. c. 2. Ex propositione vera ꝑ se potest nẽ sequi propositio necessario vera per accidens. & sequitur cœlum est mobile: ergo cœlum est in loco: & prima quidem propositio est vera s̄m oẽs: quare non &c. secunda, quãuis inter omnes motus; motus localis sit nobilior & famosior, non tñ notius est nec famosius nec magis consuetũ dici vltimã sphærã moueri localiter ꝗ̃ cętera mobilia: imo è cõuerso. & ideo nõ oportet ipsam eẽ in loco s̄m cõem & famosum & cõsuetũ modũ essendi in loco, ꝙ Arist. dicit cœlũ esse in loco s̄m partes itellexit de cœlo pro ipso vniuerso toto corporeo: sed non intellexit de sphæra vltima, vt putauit Themist.

QVAESTIO X.

B

An Vacuum esse sit necessarium.



Onsequenter quæritur circa capitulum de Vacuo. primo, Vtrum necessarium sit esse vacuum. Arguitur primo ꝙ sic. Quia, si non esset vacuum, non contingeret aliquid moueri localiter: quod est manifestum impossibile. & probatur cõsequentia: quia, si aliquid mouet̃ localiter, aut mouet̃ ad plenum, & recipit̃ in pleno, aut ad vacuũ & recipit̃ in vacuo. non primo modo: quia sic duo corpora simul essent in eodẽ loco, quod est impossibile, vt habetur in isto quarto: quare &c. Tex. c. 96. Itẽ, si non esset vacuum, non posset fieri rarefactio, nec cõdensatio corporũ: quod est inconueniens & contra sensum. & probat̃ consequentia: quia rarefactio fit ꝑ hoc; ꝙ aliquæ partes ꝑexistentes in corpore segregant̃ & mouẽtur, & partes remanentes fiunt magis distantes ab inuicem mediãte vacuo: si enim in spatio aliquo segregant̃ illæ partes, remanebit C aliquod corpus naturale & sensibile, tunc illud corpus esset æque grossum & densum, sicut prius erat. Condensatio autem fit per hoc ꝙ partes corporis sibiinuicẽ appropinquant: quod nõ potest fieri nisi subingrediat̃ vacuum ꝑexistens inter partes, quare &c. Itẽ, si vacuum non esset, non posset fieri augmentatio: quod est inconueniens manifestum, & contra naturã animalium. & probat̃ consequentia: qa augmentatio non potest fieri nisi adueniẽte aliquo corporeo, vt dr̃ in Primo de Generatione, illod autem corporeum aut recipit̃ in pleno, & sic duo corpora simul erunt: aut recipit̃ in vacuo, & sic habet̃ propositum: quare &c. Tex. c. 31. Itẽ, in vase habente cineres recipitur tm̃ de aqua, vt in vase sine cineribus existente: & hoc ipsi dicebant contingere ꝑꝑ vacuum inexistens in partibus cineris: quare &c. Item, arguebat quidam antiquorum quibusdam experimentis. Quorum vnum est, ꝙ tm̃ de vino recipit̃ in dolio, in quo sunt vtres, sicut si esset sine vtrib⁹: D quod non esset nisi in illis esset vacuum interceptum.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Aristo.

CONCLVSIO.

Vacuum esse necessarium non solum est, sed falsum & impossibile.

INtelligendum, ꝙ quidam antiquorum Philosophorum posuerũt esse vacuum in rebus propter rationes prædictas, & dixerunt vacuum esse spatium separatum ab omnibus corporibus, & virtutibus naturalibus, & à motu. Opinio antiquorum. Istud autem vacuum quidam dixerunt esse extra corpora naturalia, & distinguens ab inuicem ipsa corpora naturalia & sensibilia, & infinitum esse tale spatium extra cœlum. Alij dixerunt vacuum imbibitum vel inexistens corporibus naturalibus inter partes ipsorum, & per hoc fieri condensationem & rarefactionem. cum enim partes corporis per vacuum distantes appropinquant se inuicem replentes illud vacuum, vel etiam, cum de foris ingrediatur aliquod corpus in illa vacua, tunc dicebant corpus condensari & inspissari. cum autem

aliquæ partes elabuntur & fluunt & recedunt, & rema-
net spatium vacuum, quod occupabant, ita q partes di-
stant ab inuicem per ipsum vacuum, sic fit rarefactio &
subtiliatio corporis naturalis. Istud et spatium separatū
dicebant esse totum corporum naturalium: quod pbant
ex immobilitate loci. cum enim locus naturalis debeat es-
se immobilis, vt et Aristo. eis concedit: nihil autem in re-
bus corporalibus videbāt esse immobile, nisi spatium se-
paratum à virtutibus sensibilibus & naturalibus: ideo di-
xerunt tale spatium esse locum, ita q fm eos idem est rea-
liter vacuum, & locus differens solum rōne seu modo. Il-
lud enim spatium est vacuum, dum est sine omni corpo-
re naturali. Et dicitur locus, cum est repletum & occupa-
tum corpore naturali. Sed istam positionem improba-
uit Arist. in litera per rōnes multas, quæ erant rōnes posi-
tionis. Et ideo dicendum aliter breuiter ad quæstionē,
q non est possibile esse vacuū simpliciter. Quod probaī
Tex. c. 88. rōnibus Arist. in litera. quarū vna est ex illo fundamēto,
quod ponebant illi antiqui, quia, si esset vacuum, motus
localis deberet fieri per ipsum: propter hoc enim ponebāt
ipsum, vt oēs concedebāt. si igitur probatum fuerit, q in
vacuo non posset fieri motus localis, sufficienter ostēsum
erit vacuum non esse. Ostenditur autem sic. si esset va-
cuum, & in ipso fieret mot⁹ localis, oporteret illum motū
fieri in instanti: & hoc esse impossibile manifestum est &
concessum. consequentia probaī: quia in motibus, q sunt
per media, proportio motus ad motū in velocitate & tar-
ditate est fm proportionem medij ad medium in subtili-
tate & grossitie, ita q fm eandem proportionē vnus mo-
tus est velocior alio fm q maior ē subtilitas vnius medij
a subtilitate alterius medij. vt si aer est in duplo subtilior
q ipsa aqua, & facilius diuisibilis & penetrabilis, tūc mo-
tus factus per aerem erit in duplo velocior q motus fact⁹
per aquam, similiter aūt & in alijs. nunc autē ipsius spatij
pleni ad spatium vacuum nō est aliqua proportio in sub-
Inter ea, ex qbus minime aliquid componiī, proportio nulla est. tilitate & grossitie, nec ē conuerso: quod probat Arist. qa
oē, quod excedit aliquid fm aliquam proportionē, com-
positum est ex ipso, quod excediī, & quodam alio, in quo
vel fm q excedit, vt manifestum est in quātitatibus. qua-
tuor. n. quæ excedunt tria, composita sunt ex tribus, &
vno: similiter aūt & in alijs. vnde quatuor nullam pporr-
tionem habent ad nihil, quia non componunī ex nihilo.
et similiter linea nullam habet proportionem ad punctū,
quia non componiī ex punctis, vt demonstratum est in
Tex. c. 1. Sexto huius. & in Libro de Lineis indiuisibilibus. Cum
igitur vacuum non sit compositum ex pleno, nec ē cōuer-
so: sequiī, q vacui ad plenū nulla est proportio, nec ē con-
uerso. ergo motus factus per spatium vacui nullam habe-
ret proportionē ad motum factum per plenum, nec ē con-
uerso, quātum ad velocitatem & tarditatem. Aut igitur
motus ille per vacuum fieret in tpe, aut in non tpe. si in tē-
pore, hoc est impossibile: quia cuiuslibet partis tēporis fi-
niti ad aliud tps finitum, est aliqua proportio, vt manife-
stum est cuilibet intelligenti. & similiter, cuiuslibet mo-
tus finiti in tpe finito est aliqua proportio ad motum fa-
ctum in alio tpe finito velocitatis & tarditatis: quare, si
motus per spatium vacuum fieret in tpe, quantumcunq
modico, necesse esset ipsum habere proportionem ad mo-
tum factum in pleno: quod est impossibile, vt demonstra-
tum est: quare &c. Relinquitur ergo, q, si per vacuum es-
set motus, esset in non tpe: quod est manifestum inconue-
niens & impossibile: quare &c. Item, aliam rōnem po-
Tex. c. 71. nit Arist. ex parte velocitatis & tarditatis motuum, du-
cendo sic ad vnum impossibile sic. si motus localis fieret
in vacuo, sequereī, q vnum & idē mobile posset pertran-
sire per spatium vacuum, & per spatium plenum in æqua-
li tpe, quod est manifestum impossibile. qa semper spatiū
plenum corpore naturali magis debet resistere mobili q
vacuum, quod nullā habet contrarietatem ad mobile: &
probaī consequentia. ponamus. n. q sicut duo media ple-
na corporibus naturalibus, quorū vnum sit subtilius & al-
E terum grossius, vt aer est subtili⁹ medium q sit aqua: tūc
mobile quod mouebaī per aerem velocius mouebiī, q il-
lud mobile, quod mouebiī per aquam fm aliquā propor-
tionem. & sit gratia exēpli proportio dupla: ita q motus
per aerē sit per spatium vnius horæ: motus aūt per aquā
sit per spatium duarū horarum. sic ergo, si ponatur q per
spatium vacuum fiat motus illius mobilis in aliquo tpe,
illud tps habebit proportionem determinatā ad tps, per
quod fit motus per spatium plenum aere. ponam⁹ igitur
illud tps mensurans motum factum per vacuum esse qua-
druplicem partem tpis illius, in quo fit motus per aerē. si
igitur inueniaī aut ponatur aliquod spatium plenum cor-
pore subtili, cuius subtilitas excedit subtilitatem aeris in
eadē proportione, in qua tps ea cedit tps, s. in quadrupla,
ita q sit in quadruplo subtilius aere, quemadmodum tps
mēsurans motum factum per aerem est quadruplum ad
tps mensurans motum factum per vacuum, tunc motus
fieret per illud spatium plenū in quarta parte illius tpis,
F in quo ponebaī fieri motus per aerē: sed in quarta parte il-
lius tpis ponebatur fieri motus per vacuū. cum ergo oēs
quartę eiusdem quātitatis sibiinuicē sint æquales, sequiī
inconueniens pdictum. Et confirmaī ratio, declarādo
consequentiam: qa additio ad velocitatem fit fm additio-
nem ad subtilitatē medij: si igiī aliquod medium plenum
sit tanto subtilius aere, quanto tps mensurās motum per
aerem est maius tpe mensurante motū per vacuum, tunc
in eadē proportione velocior erit motus factus per illud
spatium motu facto per aerem. & sic sequiī, q in æquali
tpe fiet motus per illud spatium plenum subtilissimo cor-
pore & per vacuum: quod est impossibile. Multas alias
rōnes inducit Arist. in litera destruentes vacuum: sed, qa
oēs sunt satis manifestæ, & faciles inspiciēti literam: ideo
non pono eas pp breuitatem. Contra istam rōnem se-
cundam obijcit Commentator: quia Arist. videī in ea sup- Com. 71.
ponere vnum falsum impossibile, quod nō est datum ab
G aduersario, s. q posset inueniri aliquod tps, cuius subtili-
tas intm̄ excedit subtilitatem aeris, inquantum tps men-
surans motum factum per aerem excedit tps mensurans
motum factum per vacuum: hoc autem forte non est pos-
sibile. impossibile enim est inueniri extra animā aliquod
corpus subtilius igne subtilitas autem ipsius ignis nō est
in eadem proportione maior subtilitate aeris, in qua pro-
portione tps mensurās motum factum per aerem est ma-
ius tpe mensurante motum factum per vacuum. Ad
hoc rn̄det Commen. q subtilitas potest consyderari du- Subtilitas consyderaī dupliciter.
pliciter. Vnomodo fm se & absolute, Alio modo fm q
est subtilitas alicuius corporis determinati naturalis: &
primo quidem modo potest intelligi in ipsa processus in
infinitum, vt dicit, ita q quacunq subtilitate data nō re-
pugnat subtilitati esse perfectiorem quantum est de se &
principaliter: sed fm q est subtilitatis talis corporis natu-
ralis determinati, sic ei repugnat processus vlterior in in-
finitum. & exemplificat in linea, cui fm se nihil repugnat
H diuidi in infinitum, sed repugnat ei inquantum aerea aut
ignea. Et, quia ista propositio est possibilis, s. q sit subtili-
tas maior quacūq subtilitate fm q subtilitas est, ideo ex
ea non debet sequi aliquod impossibile: & hoc modo de-
clarationis multoties vtitur Arist. qm̄ non ponit falsum
fm q est impossibile, sed fm q est possibile. Sed hęc re-
sponsio non videtur bene sufficiens: quia propositio ē im-
possibilis, qn̄ pędicatum repugnat subiecto ratione drię
propriæ & specificæ, quantumcunq non repugnat ei ra-
tione generis. vt ista propositio est simpliciter impossibi-
lis, s. homo est irrationalis: licet nō repugnet homini rōne
animalis, s. esse irrōnale: & deberet istud poni in eē, quod
homo sit irrationalis: quia necessario sequeretur impos̄e,
s. q simul homo esset rōnalis & irrationalis. Quāuis igiī
ipsi subtilitati vel raritati fm seipsam, vel ratione qua est
subtilitas vel raritas corporis mobilis abstracte nō repu-
gnet processus & intensio in infinitum: quia tamen repu-
gnat ei ratione, qua est talis naturæ, puta ignis, ratione

cuius

huius raritas est determinata ad maximum: ideo ista propositio est simpliciter impossibilis, s. q raritas possit intēdi in infinitum & ipsa posita in esse necessario sequitur ex ea impossibile. Et forte dicendum, q rō Arist. procedit ex concessione antiquorum, qui ponebant uacuum esse. ipsi. n. forte concesserunt vel habuerunt cōcedere ex suis dictis, q raritas posset intendi in infinitum: quia posuerūt q formæ sequunt naturam materiæ: & sic, sicut materia est de se interminata, sic formę sunt interminatę, i. non terminatę ad gradus determinatos: nec ad perfectiones determinatas. Aliter posset dici. ad cuius euidentiam consyderandum est, q, cū aliqua cōditionalis est impossibilis, oē illud debet reputari impossibile, ex quo sequit illam esse verā: modo, quamuis sit impossibile raritatem intendi in infinitum, tñ, si poneret per impossibile, q ipsa in infinitum pcederet, ista esset falsa, q motus fieret in æquali tpe per spatium plenū & per vacuum, ita q ista cōditionalis est possibilis cum hoc, q suū antecedens est impossibile, s. ista, si raritas procederet in infinitū, motus localis fieret in æquali tpe per spatium plenum. & ideo ois propositio est impossibilis, ad quā necessario sequeret istam hypotheticā esse veram. modo, sine dubio, si poneret esse vacuū, vt antiq posuerūt, & in ipso fieret motus localis, tunc sequeret, q; si raritas procederet in infinitum, motus localis posset fieri &c. ita q sequeret illam hypotheticā esse veram, quæ tñ est impossibilis omnino: & hoc sufficit Arist. ad probandum vacuum non esse, vt illi ponebant. Sed aliqui litigant per quædā experimenta ad probādum vacuum esse. Quorum vnum est, ponaí q duo corpora planissima et rectissima sibiinuicem coniungant & applicent tali mō, q inter ea nō remaneat aliquis aer intermedius: quod pcipue contingeret, si vnum corpus planū & rectum appropinquaretur superficiei aquæ planæ, sine medio aliquo. deinde corpus superius existens eleuaret & separaret ab inferiori fm oēs partes suas simul & ęqualiter, tunc necesse est, si aer subingrediatur inter ista corpora, q prius intret spatium propinquum lateribus & extremitatibus illorum corporum, q̄ perueniat ad medium: & sic in tpe illo illud medium erit vacuum omnino. Item, ponaí q fiat vas latum & grossum inferius, & bene strictum superius: & in parte stricta sit foramen paruum, in parte vero lata sint multa foramina, & illud vas immergaí in aquā, manifestum est, q implebit aqua: postea, cum erit impletum aqua, obstruaí perfectissime foramen superius, & extrahatur de aqua: tunc quæro, an aqua in illo vase contenta cadet & exibit per foramina vel non: si exibit & cadet p foramina, ergo remanebit ibi spatium vacuū, in quo fuit aqua: quia, cum foramen sit omnino obstructum & vas sit compactissimum, non poterat aer subintrare. si aūt diceretur, q aqua non caderet nec descenderet deorsum per foramina, inconueniens videretur, q graue non prohibitum non moueret deorsum, sed staret: quare &c. Item, ponatur q in aliquo uase compactissimo & fortissimo sit vnum solum foramen, & in illo ponatur os follis: & ipsa follis nullum habeat foramen in aliquo laterū suorum: tunc eleuentur & separarentur latera follis, tūc quæritur, vtrū aer existens in illo vase ingrediatur follem aut non. si sic, ergo vas remanet vacuum. si non: ergo inter latera follis ad se inuicem distantia erit vacuum, quia pono, q follis sit omniquaq; sic obturata & conclusa & cōtinua, q nullum corpus possit in eam ingredi per partes exteriores, et q sic applicetur illud os follis ad ipsum vas q nihil possit ingredi in ipsum vas per suum foramen. Item, impleaí vas fortissimum & cōpactissimum aqua calida, et postea obstruaí omnino foramen ipsius, vt aer non possit intrare: tunc exponaí illud vas plenum aqua frigori fortissimo in hyeme, illa aqua congelabií & fiet minoris quātitatis q̄ prius: quare, cum aer nō possit subintrare, vr̄ q aliqua pars illius spatij remanebit vacua post cōgelationem. nā, si post congelationem ipsa aqua occuparet æqualem locum, vt prius: tunc ipsa non esset minor q̄ ante, quod est

Positiua vacui p experimenta.

A inconueniens. Istis experimentis & cōsimilibus videtur conuinci necessario q vacuum sit, vel esse possit.

AD primam rōnem, cum dicitur, q mot⁹ localis &c. dicendum, q immo, si vacuum esset, nullum corpus naturale posset in eo moueri: quia, cum ipsum uacuum, si esset, esset vnius dispositionis in omnibus suis partibus nullam habens diuersitatē virtutum naturalium, vt manifestum est, non esset aliqua causa, quare corpus existēs in ipso moueretur ad vnam partem magis quam ad aliā: & ideo, si moueretur, aut moueretur simul ad oēm unam partem, aut ad nullam: non ad oēm partem simul, vt manifestum est: ergo ad nullam. & sic moueretur & non moueretur. Et, cum dicií, si aliquid moueret &c. Dicēdum, q, cum aliquod corporum, quę sunt hic, mouetur ad aliquē locum, ille locus erat prius occupatus alio corpore, & illud cedit adueniente corpore, quòd moueí: sed non oportet talem cessionē & motum localē peruenire vsq; ad cœlum: quia poterit fieri condensatio medij, in quod fit mo- B tus: & sic illud corpus, quod cedit, ingredií partem loci, in qua erat illud corpus ante condensationem: quare non valet ratio. Sed dubitaí hic: quia condensatio aeris nō vr̄ fieri nisi per frigiditatē, sicut rarefactio per caliditatē: modo, cum aliquod corpus mouetur in aere, non vr̄ fieri tanta frigiditas, quæ posset cōdensare ipsum aerem, & p condensationem reducere aliqd aeris ad quātitatem tanto minorē, quanta est quantitas corporis quod cedit. Dicunt aūt aliqui, q ista condensatio nō fit à frigiditate proprie, sed à natura vn̄ fugiente & euitante subintrationem & penetrationē corporum. Inquire autē de hoc veritatem.

Rñsiones.

Dubitatio.

Ad aliam, cum dicií, q aliter non esset cōdensatio &c. pp solutionem huius rōnis est consyderādum fm Arist. q cōtrariorum est vna & eadem materia subiecta, vt calidi & frigidi, sicci & humidi, ita q materia existens sub vno contrariorum est in potētia ad alterum, vt patet ex Primo huius, & ex Primo, & Secundo de Generatione. Consy- C derandum ēt q, cum aliquid generatur ex potentia ente fit actu ens ab actu ente, ita q acquisitio formę cuiuscūq; non est per ingressum uel aduentum alicuius corporis ab intrinseco ingredientis in passum, & adducētis secum formam illam, s. per eductionem & transmutationem de potentia in actū. Et pp hoc dicit Cōmētator in Duodecimo Metaphy. q agens verum apud Arist. non congregat inter diuersa, supple prius seorsum existētia & diuisim, sed trāsmutando materiam extrahit illud quod erat in potentia ad actum. vt, cum ex minori calido fit magis calidum, nō oportet q adueniat ipsi subiecto aliquod corpus calidum quod prius non erat ibidē: sed subiectum existens sub im perfectiori caliditate est in potentia receptiua caliditatis perfectioris, & eā recipit præsente calefaciente. similiter, cum ex maiori circulatione fit minor circulatio, hoc non fit per ingressum alicuius corporis circularis, quod prius non erat: neq; per hoc, q aliqua pars incuruaretur, quæ D prius non erat curua, sed modo pdicto, s. per extractionē de potentia ad actū. similiter igií potest contingere in proposito. cum enim rarum & densum sint sibiinuicē cōtraria, eadem est vtriusq; materia, quæ existēs sub vna istarum formarum est in potētia ad aliam: & ideo, si post vnā istarū formarum debet generari alia, nō oportet q hoc fiat per ingressum aut recessum alicuius corporis vel aliquorum corporum, vel ēt per rarefactionem ab ipso rarefactibili vel condensabili, quæ quidem corpora ingrediantur in vacuum vel exeant ab ipso. Si enim condensatio sic fieret p vacuum, q aliqua corpora subintrarent in vacuum, aut corpus nō condensareí vbiq;, aut per totum ēt vacuum: quorum vtrunq; est incōueniens. contingit. n. aliquod totū cōdēsari fm oēs sui partes, & sir rarefieri: sed cōdensatio fit p hoc, q subiectū existens sub raritate & in potentia existens ad densitatem reducií ad densitatē, & è conuerso. sic ergo ex aqua fit aer per hoc, quòd eadem materia numero, quæ prius erat sub forma aquæ, fit sub forma aeris, aut è conuerso: sic in proposito ex denso fit rarum p

Responsio. Cōtrariorum est eadē materia.
Tex. c. 81.
Tex. c. 22.
Tex. c. 6.
Com. 18.
Condensatio quō fit.

hoc, ꝙ eadem materia, quæ prius erat sub forma densitatis, fit sub raritate: quare non oportet esse vacuum nec ad rarefactionem, nec ad condensationem.

E

Ad rationem de augmento dicit Arist. ꝙ illa seipsam impedit: tunc enim ratio dicitur seipsam impedire, cũ ipsa accipit aliquid ex quo sequitur oppositum eius, quod intendit concludere: modo sic est hic, nam, si augmẽtatio fieret per vacuum, tunc, cum augmentabile augmentaretur per totum et in tota profunditate, necesse est ꝙ totum sit vacuũ: quod est impossibile, & impossibile est ꝙ augmentatio fiat p vacuum. Qũo autem fiat augmẽtatio adueniente alio corporeo, & tñ in corpore quod augeẽ non oporteat præexistere vacuum, declarãdum est in Primo de Generatione. Ad præsens autem dicamus, ꝙ corpus augmentabile habet in se quædam parua foramina plena quodam multum subtili corpore, vt aere aut spiritu aliquo: & illud corpus recedit adueniẽte nutrimẽto: & tũc, cum nutrimentum digestum applicatum est lateribus illorum foraminum, virtus membri agit in ipsum, & conuertit ipsum in substantiam suam, & deinde totum aggregatum ex nutrimento & parte, cui vnitur, extenditur ad maiorem quantitatem, & sic fit augmẽtatio.

Augmentatio qũo fit non existẽte vacuo.

F

Similiter ratio de cineribus impedit seipsam. Nam, si propter vacuum contingeret ꝙ vas habẽs in se cineres reciperet tantum de aqua quantum sine cineribus, tunc oporteret, ꝙ, cum habet cineres, esset ita vacuum, vt est sine cinerib⁹; ita, ꝙ cineres nullam partem spatij occuparent. nam quãcunq; spatij partem ponerentur occupare aut aqua nõ reciperetur in illa, aut duo corpora simul erũt: quod ipsi negabant, & sic ratio illa eorum seipsam destruit. Commentator autem dicit, ꝙ ipse nõ fuit expertus de isto accidente. sed, si ita est, causa huius potest esse, quia, cum aqua imponiẽ vasi habenti cineres calidos, tunc aqua illa corrumpitur, & resoluitur in aerem, & exit euaporãdo: & sic nõ remanet ibi tota & æqualis aqua, sicut si sine cineribus esset: sed, si intrat ibi aqua & remanet sub forma aquæ, & postea exprimatur à cineribus & separetur, multo minor inuenitur q̃ prius: quare &c.

G

De dolijs autem habentibus vtres, quasi nihil respondit Aristo. quia forte supponit illud argumẽtum vnum manifeste falsum. Cum enim vter sit quoddam corp⁹ naturale, necesse est, vt occupet & obstruat & impleat aliquam partem spatij existentis in dolio, & in illa simul nõ recipietur vinum, nisi duo corpora sint simul in eodem loco: & sic non tantum de vino omnino recipiet quantum faceret sine vtribus: sed forte, quia parum minus est vinum, quod recipiẽ cum vtribus in dolio & sine vtribus, ideo quasi æquale videtur, cum tamen non sit. Et forte diceret aliquis, ꝙ vter habet quandam virtutem consumptiuam vini, & ideo consumit aliquas partes vini propter quod tñ ibi recipitur, sicut sine vtre: sed si remoueatur & mensuretur diligenter non inuenitur æquale.

Ad alia experimẽta potest respõderi. Ad primum diceret aliquis, ꝙ nunquã duo corpora possunt sibijnuicem ita perfecte vniri & cõiungi in aere vel in aqua, quin sit aer medius vel aqua media, ut vr̃ Arist. intẽdere in Secũdo de Anima capitulo de Tactu. & ideo supponit unum falsum: sed forte non sufficeret istud. quia licet duo corpora solida non possint sibiinuicem contigi & contiguari in aere, quin sit aer medius: tamen vnũ corpus solidum & planissimum posset applicari superficiei aquæ, ita ꝙ nullum esset medium: & tunc, si simul eleuetur illud corpus & disiungatur ab aqua, redit dubitatio, vt prius: quia aer non statim poterit peruenire ad mediũ spatij inter illa: vnde remanebit vacuum, vt videtur. Propter quod dicunt aliqui, ꝙ, si duo corpora omnino plana applicarentur sic sibiinuicem sine medio quocunq;, tunc nunquam possent separari ab inuicẽ simul, quantum ad oẽs suas partes: immo, si disiungereẽ, oporteret ꝙ prius separareẽ vna pars q̃ alia successiue: & quantũ esset spatiũ inter illas partes, tm̃ de aere ingrederetur: & sic successiue subintraret aer, sicut successiue disiungereẽ: impossẽ autẽ

Ad positionem vacui pp experimenta.

Tex. c. 113.

H

esset, ꝙ oẽs partes simul tpe separarentur ab inuicem, & æqualiter pp fugam vacui. cõsydera circa hoc, quia satis est pulchrum. forsan illa positiooe facta nunquam separarentur illa corpa ab inuicem, sed positio diceretur impossibilis.

Ad aliud dicendum, ꝙ illa aqua non poterit cadere per foramina inferiora pp causam dictã. sed quid detinebit eã? dicitur, ꝙ natura vl̃is non permittens vacuũ, quod necessario contingeret, si caderet illa aqua: minus enim malum est, ꝙ aqua detineaẽ ibi sursum q̃ fiat ibi vacuum. vel dicaẽ, ꝙ detinens illã aquã esset illud obstruẽs foramen, vel pars vasis prohibens aerem ingredi.

Ad secũdũ

Ad aliud dico, ꝙ illis suppositis, nunq̃ aliqua virtus eleuaret latera follis, nec ab inuicem separaret. sed q̃d prohiberet? natura vniuersalis pp fugam vacui.

Ad tertiũ.

Similiter ad aliud dico, ꝙ illud vas frangeretur aut nunquam aqua in eo cõgelareẽ illo supposito, s. ꝙ sit ita compactum ꝙ nulla pars aeris possit ingredi. Hæc dicuntur ad illa experimẽta, nec audiui meliora. Quæ autem sit illa vniuersalis natura faciens illas prohibitiones, non est penitus manifestum.

Ad quartũ.

Accidit autem dicentibus vacuum esse tanquam necessarium si vere esset motus contrarium magis esse &c.

Tex. c. 66.

QVAESTIO XI.

An, si Vacuum esset, possibile esset in ipso fieri motum.



Consequenter quæritur, Vtrum, si vacuum esset, mot⁹ localis posset fieri in ipso. Arguitur primo ꝙ sic, quia i illo spatio potest fieri motus, quod habet prius & posterius. nã ex priori & posteriori magnitudinis est prius & posterius in motu, vt vult Arist. in Quarto huius, & in Sexto: sed spatiũ vacuum, si esset, haberet prius & posterius, vt manifestum est: quare &c.

Tex. c. 99.

Tex. c. 19.

Itẽ, si in vacuo non posset fieri motus, hoc esset pro tanto, quia ppor tio velocitatis motus ad velocitatẽ, debet esse s̃m proportionem medij ad medium: hanc enim rationem assignat Aristo. in litera. sed pp istam rationem noo debet negari motum posse fieri in vacuo si esset: quia vnus motus cœlestis habet proportionẽ determinatã ad alium, & tñ hoc non est s̃m proportionem medij ad medium: quia motus cœli nõ est per aliquod mediũ, vt medium est: quare &c.

Tex. c. 71.

Item, posito motore & mobili potest fieri motus: hæc enim sunt causæ propinquæ motus, si non impediantur. sed in vacuo, si esset, posset esse motor & mobile, vt manifestum est, s. graue vel leue, quod est mouens & mobile: quare &c.

Item, si posito vacuo negaretur in eo fieri motus localis, hoc esset pro tanto, q̃a non esset ibi in eo resistentia mobilis ad motorẽ: hanc causam assignat Commentator. sed hoc non põt esse causa: quia, si esset vacuũ, & in vna parte eius esset graue, vt lapis, adhuc ipsum esset corporeũ & esset in situ opposito alteri: & per istum suũ oppositum resisteret motori: talis. n. resistẽtia sufficit ad motũ localem, vt patet in corporibus cœlestibus. non enim habet corpus cœleste aliã resistentiam ad motorẽ, nisi q̃a corporeum existens est in opposito situ illi situi, in quo intendit ipsum ponere suus motor: quare &c.

Tex. c. 91.

OPPOSITVM vult Aristo. & Commentator.

CONCLVSIO.

Nullus fieret localis motus in Vacuo, si esset.

AD quæstionẽ est intelligendum, ꝙ aliqui visi sunt imaginari, ꝙ, si esset vacuũ, motus localis posset fieri in ipso pp rationes p̃missas: & hoc modo vr̃ intellexisse Auẽpace sicut narrat Cõmẽ. Et in ipso quidẽ vacuo, si esset mobile, moueretẽ naturali & ppria velocitate: in medio aũt pleno quocunq; corpe sensibili nõ moueẽ velocitate naturali, sed semper impediẽ à naturali velocitate, & per ipsum mediũ plenum impediens additur ad tempus velocitatis naturalis, ita ꝙ velocitas, quã habet motus, in spatio pleno, quantuncunq; subtilis, est velocitas

Opinio prima.

Com. 71.

locitas accidentalis: & similiter tarditas, quam habet in medio minus subtili, est tarditas accidẽtalis. Et de ista velocitate accidentali & tarditate intellexit Aristo. q proportio velocitatis ad velocitatem, & tarditatis ad tarditatem, est ſm proportionem medij ad medium in subtilitate & densitate: sed non est verum de velocitate naturali & tarditate, vt dixit.

Opinio b. tho.

Addunt autẽ aliqui, s. Sanctus Thomas & sui sequaces, q, si esset hmōi spacium vacuũ, mobile in ipso existens, ex eo ipso q esset corporeum, in opposito sui existens, resistẽtiam sufficientem haberet ad Motorem: & hæc resistentia sufficeret ad motum localẽ in illo spatio, vt dicũt. sed hoc vr̃ oĩno impoſſe, & contra

Improbō.

Arist. quia, si esset vacuum, & motus localis fieret in ipso, aut mobile ibi existẽs moueretur ad vnam partem solum, aut ad oẽs simul. si dicatur q ad vnam solum, hoc est cõtra rõnem: quia ipsum vacuum, si esset, esset vnius & eiusdem dispõnis vel rõnis per totum, & nullã diuersitatem partium haberet, nec virtutum, vt ẽt oẽs cõcedũt. & sic, qua rõne moueretur mobile ad vnam partẽ, & ad aliam oppositam. Nec est dicẽdum, q ad oẽs: quia intelligibile est, q vnum corpus simul moueatur ad diuersas partes eiusdem spatij ſm idẽ sui, vt patet cuilibet intelligenti. quare &c. Item, si in vacuo esset motus, supposito ipsum esse, tunc ęque velociter moueretur in ipso corpus grauius & minus graue cæteris paribus, s. figura & magnitudine: qd' est impoſſe manifestum. & patet consequentia: qd'. n. vnum mobile eiusdem q̃titatis & figuræ cum alio velocius moueatur q̃ alterum, hoc non est nisi, quia velocius & fortius diuidit mediũ, per qd' fit motus: nunc autẽ ipsum vacuum non posset diuidi velocius ab vno q̃ ab alio, cum sit impoſſe. ergo, si in ipso posset fieri motus, oĩa mobilia ęqualr̃ mouerentur in ipso: qd' est impoſſe. quare &c. Propter qd' dicendum est ad qõnẽ ſm Arist. & Cõmen. q, si esset vacuum, nullus motus localis posset fieri in ipso. Ad cuius euidentiam est sciendum, q ad oẽm motum necessario requiritur aliqua resistẽtia mobilis ad motorem: qd' declarat Cõment. quia necesse est q motor excedat mobile ſm aliq̃ proportionem determinatam: & ſm diuersitatẽ proportionis, in qua motor minus excedit suum mobile ad proportionem excessus alterius, diuersificatur motus corporum cœlestium in velocitate & tarditate: & motor, cuius potẽtia est magis excedens, est nobilior motore, cuius potentia est minor in excessu. Cum. n. motor non possit excedere mobile ſm aliq̃ proportionem, nisi sit aliqua resistentia inter mouens & mobile, vt manifestum est. vna. n. forma eiusdem speciei cum alia eiusdem gradus cum ea nullomodo excederet eam: sequitur, q inter mouens & mobile debet esse quædam resistentia mobilis ad motorem. Itẽ, vnum contrariorum aliquo modo resistit alteri, vt manifestum est per se: sed motor est contrarius aliqualr̃ mobili, cum motor habeat in virtute actiua illud, q habet mobile in virtute passiua, vt sic: mõ, vlterius dicit Cõment. q aliqñ ista resistentia mobilis ad Motorem est ex parte mobilis, qd mouetur illo motu, sicut contingit, qñ ipsum mobile est aliqd' ens per se actu præter suum Motorem. verbi gratia, in corpore cœlesti & in aĩali, q est hoc. corpus. n. cœleste circũscripto Motore suo per intellectum, est ens actu. & similr̃ ipsum corpus aĩalis circũscripta ꝑ intellectum aĩa, est aliquid in actu, & ideo in istis mobile resistit Motori: sed in illis, in quibus mobile non est ens aliqd' actu præter Motorem, resistentia nulla põt esse ex parte illius mobilis. Et hoc contingit in grauibus & leuibus inaĩatis, vt in aqua, & igne, & in hmōi. Vnde in istis, cum mouent se motu suo locali, res mota est ens in potentia, & motor in actu, cum sint composita ex prima materia & formis simplicibus, & motor est forma & res mota est materia, vt dicit Cõmen. Ex his arguitur ſm Cõmẽ. si motus localis esset sine medio pleno, vel in ipso vacuo, nulla esset resistentia inter Motorem & mobile, siue rem motam: quia materia ipsius mobilis non resisteret ei, nec ẽt ipsum vacuum, ut manifestum est: quare nulla esset ibi resistẽtia: sed hoc est impoſſe, vt probatum est: ergo in vacuo, si esset, non posset esse motus localis.

Item, si in vacuo, si esset, fieret motus, fieret in nõ tpe, cum nulla esset resistentia mobilis ad Motorem: qd' est impoſſe, & patet consequentia: quia successio in transmutatione est ex resistẽtia mobilis ad Motorem aliquo mõ. vnde videmus, q q̃to aliquid, qd' debet calefieri est frigidius, tanto maius est tempus, & maior successio contingit in calefaciendo ipsum cæteris paribus, vt manifestum est. quare &c.

Solutiones.

AD primam rõnem, cum dr̃, in illo spatio posset fieri motus &c. verum est, si esset tale prius & posterius q posset cedere mobili: sed si non esset tale prius & posterius, q posset cedere mobili, non esset verum. mõ, q̃uis vna pars in spatio vacuo esset prior alia, cum vna pars esset propinquior mobili q̃ alia, tñ illa pars ꝓpinquior nõ posset cedere ipsi mobili: & iõ, si moueretur ad eã, oporteret q duo corpora simul essent in vno & eodem loco, & vnum corpus penetraret aliud: qd' est impoſſe. Ad aliam, concedo maiorem sic intelligendo, q ex hoc conuincitur in vacuo non posse fieri motum, si esset, quia illius motus non esset aliqua proportio ad alium motũ in velocitate & tarditate, vt probatum fuit prius. &, cũ dicitur contra hoc, q in corporibus cœlestibus &c. Dico, q motus corporis cœlestis non est per aliqd' medium, in qd' ingrediatur & subintret: nos aũt intelligimus de motibus, qui sunt per media, in quæ ipsa mobilia ingrediuntur per suum motum. in istis. n. proportio motus ad motum in velocitate & tarditate est ſm proportionem mediorum in spissitudine & subtilitate seu tenuitate. Etiam põt dici, q non est simile de corpore cœlesti, & de grauibus & leuibus. nam ipsum corpus cœleste est ens actu ꝑter suum Motorẽ, & est in situ opposito situi, in quo intẽdit ipsum ponere Motor, & sic habet resistentia ad suum Motorem. sic autem non est hic, vt visum est prius. quare, &c. Ad aliud, cum dr̃, posito Motore & mobili &c. verum est, si motor & mobile sint in debitis dispositionibus, hoc quidem ad mouendum, aliud aũt ad moueri: sed sic non est hic, quia ibi nullum esset mobile resistens aliqualr̃ motori & obtentum ab ipso motore. si. n. vacuum poneretur existere, ꝑꝑ incompossibilitatem essendi duo corpora esse simul, illa resistentia esset inutilis, & non posset obtinere mouens super mobile, & sic non fieret motus. Ad aliam, concedo maiorem. Et, cum dicitur, q immo ipsum graue esset corporeum, & existens in situ opposito resisteret motori, ex eõ q esset in situ opposito, Dico, q si esset vacuum, cum nullam diuersitatẽ haberet in suis partibus, tunc mobile existens in ipso nõ esset in situ opposito alteri situi. nam oppõ situum sufficiens ad resistentiam mobilis ad motorem, necessario requirit aliq̃ oppõnem vel diuersitatem naturalem in partibus loci, vel in ipsis locis. & sic nulla oppõ situs ad situ posset esse in ipso vacuo si esset. Et q̃ratur ab illis, q ponunt istam opinionẽ, si vacuum esset, & in ipso fieret motus localis, vtrũ ille motus localis esset ad locum vel nõ. q, si non esset ad locum, ergo non est motus localis: & si esset ad locũ, hoc est ĩpoſſe. q̃a oĩs locus, ad quẽ est motus habet aliq̃ oppõnẽ ad locũ in quo incipit motus ille: nũc autẽ vna ps vacui nullã oppõnẽ hẽret ad aliã, quare &c.

Corpis cœlestis mot' nõ est p aliqd mediũ.

QVAESTIO XII.

An uelocitas unius motus ad alterius uelocitatẽ sit ſcdm medij ad mediũ spissitudinem et tenuitatem, siue grossitiem & subtilitatem attendenda.



Irca prædicta quæritur spãliter, Vtrum ꝓportio velocitatis vnius motus ad velocitatem alterius motus sit ſm proportionẽ medij ad medium in spissitudine & tenuitate, siue in subtilitate & grossitie. Arguitur primo

primo ꝙ non. sicut prius tangebatur. Quia motus corporum cœlestium habet proportionem ad inuicem in velocitate & tarditate, vt manifestum est: & tamen manifestum est ꝙ ista proportio non est secundum proportionem medij ad medium, siue mediorum abinuicem in spissitudine & tenuitate, cum non fiat per media, vt concessum est. quare &c. & ista fuit ratio Auempace.

OPPOSITVM Arguitur auctoritate Aristo. vult. n. ꝙ proportio &c. super hoc enim fundat demonstrationem ad producendum, ꝙ in vacuo nõ posset fieri motus, vt visum fuit prius.

CONCLVSIO.

In Quibusdam mobilibus proportio velocitatis Motus Naturalis ad velocitatem, est secundum proportionem mediorum in subtilitate, & grossitie.

Comẽ. 71. INtelligendum est hic, ꝙ sicut recitat Commentator, Auempace, qui fuit vnus de subtilioribus expositoribus Arist. posuit, ꝙ istorum mobilium, grauium et leuium duplex est velocitas, s. velocitas naturalis, & velocitas accidẽtalis. similiter etiam tarditas. est autem velocitas accidentalis, sm eum, illa velocitas, quam habet motus factus per aliquod spatium plenum aliquo corpore sensibili & naturali, vel ab aliquo mouente impellente ipsum fortius q̃ sit natum sm seipsum moueri. vt si qs mouet lapidem deorsum. velocitas autem naturalis est illa, quam habet ipsum mobile per suam virtutem & naturam propriam: & hanc velocitatem naturalem & propriam haberet motus ipsius grauis in medio vacuo, si esset, in quocũque vero medio pleno fiat motus ipsius grauis. Alicuius autem leuis fit additio ad motum & diminuitur velocitas naturalis, & tempus mensurans motũ factum per spatium plenum, semper est maius tempus, quod mensuraret motum, & velocitatem naturalem: & similiter se habet de tarditate. est enim tarditas accidẽtalis, quam habet motus factus per spatium plenũ quodcunque sit illud. Naturalis vero tarditas est, quam habet mobile ipsum ex sua propria natura & virtute: & hanc vtiq; tarditatem haberet mobile in spatio vacuo, si esset. In quocũq; autem medio pleno fiat motus corporis grauis, additur tarditati naturali: & tempus mensurans motum factum per spatium plenum addit supra tempus mensurans motum naturalem, & sic semper in spatio pleno retardatur motus grauis & leuis à sua naturali velocitate. Tunc dixit Auempace ꝙ proportio velocitatis aut tarditatis accidentalis ad velocitatem & tarditatem accidẽtalem bene est sm proportionem medij ad mediũ in spissitudine & tenuitate: ita ꝙ in quacunq; proportione subtilitatis vnius medij se habet ad subtilitatem alterius, in eadem proportione se habet velocitas accidẽtalis vnius motus ad velocitatem accidentalem: sed non oportet, ꝙ in quacunq; proportione se habet velocitas accidentalis ad velocitatem accidentalem, in eadẽ proportione se habet velocitas naturalis ad velocitatem naturalem, vt dixit. quia, cum aliquibus quantitatibus adduntur aliquę quantitates, non oportet ꝙ eadem sit proportio quantitatum, quibus fit additio, quæ est proportio quantitatum, quæ adduntur. verbi gratia. cũ ad quatuor adduntur duo, & ad sex adduntur quatuor, non est necesse, ꝙ proportio quatuor ad sex sit sicut ꝓportio duorum ad quatuor, vt manifestum est. Et similiter, cum ab aliquibus quantitatibus diminuitur vel remouetur sm aliquam proportionem, non oportet, ꝙ quæ est proportio quantitatis, quæ remouetur, ad quantitatem quæ remouetur, eadem sit proportio remanentis ad remanens, vt cum à quinque remouentur duo, & remanent tres, & à sex remouentur quatuor, & remanent duo, non oportet, ꝙ quæ est proportio ipsius quatuor ad duo, eadẽ sit proportio ipsorum trium ad ipsa duo. Et, cũ ab vna quãtitate subtrahitur, & additur alteri, non oportet ꝙ quæ est proportio quantitatis subtractæ ad eam, quæ additur ꝙ eadem sit proportio quãtitatis à qua fit subtractio, ad

Naturalis & Accidentalis velocitas quæ.

Tarditas est duplex.

E quantitatem, cui fit additio, vt manifestum est consideranti, si à quatuor remouentur duo, & ad quinq; addantur sex, & sic in multis alijs Modo, in motu habente velocitatem accidẽtalem, fit quędam additio motus ad motum habentem velocitatem naturalem, & in motu habẽte tarditatem accidentalem fit diminutio motus naturalis, vel in velocitate accidentali fit diminutio velocitatis naturalis, & in tarditate accidentali fit additio ad tarditatem naturalem: & ideo non oportet, ꝙ quæ est proportio velocitatis accidentalis ad velocitatem accidẽtalem, sit eadem proportio velocitatis naturalis ad velocitatem naturalem. Cum igitur secundum proportionem medij ad medium in subtilitate & densitate sit proportio velocitatis accidentalis ad velocitatem accidẽtalem, nõ oportet, vt dixit Auempace, ꝙ sm illam proportionem mediorum sit proportio velocitatis naturalis ad velocitatẽ naturalem, nec tarditatis ad tarditatem. Potest ergo sic formari syllogismus Auẽpa. si proportio motus ad mo-

F tum in velocitate & tarditate naturali esset sm proportionem medij ad medium, tunc proportio velocitatis naturalis ad naturalem velocitatem, esset sicut proportio velocitatis accidentalis ad velocitatem accidẽtalem, sed hoc est falsum, vt probatum est: quare &c. hæc fuit opinio Auempa. Sed Commentator multa obijcit cõtra istam opinionem. primo, quia sm istã positionem ratio Arist. non valeret. si enim proportio velocitatis naturalis ad velocitatem naturalem non est sm proportionem mediorum adinuicem in subtilitate & densitate, sed solũ hoc sit verum de velocitate accidentali & tarditate, tunc non poterit concludi ꝙ motus factus in vacuo non habeat proportionem ad motum factum in pleno, immo, postquam in vacuo, si esset, moueretur naturali velocitate, tunc ille motus fieret in tempore, & haberet proportionem determinatam ad tempus, in quo moueretur per spatium plenum, & sic ratio Arist. nihil concluderet. sed forte Auempa. non haberet hoc pro inconueniente, im-

G mo bene concederet rationem Arist. simpliciter non esse efficacem. vnde sanctus Thomas tenẽs illud dictũ Auẽpa. dicit, ꝙ ratio Aristo. non est demonstratiua simpliciter, sed solum sm concessionem antiquorum ponentiũ vacuum: cum quibus Arist. hic disputat. ponebãt enim, ꝙ tota causa velocitatis motus est ex parte medij, quod non impedit, & nõ ex natura mobilium: & sm hoc sequitur, vt proportio velocitatis, etiam naturalis, esset secundum proportionem mediorum &c. Sed cõtra fortius obijcit contra Auempa. Commẽ. manifestum enim est, ꝙ, si sint duo mobilia æqualia in magnitudine, & æqualis grauitatis aut leuitatis & eiusdem figuræ ad hoc, ꝙ æque velociter moueantur, requiritur ꝙ moueantur per medium æqualis spissitudinis aut tenuitatis. ponatur. n. ꝙ mouerentur ꝑ media inæqualia, nõ mouerentur ęque velociter. vt si vnum moueretur per aerem, & alterũ per aquam. & hoc manifestum est ad sensum: & sic ad æqualitatem motus requiritur æqualitas medij vel mediorũ.

H ergo ad motus diuersitatem & inæqualitatem in velocitate & tarditate facit diuersitas medij in spissitudine & tenuitate. & sic sm proportionem medij ad mediũ est proportio velocitatis naturalis ad velocitatem naturalem. Et potest sic syllogizari. sicut se habet æqualitas medij in spissitudine & tenuitate ad æqualitatẽ velocitatis motus naturalis, sic se habet diuersitas, & inæqualitas ipsius medij ad diuersitatem velocitatis naturalis. sed æqualitas medij in grossitie & subtilitate est causa aliquo modo æqualitatis velocitatis naturalis motus, dummodo mobilia sint sibijnuicem æqualia in grauitate & quantitate & similia in figuris, vt dictum est. ergo similiter diuersitas mediorum est causa diuersitatis velocitatum, & per consequens sm proportionem mediorum est proportio naturalium velocitatum. Et est considerandum circa istam rationem Commẽ. ꝙ ipse supponit, ꝙ vnius mobilis possunt esse plures velocitates naturales, cuꝰ diuer-

Vnius mobilis pñt esse plures velocitates.

sitatis

ſitatis velocitatum naturalium cauſa eſt diuerſitas medriorum, non enim intelligit ꝙ diuerſitas mediorum in raritate & denſitate ſit cauſa diuerſitatis velocitatum in diuerſis mobilibus: hoc enim eſt falſum, quia diuerſa mobilia in vno & eodem medio haberent velocitates naturales diuerſas, vt plumbum & lignum in aere. Intelligit ergo Commen. de eodem mobili, ꝙ, ſicut æqualitas medij facit ad æqualitatem motus eiuſdem mobilis & æqualis, ſic diuerſitas mediorum eſt cauſa diuerſitatis velocitatis motuum eiuſdem mobilis vel mobilium æqualium. Et ſic ſupponit, ꝙ vnũ mobile æque graue & æqualis quantitatis & eiuſdem figuræ poſſit habere diuerſas velocitates naturales: cuius, inquam, cauſa diuerſitatis erit diuerſitas mediorum. Sed hoc videtur aliqualiter dubium. cum enim vnius mobilis inanimati non ſit niſi vnus motus localis naturalis, vt patet in Primo Cœli & Mundi, ſic videtur, ꝙ vnius mobilis inanimati nõ debet eſſe niſi vnica velocitas naturalis. Et forte dicẽdum ad hoc, ꝙ vnius mobilis inanimati non eſt niſi vna velocitas naturalis perfectiſſima, ſed tñ forte poſſunt eſſe plures: quarum vna eſt minus perfecta ꝙ̃ alia, vt deſcenſus grauis in aere eſt velox velocitate naturali, & etiam in aqua, ſed perfectior eſt velocitas in aere ꝙ̃ in aqua: & hoc non eſt inconueniens. Remanet igitur ratio Commentator. ꝙ ſicut æqualitas medij &c. Item, ex dictis Commen. poteſt ſumi vna alia ratio. nam proportio velocitatis naturalis ad velocitatem naturalem debet eſſe ſm proportionem reſiſtentis ad reſiſtens, cum in omni motu requiratur reſiſtentia mobilis alicuius ad motorem & ſm diuerſitatem proportionum reſiſtentiæ, diuerſificantur motus: nunc autem in motibus ipſorum grauium & leuium inanimatorum non inuenitur aliquid reſiſtens motori niſi medium, & diuerſificatur reſiſtentia ſecundum diuerſitatem medij in ſubtilitate & groſſitie: quanto enim medium minus reſiſtit motori, tanto velocior eſt motus cæteris paribus. quare &c. Dicit etiam Comment. vlterius, ꝙ Auempa. imaginabatur vnum falſum, ſ. ꝙ cum mobile aliquod mouetur velocius ꝙ̃ ſua naturali velocitate per medium quodcunq;, ibi eſt additio motus ad ipſum motum naturalem, ſicut eſt additio lineæ ad lineã: et cum eſt impeditum à ſua naturali velocitate, ibi ſit remotio à ſua naturali velocitate, ſicut cum remouetur linea à linea. hoc autem non eſt verum, nec ſimile: quia, cum linea additur lineę, remanet linea præexiſtens actu, & ſimiliter, cum remouetur & diminuitur à linea. Sed, quando mobile retardatur à ſua naturali velocitate, non eſt in ipſo mobili motus naturalis in actu, ſed in potentia ſolum, ita ꝙ non eſt ibi motus naturalis cum quodam ſuperaddito. Et, cum mouetur aliquid velocius ꝙ̃ naturali velocitate, vt cum lapis fortiter proijcitur deorſum, nõ eſt ibi velocitas naturalis cum quodam ſuperaddito, ſed velocitas accidentalis ſolum: bene tamen verum eſt, ꝙ in tempore menſurante motum retardatum includitur tempus æquale tempori menſuranti motum naturalis velocitatis cum aliquo addito. & ſimiliter tempus menſurans velocitatem accidentalem fortiorem velocitate naturali eſt minus quàm tempus naturalis velocitatis. vt, cum lapis proijcitur deorſum forti impulſu, minori tempore moueretur deorſum quàm ſi relinqueretur velocitati propriæ: & hoc nullum eſt inconueniens.

Reſpõſio. Dicamus igitur ad quæſtionem, ꝙ in iſtis grauibus et leuibus inanimatis proportio velocitatis motus naturalis ad velocitatem eiuſdem mobilis eſt ſecundũ proportionem mediorum adinuicem in ſubtilitate & groſſitie. Et hoc poteſt probari rationibus præmiſſis quas poſuit Commentator, contra Auempa. Ariſto. autem ſumpſit iſtud ſine probatione, quia eſt quaſi per ſe notum intelligentibus: & talia non debent demonſtrari niſi negentur. & ideo Commen. habuit hic probare. quia vir ſolẽnis, ſ. Auempa. negauerat illam ſuppoſitionẽ. Tamen & Ariſt. ſi bene inſpiciatur, præmiſit in principio capituli quodA dam, ex quo poteſt probari ſuppoſitio illa, ſ. ꝙ mobilia differant in velocitate motus aut tarditate aut ſm differentiam mediorum in ſubtilitate & groſſitie, aut ſecundum differentiam virtutum ipſorum mobilium. Ex quo ſatis patet, quòd proportio motus ad motum eiuſdem mobilis in velocitate & tarditate eſt ſecundum proportionem medij ad medium.

Rñſiones. AD rationem in cõtrarium cum dicitur, ꝙ motus corporum cœleſtium &c. Dico, ꝙ non eſt ſimile de corporibus cœleſtibus, & de grauibus & leuibus inanimatis. quia corpus cæleſtę, circunſcripto ſuo motore per intellectum, eſt ens actu: non enim eſt compoſitum ex materia prima & ex forma inexiſtente, quæ ipſum moueat, ſed eſt ſubiectum ſimplex exiſtens actu præter motorem ſecundum Commen. in Octauo huius. & Octauo Meta. & in de Subſtantia Orbis. & ideo habet aliquam reſiſtẽtiam ad motorem inquantum exiſtens in vno vbi eſt pri Cõmẽ. 79. Cõmẽ. 4.
B uatum alio, & eſt in potentia paſſiua ſeu receptiua alterius. & eſt proprium & naturale ſubiectum illius potentiæ & priuationis alterius vbi: ita ꝙ huiuſmodi aptitudo vel potentia ad aliud vbi, & eius priuatio non inuenitur naturaliter in aliquo alio. verbi gratia, cum Sol eſt in oriẽte, & ipſe habet potẽtiã ad vbi occidentis & priuationẽ illius. & illa potentia & priuatio naturaliter inuenitur in ipſo cœlo et non in alio ſubiecto. Sed graue inanimatum, præter ſuam formam ſubſtantialem, quam conſequitur grauitas, non eſt aliquod ens actu, quod reſiſtit ſuo motori: in quo, ſ. ente actu tãquam in ſuo proprio ſubiecto ſundetur potentia receptiua talis vbi, ad quod debet moueri ipſum graue vel leue. verbi gratia, cum lapis eſt ſurſum, non eſt in ipſo lapide præter ſuam formam ſubſtantialem aliquod ens actu, quod poſſit eſſe proprium ſubiectum potẽtiæ ad vbi deorſum, & quod reſiſtat motori ita tendenti ipſum lapidem ponere deorſum. Et ad iſtam intentionem dixit Commẽtator, ꝙ lapis eſt compoſitus
C ex grauitate & materia prima, & motor eſt forma, & res mota eſt materia, i. illud, quod eſt in eo præter formã ſuã propriã, eſt materia, pro quanto nõ eſt aliquod ens actu habens potentiã per ſe ad vbi deorſum: nec priuatio vbi deorſum, quam habet graue actu ſurſum exiſtens, conſequitur per ſe & proprie formã grauis ſic, ꝙ in nullo alio poſſit inueniri, & ſic non eſt ibi aliquod reſiſtens proprie ipſi motori, quod eſt forma. Vnde relinquitur, ꝙ reſiſtẽtia ſit ipſum medium, quod de ſe natum eſt habere aliud ſitum vel vbi ꝙ̃ illud, ad quod graue mouetur. ſed in graui actu ſurſum exiſtente & habente vbi ſurſum materia ſua non eſt proprie & per ſe ſubiectum illius vbi ſurſum. quia materia prima non eſt ſubiectum proprium alicuius accidentis terminati, nec forma ſubſtantialis propria ipſius grauis poteſt eſſe ſubiectum naturale & per ſe illius vbi: quia non habet illud vbi niſi per violentiam & non naturaliter. & ideo in graui ſecundum actum nihil inuenitur, qđ per ſe & proprie ſit ſubiectũ illius vbi ſurſum,
D per quod debet reſiſtere mobile ipſi motori. ſed, cum aliqua pars cœli eſt ſub aliquo vbi, ipſa eſt naturaliter ſubiectum illius vbi, per quod reſiſtit motori ſuo. imaginor ergo, ꝙ illud, quod proprie reſiſtit motori moueri ad aliquod vbi, debet naturaliter habere vbi oppoſitũ illi vbi, ad quod mouet motor, & debet eſſe naturaliter ſubiectũ illius vbi. Nunc autem nec ipſum graue actu, nec aliquid ipſius grauis eſt proprium & naturale ſubiectum illius vbi ſurſum, per quod debet aliquid reſiſtere motori mouenti deorſum: & ideo in ipſo graui proprie non eſt reſiſtentia mobilis ad motorem, ſiue illa reſiſtentia ſit ex potentia receptiua ipſius vbi deorſum, ſiue ex priuatione ipſius vbi deorſum, ſiue ſit ex ipſo vbi ſurſum, quod opponitur vbi deorſum. Melius tamen credo illam reſiſtentiam eſſe ex priuatione vbi deorſum, vel ex ipſo vbi ſurſum, quàm ex potentia ad vbi deorſum, quare non valet illa ratio.

Quæſtio.

QVAESTIO XIII.

An successio in motu grauium & leuium ex resistentia medij causetur.



Oosequenter quæritur. Vtrum successio in motu grauium & leuium proueniat vel causetur ex resistentia medij. Arguitur quòd no,_quia ex illo causari debet successio in motibus grauium & leuium, ex quo causatur in motibus corporum cœlestium, cum ipsa corpora cœlestia localiter moueantur, sicut ipsa grauia & leuia: sed in motibus corporum cœlestium non causatur successio ex resistentia medij, cum non moueantur per medium, sed

Tex. c. 18. circa medium, vt patet ex Primo Cœli & Mundi. quare &c. Item quod causatur ex resistentia mobilis non causatur ex resistentia medij, cum vnum & idem non sit à diuersis causis propioquis in eodem genere causæ se habentibus ad ipsum: sed successio in motibus grauium &

F

Comẽ. 71. leuium causatur ex resistentia mobilis sm Commenta. quare &c. Item, si sic, tunc oullum graue posset moueri io vacuo si esset: hæc est manifesta consequentia. sed cõsequens est falsum: quia animalia, si esset vacuũ, possent in ipso vacuo moueri, vt videtur velle Commentator: quia suot diuisibilia in motorẽ & mobile, quod est actu præter motorem. Illa autem, io quibus res mota ex se diuiditur in motorem & rem motam in actu, non necessario indigent medio: sed, si fuerit, hoc est per accidens: & sic vult q animalia possent moueri in vacuo, si esset. quare &c. Item, illa successio, quæ prouenit ex oppositione situs ad situm, non prouenit ex resistentia medij necessario: hoc est manifestũ. sed successio in motu grauium et leuium prouenit ex oppositione situs ad situm, nam ipsum graue eo ipso, q est aliquod quantum existens in situ opposito resistit motori, qui mouet deorsum. ergo etc.

Item, si motus esset in tempore & successio per resistẽtiam medij: tunc omnis talis motus esset violentus, cum medium resistens violentiam faciat mobili: sed hoc est inconueniens. quare &c. Item, quod non est causa motus ipsius grauis, nõ est causa successionis in ipso motu. nam successio, vel est idem cum motu, vel aliqua proprietas consequens ipsum motum, et quodcunq istorum sit, necesse est q illud idem, quod est causa motus, sit causa successionis in motu. sed ipsum mediũ, vel resistentia medij non est causa motus: non enim est causa materialis vel subiectum, sed ipsummet graue: nec est causa formalis, vt manifestum est. nec agens, sed ipse motor, nec finis, sed ipse termious motus. quare &c.

OPPOSITVM vult Arist. in litera, & idem vult Cõmen, sicut prius dicebatur.

CONCLVSIO.

Motus Grauiũ & leuium successio ex medij resistentia prouenit.

ALiqui voluerunt, sicut Auempa. & sui sequaces, q non prouenit successio in motu grauis aut leuis ex resistentia medij propter rationes præmis-

H

sas: prouenit enim successio huius motus ex situ opposi-

Conclusio responsiua. to, vt dicunt, & etiam ex priori & posteriori magnitudinis. Sed dico sm Arist, & Commen, q successio motus grauis & leuis prouenit proprie ex resistentia medij ple-

Resistentia est inter motorẽ & rem motam. nt, per quod natus est fieri motus talis, ita. s. q sine tali resistentia non esset successio. Ad euius euidentiam resumo quædam prius dicta à Commentatore. primo, q necesse est, vt inter motorem & rem motam sit resistentia: motor enim mouet rem motam, sm q est contrarium, et res mouetur ab illo sm q est similis. quod forte sic est intelligendum, q res mouetur à motore suo sm q ipsa est in potentia talis qualis est motor actu formali vel virtuali: & hoc est esse simile ei in potẽtia & motor mouet rem motam sm q habet actu formali vel virtuali illud ad qd mouet: quod est habere modo alio q habere in potentia receptiua: & omnis motus est sm excessum potentiæ mo-

E

toris super rem motam. & diuersitas motuum in velocitate & tarditate est sm hanc proportiooem, quę est inter istas duas poteotias: & ista resistentia aut est ex ipso motu, quando illud, quod mouetur voluntarie ex se, diuiditur in motorem in actu & rem motam in actu, sicut est dispositio in animalibus & corporibus cœlestibus: aut erit ex ipso, in quo mouetur, i. ex medio, io quo fit motus. & hoc erit, quando res mota non diuiditur in motorem & rem motam in actu, sicut est dispositio to corporibus simplicibus: aut est resistentia in vtroque, s. ex remota & medio, sicut est dispositio in animalibus, quæ mouentur in aere & in aqua. Illa autem, in quibus res mota diuiditur in motorem in actu & rem motam in actu, non necessario indigent medio, sed, si sint, erit per accidens. Illa autẽ, quæ mouentur ex se, quæ oon diuiduntur in motorem & rem motam in actu indigent medio, & hæc sunt grauia & leuia, & si noo mouẽtur in tempore, cum nihil sit illic, quod resistat potentiæ motiuæ. Ex quibus verbis Com-

F

menta. potest elici talis ratio. Successio in motu grauium & leuium inanimatorũ prouenit ex eo, quod resistit motiuę potentię proprię: sed nihil ibi resistit potentiæ moti- Mediũ resistit potẽtiæ motiuæ.

uæ, nisi ipsum medium, in quo fit motus: quod sic patet. nihil enim pprie resistit motori mouẽti ad aliquod vbi, nisi per priuationem illius vbi, vel per vbi oppositum illi. vbi ad quod mouet ille motor, vel per naturalem inclinationem ad vbi oppositum illi vbi, ad quod fit motus. sicut motori, qui mouet ad caliditatem, nihil proprie resistit nisi illud quod habet frigiditatem aliquo modo: similiter autem & in aliis. Vnde necesse est, vt illud, quod proprie & naturaliter resistit motori, qui mouet ad vbi deorsum proprie & naturaliter, habeat priuationem ipsius vbi deorsum, vel habeat vbi sursum, quod opponitur ad vbi deorsum, similiter autem & in aliis. Modo, cũ graue actu est sursum, nihil ipsius grauis proprie & naturaliter habet priuationem vbi deorsum, nec ipsum vbi

G

sursum, immo accidentaliter & per violentiam. sic enim motus fiunt sursum per violeotiam. quid igitur relinquitur quod proprie & naturaliter habeat istam repugnantiam nisi ipsum medium? Ipsum enim medium, per quod fit motus grauis simpliciter, vt lapis, puta aer vel aqua, naturaliter caret vbi deorsum simpliciter, & naturaliter habet vbi oppositum ad vbi deorsum simpliciter. quare videtur, q successio illa prouenit ex resistentia medij: materia enim ipsius grauis non est proprium & naturale subiectum illius priuationis, nec ipsius vbi oppositi, nec similiter forma eius, vt manifestũ est: ergo successio in tali motu prouenit ex resistentia ipsius medij, siue ex medio resistente. Vel potest ratio sic formari, successio in motu grauium vel leuium vel prouenit ex resistẽtia medij, vel ex resistentia mobilis intrinseci, quod est materia ipsius grauis & leuis. non enim videtur q possit prouenire successio ex alio nisi ex altero istorum duorum: sed successio in motu grauis aut leuis noo prouenit ex resistentia mobilis intrinseci ad ipsum motorem, s. ex resistentia materiæ grauis, quæ est ibi res mota sm Commen. ad formã, quæ est motor: quia materia grauis inanimati de se non est subiectum proprium & naturale ipsius vbi oppositi Cõmẽ. 80.

ad illud vbi, ad quod mouet forma grauis, et eius virtus: nihil autem proprie resistit motori mouenti ad aliquod vbi, nisi illud, quod habet vbi oppositum. Sed aliquis dubitaret de hoc, quod dicit Cõmen. q in talibus res mota est materia, & motor est forma. videtur enim sibi contradicere in hoc, quia dicit in Octauo huius, q illud, qd est in potentia, neque mouet, neq mouetur. cum igitur in lapide materia sit ens in potentia, ipsa non potest esse illud, quod mouetur tali motu. Ad hoc dicitur, q verum est, q ipsa materia in graui & leui inanimato non est illud, qd mouetur per se, sed est illud, qd mouetur p accñs. Rñsiones.

& similiter forma non mouet ipsum nisi per accidens: qa noo est nisi in potentia accideotali ad vbi deorsum, nun in potentia essentiali; & sic intellexit Commentator.

Ad

Rñsiones.

AD primam rationem, cum dicitur, ex illo debet &c. Dicendum, ꝙ nõ est simile, quia corpus cœleste est ens actu præter motorem, i e habet vbi oppositũ ad aliud vbi: & ideo habet resistentiam quandam ad ipsum motorem, q̃ imẽdit ipsum ponere vel mouere ad aliud vbi, vt dictum est prius. In ipso autem graui & leui inanimato non est aliquid resistens motori: quia in ipso nihil est, quod sit proprium & naturale subiectum ipsius vbi oppositi, vt visum est: & ideo nulla resistẽtia est ex parte ipsius mobilis ad motorem. vnde nulla successio esset in eiꝰ motu, si fieret in vacuo. vnde fieret in non tẽpore.

Dubitatio.

Sed aliqui dubitant hic, si poneremus vacuum esse & poneremus lapidem in vna parte ipsius versus superius: quæritur, vtrum maneret in illa parte, quæ est versus superius, aut non. si non maneret, hoc videtur impossibile, ꝙ graue non prohibitum non moueatur deorsum: si nõ maneret, ibi, aut in eodem instanti esset sursum & deorsum, aut in alio & in alio. si in eodem, hoc est impossibile: quia sic opposita simul essent in eodem & fm idem: si in alio & alio, tunc esset tempus medium & successio, & sic non prouenit successio ex resistentia medij.

Propositio Tex. c. 9.

Dicendum ad hoc, ꝙ impossibili vno posito, multa sequuntur, vt dicit in Primo huius. si igitur poneretur spatium vacuum & in vna eius parte esset graue, dico, ꝙ nõ moueretur deorsum, quia corpus non potest moueri per corpus mediũ, nisi illud medium cedat ei: quia sic duo corpora simul essent: quod est impossibile, modo, ipsum vacuum nõ posset cedere graui, cum sit impossibile: ideo nõ moueret. et, cum dicis, ꝙ tunc graue non prohibitum non mouebit, sed manebit sursum, dico, ꝙ immo est prohibitum: quia ipsum vacuum, eò ꝙ non potest ei cedere, non permitteret ipsum moueri deorsum.

Alia dubitatio.

Sed ad hoc dices, ponamꝰ secundum impossibile, quod esset vacuum, & ꝙ in ipso posset esse graue, ita ꝙ dimensio grauis penetraret dimẽsionem vacui, tunc quæritur, vtrũ graue existens in parte superiori, vel propinquiori ad sensum maneret ibidem aut non. si maneret, hoc videtur incõueniẽs, ꝙ graue nõ prohibitum maneat sursum vel non moueatur ad deorsum: nullum autem erit ibi impedimentum, quia ponimꝰ ꝙ dimensio eius potest penetrare dimensionem vacui. si vero non maneat ibidem, sed veniat deorsum, quæritur, vt prius. vtrum in eodem instanti vel in alio & alio: si in eodem, hoc esset inconueniens: quia tunc opposita essent simul. si in diuersis instantibus, tunc erit tempus mediũ: quare & successio motus.

Rñsio.

Et dicendum hic, sicut prius, ꝙ vno inconuenienti posito, multa sequuntur: hoc autem non est difficile videre. dicam igitur, si esset vacuum, & hæc dimensio mobilis penetraret dimensionem spatij vacui, tunc graue existens in eo simul esset sursum & deorsum, & nulla successio esset inter suum esse hic & ibi: sed in vno instanti fieret vtrobique, & tu dicis, ꝙ hoc est impossibile. Cõcedo, & ideo illud, ex quo sequitur, & quod ponitur, est omnino impossibile: ꝙ autem ita esset, manifestum est ex prædictis: cum enim nihil esset ibi, quod resisteret motori, qui habet graue mouere deorsum, statim esset deorsum: quare non valet. Ad aliud, cum dicitur ꝙ prouenit &c. verum est si prouenit ex resistentia mobilis intrinseci. &, cum dicitur, ꝙ successio &c. verum est ex resistentia mobilis extrinseci, & illud est medium: vel intrinseci, sicut inanimatis rebus. cum ergo dicit Commentator, ꝙ in omni motu est resistentia mobilis ad motorem, verũ est vel motoris extrinseci vel intrinseci: sed non semper est ex resistentia mobilis intrinseci. Et dico hoc mobile intrinsecum quod non est distinctum à motore loco & subiecto, sicut materia grauis non est distincta ab eius forma, mobile vero extrinsecum, quod est distinctum à motore loco & subiecto, vt medium à graui, & leui. Ad aliam de motu animalis in vacuo, videbitur seorsum in quæstione sequente, & ideo ad præsens dimitto. Ad aliud dicendum ꝙ successionem prouenire ex oppositione situs idem est cum eo, quod proueniat ex A resistentia medij. vnde, cum in vacuo, si esset, non esset oppositum, eò ꝙ nulla esset differentia inter partes eius, ideo non fieret ibi motus. Ad aliam, cum dicitur, ꝙ tunc omnis motus esset violentus: nego consequentiam. Et ad probationem, cum dicitur, ꝙ resistens facit violentiam ei cui resistit: potest dici, ꝙ verum est, si penitus ei resistat, vel ꝙ ipsum omnino ꝓhibeat ab eo ad quod naturaliter inclinatur: sicut columna detinens lapidem sursum & omnino ipsum prohibens moueri deorsum, facit ei violentiam: sed si non omnino prohibeat ipsum, nec detineat, sed permittat ipsum moueri secundum suam naturalem inclinationem, tunc non facit violentiam: & sic est in proposito. Est enim aliquod medium, in quo potest fieri motus grauis, quod non prohibet ipsum omnino ab illo, ad quod naturaliter inclinatur, sicut aer et huiusmodi: quare non est ibi motus violentus. Ad aliam, cum dicitur, ꝙ non est causa motus &c. Concedatur. Et, cum dicit, ꝙ resistentia medij &c. dicitur, quòd immo &c. B Et, cum dicitur, in quo genere causæ, dicitur ꝙ efficientis. ipsum enim medium motum per sui motum facit motum grauis & successionem motus eius. sed istud est dubium. quia, quamuis motus ipsius medij sit causa efficiens motus grauis, tamen non habetur, ꝙ resistẽtia medij sit causa efficiens huius motus: resistentia enim ipsius medij nõ est idem cum motu ipsius & adhuc non est manifestum, ꝙ motus medij efficiat motum ipsius grauis aut leuis. si enim resistentia medij faceret motum grauis, tunc quanto fortius resisteret ipsum medium, tanto velocior esset motus: quod falsum est. Et ideo forte potest dici aliter, ꝙ resistentia medij nullam per se causalitatem habet super successionem ipsius motus, vt patet diligenter consideranti in quolibet genere causæ: sed ipsa resistentia medij est illud, sine quo non potest esse successio talis motus, sicut patet ex præmissis. Nec oportet, ꝙ omne illud, sine quo non est motus, sit proprie causa motus in aliquo genere C causæ: vt motus proprie dictus non potest incipere nisi ab aliquo termino à quo, sicut calefactio non incipit nisi à frigiditate vel tepiditate: & tamẽ ipsa frigiditas nullam per se causalitatem habet super ipsam calefactionem, vt manifestum est cuilibet intelligenti. Sic igitur in proposito, motus grauis & leuis inanimati non fieret sine resistentia medij, nec successionem haberet. & tamen resistentia medij nullam per se causalitatem habet super ipsam successionem motus, sicut nec super ipsum motum.

Resistentia medii non habet cãlitatẽ sup successionem.

QVAESTIO XIIII.

An Vacuo existente, possibile sit in eo fieri motum localem animalis.



COnsequenter quæritur, Vtrum, si vacuum esset, motꝰ localis animalis posset fieri in ipso. Arguitur primo ꝙ non, quia in illo nõ potest moueri animal, in quo non potest esse: quia moueri præsupponit esse. vnde non D entia intelligi possunt, moueri vero nequaquam, Nono Meta. sed in vacuo, si esset, non posset esse animal, vt manifestum est: quia animal indiget refrigeratione per respirationem, vel alio modo, vt patet in Libro de Inspiratione & Expiratione: modo, in vacuo nullo modo fieret refrigeratio caloris animalis, cum ipsum vacuum nullam haberet caliditatem naturalem quare &c.

OPPOSITVM huius videtur intendere Commenta. dicit enim, ꝙ illa mota ex se, quę diuiduntur in motorem in actu & rem motam in actu, non necessario indigẽt medio, sed si fuerit, erit per accidens: animal aut secundum ipsum diuiditur in rem motam in actu, s. corpus, & motorem actu, s. animam: quare &c.

CONCLVSIO.

Si Vacuum esset, etsi animalia in ipso per aliquod tempus esse possent, in illo tamen nequaquam mouerentur.

ALiqui dixerunt, ꝙ in vacuo, si esset, non posset fieri motus animalis propter rationem prius adductam;

quia

quia, s. animal non posset ibi viuere, vt ostensum est.

Et confirmatur. quia nullam influentiam posset animal recipere à cœlo, si esset in vacuo: & tamen ab ipso cœlo & motu eius debet dependere omnis motus istorũ inferiorum. quare &c. Sed istud non sufficit alijs. quia sicut per impossibile ponimus vacuum esse, sic per impossibile possumus ponere animal viuere in ipso per aliquod tempus: & tũc remaneret dubitatio, an animal posset ibi moueri. Et ideo potest dici aliter, s. ꝙ, si esset vacuum, & animal posset ibi esse per aliquod tempus, tamẽ non posset in ipso moueri. Et hoc conuincitur rationibus

Primarō. Arist. in litera. Nam, si animal posset moueri in vacuo, sequeretur, ꝙ posset fieri motus in non tempore & in instanti: quod est impossibile. & probatur consequentia. quia proportio motus ad motum in velocitate & tarditate, est ſm proportionem medij ad medium in subtilitate & grossitie: & hoc non solum verum est in grauibus & leuibus inanimatis, sed in animali potest verificari. constat enim, si sunt duo animalia æqualis virtutis in mouendo seipsa, & corpus vnius tantum & æqualiter resistat motori, sicut corpus alterius: moueatur autem vnum illorũ ſm vltimum suæ potentiæ per vnũ medium, vt ꝑ aquã, & aliquid similiter ſm vltimum suæ potentię moueatur per aerem: nulli dubium, ꝙ velocius mouebitur illud, qđ mouebitur per aerem, q̃ illud quod mouebitur ꝑ aquã: & ſm quam proportionem subtilitas aeris excedit subtilitatem aquæ, velocitas motus animalis facti per aerem excedit velocitatem motus facti per aquam, & sic proportio motus ad motum &c. Cum igitur spatij vacui ad plenum nulla sit proportio, vt demonstratum fuit prius, sequitur ꝙ motus animalis per vacuum nullam haberet proportionem ad motum per plenum, & sic fieret in non tempore quia detur ꝙ in tempore, tunc haberet proportionem aliquam ad tempus, in quo mouetur ꝑ medium

Scda ratio. plenum spatium. Item alia ratio valet ad hoc. quia, si in vacuo, si esset, posset fieri motus animalis, tunc vnum animal posset æqualiter moueri per spatium vacuum & plenum: quod est impossibile, quia semper motus est velocior per medium minus resistens & subtilius, dummodo mobile moueatur ſm vltimum suæ potentiæ. Et probatur cõsequentia. quia ponamus, ꝙ aliquod animal moueatur per medium plenum aere ſm vltimum suę potentię in aliquo tempore, si illud idem potest moueri per vacuum in aliquo tempore, tũc illud tempus habebit aliquam proportionem ad tempus aliud, in quo mouebitur per aerem. Accipiamus igitur aliquod corpus, quod in eadem proportione excedat aerem in subtilitate, in qua proportione tempus mensurans motum per aquam excedat tempus mensurans motum per vacuum, tunc in æquali tẽpore poterit illud animal moueri per illud medium plenum. verbi gratia, ponamus, ꝙ animal moueatur per aerem ſm vltimum suę potentiæ in tempore duarum horarum, & illud idem moueatur per spatium vacuum in tempore vnius horæ, tunc inueniamus aliquod corpus sensibile, quod sit in duplo subtilius aere, tunc tẽpus, in quo illud animal mouebitur per mediũ aliud, erat in duplo minus tempore, in quo fiebat motus per aerẽ, scilicet tempore duarum horarum. ſm enim proportionem, qua additur ad subtilitatem medij, diminuitur à tẽpore cæteris paribus. igitur tempus, in quo mouebitur illud animal per illud spatium subtilius aere, erit dimidiũ tempus ad duas horas, & sic erit ęquale tempori, in quo ponebatur moueri per spatium vacuum, eò ꝙ omnes dimidiæ eiusdem quãtitatis sunt sibijnuicem æquales. quare &c. Et notandum, ꝙ, si proportio motus animalis ad motum alterius, vel eiusdem in velocitate & tarditate debet esse ſm proportionem mediorum adinuicem in subtilitate & densitate, oportet ꝙ ambo moueantur ſm vltima suarum potentiarum. si enim non moueretur qđlibet ſm vltimum suæ potentiæ, sed vnum moueretur quantum posset, & alterum non, tunc posset contingere,

E ꝙ illud, quod moueretur per aquam, moueretur velocius, q̃ illud, quod moueretur per aerem, vt vnus homo põt velocius mouere manum per aquam, q̃ alter per aerem, vt patet ad sensum. sed, si sint animalia eiusdem & æqualis vigoris in mouendo seipsa, & corpora eorũ sunt ęqualis resistentię ad mouentia, et moueantur ſm vltima suarum potentiarum, tunc sine dubio proportio motus ad motum necessario erit ſm proportionem medij ad medium in spissitudine & tenuitate. Ita, si ambo mouerentur per æquale spatium, æque velociter mouebuntur. et, si vnum mouetur per spatium subtilius, & alterum ꝑ spatium grossius, tunc vnum mouebitur velocius altero ſm eandem proportionem, ſm quam habebunt se adinuicẽ materiæ in grossitie & tenuitate. vnde cum, vacuum nullam haberet proportionem ad plenum, nec è conuerso, manifestum est, ꝙ, si illud animal ibi moueretur ſm vltimum suę potentiæ, motus eius nullam haberet proportionem ad motũ eius ꝑ plenum: quare fieret in instanti.

F Ad dictum Cõmen. potest dici, ꝙ animal non sic necessario indiget medio ad sui motũ, sicut graue inanimatum: quia in graui inanimato nihil esset, quod resisteret motori, nisi medium plenum. In animali vero, & si medium resistit, tñ etiam eius corpus animalis resistit motori: quia ipsum corpus animalis habet grauitatem secundum actum, ſm quem inclinatur ad vbi deorsum: & sic resistit animæ intendenti ipsum mouere ad vbi aliud. Sic igitur animal minus ꝑ se & minus necessario indiget medio ad sui motum localem, q̃ graue inanimatũ. Illud autem, quod est minus per se dicitur per accidens respectu eius quod est magis ꝑ se: sed loquitur generaliter de motibus ex se, quæ diuiduntur in motorem actu, & mobile actu, ꝙ ista non necessario indigent medio. verum est, ꝙ non oĩa talia mota ex se indigent medio necessario. Corpora enim cœlestia, quæ sunt talia mota, non indigẽt medio: sed, si indigent medio, talia mota ex se, erit per accidens, hoc est non primo & vniuersaliter, sed ratione aliquorum talium. & hoc est verum pro animalibus, quæ sunt hic. quare non valet illa ratio.

Ad argumẽtũ post oppositũ.

G

QVAESTIO XV.

An Existente Vacuo Priuatio foret.



COnsequenter quæritur, Vtrum, si vacuum esset, esset priuatio. Arguitur primo quòd non, quia locus non est priuatio, vt manifestum est: sed vacuum, si esset, esset locus, vt dicitur communiter: ergo &c.

OPPOSITVM videtur velle Aristo. in litera.

CONCLVSIO.

Vacuum vt spatium separatum priuatio minime est, sed vt dicit negationem cum aptitudine huiusmodi corpus priuatio est.

H DIcendum ꝙ nomine vacui intelligitur spatium separatum ab omni corpore naturali nõ repletum aliquo corpore naturali, aptum tamen repleri.

Tunc dico ad quæstionem, ꝙ, si esset vacuum, posset considerari dupliciter. Vno modo quantũ ad ipsum spatium separatum, & sic non esset priuatio. quia priuatio est negatio in subiecto apto nato ad habitum, vt patet in Duodecimo Meta. sed ipsum spatium, si esset, non esset talis negatio, vt manifestum est: quare &c. Alio modo posset considerari ipsum vacuum quantum ad negationem habendi corpus & aptitudinem habendi, & sic esset priuatio: quia priuatio est negatio habitus in subiecto apto nato, & sic esset ipsum vacuum. quare &c. Sed, si quæratur absolute, vtrum vacuum sit priuatio, dicendum ꝙ non: quia non est negatio in subiecto apto nato. Dimensio enim separata, quę intelligitur nomine vacui, non est negatio alicuius habitus in subiecto apto nato ad illum habitum: immo huiusmodi dimensio separata ab omni corpore sensibili, est omnino non ens extra animam, cũ omnis magnitudo sit sensibilis & mobilis. Per hoc ad

Tex. c. 556

Vacuũ non est priuatio

rationem

rationem cum dicitur locus &c. verum est. Et cum dicitur ꝙ vacuum si esset, esset locus, hoc est verum ſm opinionem antiquorum: sed non est verum simpliciter: quia tunc locus nihil conferret locato: sicut arguit Aristot. in litera. quare &c.

QVAESTIO XVI.

An Grauium & leuium motus ex medio pleno impediatur.



Ltimo quæritur, vtrum medium plenũ impediat motum grauiũ & leuium. Arguitur primo ꝙ non, quia, si medium plenũ impediret motum istorum grauium & leuiũ, tunc nullus motus eorum esset naturalis, cũ impediens sit violentans: sed hoc est falsum, quia grauia mouentur naturaliter deorsum, & leuia sursum, vt dicitur Quarto huius, & Octauo, et Quarto Cœli & Mũdi.

Tex.c.51 Tex.c.12. Tex.c.6. Item, quilibet motus potest esse sine suo impedimẽto. quia ad nullius rei esse requiritur suum impedimentum: Sed motus grauis & leuis non potest esse sine medio pleno: quia sic esset in vacuo. quare &c. Item, illud ex parte cuius prouenit resistentia mobilis ad motorem nõ impedit grauia & leuia à suis motibus, cum ad omnem motum necessario requiratur resistentia talis: sed illa prouenit ex parte mediĩ pleni, vt patet ex prius dictis. quare &c.

Tex.c.71. OPPOSITVM videtur velle Arist. in principio capituli, Amplius autẽ manifestum ex his, vbi sic dicit, hoc quidem igitur, per quod fertur, est causa, quia impedit: hoc autem, per quod fertur, est ipsum medium, vt notum est: quare &c.

CONCLVSIO.

Nullum ex Medio pleno Grauium & leuium naturali motui præstatur impedimentum.

Opinio prima. Aliqui visi sunt imaginari, ꝙ medium plenũ semper impedit mobile à sua naturali & propria velocitate. vnde, si esset medium vacuũ, mobile haberet in ipso velocitatem naturalem, vt voluit Auempa. & sanctus Thomas videtur ipsi concordare in hoc. Sed contra hoc arguit Cõmen. quia, si medium plenum impediret grauia & leuia à suis velocitatibus naturalibus, idest, quas apta nata sunt habere, tũc ipsa grauia & leuia essent nata habere velocitates, quas nunquam haberent, neq; habebunt: quod est impossibile, quia talis aptitudo esset ociosa per totum tempus æternum, & in tota specie: quod est contra naturam, & patet Cõsequentia: quia grauia & leuia nunquã mouentur nec mota fuerunt, nec mouebuntur, nisi in spatio pleno, nisi ponentur moueri in medio vacuo: quod nullus diceret. ergo, si semper in medio pleno impediũtur à velocitatibus, quas nata sunt habere, sequitur, ꝙ nunquam habent tales velocitates. Et ideo dicendum breuiter, ꝙ medium plenum non semper impedit graue aut leue à sui velocitate naturali, quia, si sic, nullus eorum motus esset proprie naturalis, quod. n. impeditur à naturali & propria inclinatione, non mouetur secundum naturã: & istud est inconueniens. quare &c.

Considerandum tamen, ꝙ licet ipsum medium plenũ proprie non impediat, sic, ꝙ semper in ipso mobile moueatur minus velociter ꝗ̃ de se sit natum moueri, impropriè loquendo ipsum impedit, quia resistit moueri intendenti ipsum ponere in vbi opposito. & sic intelligendum est dictum Commentatoris. Item, aliter potest dici, ꝙ aliquod est medium subtilissimũ, in quo potest fieri motus grauis & leuis: & istud nullo modo impedit motum grauis & leuis. sed aliud est medium grossius & densius, & istud aliqualiter impedit, saltem à perfectissima velocitate. & sic intellexit Aristo. hoc quidem igitur, per quod fertur, est causa supple, ꝙ aliquid non moueatur maxima velocitate, quia impedit & est grossius alio medio. sed non habetur per hoc, ꝙ omne medium plenum impediat mobile à sua naturali velocitate.

A Consequens autem dictis est aggredi de tẽpore. Primũ autem bene se habet opponere de ipso, & per extraneas rationes, vtrum sit eorũ quę sunt, aut non sit eorum, quæ sunt &c. Tex.c.78.

QVAESTIO XVII.

An Tempus sit aliquod ens.



Onsequenter quæritur circa capitulũ de Tẽpore, & primo, vtrum ipsum tempus sit aliquod ens. Arguitur primo ꝙ nõ, quia qđ est compositum ex non entibus est nõ ens: hoc est manifestũ. sed tẽpus est hmõi, quia est compositum ex præterito, & futuro, Præteritum aũt defecit, & ipsum futurum nondum est: quare &c. Itẽ, cuiuslibet diuisibilis, si ipsum est, oportet aliquam partẽ esse vel plures vel omnes: sed ipsum tempus est quoddã diuisibile, et nulla pars eius est: neq; enim preteritum est,

B neq; futurum est. quare &c. Item, nullũ vnum ens extra animã est simul in cœlo & in terra & in mari: hoc videtur manifestum. sed tempus est in cœlo terra, & mari, vt dicit Arist. in isto capitulo. quare &c.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Arist. qui determinat de tempore, tanquam de vno accidente naturali. Et arguitur ratione, quia quælibet species cuiuslibet prędicamẽti est ens: non ens enim non est in genere Quarto Topi. sed tempus est vna species quãtitatis, vt dicitur in prædicamentis: quare &c. Tex.c.110.

CONCLVSIO.

Tempus est aliquid, s. mensura motus.

Dicendum breuiter, ꝙ tempus est aliquod ens, qđ probatur, quia quod est mensura motus est ens: nõ ens enim non est mensura entis, vt manifestũ est. sed tempus est mensura motus. cum enim incerti sumus de quantitate motus alicuius, quærimus an sic mot⁹

C vnius diei vel plurium, an aliquid huiusmodi. quo habito, putamus cognoscere quantitatẽ motus per replicationem temporis alicuius. quare &c. Item, illud, per quod diffinitur aliquod ens, est ens. per non ens enim nihil diffinitur: sed aliquod ens diffinitur per tempus, vt velox & tardũ, vt patet in Quarto huius, & in Sexto velox. enim est, quod in paruo tempore multum mouetur, tardũ autem è contrario. quare &c.

Sed est considerandum, s. ꝙ, ſm quod communiter dicitur, ꝙ ens & esse non competit eodem modo enti pmanenti, et enti successiuo. nam ens permanens sic est ens, & sic est, ꝙ partes eius sunt simul, & vna existente est alia: & si loquimur de continuo permanente, partes eius sunt simul cum in diuisibili quod cõtinuat eas, vt partes lineę sunt simul duratione vna cum alia, & sunt simul in eadẽ mensura durationis cum ipso puncto: & hæc est natura continui permanentis. sed continuum successiuum sic est Tex.c.96. Tex.c.14. Ens est duplex.

D ens, ꝙ partes eius nunquam possunt simul esse, nec vna cum alia, nec cum indiuisibili, quod continuat eas: immo semper vna pars succedit alteri ꝗ̃diu ipsum est: & hic est modus conueniens enti successiuo, cuiusmodi est motus, & tempus. de ipso enim motu simul non est nisi mutatũ esse: quod continuat partem priorem motus cum parte posteriori. Et similiter de tempore nõ est simul & in actu nisi instans, quod copulat præteritum cum futuro. Vlterius considerandum est, ꝙ ſm Commen. in isto Quarto, tempus est compositum ex istis duabus quãtitatib⁹, s. quantitate continua & quãtitate discreta. Tempus enim non sit, nisi quando mens diuidit motum in prius & posterius. & hæc est intentio numeri motus, i. motum esse numeratum. ergo substantia temporis, quæ est in eo qua si forma, est numerus: & quod est in eo quasi materia est motus cõtinuus, quoniam non est numerus simpliciter, sed est numerus motus. Continuatio igitur accidit ei gratia materię, & discretio, s. numer⁹, gratia formę: hęc sunt verba Commentatoris, quæ sic intelligẽda sunt, vt puto, Cõmẽ.c.9. Tps est ex duplici ꝗ̃titate cõpositum.

non

non ꝙ ipsum tempus sit quoddam ens per se vnum compositum essentialiter ex quantitate continua & quantitate discreta: ex talibus enim duobus accidentibus non puto posse fieri vnũ per se & essentialiter & simpliciter, sed ꝙ per hoc nomen tempus significantur duo. Quorũ vnũ est ad modum materiæ respectu alterius, & alterũ ad modum formæ. Illud autem, quod sicut materia est, id est ad modum materiæ vel habens similitudinẽ ad materiam est quantitas cõtinua, s. id, quod est prius & posterius in motu. Qualiter autem istud, quod est prius & posterius in motu se habet ad motum, uidebitur post. Illud autem, quod est quasi forma de eis, quæ nomine temporis significantur, est quantitas discreta, idest ipsa discretio actualis: & ipsa discontinuatio quædam prioris & posterioris, quæ sunt in motu: quamuis enim in re extra animã prius & posterius motus continui non sunt discontinuata abinuicem, immo sunt copulata ad terminum communem, scilicet ad mutatum esse vel instans: quia tamen illud, quod est prius, non est illud, quod est posterius, sicut vna pars lineę non est alia, quamuis copulatæ sint ad punctum: iõ mens potest conprehendere id quod est prius seorsum & diuisim ab eo quod est posterius, ita ꝙ cõprehensio prioris non sit continua comprehensioni posterioris, sed diuisa & discontinuata, & sic quantum ad istud significatum ipsum tempus non est actu existens extra animam, sed solũ in potentia, quia, s. prius & posterius existentia in mobili & successiua, sunt apta nata sic comprehẽdi diuisim. Et ad istam intentionem dicit Commẽtator in principio auctoritatis præscriptæ, ꝙ tempus non sit, supple quantum ad significatum eius formale, nisi qñ mens diuidit, i. diuisim accipit prius & posterius motus: & per hoc intelligentur multa de verbis Commentatoris.

Tps duo significat, vnũ vt materiale, alterũ vt formale

Dubitatio. Quęret autem iunior, quare ipsum prius & posterius dicitur quid materiale respectu ipsius numerationis vel distinctionis mentalis, vt pro tanto significatum temporis dicatur esse compositum ex duabus quantitatibus.

Solutio. Dici potest ad pręsens, ꝙ ratio huius est: quia ipsa discretio & distinctio prioris & posterioris existentium in motu facta per mentem est quodammodo posterior sm generationẽ quàm prius & posterior motus, sicut & alia entia animæ dicuntur posteriora rebus extra animam, à quibus causantur quoquo modo: & propter hoc, cum forma sit quodãmodo posterior materia, ideo ista diuisio habet modum formæ, & id, quod est prius & posterius, habet modum materiæ. & propter aliud, quia sicut materia prima põt esse sine hac forma, & non ẽ conuerso, sic prius & posterius continuum in mobili & in motu extra animam potest esse sine actuali diuisione, quam facit anima, i. sine comprehensione diuisa & distincta, quam habet anima de ipsis: sed ista diuisio prioris & posterioris, quam habet anima, nõ potest esse nisi sit aut fuerit aliquo modo ipsum prius & posterius. si enim motus existens extra animam non haberet prius & posterius, tunc anima non vere comprehenderet diuisim & distincte partem priorem & posteriorem. & propter hoc dicit Commen. in cõmento. 102. ꝙ esse temporis in anima est in actu, s. quia anima agit illam actionem in subiecto præparato ad recipiendum eã, quæ dicitur numerus in subiecto præparato, i. respectu obiecti præparati & apti nati ad recipiendum eam, idest ad terminandum respectum eius. De hoc autem plus videbitur in quæstione de esse temporis. & forte per illud subiectum intendit Commen. intellectum possibilẽ, qui est subiectum aptum natum ad recipiendum omnem intellectum & discretionem intellectiuam.

Opinio Tẽpus vñ denominal esse.

Considerandum autẽ vlterius, ꝙ sm aliquos sicut determinatio realis proprie conueniens alicuius entis parti aliquando denominat totum, vt homo dicitur crispus crispitudine existente in suo capite, sic etiam ex esse ipsius instantis continuantis partes temporis adinuicem denominatur ipsum tempus esse: & sic esse actuale instantis continuantis partes temporis adinuicem sufficit ad hoc ꝙ tẽpus sit actualiter extra animã. sic enim debet esse entibus successiuis per esse indiuisibile c. continuantis partes ipsorum, vt etiã patet in motu, qui dicitur esse per esse ipsius mutati esse continuantis partem priorem cũ posteriori.

E

Improbõ. Tex. c. 76. Tex. c. 89.

Sed istud non videtur bene dictum: quia illud, quod non est pars temporis, nec eius forma, esse ipsius non denominat tempus: modo, instans ipsum non est pars temporis, nec quãtitatiua, nec essentialis, vt manifestum est in Nono hu⁹, & In isto Quarto, nec etiam est forma temporis, vt manifestum est. quare &c. Et, si dicatur, ꝙ nunc non est pars, nec forma dans ei esse intrinsece, tamen continuat partes eius adinuicem, hoc nõ sufficit ad hoc, ꝙ esse ipsius instãtis denominet tempus proprie & realiter: quia esse ipsius instantis est idem cum ipso instanti, vel est indiuisibile, sicut & ipsum instans: vnde sicut ab instanti non denominatur tempus esse, sic nec ab esse ipsius. Item, si motus denominaretur existere ex eo quod mutatum esse est in actu, tunc existente mutato esse esset motus: &, cum mutatum esse sit in instanti, motus esset in instanti: quod est impossibile. & probatur cõsequentia: cum enim aliquid denominatur existere ex eo ꝙ alterum est, existente illo altero, oportet ipsum denominare. sicut, si aliquid denominatur album ex eo ꝙ albedo est existente albedine ipsum est album. Et forte diceretur, quòd hoc est verum in permanentibus, non autem in successiuis. sed quæratur ratio diuersitatis.

F

Com. 88. Rõsiones.

AD primam rationem, cum dicitur omne compositũ ex non entibus &c. Commentator instat cõtra hãc positionem: quia constat, ꝙ motus est ens: comprehenditur enim sensu, & nulla pars eius est i actu, sed pars quęlibet eius demonstrata recessit. propter quod dicit Commentator, ꝙ ista ratio non valet. Et similiter ratio sequẽs bene probat, ꝙ tempus non est ens completum extra animam, sed habet esse actu & complete per actionem animæ. quod quomodo sit intelligendum videbitur post in quæstione de esse temporis per animam, vel sine anima.

G Diceretur ergo ad formam rationis, cum dicitur, illud, quod est compositum ex non entibus, nõ est ens, verum est nõ est ens actu complete extra animam, sed non oportet ꝙ non sit omnino nõ ens: sic autem est in proposito. Aliter dixerũt antiqui, ꝙ li[illegible] præteritũ & futurum nõ sint præsentia: tamen præteritum realiter est præteritum, & futurum est futurum. Aliter dicitur ad primam. illud, quod est compositum ex non entibus &c. verum est nõ est ens permanens, sed bene potest esse ens successiuum quod nõ habet partes simul existentes actu. Similiter ad aliam. cuiuslibet diuisibilis &c. Verum est, si est complete extra animam: sed, si non, nõ oportet ꝙ aliqua pars eius simul tota sit actu præter animam, si habet esse actu & complete per animam. Ad aliam similiter dicitur, cuiuslibet diuisibilis &c. verum est diuisibilis permanẽtis, sed de diuisibili successiuo non est verum: immò diuisibile successiuum denominatur existere ex hoc ꝙ indiuisibile continuans partes eius est actu, vt aliqui dicũt: vel saltem ad esse talis diuisibilis non requiritur actualis simultas partiũ eius, sed sufficit ꝙ vna succedat alteri vel post alteram.

H

Ad aliã, cum dicitur, ꝙ vnum & idẽ &c. potest dici, ꝙ verum est sicut forma in materia vel accidens in subiecto, sed sicut mensura in mensurato potest esse: & sic intellexit Arist. ꝙ temp⁹ est & in cœlo, et in mari &c. verum est sicut mensura in mẽsuratis: omnia enim ista, quantum ad suos motus, mensurantur tempore: si autem intelligitur, ꝙ tempus est subiectiue & inhærenter in cœlo & in terra & in mari, intelligendum est, ꝙ nõ est vnum & idem tempus numero, sed aliud & aliud, sicut motus cœli & motus terræ, & motus maris non est idem & vnus numero motus. De hoc autem inferius fiet quæstio specialis.

Tex. c. 93.

Quidam enim totius quidem esse motum dicunt, alij ipsam sphæram: quoniam circula-

tionis

tionis est pars quædam, illa autem circulatio A
non est. pars enim circulationis est, quæ accipitur, sed non circulatio est.

QVAESTIO XVIII.

An ipsum tps distinguatur essentialiter à motu primo.

Consequenter quęritur, Vtrum tempus sit essentialiter motus primus. Et arguitur primo q sic, quia prius & posterius motus sunt essentialiter motus: sed tempus est essentialiter prius & posterius motus primi: ergo &c. Maior ppositio apparet: quia prius & posterius
Comē. 99. sunt partes motus, vt videtur velle Cōmentator in isto Quarto, vbi dicit, q tēpus nō sit nisi qñ mens diuidit motum sm prius & posterius. & nihil diuiditur nisi in suas partes. ergo prius & posterius sunt partes motus: partes autem motus sunt motus, sicut partes lineę sunt lineę. ergo prius & posterius motus sunt motus: & hæc fuit maior: & minor apparet in litera. Tempus enim est prius & B
Tex. c. 100 posterius ipsius motus sm Arist. in litera. Itē, illa sunt eadem, quorū partes sunt eędem: hęc est manifesta. Sed partes temporis eędem sunt cum partibus motus quod patet: quia dies, quę est quędā pars temporis, est latio solis super terram, vt habetur Sexto Topicorum. latio aūt solis super terram est pars motus cœli. quare &c. Item nihil est mensura extrinseca omnium motuum inferiorū
Tex. c. 104 nisi primus motus, vt patet in Quarto. Sed tēpus est mēsura extrinseca omnium motuum istorum inferiorū. quare &c. Item mensura & mensuratum sunt vnigenea vt vult Aristo. in isto Quarto, & Comēntator in penultimo commento huius capituli. Sed tempus est mensura primi motus, vt vult Aristo. quare &c.

OPPOSITVM arguitur per Philosophum in litera, q vult, q tempus non est circulatio: & hæc est motus primus, vt patet in Quarto huius.

CONCLVSIO.

Tempus nec absolute motus est, neque est ipsa circulatio, seu primus motus, sed ab illo essentialiter distinctū est.

Ad quæstionem possunt dici duo, primo q tempus non est motus absolute, secūdo q tempus nō est motus primus, s. prima circulatio. Primum patet sic. motus nō est vnus in omni loco: sed tempus est vnum in omni loco: quare &c. Maior patet. q motus est in moto, & omne motum est in aliquo vbi, & plura mota in pluribus vbi: ergo & plures motus sunt in pluribus vbi. & sic motus non est vnus in omni loco. Et minor patet. quia tempus saltem primo & principaliter dictum, est mensura extrinseca omnium motuum existentium in quocunq; loco. Mensura autē extrinseca potest esse vna omnium mensurabilium, sicut vna vlna potest mensurare omnes pannos: & huiusmodi. quare &c. Sed aliqui
Obiectio. dubitabant, q ista ratio non concludit, tempus non est D
motus primus: quia sicut tempus, vt est mensura extrinseca, est vnum in omni loco, non quidem inhærenter & inexistenter, sed assistēter, sic etiam primus motus, vnus est apud omnia mobilia assistenter & non inexistenter, & sic ratio non concludit, quin tempus sit motus prim⁹.

Ad hoc dicunt aliqui, q motus primus potest considerari dupliciter. vno modo secundum essentiam suam. alio modo secundum q mensura aliorum motuum. si primo modo, sic non debetur ei proprie esse vnum apud omnia, & sic concludit Aristo. q tempus non est motus essentialiter & quidditatiue. Alio modo potest considerari motus primus secundum q est mensura aliorum motuum, & sic est bene vnus in omni loco assistenter, vt dictum est: & hoc modo ratio Aristo. non concludit tempus non esse motum primum. Dicunt tamen isti, quòd licet tempus sit mensura & per se, & similiter primus motus sit mensura, hoc est diuersimode. nam tempus est mēsura per se perseitate primi modi, quia in eius diffinitione A
accipitur esse mensuram aliquo modo, vt dicunt. sed motus primus est per se mensura perseitate secundi modi. & forte sic intelligunt, q tempus essentialiter est id quod est mensura, sed non est idem essentialiter cum eo quod est esse mensuram, cum esse mensuram sit quid relatiuum, et tempus sit quid absolutum. Alter posset dici ad dubi Ratio scda Tex. c. 90.
tationem, q nec Aristo. intendit concludere per illam rationem, q tempus non sit primus motus, sed solum q tēpus non sit motus absolute. Item alia ratio Aristo. est ad hoc. omnis motus est velocior aut tardior, alio motu supple: sed tēpus non est velocius nec tardius: quare &c. Maiorem recipit Aristo. pro manifesta, & forte cōcessa fuit ab omnibus. & minorem probat: quia velox & tardum determinantur tempore. vt velox est, quod in pauco tempore multum mouetur: & tardū est, quod in multo tempore parum mouetur. sed tempus non determinatur tempore, siue tempus accipiatur quantum ad suam quantitatem, siue quò ad quale, i. quantum ad suam qua-
B litatem. Secundum ostenditur per Aristo. in litera sic. Tex. c. 93.
pars circulationis nō est circulatio: sed pars temporis est tempus, vt dies & nox: ergo tempus non est circulatio.

Aliter posset sic syllogizari, si tempus esset circulatio tota, tūc pars circulationis esset circulatio: quia pars temporis est tempus.

Contra istam rationem aliqui sic instant. per similem Obiectio.
rationē posset probari q animal non esset substantia animata sensibilis, quia pars sustantiæ animatæ sensibilis est substantia animata sensibilis, pars autem animalis non est animal: ergo animal non est substantia animata sensibilis. Ad hoc potest dici, q substantia animata sensibilis potest accipi dupliciter, vno modo pro omni eo, cuius materia participat animam sensitiuam, siue perfectionem. & sicut primum perfectibile siue potentialiter & sicut pars in toto. Alio modo potest accipi pro aliquo completo & perfecto in genere, cuius materia participat ani-
C mam sensitiuam, sicut primum perfectibile. Primo modo pars substantiæ animatæ sensibilis est substantia &c. sed secundo modo substantia animata sensibilis est diffinitio animalis. Ad formam rationis, cum dicitur, pars substantiæ animatæ sensibilis est substantia &c. Verum. est accipiendo substantiam animatam sensibilem pro aliquo imperfecto, cuius materia participat sensum, sicut pars in toto, non sicut primum perfectibile. Et cum dicitur, quòd pars animalis non est animal, concedatur: & ideo volo, quòd animal non est substantia animata sensibilis illo modo: sed cum hoc stat, q sit substantia animata sensibilis alio modo. Item aliter potest dici, quòd sicut pars substantiæ animatæ sensibilis est substantia animata sensibilis imperfecta, nō sicut aliquod completum in specie vel in genere, sic pars animalis est animal imperfecte, non sicut aliquid completum in genere, & ideo nō valet in illa ratio. Alia ratione arguit Aristo. sic si, tem Tex. c. 92.
D tempus esset motus primus, tunc, si essent plures cœli. i. plures mundi, vt posuerunt aliqui, sequeretur q essent plura tempora: sed hoc est inconueniens: quare &c. Falsitas inconuenientis recipitur ab Aristo. pro manifesta. si enim essent plures mundi, adhuc non sequeretur, q plura tempora essent. & consequentia patet, & est euidens, quia, si essent plures mundi, essent plures primi motus: & sic, si tempus est idem omnino cum motu primo, tunc si essent plures mundi, essent plura tempora: quā consequētiam reputat Aristo. falsam.

Sed cōtra istā rōnem dubitatur multum rationabiliter. quia videtur q illa cōditionalis, quā Aristo. reputat Obiectio.
impossibilē, sit necessaria sm eū: s. ista, si essent plures mūdi, essent plura tempora. quod probatur. quia multiplicato subiecto, multiplicatur passio, hoc est notū. sed, si essent plures mundi, tunc subiectum temporis esset multiplicatū: essent. n. plures motus primi, & pmus motus est subiectū tēporis. quare &c. Ad hoc pōt dici, q tps pōt cōsiderari dupl'r. vno modo potest considerari sm quod est

passio motus, alio mõ põt considerari ſm q̃ est mensura extrinseca aliorum motuum, qui sunt hic, si primo modo consideratur, sic bene sequitur, q̃, si essent plures cœli, q̃ essent plura tempora, sicut arguebatur, ita q̃ ista cõditionalis vera est, si essent plures cœli, tunc tp̃a essent plura, ſm q̃ tp̃s est passio motus. nihil enim prohibet conditionalẽ esse veram cuius añs est impossibile: vt vult Cõmẽ. in Septimo & Octauo huius. Sed consideretur tp̃s, ſm q̃ mensura extrinseca, sic non sequeretur q̃ si essent plures cœli, q̃ essent plura tp̃a, tanq̃ mẽsurę extrinsecæ motuũ, quia mensura extrinseca nõ necessario multiplicatur ſm multiplicationẽ mensuratorũ. Vnde, si essent plures mũdi, nõ tñ sequeretur, q̃ necessario oporteret esse plura tẽpora tanq̃ mensuras extrinsecas necessario requisitas ad mensurationẽ oĩum motuũ: imo ad hoc vnũ tp̃s sufficeret vt esset mensura oĩum motuũ.

Comen. 2, Comẽ. 79.

Sed, si motus prim⁹ esset oĩno idẽ qđ tp̃s & ẽ conuerso, sequeretur, q̃, si essent plures mundi, essent plures motus primi & plura tẽpora.

Positio,

Sed istud non oĩno sufficit, qa sicut ſm Arist. nõn sufficienter sequit. q̃, si essent plures mundi, q̃ essent plura tẽpora, tanq̃ mẽsurę extrinsecæ, imo adhuc vnũ tp̃s sufficeret ad mensurandũ oẽs motus, sic si essent plures mundi non oporteret esse plures motus tanq̃ mẽsuras extrinsecas oĩum motuũ, sed sufficeret vnus. Et sic si tp̃s eẽt idẽ cũ motu & ponerent mundi esse plures, adhuc nõ sequeretur, tp̃s esse necessario multiplicatũ rõne qua mensura extrinseca, sicut non sequeret motũ esse multiplicatũ, vt mensura extrinseca. Et sic nõ magis valet ista consequentia ſm positionẽ, q̃ ponit, tp̃s esse motũ, q̃ ſm positionẽ, quę dicit, tp̃s non esse motũ. Quodcunq; enim istorũ ponatur, nõ videt sequi, q̃, si plures essent mundi, q̃ essent plura tp̃a, ſm q̃ tẽpus est mensura extrinseca. & sic ex illa positione, q̃ tp̃s sit motus primus, non sequitur illam falsam cõditionalẽ inferri, q̃ dicit, si essent plures mũdi, essent plura tp̃a, ſm q̃ mensuræ extrinsecæ: pp̃ quod ratio Arist. non videtur valere. Et forte diceretur, q̃ Arist. nõ intendit illam conditionalẽ esse falsam simplr̃, sed ſm positionẽ & opinionẽ illorũ, qui ponebant plures mundos: ipsi enim concedebant qđ non põt esse nisi vnum tẽpus, &, q̃ quamuis sint plures mundi, tñ non est nisi vnũ tempus: & sic apud eos erat impossibile q̃ si sint plures mundi sint plura tempora, & tamen hoc sequeretur si tempus esset motus primus. Sed nec istud sufficeret: quia per eandem rationem posset Aristo. probari q̃ tempus non sit passio motus, quia hoc posito, sequeretur, q̃, si essent plures mundi, plura essent tempora, cum passio multiplicetur ſm multitudinem subiecti. Et, si dicas, q̃ Aristo. concederet istam negando opinionem ponẽtium plures mũdos, sicut alĳ, qui ponunt tẽpus esse motum, concederẽt illam contradicendo ponentibus plures mundos: & propter ista multum dubito in ista ratione Aristo.

Improbõ.

Et forte dicendum, q̃, si essent plures mundi, & plures motus primi, nullus illorum motuum posset esse mensura oĩum aliorum: quia motus proprie non est mẽsura alterius motus nisi sit causa illius, nunc autem, si plures essent mũdi, vnus illorum motuum, qui essent primi, non esset aliquo modo cã alterius, quia ambo essent æque primi. & ideo vnus illorum motuũ non posset esse mensura extrinseca oĩum aliorũ motuũ: pp̃ quod oporteret, q̃ ambo motus primi illorũ duorum mundorũ essent mẽsurę extrinsecæ aliorũ motuũ, quia primus motus vnius illorũ duorum mundorum non esset cã motus primi alterius mũdi, nec aliorũ motuũ illius alterius mundi: & sic non esset mẽsura oĩum aliorũ motuum, sed solum esset mensura motuũ illius mundi, in quo esset primus, & similiter de alio. Sed tempus non mensurat motus inferiores, eo q̃ sit causa eorum, sed per replicationem alicuius partis suæ, quæ aliquoties sumpta, reddit quantitatem motus mensurati: sicut vlna non mensurat pannum, quia sit causa eius, sed alio modo prædicto. Vnde, si essent plures mundi, adhuc vnum tempus posset esse mensura extrinseca omniũ motuum amborum mundorum. quia nõ oporteret ad hoc, q̃ mensuraret ipsos motus, q̃ aliquam causalitatem sup eos haberet. Et forte diceret similiter ad hoc, q̃ vnus motus mensuret alios accidit, q̃ sit causa illorum. & sic existentibus pluribus mundis & pluribus motibus, quorũ vnus non erit causa alterius, adhuc vnus illorum poterit esse mensura extrinseca omnium aliorum. Dicendum, q̃ motus non potest esse proprie mẽsura alicuius motus, nisi sit causa illius. ideo &c.

E

Est autem considerãdum vlterius q̃ motus potest accipi dupliciter, vt dictum fuit in Tertio. Vno modo pro perfectione fluente, cuius vna pars generatur post aliam. alio modo pro ipso fluxu continuo, qui dicitur successio, seu motus, seu duratio, & extensio successiua. Et primo quidem modo, tempus non est essentialiter motus, quia motus sic sumptus est in tribus generibus, scilicet qualitate & quantitate & vbi, tẽpus autem est quantitas. Sed, si accipiatur motus pro fluxu cõtinuo, qui est successio siue duratio motus, Adhuc potest considerari dupliciter. Vno modo quantum ad sui receptionem, quia recipitur in mobili, et sic est passio. sicut enim virtus passiua idem est q̃ virtus receptiua secundum omnes, sic passio idem videtur esse quod receptio. Alio modo potest considerari ipsa successio siue duratio continua quantum ad id quod ipsa est, & quantum ad suam essentiam & quidditatem, & sic est tẽpus. cum enim ista duratio cõtinua & extẽsio successiua sit quædã q̃titas: & non est linea, nec superficies, nec corpus, nec oratio, nec numerus, quid relinquitur ipsam esse nisi tẽpus?

F

Rñsiones.

AD rationes. Ad primam, cum dicitur, prius & posterius &c. potest dici, q̃ verum est accipiendo istam pro successione continua, cuius vna pars est prior & alia posterior, & accipiendo motum pro fluxu continuo, & sic concedo q̃ tempus est essentialiter motus. Considerandum autem circa rationem, q̃ licet prius & posterius ipsius successionis & durationis successiuæ sit essentialiter tempus, tñ non significantur hoc nomine tempus, nisi sub ratione determinata, scilicet vt sunt numerabilia & distinguibilia ab inuicem: & istã aptitudinẽ distinguendi & numerandi passiue, habent de sui natura extra animã, sed actualis distinctio & discretio ipsorum secundum determinationem non est nisi ab anima, quæ comprehẽdit ea seorsum & diuisim comprehensionibus distinctis & non continuis, siue discontinuatis.

G

Ad aliam per dicta patet solutio, partes enim temporis sunt partes motus accipiendo motum pro fluxu continuo ipsorum vbi in mobili. & sic intelligendum est tempus esse motum.

Ad aliud cum dicitur, nihil est mensura &c. verum est sicut causa, sed aliter bene potest. Et cum dicitur, q̃ tẽp⁹ est mensura &c. verum est non sicut causa per se & proprie, sed alio modo, vt tactum. quare &c.

Ad aliam, cum dicitur, mensura &c. potest dici, q̃ verum est, & ideo volo, quòd tempus mensurans motum, est idem essentialiter vel eiusdem generis cum motu, vt mensuratus est, s. quantum ad suum fluxum & durationem seu moram & extẽsionem successiuam. Qualiter autem tempus mensurans sit motus, videbitur post.

H

QVAESTIO XIX.

An Temporis diffinitio sit conueniens.



COnsequenter quæritur. An diffinitio temporis sit conuenienter assignata. Est autem diffinitio temporis secundum Aristot. numerus motus secundum prius & posterius.

Et arguitur primo quod non, quia numeratio numeri motus non est numerus motus: hæc videtur manifesta de se. sed tempus est numeratio numeri motus secundum Comment. in isto Quarto. Item, numeratum prioris & posterioris motus non est numerus motus: hæc est manifesta. sed tempus est numeratum

Tex. c. 101

prioris & posterioris motus secundum Commentatorem, qui dicit, q diffinitio temporis, in qua non est dubitatio, est q tempus est numeratum prioris & posterioris existentiũ in motu. Item, prius & posterius in motu, non est numerus motus: hoc patet, sed tempus ſm Cōmenta. est prius & posterius in motu. & hoc dicit in Cōmen. 13. huius capi͞t de tempore. Item, si tempus eēt numerus, aut esset numerus, quo numeramus, & hoc non stat, quia sic esset quãtitas discreta: aut esset numerus numeratus, s. res numerata. & hoc nõ videtur stare: quia ipse motus sic est numerus numeratus, s. res numerata.

Tex. c. 101

Comē. 99.

Deinde arguitur contra illam particulã, s. prius & posterius: quia, si tempus esset numerus motus ſm prius & posterius, aut intelligitur de priori et posteriori, quę sunt partes motus, aut de priori & posteriori, quæ sunt mutata esse. nõ primo modo, quia pars prior & pars posterior motus continuantur adinuicem, & sic nulla est earum discretio, nec per consequens numerus. nam continuum & discretum opponuntur: ergo tempus non est numerus motus ſm partes ipsius motus, quarum vna est prior & alia posterior. Nec est dicendum, q per prius & posterius intelligantur mutata esse, quia, cũ ipsa mutata esse sint discreta abinuicem, sic sequeretur, q tempus esset numerus discretorum, vel numerus motus ſm aliqua discreta, et p consequens non esset numerus numeratus, sed numerus quo numeramus. Item, tempus, cum sit quantitas, nõ debet diffiniri per resolutionẽ: sed prius & posterius sunt relatiua, vt notũ est: quare &c. Itẽ si tempus diffinitur p prius & posterius, circulus erit in diffõnibus: quia prius & posterius diffiniuntur tempore. Item, Cõmentator dicit in cõmẽ. 43. huius capi͞t, q prius & posterius in motu diffiniuntur p tps: ergo prius & posterius in motu nõ diffiniunt tps: quia sic esset manifeste circulatio.

Comē. 129

OPPOSITVM arguitur auctoritate Arist. in isto capitulo, vbi inuestigat istam diffinitionem, tempus est numerus motus ſm prius & posterius.

CONCLVSIO.

Hęc Diffinitio, Tempus est numerus motus secundum prius & posterius, est bona ac conueniens.

AD qõnẽ dicẽdũ, q ista diffõ est bona. Ad cuius inuestigationem Arist. inquirit primo, q tps est aliquid ipsius motus. & hoc sic. Illud, quod non põt apprehendi nisi apprehenso motu, & nõ est motus, est aliquid ipsius motus: hæc est manifesta. sed tempus non est motus, vt probatum fuit prius, & non põt apprehẽdi nisi apprehẽso motu, sicut manifestum est, & exemplificat Arist. de dormiẽtibus apud hebreos, qui fabulabanẽ dormiuisse per magnum tempus, &, cum ipsi copulauerint nunc, in quo inceperunt dormire, cum nunc, in quo expgefacti fuerunt, non perceperunt motum intermedium, & ideo non perceperunt illud tempus. Et Commentator ibidem dicit sic. Cum nos non percepimus nec imaginati fuerimus motum factum inter duo extrema, sed extimauerimus, q nullus motus factus sit in nobis neque in aliis, sed q nos simus in esse indiuisibili, tunc non percipimus tempus. Et sic manifestum est, quod apprehensio tẽporis dependet ex apprehensione motus, quare &c. Viterius inquirit Arist. secundum quod tempus ipsum est aliquid motus. Et probat, q ratione prioris & posterioris, tempus sequitur motum, vel est aliquid ipsius motus: & hoc sic. tempus est aliquid motus ſm illud, quo terminantes motum cognoscimus tempus: hoc est euidens. sed determinantes motum priori & posteriori, cognoscimus tempus, vt patet per experientiam: cum enim consideramus determinate motum factum super priorem partem spatii & motum factum super partem posteriorem, tunc cognoscimus tempus. Deinde ostendit Philosophus, q tempus sequitur motum ſm prius & posterius non quocunq; modo, sed vt eorum est numerus, vel vt numerabilia sunt, quod sic probat. illud pertinet ad rationem motus, quo posito & cognito, pcipimus tẽpus. & ipso non percipimus: hoc est euidens. sed numerus prioris & posterioris in motu est huiusmodi. quo posito & percepto numero prioris & posterioris in motu percipitur tẽpus, & ipso non percepto, non percipitur tempus. primũ apparet. cum enim intelligimus duo extrema alicuius fluxus, hoc quidem vt prius, illud vero vt posterius, inter quæ, vt sic, percipimus: necessario medium. Impossibile est enim imaginari idiuisibilia duo, hoc vt prius, illud vt posterius nisi per medium: necessario ergo percipimus ipsum tempus. Illius enim fluxus, cum nõ sit indiuisibilis, nec res permanens, vna pars est prior & alia posterior. et has partes comprehendendo, & cognoscendo cognoscimus tempus. cum autem percipimus vnum nunc tantũ non percipimus tempus. similiter, cum percipimus plura nunc, quorum vnum est prius & alterũ posterius, & nõ percimus vnum ipsorum, vt prius & aliud vt posterius, non percipimus tempus. ergo ratio essentialis temporis requirit prius & posterius, non qualitercunq;, sed vt numerata, vel saltem vt numerabilia. Et tunc possumus respondere ad qõnem, q diffinitio temporis est bona: quia omnes partes diffinitionis cõueniunt ipsi tempori, vt patet ex dictis, & per istam diffinitionem cognoscitur essentia tpis explicite & distincte: dummodo bene intelligat.

Tex. c. 97.

Comē. 87.

Tps est aliquid mot ſcdm rõnẽ prioris & posterioris

A

B

Cõsiderandum autem est hic, q numerus est duplex, scilicet numerus quo numeramus, & numerus numeratus. Numerus, quo numeramus, vt cõiter dicitur, est ipsa ratio numerandi, quę est discretio quędã ipsorũ numeratorum, & est numerus vnitatũ, sicut dualitas, ternarietas, & hmõi. Numerus autem numeratus est ipsa res numerata, vt duę albedines, & duo hoies, et hmõi numerus est in quolibet prędicamẽto. nã in quolibet genere sunt res distinctę abinuicem, & istę sunt numerus, qui est res numerata. modo, cũ dicitur, tempus est numerus, nõ intelligitur q sit numerus quo numeramus, s. discretio, & discõtinuatio prioris & posterioris extra animã existẽs. nam prius & posterius motus existentia extra alam non sunt actu discõtinuata abinuicem, immo semper sunt cõtinua & copulata ad terminum cõem, s. ad mutatum esse vel ad instans, & ſm hoc tps nõ esset quãtitas cõtinua intra extra animã, sed discreta: quod est inconueniens oino. vnde relinquitur q ipsum tempus est res numerata, & p cõsequens numerus numeratus, s. prius & posterius motus. & hoc voluit dicere Cõmentator, cũ dixit q diffinitio tpis, in qua non est ambiguitas, est numeratũ, i. res numerata prioris & posterioris existentium in motu. Intelligendum etiam q dictum fuit prius, q motus accipitur vno modo pro perfectione fluente. s. cuius vna pars generatur vel acquiritur post aliam donec perficiatur, et sit in actu. alio modo sumitur motus pro fluxu continuo seu successione ipsius mobilis de vna parte pfectionis ad aliã, cuius inquam fluxus & successionis vna pars est prior et alia posterior. modo cũ dicit̃, q tẽpus est res numerata, quæ est prior & posterior ipsius motus non est intelligẽdũ p illud prius & posterius partes perfectionis, quarum vna generatur prius & alia posterius, partes enim illius perfectiõis sunt in tribus generibus ſm cõem doctrinã, s. qualitatis & qñtitatis & vbi: sed intelligo prius & posterius q̃ sunt essentialiter motus partes ipsius fluxus continui seu successionis & durationis, q̃rũ vna est p̃or & alia posterior. Et adhuc istę ptes fluxus seu successionis pñt dupl͞r considerari. Vno mõ ſm se & absolute, & sic sunt ptes motus, vel ſm alios, vt cõcernunt actum relictum à motore imobili. Alio mõ ſm q numerabiles, i. apta nata numerari & distingui per alam: & sic forte nominantur hoc noie tempus. Nec intelligo q ista aptitudo ad numerationem existens in priori & posteriori parte successionis sit de essentia temporis, sed est relatio & proprietas formalis sub qua significatur ipsum tempus & intelligitur. vt sentire vel sensus non est de essentia animalis: sed est modus essendi quo sumitur intellectus animalis, et significatur hoc nomine animal. Simuliter autẽ et in mul-

Numerus ẽ duplex.

C

Tps est numerus numeratus. Cõm. 102

D

Tẽporis essentia. tis aliis. Essentia igitur ipsius temporis existens extra animam est successio & fluxus partium successionis perfectionis habens partem priorem & aliam posteriorem: existens dico extra animam eo modo quo res successiua vel successio ipsa potest existere extra animã. Et hæc quidem successio vel fluxus continuus est quãtitas cõtinua: cuius partes copulãtur ad terminũ cõem, s. ad ipsum nũc. Prçter istam autẽ quantitatem continuam hoc nomẽ tp̃s significat quoddã aliud, s. discretionem partium istarum factam per animam. & ideo dicit Commentator ꝙ tempus est compositum &c. sicut prius exponebatur.

Rñsiones. Ad primũ. AD primam rationẽ cum dicitur numeratio &c. põt dici ꝙ verum est accipiendo numerum pro numero quo numeramus modo prædicto, sed accipiendo numerum p re numerata, sic numeratio prioris et posterioris existentium in motu bene est numerus prioris & posterioris, & sic est in proposito: tp̃s enim est numeratio prioris &c. i. res numerata quæ est prius &c. modo prçexposito. Sed istud non est satis tutum: quia si Commentator accipit numerationem pro re numerata: tunc erit sensus ꝙ tempus est res numerata rei numeratç motus: qđ est derisorium. Et aliqui ideo dicunt aliter: ad cuius euidẽtiam considerandum est ꝙ ad completum & perfectum temporis intellectum oportet bis intelligi motum. Oportet enim intelligi motum primum cuius prius & posterius essentialiter sunt motus, & oportet intelligi alios motus vel alium motum cuius vel quorum ipsum tẽpus est mẽsura: & hoc significauit illa diffinitio quam ponit Cõmẽtator ꝙ tẽpus est numeratio numeri motus fm prius & posterius, i. tempus est mẽsuratio rei numeratç ipsius motus fm prius & posterius existentia in motu primo, ita ꝙ prius & posterius quæ sunt in motu primo mensurãt rẽ numeratam cuiuslibet motus, s. prius & posterius cuiuslibet motus aliquo modo.

F

Cõmẽ. 101. Aliter potest dici ꝙ Commentator ibi diffinit tempus quantum ad formale significatum quod importatur hoc nomine tempus: illud enim formale est numeratio, i. diuisio vel discretio numeri motus, s. prioris & posterioris existentia in motu, numeri dico motus, i. rei numeratç motus, s. prioris & posterioris existẽtia i motu. Et ista numeratio rei numeratç mot9, s. prioris & posterioris existentium in primo motu fit actu per animam. Et ideo tempus quantum ad formale nõ est actu præter animam vel nisi per animam. Et ꝙ ista sit intentio Commentatoris apparet inspiciẽti verba eius. Dicit enim sic: manifestum igitur ex hoc sermone ꝙ diffinitio temporis est numerare numerum motus fm prius & posterius, id est comprehẽsio numerati motus. & hic est numerus eius: quoniam quando numeramus numerum motus qui fuerit ex diuisione per instantia priora & posteriora, tunc fit tempus, ergo tp̃s nihil aliud est q̃ numeratio numeri motus quæ fuit in eo ex diuisione eius secun-

Cõ, c. 101. dum prius & posterius: & hæc sunt verba Cõmẽtatoris. In quibus manifeste videtur loqui de tempore pro illo significato temporis quod est in anima. Illud enim est numeratio prioris & posterioris existentium in motu: & docet modum per quem fit ista numeratio & numerare, scilicet per hoc quod diuiditur, i. diuisim apprehenditur motus secundum prius & posterius. Et hæc quidem apprehensio prioris & posterioris motus seorsum & diuisim est formale significatum temporis, vt tactum fuit prius: vel ad minus discretio vel distinctio huius apprehensionis & illius: quod pro tanto dico, quia ipsa apprehensio vel intellectio prioris & posterioris existentium in motu non est quantitas discreta, sed est actio vel passio vel qualitas, vt dicitur, formale, autem significatum temporis est quantitas discreta secundum Commentatorem. Et

Com. 101. quia non videtur esse intentio Aristot. loqui hic de tempore & ipsum diffinire secundum ꝙ ens in anima: sed vt est quantitas continua motus & existens præter vel extra animam: ideo dicit Commentator commento. 43. ꝙ in lib. Alexandri non est numerare numeri motus: sed

E numerus motus: & subdit: diffinitio igitur in qua non est dubitatio, est, tempus est numeratum prioris & posterioris existentium in motu. quare non valet ratio. Ad

Ad secũdũ. aliam cum dicitur numeratum prioris & posterioris &c. Verum est numerus quo numeramus: sed potest esse numerus numeratus scilicet res numerata: & sic intelligit Commentator & Aristote. vt patet inspicienti. Ad

Ad tertiũ. aliam. prius & posterius motus non est numerus motus. dico quòd verum est accipiendo numerum pro numero quo numeramus: sed bene est numerus numeratus: & hoc modo intelligitur.

Ad quartũ. Ad aliam dico ꝙ tempus est numerus & res numerata, scilicet prius & posterius &c. Et cum dicitur ꝙ ista res numerata est ipse motus, dico ꝙ verum est accipiendo motum pro fluxu continuo quo mobile fluit de vna parte perfectionis ad aliam, & iste fluxus continuus seu successio et duratio est ipsum tempus, & est etiam motus secundum famosiorem & secũdum famosiorem opinionem. Diuersimode tamen dicitur motus & tempus vt di-

Tp̃s & mot9 idẽ sunt. ctum est prius. Nam iste fluxus continuus secundum se consideratus dicitur motus, sed secundum quod est numerabilis & distinguibilis sic dicitur tempus. Et nõ est mihi inconueniens ꝙ tempus quantum ad id quód ipsum est extra animam sit idem essentialiter cum motu accipiendo motum pro fluxu continuo: licet non sit idem cum motu qui est perfectio generata pars post partẽ, vt

Ad quintũ. dictũ est prius. Ad aliam potest dici: ꝙ per illud prius & posterius intelligendç sunt pars prior & pars posterior fluxus continui, & non ipsa mutata esse: quorum vnum est prius & alterum posterius: non enim ipsum tẽpus est essentialiter ipsa mutata esse: quorum vnum est prius alio: sed est essentialiter pars prior et pars posterior fluxus continui seu successiui cõtinuç. Et cum dicitur, ꝙ istç partes non sunt numeratç, sed continuç & sic secũdum hoc tempus non erit res numerata. hic dico quòd li-

G cet illç partes fluxus continui non sunt extra animam actu, tamen sunt aptitudinaliter numeratç & idoneç ꝙ numerentur & distinguantur: & hæc numeratio & distinctio earum secundum discontinuationem fit per animam apprehendentem istas partes apprehensionibus diuersis & discontinuis: & est simile sicut de linea continua, lineç enim ipsius continuç partes non sunt actu extra animam numeratç secundum diuisionem & discretionem: sed tamen quia vna pars lineç nõ est alia, sed vna est extra aliam: ideo sunt aptç natç vt numerentur p animam ita. s. ꝙ anima apprehendat vnam illarum seorsum ab alia & diuisim non continuando apprehensionem apprehensioni alterius omnino. Similiter partes ipsius fluxus continui, quamuis non sint actu extra animam diuisç & discontinuatç: tamen quia vna illarum non est alia: sed vna est extra aliam vel post aliam: ideo sunt aptç natç quòd anima eas numeret distincte & diuisim eas apprehendendo apprehensionibus non continuis. Et hæc nu-

H Formale significatum temporis. meratio est formale significatũ ipsius temporis: & istud non est actu extra animam sed in potentia, inquantum partes istç sunt aptç natç sic apprehendi: sicut partes lineæ sunt aptç natç apprehẽdi seorsum & diuisim. In hoc:

Partes fluxus non discontinuantur. tamen est differentia inter partes lineç & partes fluxus: quia partes lineç possunt discontinuari actu extra animam per diuisionem vt cum lignum aut lapis diuiditur realiter: sed partes fluxus existentes in primo mobili nũquam possunt discontinuari abinuicem per quodcunque diuidens realiter extra animam, quia sic motus deficeret: quod est impossibile secundum Philosophum, videtur ergo diffinitio temporis in qua non est dubitatio esse tanta, quod tempus est essentialiter pars prior & pars posterior fluxus continui, quo mobile fluit continue de vna parte perfectionis ad aliam, prout illç partes sunt numerabiles seu distinguibiles abinuicem, & hoc loquen-

Ad sextum. do de tempore quantum ad suum materiale significatum quod est extra animam quoquo modo. Ad aliam

dicendum

dicendum q prius & posterius non accipiuntur in diffinitione temporis pro istis respectibus qui sunt prioritas & posterioritas: isti enim sunt relationes quædam, sed accipitur ibi prius & posterius pro re quæ substernitur vel subijcitur istis respectibum: & ista est quid absolutū. Ad aliam cum dicitur, q prius & posterius diffiniuntur tempore &c. Dico q prius & posterius possunt accipi dupliciter. Vno modo prout sunt differētiæ ordinis. Alio modo pro partibus ipsius fluxus: quarum vna est prior & alia posterior. Primo modo prius & posterius diffiniuntur tempore. res enim prior est quæ fluit in aliquo tēpore in quo non fuit alia: & res posterior est quæ non erat in aliquo tēpore in quo erat alia: & loquor de priori & posteriori prout sunt differentię ordinis generationis: non differentię ordinis quę est inter causam & causatum. Sed si sumatur secundo modo, s. pro partibus fluxus cōtinui, sic ponuntur in diffinitione temporis, vt dictum est prius: & hoc non est inconueniens. Tempus itaq; essentialiter est idem cum partibus successionis continuę, quarū vna est prior altera. Ad aliam cum dicit Commentator q prius & posterius in motu &c. potest dici q loquitur de priori & posteriori in motu pro partibus perfectionis. Pars enim perfectionis prior est illa quæ fit in tempore priori: & pars posterior est illa quæ fit in tempore posteriori: & hoc modo non sumitur in diffinitione temporis: vt patet ex dictis: sed sumitur pro partibus fluxus continui numerabilibus vel numeratis. quare &c.

Ad septium

Prius & posterius diffiniunt tpe.

Ad octauū

QVAESTIO. XX.

An Prius & Posterius motus essentialiter sint idem cum priori & posteriori ipsius temporis.

GRatia prædictorum quæritur hic, Vtrum prius & posterius motus sint idē essentialiter cum priori & posteriori temporis. Arguitur primo q non. quia, si sic esset, tunc prius & posterius in motu non essent partes motus: quod videtur inconueniens. & patet consequentia. quia partes temporis non sunt partes motus. nunc autem prius & posterius in tempore sunt partes temporis. ergo prius & posterius in tempore non sunt partes motus: & sic, si prius & posterius in motu sint idem essentialiter cum priori & posteriori in tēpore, tunc prius & posterius in motu non erunt partes ipsius motus. Item, si sic, tunc tempus diffiniretur per prius & posterius in tempore: quod videtur incōueniens, specialiter propter hoc, quia partes quantitatiuæ non videntur poni in diffinitione totius quantitatiui, vt videtur velle Aristo. in Septimo Metaphy. semicirculus enim non ponitur in diffinitione circuli, nec digitus in diffinitione illius, cuius est digitus, sed magis è conuerso. vnde ibi dicit Philosophus, q semicirculus diffinitur circulo, & digitus toto. & patet consequentia: quia tempus diffinitur per prius & posterius in motu, vt patet in litera. si ergo prius & posterius in motu est idem essentialiter cum priori & posteriori in tempore, tunc diffinitur tempus per prius & posterius in tempore. Prius autem & posterius in tempore sunt partes temporis, vt manifestum est, quare &c. Itē, si prius & posterius in tempore esset idem essentialiter cum priori & posteriori in motu, tunc cū prius & posterius in motu non sit aliud q̄ successio continua vel duratio motus, sequeretur q etiam ipsum tempus esset essentialiter ipsa successio cōtinua vel duratio motus, & sic multo melius & facilius potuisset tempus fuisse diffinitum dicendo ipsum esse successionem aut durationem continuam mot⁹, q̄ Aristot. ipsum diffiniuit dicendo, ipsum numerū prioris & posterioris in motu: quod est ridiculum. Item cā non est idem essentialiter cum causato: hęc est manifesta, causa enim est, ad cuius esse sequitur aliud, vt communiter dicitur, & habetur in libello de Bona fortuna. sed pri⁹ & posterius in motu est causa prioris & posterioris in tempore, vt vult Aristot. in litera, sicut prius & posterius in magnitudine est causa prioris & posterioris in motu: vt dicitur in litera & in textu Commentatoris habetur sic, quia motus est continuus & tempus est continuum, & Commentator exponendo illam dicit, quòd causa cōtinuitatis temporis est continuitas motus. Item, si pri⁹ & posterius temporis esset idem essentialiter cum priori & posteriori motus & è conuerso, tunc tempus non mensuraret motum secundum quòd quantum quoddam est: quod est contra Aristo. dicentem, quòd tempus mensurat motum & quietem, secundum quòd quāta quędam. & probatur consequentia: quia tempus est idem essentialiter cum suo priori & posteriori, vt omnes concedūt: si igitur prius & posterius temporis est idem essentialiter cum priori & posteriori motus, sequitur quòd tempus est essentialiter prius et posterius ipsius motus. prius autem & posterius ipsius motus est quantitas motus, scilicet eius successio continua: igitur tempus erit quantitas motus essentialiter. si igitur tempus mensurat motum, secundum quod quantus est: tunc tempus mensurat seipsum, quia ipsum tempus est quantitas motus, vt deductum est: quare &c. Item, mensura est prior mensurato naturaliter Decimo Metaphysi. sed tempus est mensura motus, vt quantus est, ut concedis. & hoc dicit Aristot. igitur tempus est prius naturaliter quantitate motus, hoc autem non esset, si ipsum tempus esset essentialiter quantitas motus, quia nihil est prius naturaliter se ipso: modo, si prius & posterius in tempore essent idē essentialiter cum priori & posteriori in motu: cum prius & posterius in motu sint quantitas ipsius motus, tunc tēpus, quod est prius & posterius, esset quantitas motus: quod est inconueniens, vt probatum est. ergo &c.

Tex. c. 135.

A

Tex. c. 99.

B

Tex. c. 24

OPPOSITVM arguitur, quia prius & posterius in tempore est idem essentialiter quòd tempus: hæc est manifesta. sed tempus est idem cum priori & posteriori ipsius motus: ergo à primo ad vltimum, prius & posterius temporis idem est essentialiter cum priori & posteriori in motu. quare &c.

C

CONCLVSIO.

Prius & posterius motus, si pro perfectionis parte per motum importatę sumantur, siue pro ipsa transmutatione, à Priori & Posteriori tēporis distinguerentur, si vero pro transmutatione successiua, seu successione continua, cum Illo eadem sunt.

AD euidentiam quæstionis est intelligendum, q sicut tenet doctrina communis super Tertium huius, & attribuitur Commentatori, motus potest accipi dupliciter. vno modo pro forma imperfecta, cuius vna pars generatur post aliam continue donec perficiatur, & sit in actu. alio modo pro fluxu continuo, quo mobile fluit de vna parte ad aliam. Aliam tamen distinctionem, vel eandem modo alio loquendi ponit Cōmentator in Quinto huius, quòd motus potest considerari quantum ad suam materiam, & sic est perfectio diminuta in eodem genere existēs cum termino ad quem. Alio modo quantū ad formam suā, & sic est transmutatio coniuncta cum tempore, & sic est genus per se, scilicet passio, vt dicit ibidem. Hanc autem distinctionem non sic intelligo, quòd ipse motus sit quid vnum per se compositum essentialiter ex illis rebus prædictis, scilicet ex perfectione diminuta, & ex transmutatione coniuncta cum tempore: nam ex talibus rebus diuersis & præcipue diuersorum generum prædicamentalium, non fit vnum ens per se. Sed intelligo sic, quòd hoc nomen motus significat duo, quorum vnum est sicut materia. & aliud est ad modum formæ, & illud significatum quod habet modum materiæ respectu alterius, est ipsa forma diminuta, cuius vna pars generatur post aliam. illud autem, quod habet modum vel similitudinem formæ est ipsa transmutatio coniuncta cum tempore: qua-

D

Comē. 9.

te autem vnum istorum est sicut materia, & alterum sicut forma, videndum est in Quinto huius. Si autē ipsa transmutatio coniuncta cū tpe, quā Commē t a. dicit esse formā motus, est quid aliud ab ipso fluxu continuo & à successione & à duratione, tunc oportet intelligere ex prędictis distinctionibus vnam distinctionem trimembrē. & est, ꝙ motus pōt accipi pro forma diminuta tendente ad complementum, alio modo pro transmutatione coniuncta cum tempore, alio modo pro fluxu continuo seu successione ipsius durationis, quæ prouenit vel ex resistētia medij, sicut in grauibus & leuibus inanimatis: vel ex resistentia termini à quo, sicut in alijs motibus proprie dictis. Vlterius intelligendum, ꝙ per prius & posterius in motu possumus intelligere tria. Vno modo partes perfectiōis, quarū vna generatur prius q̄ alia. Alio mō partes ipsius transmutationis coniunctę cum tpe, cuius vna pars est prior alia. Tertio modo pōt accipi prius & posterius motus pro parte priori & parte posteriori fluxus cōtinui seu successionis & durationis. Tertio considerā-

Prius & posterius i motu.

F dum est, ꝙ prius & posterius in tēpore, vt hic sumitur, sunt partes quātitatiuę tēporis, & sunt idem essentialiter cum ipso tempore, & è conuerso: sicut partes quantitatiuę lineę sunt eædē essentialiter cū ipsa linea, & è cōuerso.

His visis dico ad q̄ōnem tria. Primo, ꝙ, si sumat̄ prius & posterius motus pro partibus pfectionis, quarū vna generatur post aliam, sic non sunt idē essentialiter cū priori & posteriori in tempore. & hoc faciliter probat̄: quia hmōi partes motus sunt in prædicamento quātitatis vel qualitatis vel vbi, sicut etiam motus, qui est forma fluēs. tempus aūt est in genere quātitatis, vt manifestum est in Prædicamentis. Secundo dicendum, ꝙ etiā, si recipiatur prius & posterius pro partibus transmutationis, quarum vna est prior & alia posterior, adhuc ista nō sunt eadem essentialiter cum priori & posteriori, quæ sunt tempus: quia quemadmodū prima transmutatio cōiuncta cū tempore, quā Cōmentator ponit formā motus, est in genere passionis ſm Cōmētatorē, sic etiam partes eius sunt

G in genere passionis, sicut partes albedinis sunt in eodem genere cū albedine, eo modo, quo ipsa pōt habere partes: quare tempus ipsum, cū sit quantitas, non est idē essentialiter cum illis partibus trāsmutationis. Tertio dico, ꝙ, si sumatur prius & posterius pro partibus fluxus continui, siue p ipsa successione continua & duratione, sic sunt idem essentialiter cum ipso priori & posteriori temporis, quia hmōi prius & posterius, quę sunt partes fluxus continui, sunt quædā quantitas cōtinua, s. duratio successiua: hoc habeo pro manifesto. sed nō possunt esse alia q̄titas, nisi tp̄s, vt manifestū est consideranti p inductionē. non enim est quantitas permanēs, s. neq; linea, neq; superficies, neq; corpus, neq; est quantitas successiua, quæ est oratio. quia oratio, quę est spēs quantitatis, dicit̄ esse multitudo partiū vocis distantiū & sibiīnuicem succedētiū: quare relinquitur, ꝙ prius & posterius, q̄ sunt partes fluxus continui, seu successionis continuę, sunt idē quod ip-

H sum tempus. Tempus aūt est idē essentialiter cū priori & posteriori in tpe: quia hæc sunt partes eius intrinsecę q̄titatiuę: ergo prios & posterius est idē essentialiter in motu cum priori & posteriori & tempore. Itē, confirmat̄, quia motus mensuratur tempore ſm ꝙ quantus est quātitate successiua: hoc est notum. tunc quęro de illa quantitate soccessiua, ſm quam motus est mensurabilis à tempore, an ipsa sit tempus, an alia quātitas à tempore. Si sit tempus, habeo propositum, nā prius & posterius in motu non sunt aliud q̄ q̄titas motus, loquēdo de motu p fluxu formæ: & sic illud prius & posterius est ipsum tempus. Et si dicatur, ꝙ illa q̄titas successiua, ſm quā motus continuus est mensurabilis tempore, sit alia quantitas à tempore: cum illa quantitas non sit species quantitatis, q̄ est oratio, nec linea, nec superficies, nec tempus, nec numerus, vt manifestum est: sequitur, quòd est alia species quantitatis, præter illas, quas Aristot. numerauit in

E Prædicamentis: quod est absurdum &c.

Rn̄siones.

Ad rationes. Ad primam, cū dicitur, ꝙ sic prius et posterius non essent partes motus &c. dico, ꝙ nō sequitur, & ad probationem cum dicitur, ꝙ partes temporis non sunt partes motus, dico, ꝙ verum est, accipiendo partes motus pro partibus perfectionis, cuius vna pars generatur post aliam. sed, si loquatur de motu pro fluxu continuo formę, sic partes temporis bene sunt partes motus, & è conuerso. licet differant aliquo modo secundum rationem & modum, vt dictum fuit.

Ad aliud concedo, ꝙ tempus bene diffinitur per prius & posterius, quę sunt eius partes quantitatiuę. Et, cū dicitur contra hoc, ꝙ partes quantitatiuę non ponuntur in diffinitione totius, potest dici, ꝙ verum est in diffinitione totius, cui accidit quantitas, sicut homini accidit quātitas: & ideo digitus, qui est eius pars quantitatiua, non ponitur in eius diffinitione, sed in diffinitiōe totius, quod essentialiter est quantitas vel de eius essentia est quanti-

Partes quātitatiuæ ponunt in diffinitione totius quod ē quantitas.

F tas, bene ponunt̄ eius partes. vnde in p̄dicamentis dicit̄ qood quantitas continua est cuius partes sunt copulatę ad terminum cōe. ecce ꝙ in diffinitione quantitatis ponūtur eius partes. Similiter numerus diffinitur ꝙ sit multitudo ex vnitatibus aggregata. & cōstat ꝙ vnitates sunt partes numeri quantitatiuę. sic autem est in proposito. tēpus est quantitas cōtinua, & prius & posterius, quę sunt eius ptes fluxus numerabiles seu distinguibiles, sunt eius partes. quare, &c. Et, cum dicitur tertio, ꝙ tūc ſm hoc Arist. potuisset melius diffinire tempus dicendo, ipsum esse fluxum continoum vel successionem cōtinuā de vna parte perfectionis ad aliam. Dico, ꝙ imo Aristo. melius diffiniuit tempus dicēdo ipsum esse numerum motus ſm prius & posterius. i. sicut Commentator exponit res numerata priori & posteriori existentium in motu: hæc. n. est diffinitio temporis completa. Intelligendo tñ per illa prius & posterius partes fluxus continui. Istæ autē partes fluxus continui non dicunt̄ tp̄s nisi sub rōne qua sunt

G numerabiles & distinguibiles abinuicem, ita ꝙ ipsa aptitudo ad numerationem & distinctionem, est formalis ratio, sub qua tempus significat illud quod significat. Qđ aūt istæ partes sunt numerabiles, hoc prouenit eis ex eo, ꝙ sunt diuersæ, ita ꝙ vna earum non est alia. Diuersitas autem earum non intelligitur nisi ſm ꝙ vna est prior & alia posterior: sicut diuersitas partium lineæ non intelligitur, nisi quia vna est extra aliam, vel in alio situ vna q̄ alia, vñ, si essent in eodē situ, reuerterētur in idē, vt patet ex Quarto huius. Et sic radicalis cā numerabilitatis istarū partiū est prius & posterius: & pp hoc multū subtiliter & profunde considerauit & diffiniuit Aristot. ipsum tp̄s, dicendo ipsum esse numerum motus ſm prius & posterius. p hoc enim explicauit essentiā temporis, s. ipsum fluxum cōtinuum, & rōnē numerabilitatis eius, sub qua numerabilitate importatur hoc nomen tp̄s: ita ꝙ melius diffiniuit tp̄s, q̄, si solū dixisset ipsum esse fluxum continuum vel durationem, vel successionem continuam.

H Ad altā, quæ mihi vr̄ difficilis, cū dicit̄, ꝙ prius & posterius &c. videtur mihi ꝙ in textu Arist. hoc non habetur, ꝙ prius & posterius in motu sit causa prioris & posterioris in tempore: sed bene dicit, ꝙ prius & posterius in magnitudine est in aliquo modo causa prioris & posterioris in motu: & loquitur hic de motu locali. & subdit, quòd in tempore &c. est prius, & posterius propter id quod sequitur alterum alterum, idem propter id, quod vna pars temporis sequitur aliam, & hæc sunt verba Aristot. Quoniam autem in magnitudine primum & vltimum necesse est in motu prius & posterius esse proportionaliter his, quæ sunt ibi. At vero & in tempore est prius & posterius propter id quod, sequitur alterum alterum. In quibus verbis non exprimitur quòd prius & posterius motus sit causa prioris & posterioris temporis. qđ si quis vellet hoc tenere, quia famosum est, posset dicere, quòd prius & posteris ipsius motus, quę quidem

Prius & posteri⁹ in motu nō sunt cā prioris & posterioris i tempore.

prius

prius & posterus sunt partes perfectionis, quarũ vna generatur post aliã, ista sunt aliqualiter causa prioris & posterioris in tẽpore. Dictũ enim est, quod prius & posterius temporis est ipse fluxus continuus seu successio: huiusmodi fluxus seu successio quodammodo fundatur in illa forma vel perfectione, cuius vna pars generatur post aliam, sicut fluxus, quo calefactibile fluit de vna parte caliditatis ad aliam, quodammodo fundatur in ipsa caliditate, non tanquam in principali subiecto, sed sicut in dispositione & pręparatione subiecti. Similiter fluxus, quo vnum mobile localiter fluit de vno vbi ad aliud vbi, vel succedit aliquo modo fundatur in ipso vbi, & sic prius & posterius motus, qui est perfectio fluens se habet in ratione causæ materialis respectu ipsius fluxus continui, seu successionis continuę. Sed quod Commentator dicit videtur difficilius, ꝙ causa continuitatis temporis est cõtinuitas motus. Forte dicendum, ꝙ per continuitatem motus Commentator intelligit dependentiam & productionem motus à motore sine interruptione & defectu essendi, & hæc est aliquo modo causa continuitatis temporis: quia enim motus dependet à motore sine interruptione, ideo durat continue & habet tempus continuum, sed si intelligeret per continuitatem motus quandam aliam quantitatem ipsius, quę, sit causa temporis, hoc esset multum mirabile. Et forte per continuitatem motus intelligit partes perfectionis, quæ continuę sibiinuicem succedunt sine medio. hæ enim partes substernũtur fluxui seu tempori aliquo modo, & sic reducuntur ad genus causæ materialis & subiecti. Inquire bene vsque ad fundum, nescio aliud nunc.

Dubitatio. Solutio.

Tps mẽsurat seipsũ.

Tex. c. 113. Tex. c. 17.

Ad aliam, nego cõsequentiam. Et, cum dicitur, ꝙ tũc tempus mensurabit ipsum, dico, ꝙ non est inconueniens ipsum tempus vno modo sumptum mensurare seipsum, & alio modo sumptum. Aliqua enim pars temporis determinata & nota per sui replicationem mẽsurat aliquod totum tempus ignotum vel minus notum, vt dies mensurat annum, vel mensem, & sic de cæteris. Et hoc videt sentire Arist. in litera, vbi dicit, ꝙ totum mensuratũ est idem ꝙ multa mota, quod verũ est: quia totum est idem cum suis partibus aliquo modo, vt patuit in Primo hui⁹.

Mensurare tps & motum dĩnt.

Ad aliam, cum dicitur, mensura est prior mensurato, potest dici, ꝙ verum est aliquo modo, sicut pars toto, præcipue loquendo de mensura per replicationem. Et, cum dicitur, ꝙ tempus non est prius quantitate motus, dico, ꝙ tempus, pro aliqua parte temporis prius est toto tempore quoquo modo prioritate materiæ ad formam, & sic sufficit in proposito, pars enim temporis replicata mensurat totum tempus, & est prior tempore quod mẽsurat. Et est notandum, ꝙ licet idem sit realiter tempus mensurare quantitatem motus, & tempus mensurare tempus, eo ꝙ ipsum tempus est quantitas motus, tamen differunt secundum modum: quia dicitur mensurare motum, inquantum ille fluxus mensuratus refertur ad mobile, & dicitur mensurare tempus, inquantum ille fluxus est numerabilis secundum prius & posterius. prout ergo dies mensurat annum secundum ꝙ annus est quidã actua mobilis & mobile. & sic dies mensurat motum talẽ: sed prout mensurat ipsum, vt est numerabilis secundum pri⁹ & posterius, vt sic mensurat ipsum, vt tempus est, similiter autem est in aliis. Imaginatus sum ergo per prius dicta, ꝙ vna & eadem est successio, quæ est inter duo mutata esse, & quæ est inter duo instantia: & dicitur illa successio motus, secundum ꝙ concernit actum relictum in mobili à mouente, & eius termini, vt sic dicuntur mutata esse. Et eadem duratio secundum se considerata, vel considerata, vt numerabilis, dicitur tempus: & eius termini, vt sic, dicuntur instantia secundum esse.

Successio inter duo mutata eẽ & iter duo instãtia est eadem.

Tex. c. 104

Ipsum autem nunc mensurat tempus, secũdum ꝙ est prius & posterius, ipsum autẽ Nũc est sicut idem, est vero sicut non idem. ſm quidem enim ꝙ in alio, & in alio est alterũ est. hęc autem ipsum nunc idem est &c.

QVAESTIO XXI.

An Vnum & idem Instans sit in toto tempore.



Consequenter quæritur, vtrũ instans sit vnũ & idem in toto tempore. Arguitur p̃mo quod non, rationibus Aristote. quia cuiuslibet diuisibilis finiti oportet esse duo extrema, inter quæ illud includitur & continuatur, vt lineæ finitæ sunt duo puncta, & superficiei finitæ sunt duæ lineæ: sed est accipere tempus finitum, sicut horam, aut diem: ideo oportet talis temporis esse duos terminos, vel extrema, termini autem vel extrema ipsius tẽporis non sunt nisi instantia, vt manifestum est: ergo instans non est omnino vnum in toto tempore. Item, si sic, tunc illa, quæ fuerunt in millesimo anno, erunt simul cum illis, quæ sunt nunc, vt bellum troianum esset nunc aut huiusmodi: sed hoc est impossibile & absurdum. Et probatur consequentia. quia simul sunt illa, quæ sunt in eodem instanti, & vnum taliũ non est prius alio, neq; posterius: quare &c. Item, sicut se habet punctus ad lineam, sic instans ad tempus. per conuenientem similitudinem, quam etiam Aristoteles concedit: sed non est vn⁹ solus punctus per totam lineam, vt manifestum est: quia sic corrupto vno solo puncto lineæ corrumperentur omnes, quod est falsum. cum enim diuiditur linea, corrumpitur punctus vnus, qui continuabat partes illas, in quas fit diuisio: sed non propter hoc corrumpuntur omnia pũcta illius lineæ, vt manifestum est: ergo &c. Item, si sic tunc instans non esset instans: quod est impossibile: & pbatur consequentia: quia instans dicitur quasi non stãs, vt dicunt Grammatici: modo, si maneret vnum & idem in toto tempore, tunc esset stans, & sic non esset non stãs, & per consequens non esset instans: quod est impossibile. Item, sicut se habet indiuisibile motus ad motum, sic indiuisibile temporis se habet ad tempus, per conuenientem similitudinem: sed indiuisibile motus non est vnum & idem in toto motu. Indiuisibile enim ipsius motus est mutatum esse, & hoc non est vnum & idem per totum motum, immo aliud & aliud. est enim aliud & aliud vbi in motu locali, & alius & alius gradus formę in motu ad formam: quare &c. Item, si instans esset vnum, & idẽ in toto tempore, tunc ipsum instans esset diuisibile. non enim est intelligibile, quòd aliquid vnum & idem sit in aliquo toto diuisibili, nisi sit diuisibile, saltem per accidens vt albedo non posset esse in tota superficie, nisi ipsa albedo esset diuisibilis saltem per accidens. Cum ergo tempus sit quid diuisibile, videtur necessario, si instans est vnum & idem in toto tempore, ꝙ ipsum sit diuisibile, saltem per accidens: hoc aũt est impossibile: quare &c.

Tex. c. 91.

Tex. c. 92.

Tex. t. 107

OPPOSITVM vult Arist. in litera.

CONCLVSIO.

Quamuis secundum esse vnum & idem instans idem non sit in toto tempore, idem tamen instans secundum substantiam sub toto tempore esse necessarium est.

AD quæstionem est intelligendum, quòd instans dupliciter potest accipi secundum Aristote. in litera. Vno modo secundum substantiam, Alio modo secundum esse. Et ad huius distinctionis intellectum est considerandum, quòd mobile potest considerari dupliciter. vno modo potest considerari secundum se, alio modo potest considerari quantum ad suum mutatum esse. ipsius autem mobilis secundum se sumpti est aliqua mensura, & hoc non est tempus: quia tempus est mensura motus, vt dicitur hic. vnde relinqui videtur, quòd illa mensura sit ipsum instans secundum suam substantiam, intelligo igitur per instans secundum substantiam ipsam mensuram mobilis secũdum se,

sed instans fm esse, vt credo, ad præsens, est ipsum mutatum esse mobilis secundum actum. sicut enim idem fluxꝰ realiter est motus & tempus, vt dictum est prius, sic vnũ & idem indiuisibile est terminus motus & temporis: vnde ipsum mutatum esse actu existens in mobili dum mouetur est idem quod instans secundum esse. sed dicitur instans in habitudine ad tempus, & dicitur mutatum esse in habitudine ad motum, vt tactum fuit prius.

Instãs & mutatũ eẽ sunt idem.

Mobile hꝫ duplex eẽ.

Vlteriꝰ considerandum est, quod ipsius mobilis est duplex esse, vnum est esse primum & substantiale, & aliud est esse accidentale, sicut esse in theatro vel in foro, modo, constat quòd mobile per totum motum manet vnum & idem secundum esse substantiale primum, sicut est esse coelũ, vel lapidem, vel hominem, sed nõ manet vnum & idem fm esse accidentale, immo diuersificatur fm talia esse, vt manifestum est per se.

Instans hꝫ duplex eẽ.

Sic etiam ipsum instans habet vnum esse substantiale, & aliud esse accidentale: esse quidẽ substantiale ipsius instantis fm substãtiam est ipsum esse id, quod est mensura ipsius mobilis fm se, esse vero accñtale est mutatum esse hoc vel illud, vel aliquid huiusmodi.

Tunc dicendum ad quæstionem duo secundum Aris. in litera. Primo, ꝙ instans secundum esse nõ est vnum & idem in toto tempore. Secundo ꝙ instans secundum suã substantiam est vnum & idem sub toto tempore. Primũ probatur rationibus Arist. in litera, quę sunt insolubiles, quantum ad illam partem, & tu resume eas in ponendo.

Itẽ probatur aliter: quia sicut se habet mobile ad motum, sic nunc ad tempus, per conuenientem similitudinẽ. nam sicut mobile notificat motum aliqua via, sic nunc ipsum tempus, vt tactum fuit prius. sed mobile nõ est vnũ & idem fm esse, saltem accidentalem per totum motum, vt euidens est de se in omni motu: quare similiter nũc nõ erit idem fm esse in toto tempore. Tunc ostendo secundum: quia sicut se habet mobile ad motum, sic instans ad tempus: sed mobile manet vnum & idem fm substantiã sub toto motu continuo: ergo nunc fm substantiam debet manere vnum & idem in toto tempore.

Tex. c. 90.

Item, mẽsura illius, quod manet idem in toto tempore, debet manere eadem sub tempore vel in toto tempore. sed nunc secundum substantiam est mensura alicuius, quod manet idem fm substantiam in toto tempore: est enim mensura ipsius mobilis secundum se, quemadmodum tempus est mensura motus quoquo modo similitudinis. ergo &c.

Item, probatur ratione Aristo. in litera, supponendo, ꝙ nunquam aliqua duo tempora possunt esse simul, quorum vnum non contineat alterum. & hoe manifestũ est cuilibet intelligenti. non enim duæ horæ æquales, quarũ vna non est alterius contentiua, sunt simul. Similiter duo dies, & duo anni. cum ergo instans sit indiuisibile, saltem in tali genere, & per consequens vnum non contineat alterum, Impossibile est ꝙ duo instantia sint simul: vnde, si instans esset aliud & aliud in tempore, oporteret ꝙ adueniente posteriori corruptum esset prius. Tunc arguitur, si esset aliud & aliud nunc secundum substantiam in tempore, tunc adueniente posteriori nunc, corruptum esset prius, vt patet ex dictis: sed hoc est impossibile: quia, si adueniente posteriori nunc, prius nunc esset corruptũ, aut esset corruptum in seipso, aut in nunc priori, aut in nunc posteriori. Si diceretur ꝙ esset corruptum in seipso, nunc simul esset & non esset: quia quod corruptum est non est. si igitur ipso existente estcorruptum, tunc simul existit & non existit: quod est impossibile. Si vero diceretur, ꝙ corruptum est in instanti præcedenti ipsum, hoc est impossibile: quia quod corruptum est in aliquo instãti fuit ens ante illud instans. ergo, si hoc instans fuerit corruptum in instanti ipsum præcedente, tunc ante illud instans præcedens ipsum fuit ens: quod est impossibile. Et breuiter, non corruptum est in instanti præcedente ipsum, sequitur ꝙ prius corruptum est ꝙ̃ fuerit, quia in nullo instanti præcedentium fuit ens. Si autem diceretur ꝙ est corruptum in instanti sequente ipsum, hoc non potest

E

stare, quia, cum instans non sit contiguum nec immediatum instanti, vt patet in Sexto huius. immo inter quælibet duo instantia est tempus medium, necesse esset quod illud instans simul esset in toto tempore intermedio inter illa duo instantia: & sic, cum in illo tempore sint instãtia plura sequitur inconueniens quod prius, s. ꝙ vnum instans sit simul cum alio, immo cum multis aliĳs. ergo non potest contingere ꝙ adueniente nunc posteriori corruptum sit nunc prius. quare, si est aliud & aliud nunc tẽporis, sequitur ꝙ simul erunt diuersa nunc, quod est impossibile, vt dictum est.

Obiectio.

Circa istam rationem considerandum, ꝙ sicut aliqui dicunt, & satis rationabiliter, ista ratio non potest esse demonstratiua. nam per eãdem viã probaretur, ꝙ instans secundum esse nõ est aliud & aliud in toto tempore, immo solum vnum. Argueretur. n. si esset aliud & aliud instans fm esse, tunc adueniente posteriori, oporteret corruptum esse prius. quia aliter simul essent, quod est impossibile: tunc quæritur, an illud prius instans sit corruptum in ipso nunc priori, aut in aliquo nũc

F

præcedente ipsum, aut in nunc sequenti: & quocunq; dato, sequitur inconueniens, vt prius deductum est. Per eandem etiam viam probaretur ꝙ mutatum esse nõ corrumperetur, sed maneret adueniente alio mutato esse: qđ tamen falsum reputatur. quia ergo per istam rationem, si valeret, conuincerentur ista duo impossibilia, s. ꝙ mutatum esse non potest corrumpi: & quia nunc secundum esse non est aliud & aliud in toto tempore, necesse est dicere istam rationem non esse demonstratiuam: & ꝙ Arist. non vtitur ea tanquam demonstratiua, sed vt probabili solum. Diceretur ergo soluendo istam rationem, ꝙ instans fm esse est aliud & aliud. Et, cum dicitur, quod adueniente vno instanti, oportet alterum corruptum esse, concedo. Et, cum quæritur, in quo instãti corruptum est illud instans, dicunt hic aliqui, quòd ipsum instans nõ est corruptum in aliquo instanti, sed in tempore sequente illud instans. Et hoc sic declarant. nam sicut corruptum esse rei, quæ habuit esse temporale, est in instanti, sic ratio-

G

nabile videtur, quòd corruptum esse rei, quæ habet esse indiuisibile, & quæ non habet esse diuisibile & temporale sit in tempore sequente. vnde, cum ipsum instans secundum esse non sit quid diuisibile, sed indiuisibile, suum corruptum esse non est in aliquo instanti, sed in tempore sequente ipsum.

Dubitatio.

Et tunc dubitatur circa hoc quia corruptum esse est terminus corruptionis. si ergo instans aliquod corruptum est in tẽpore sequente ipsum, tũc oportet ꝙ corruptio eius præcesserit. Quærit̃ ergo, in qua mẽsura fiat eius corruptio, vtrũ in ipsomet, aut in tempore præcedente, aut in tempore sequente ipsum. non est dicẽdum, ꝙ sua corruptio fiat in ipso: quia licet corruptum esse sit in instanti, tamen corrumpi non est in instãti. Et iterum, si eius corrumpi diceretur esse in ipso instanti, quod corrumpitur, aut ipsum corrumpi esset totum simul, aut pars post partem, & successiue. Si totum simul, ergo totũ

H

corruptũ est in seipso, quod est impossibile. Si pars post partem, tunc oportet, ꝙ eius mensura habeat partem & partem: instans aũt non habet partes: ergo corrumpi ipsius instantis non fit in ipsomet instanti. si vero dicatur, ꝙ eius corrumpi fiat in tempore præcedente ipsum, hoc nihil est: quia sic corrumperetur antequam fuerit, cum in tpe præcedente non fuerit. si aũt dicatur, ꝙ eius corrumpi fiat in tpe sequente ipsum, tunc manebit in aliqua parte tpis sequentis: quia illud, quod corrumpitur, dum corrumpitur, est ens, fm ꝙ corrumpi distinguitur cõtra corruptũ esse: ergo simul erit cũ oĩbus instantibus illius temporis: quod est impossibile. Forte dicendum, ꝙ corruptũ esse non sequitur corrumpi illius & eiusdem rei, nisi in rebus diuisibile esse habentibus: instans autem habet esse indiuisibile: & ideo suum corruptum esse non est posterius ad eius corrũpi, sicut & eius generatũ esse non est post eius generari. Et cum dicitur, quòd corruptum esse est terminus corruptionis, & sic est posterius eadem.

Dicendum,

Dicendum, q verum est in rebus habentibus diuisibile A esse & temporale, sed in rebus indiuisibilibus non est verum: sicut etiam in talibus generatum esse non est posterius generatione, vt dicitur in Decimo Ethic. de delectatione: & similiter de alijs indiuisibilibus.

Dubitatio.

Sed contra prædicta oriuntur quædam difficultates. primo de instanti secundum substantiā quid sit illud, aut enim est idem essentialiter cum ipso mobili, aut antecedens eius. non est dicendum, q sit essentialiter idem cum mobili: quia sic non esset mensura eius, cum nihil sit mensura suiipsius. si vero est accidēs mobilis, quæritur in quo genere sit illud. aut in genere quantitatis, aut qualitatis, aut in aliquo alio: hoc enim non est satis manifestū. Itē, mensura debet esse notior mensurato, vt manifestum est

Te. c. 104.

Decimo Metaphysicę: nunc autem ipsum instans nō est notius mobili, imm è conuerso, secundum Commentatorem expresse. Dicitur enim, q trāslatum est, cum hoc quod est prius instanti in esse est apud nos notius. Forsitan Commētator ibi loquit de instanti secundum esse, et B non de instanti secundum substātiam. Item, dubitatur de instanti secundum esse. cum enim instans secundum esse sit mensura ipsius mutati esse, vt omnes concedunt, & nihil est suiipsius mensura. videtur, q ipsum instās secundum esse nō sit idem essentialiter cum mutato esse, cuius oppositum dicebatur prius.

Responsio. Ad primū. Instans ē in genere quātitatis.

Ad primum istorum videtur dicendum, q instans secundum substantiam non est idem essentialiter cum ipso mobili. sed, cum quæritur, in quo prædicamēto debet esse ipsum instans secundum substantiam, de hoc non est multum exquisitū. Potest dici forte, q est in genere quantitatis. est enim vnitas eius, quod fertur, id est vnitas mobilis, sicut videtur velle Philosophus in litera: & hoc forte est principiū numeri, quo ipsum mobile numeratur cū alijs mobilibus. Si autem queratur, quare ipsa vnitas magis dicitur instans q̄ substantia mobilis, cum tamen substantia mobilis non sit instans, sed mota & fluēs. dici potest, q licet substantia mobilis sit principale subiectū motus, tamen ad vnitatem motus necessario requiritur vni-

Tex. c. 14. Instans est substantia mobilis.

tas mobilis, vt patet in Quinto huius. & ideo ista vnitas dicitur instans secundū esse, quod est dispositio ad motū vnum. Et alij dicunt, q non esset magnum inconueniens, q ipsum instans secundum substantiam esset ipsamet substantia mobilis. ista enim substantia mobilis est illa, quæ principaliter subijcit motui, & quæ est non stās, idest non manens sub eodem esse: dicitur tamen mobilis, vt substat motui: & dicitur instans, vt substat fluxui, qui est tempus. Et, cum dicitur, q instans secundum substantiam est mensura ipsius mobilis, & nihil est mensura suiipsius. dicerent, q hoc nō est verum, nec habetur hoc ab Aristo. in litera. nec est demōstratum sufficienter, s. q instans secundum substantiam sit mensura mobilis, immo mensura mobilis quantum ad eius magnitudinem est aliqua quantitas: quæ aliquotiens sumpta reddit totam magnitudinem eius permanentem: mēsura autem eius quan D tum ad suam substantiam est æternitas: & loquor de mobili primo, & vniuersaliter de corpore cœlesti: est enim

Tex. c. 20.

æternum secundum substātiam, vt patet ex Primo Cœli & Mundi. Primum tamē dictum, scilicet q instans secundum substantiam, est vnitas ipsius mobilis: & q est aliud essentialiter à substantia mobilis est communius & magis creditur esse de intentione Aristo. & Commentatoris.

Responsio. Ad secūdū.

Ad aliud dubium, cum dicitur, mensura &c. Ad hoc dicunt aliqui, q per mobile nos possumos intelligere duo. Vno modo substantiam & naturam ipsius mobilis non comprehendendo illam dispositionem, quæ dicitur instans secundum substantiam, & sic mobile bene est notius instanti. & hoc modo intelligit Commentator. Vel per mobile possumus intelligere naturam mobilis cōprehendendo istam dispositionem eius: & sic ipsum instans

Impugnatio.

secundum se sumptum notius est mobili, & est eius mensura. Sed istud non videt stare: quia, si illud totum aggregatū ex natura mobilis & ista dispositione est minus notum ipso instanti s̄m se sumpto, aut istud conuenit illi instanti ratione naturę mobilis, aut ratione illi⁹ dispositionis, aut ratione totius. non primo modo, quia iam cōcessum est ipsum mobile notius esse instāti. nec secundo modo: quia sic instās esset minus notum seipso. nec tertio modo, quia totum est notius apud nos suis partib⁹, vt patet

Tex. c. 4. Alia rūsio.

in Primo huius: quare &c. Et ideo dicendum est aliter, q ipsum instans s̄m substantiam non est mensura proprijssime dicta respectu mobilis. sic enim sequeretur ipsum esse prius & notius: & per sui replicationem constitueret mobile: quod non conceditur. sed est mensura impropriе dicta. sicut enim mensura proprijssime dicta est vnitas simpliciter, quæ est principium numeri, est quid indiuisibile in numero, sic etiam ipsum instans s̄m substantiam est qd indiuisibile existēs in mobili: īdiuisibile dico simpliciter, vel in tali genere: & sicut mensura aliquoties sumpta reddit totum mensuratum præcise, sic ipsum instans s̄m substantiam non excedit mobile, nec exceditur ab eo: sed ei respondet sicut tēpus mobili: quare &c. inquire vlterius.

Responsio Ad tertiū.

Ad aliam dico, q mutatum esse est duplex. vnū est mutatum esse, quod est in primo mobili, & aliud ē, quod est in aliquo alio mobili à primo. nunc autem dico, q ipsum mutatum esse primi mobilis est mensura mutatorum esse aliorum mobilium, sicut etiam motus primi mobilis est quodammodo causa omnium aliorū motuum, vt patet

Mutatū eē primi mobilis est mēsura alioꝝ. Tex. c. 76.

in Octauo huius. sed mutatum esse istoꝝ mobilium inferiorum non est mensura mutati esse corporis cœlestis, nec eius causa: quare nō valet. Et, si quæras, quid igitur est mensura mutati esse, quod est in primo mobili, dicerem, q nulla est eius mensura ꝓprie: sed ipsum est mensura aliorum, quemadmodum motus primus non mensuratur aliquo alio motu. Quod aūt mutatum esse primi mobilis sit instans, hoc patet ex dictis. nam sicut motus primus est mensura omnium istorum motuum inferiorum, vt dicit

Te. c. 114.

in isto Quarto, sic indubitāter mutatum esse primi mobi C lis est mensura mutatorum esse istorum inferiorū, & non est aliquod mutatum esse in isto mundo inferiori, quin reducatur ad aliquod mutatum esse cœli. nunc autem videtur nihil aliud esse mensura mutati esse nisi instans: quare sequitur, q ipsum mutatum esse primi mobilis sit ipsum instans primo & principaliter dictum.

Rūsiones.

AD rationes patet ex dictis, duę enim primę bene probant q instans s̄m se est aliud & aliud, sed de instanti s̄m substantiam non concludunt. Ad tertiam dico, q simile est de puncto in linea, & de instanti in tpe in hoc q sicut punctus continuat partes lineæ, sic instās continuat partes temporis: sed in alio est dissimile, quia punctus est quid permanens & quiescens, & ideo potest esse aliud & aliud, sed ipsum instans s̄m substātiam semper mouetur, & ideo non manet idem s̄m esse. et ideo dicēdum est statim, q ratio bene concludit de instanti secundum esse, & istud est quod comparatur tempori, vt punctus ad lineā: D & ideo soluta est ex dictis. Ad aliam similiter dico, q instans s̄m esse non manet idē, sed instans secundum substantiā manet idem s̄m illud quod est, licet esse diuersum accipiat, sicut & ipsum mobile: quare &c. Ad aliud similiter dico, q indiuisibile motus, scilicet mutatum esse, non manet vnum & idem: & ideo nec instans secundum esse, & hoc concessum est. Ad aliam, cum dicit, q tunc instans &c. nego consequentiam. & cum probatur quia illud, quod est in aliquo diuisibili &c. potest dici, q verum est si sit in diuisibili sicut perfectio in suo perfectibili, vel sicut forma inhærens subiecto: sed, si est in eo sicut cōtinuans eius partes, non oportet q sit diuisibile secūdum eius diuisionem. Vel dicatur, q ratio bene concludit, q instās s̄m esse non est vnum & idem in toto tempore, sed diuersum. instans tamen secundum substātiam est vnum & idem sub toto tempore, sicut dispositio mobilis necessaria ad vnitatē motus, non sicut forma perficiens ipsum tempus, & ideo non valet ista ratio.

Quæstio.

QVAESTIO XXII.

An Instans, tempus aliquo modo causet.



Onsequenter quæritur, Vtrum Instans causet temp⁹. Arguitur primo ꝙ non, quia, si instans causaret tempus, tunc ipsum tempus esset compositum ex instantibus: quod
Tex. c. 88. est impossibile, vt patet ex Sexto huius. Et probatur consequentia, quia, si instans causaret tempus, hoc videretur esse p sui fluxum: modo, simile esset de instanti, si flueret ad causandum tēpus, sicut de indiuisibili, si moueretur ad pertranseundum aliquod spatium: sed, si indiuisibile moueretur per spatium aliquod, sequeretur, ꝙ illud spatium esset ex indiuisibilibus compositum, vt ostenditur in Sexto huius: ergo similiter, si instās flueret ad causandum tempus, oporteret ꝙ tempus esset compositum ex instantibus. Item, confirmatur ista ratio, si instans causaret tempus, hoc esset altero istorum duorū modorum, vel ꝙ per sui fluxum causaret tempus ipsum, vel ꝙ fluxus eius esset ipsum tempus, nō primo modo, quia, si instans per sui fluxum causaret tempus, oporteret, ꝙ ille fluxus, cum sit quid successiuum, vel esset tempus vel motus, non est dicendum, ꝙ sit motus: quia motus est fluxus mobilis, & sic non est fluxus instantis: ergo fluxus, si ipsius est fluxus, est ipsummet tempus. vnde, si istans per sui fluxum esset tempus, tunc est dicere, ꝙ instans per tēpus causet tempus, quod est ridiculum. Item, si dicat, ꝙ instās causet tempus sic, ꝙ ipsum tempus sit fluxus instantis, adhuc videtur incōueniens. Cum enim fluxus sit in eo, quod fluit subiectiue, sequeretur ꝙ tēpus esset subiectiue in instanti: quod est absurdum: quare &c. Item, si instans causaret tempus, tunc instans & tempus simul essent: causa enim & causatum simul sunt & non sunt, vt
Tex. c. 38. patet in Secundo huius, & in Quinto Metaphysicæ. hoc
Tex. c. 3. hoc autem est inconueniens, quia instans est indiuisibile, tempus autem est diuisibile: quare &c.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Commentatoris
Com. 113. in Decimoseptimo commento huius capituli. vbi dicit, ꝙ instans, quod est agens temporis, est idem in omni mo-
Com. 114. tu, cum fuerit demonstratum. & in. 18. commento dicit, ꝙ instans agit tempus, sicut translatum translationem.

CONCLVSIO.

Instans, & si Temporis in nullo causarum genere causa sit, reducitur tamen ꝙ eius aliquo pacto materialis sit causa, seu tanquam necessaria eius dispositio.

AD quæstionem est intelligēdum, ꝙ sicut dictum est prius, Instans accipitur vel potest consyderari dupliciter. vno modo fm substātiam, alio modo fm esse. Instans fm substantiam dicitur esse mensura propria ipsius mobilis secūdum se, quemadmodum tempus est mensura motus. instans autē secundum esse est ipsum mutatum esse, quod continuat partes fluxus adinuicem, vel quod terminat ipsum fluxum.

Tunc dico ad quæstionem, primo ꝙ instās fm substantiam non est causa per se proprie & principalis ipsius tēporis: quod probatur, quia vel esset causa materialis, vel efficiens, vel forma, vel finis. nō est causa materialis siue subiectum principale, quia hmōi subiectū principale est ipsum mobile, quod subijcitur motui, qui est fluxus & tēpus. Nec est efficiens, quia causa efficiens temporis est ipsum mouens, instans autem non est mouens. Et hoc etiā aliqui probant sic: quia ipsum instans est de genere quantitatis, quantitas autem non est principium actiuum, vt
Com. 84. dicit Commen. in Quarto huius. Nec est causa formalis: quia tempus ipsum est quædam forma accidētalis. vnde nō habet causam formalem proprie, vt cōiter dicitur. Et confirmatur: quia causa formalis cuiuslibet est eius quidditas, vel pars prīcipalior quidditatis, vt dicitur in Septi-
Com. 29. mo Metaphy. ipsum autē instans fm substantiam, quod est vnitas eius, quod fertur, non est quidditas temporis, nec pars principalior quidditatis, vt manifestum est cuili-

E bet intelligenti. Nec etiā est causa finalis ipsius tpis: quia finis temporis videt̄ esse terminus ipsius tpis. cum enim tempus sit essentialiter fluxus mobilis ad aliquem gradū perfectionis vel ad vbi aliquod, videtur ꝙ hmōi gradus vel vbi est finis propinquus ipsi⁹ fluxus, & p consequēs finis temporis, ergo instans fm substantiam non est causa finalis temporis. Secundo dico ꝙ hmōi instans reducitur aliquo modo ad genus causę materialis: quia omnis dispositio necessario requisita & præsupposita ad esse alicuius in subiecto, reducitur ad causam materialē: hoc conceditur quasi ab omnibus. vnde calidum & frigidum & humidum & siccum dicuntur causa materialis generationis misti, vt patet in Quarto Meta. sed ipsum instans est hmōi, nam tempus, cum sit passio motus, requirit vnum motum, vnitas autem motus requirit vnitatem mobilis,
vt patet in Quinto huius. & sic vnitas mobilis, quæ dicit̄ Tex. c. 14.
instans. fm substātiam requiritur ad esse tpis necessario: F quare &c. Instans autem fm esse non videtur etiam esse causa proprie dicta & principalis ipsius temporis: sed est continuatiuum partium temporis: & est sicut dispositio necessario requisita, & præsupposita ad esse eius & vnitatem. sicut etiam punctus est dispositio necessaria ad lineam & eius vnitatem. Vel si ponatur esse causa temporis erit causa finalis aliquo modo. Terminus enim motus est aliqualiter finis ipsius motus: & ipsum instās fm esse est terminus motus, qui est fluxus & tempus.

AD primam rationem, nego consequentiā: & ad pro- Rōnes.
bationem dico, ꝙ non est simile de instanti fluenti & de instanti indiuisibili, si poneretur moueri, Nā ipsum instans non commensurat se alicui spatio, sicut indiuisibile faceret, si per se moueretur. Item ipsum instans nō est per se subiectum & principale ipsius durationis, quæ est tempus, sicut indiuisibile, si moueretur, foret subiectum motus. sed instans est solum dispositio quędam necessario requisita ad motum vnum & ad tps. verbi gratia. determi- G nata proportio inter qualitates elementares est quædam dispositio requisita ad talem colorem, & tñ color non est in hmōi proportione, tanquam in subiecto primo. Ad aliud dico, ꝙ ipse fluxus instantis, i. duratio illa successiua & continua, quæ est inter diuersa esse instantis, est tēpus. Et, cum dicitur, ꝙ fluxus est in eo quod fluit. dico ꝙ verū est in eo quod p se & principaliter fluit: sed ipsum instans nō est, quod per se & principaliter fluit: & cuius principaliter est flux⁹. Est aūt dispositio necessaria ad fluxū vnū, & fluit per accidens ad fluxū mobilis, cuius est mensura.

Ad aliam patet ex dictis. bene enim concludit, ꝙ instans non habet proprie & principaliter causalitatem super tempus, sed non sequitur quin habeat aliquam necessitatem ad esse tps, tanquam dispositio subiecti principalis. Ad auctoritates Commen. patet per iam dicta. Ad cōmentatoris dictū ad oppositum.
Intelligit enim Commen. ꝙ instans est causa tpis, quia ē dispositio pręsupposita necessario ad esse temporis, & sic reducitur ad gen⁹ causæ materialis. cuius signum est: qa H dicit Commentator, ꝙ instans agit tempus sicut translatum translationem: trāslatum aūt non est effectus translationis fm subiectum: quare &c.

Minimus autē numerus est, qui simpliciter Te. c. 108.
quidem dualitas est, &c.

QVAESTIO XXIII.

An sit dare Minimum Tempus.



Irca principium huius capituli potest quęri, Vtrum sit dare minimū tempus. Arguit̄
primo ꝙ sic, quia Arist. in Secundo de Aīa. Tex. c. 41.
dicit, ꝙ omnium natura constantium posit⁹ est terminus & ratio magnitudinis & augmenti, & pari ratione debet esse positus terminus diminutionis & paruitatis: tempus autem est quoddā ens constans à natura, vt manifestum est: quare &c. Item, Philosophus in Primo huius dicit, ꝙ est dare minimam car-

nem

nem & minimum os: quare similiter & tempus minimũ.

Tex. c. 16.
Item Arist. in de Sensu & Sensato vult, ꝙ est dare minimum sensibile: & per eandem rationem videtur, ꝙ est dare minimum tempus.

Tex. c. 36. 38. 39.
Itẽ Arist. in Sexto huius vult ꝙ eodem modo inuenitur finitas & infinitas, cõtinuitas & diuisibilitas, & alia in motu, sicut in magnitudine: cum igit̃ ex parte magnitudinis naturalis, inquãtum talis, sit dare minimum: ergo ex parte temporis.

Cõmen. 6.
Item arguitur auctoritate Commen. Primo auctoritate eius in Tertio supra definitionẽ motus, ipse dicit ibi, ꝙ, si aliquid augeat̃ per digitalem quantitatem in vno anno, certum est ꝙ minimum tempus sensibile non habet partem sensibilem illius digiti sibi correspondentem, ex quo vult, ꝙ est tempus minimum.

Com. 32.
Item Commen. in Sexto huius, cõmento. 32. dicit, ꝙ primum in generatione est primum, quod potest inueniri de generato: & dicit, ꝙ est determinatæ quantitatis: & exemplificat de igne, qui potest esse minima pars ignis: ex quo sequitur, si sit primum in generatione, erit minimũ, quod possit accipi de generatione. & sequitur, si motus vel mutatio sit minima eius mensura, vt tempus, erit minimum.

Com. 23.
Item in Octauo Physicorum, commento. 23. ꝙ partes motus in alteratione & augmentatione non diuiduntur s̃m partes temporis, sed est dare primam partem motus: vnde dicit postea & eodem commento, ꝙ prima pars mot⁹ noui fit subito, id est in instanti, certum autẽ esse videtur, quod non loquitur de instanti, quod est simplex & omnino indiuisibile: quia prima pars motus noui est motus. Motus autem non fit in instanti, quod est omnino indiuisibile: ergo intelligit per instans aliquod tempus minimum, quo non potest esse minus: & per primum in motu motum minimum: quia certum est ꝙ, si non esset motus minimus, nõ esset primus in motu. Item, in eodem cõmento habetur, ꝙ in augmentatione minima partium magnitudinis factarũ est determinata in intellectu actu: & si licet hęc ẽ minima pars motus & minima pars temporis, cum motus & tempus consequantur magnitudinem. Item, Arist. vult in de Sẽsu & Sensato, quod congelatio fit tota simul: sed non videt̃ fieri tota simul, idest in instanti indiuisibili: ergo fit in aliquo tpe insensibili & illud est minimum: quare &c.

Te. c. 108.
OPPOSITVM arguitur auctoritate Arist. 1 litera, vbi dicit, quod tempus minimum s̃m numerum est vnũ aut duo, s̃m magnitudinem aũt non est, & intelligit Philosophus per magnitudinem temporis eius continuitatẽ. Vnde manifestum est ipsum intendere quod tempus s̃m suam continuitatem non habet minimum.

Tex. c. 46.
Item, ipse probat in Sexto huius, quod non est dare primum nec in motu nec in tempore: si tamen esset dare minimum motum esset dare primum: quare &c.

CONCLVSIO.

Non est accipere tempus simpliciter minimum quõ ad suam continuitatem.

Opinio prima.
DE ista quæstione intelligendum, quod inueniunt̃ aliqui dixisse, quod quantitas continua, quæ est tempus, potest considerari dupliciter. Vno modo, quantum ad suam materiam. Alio modo, quãtum ad suam formam, & dicunt istam distinctionẽ haberi ex intentione Arist. in Primo de Generatiõe, capitulo, de augmento, vbi dicit, quod omne habens formam in materia habet duplices partes, s. s̃m materiam, & s̃m formã. Tũc dicunt, quod sicut in carne est dare minimum s̃m formã, s. inquantum est naturalis, quamuis s̃m materiam & s̃m naturam continui sit diuisibilis in infinitum. sic dicũt, ꝙ, cũ diuisibilitas in motu sit à diuisibilitate magnitudinis: & diuisibilitas temporis ex diuisibilitate motus: est dare minimum & motum & tempus s̃m formam & non s̃m materiam. Per hanc igitur distinctionem volunt exponere omnes auctoritates Arist. & Commen. quæ in hac materia sibimuicem cõtraria videntur.

Improbatio.
Sed ista positio videtur esse inconstans propter multa. primo quantum ad illam distinctionem: quia licet hoc nomen tempus bene

A
significet aliqua duo, quorũ vnum est aliquo modo sicut materia respectu alterius, vt visum fuit prius: & videbit̃ post, si Deus voluerit, tamen nunquam inuenit̃ ab Arist. nec à Commen. quod hæc quantitas continua, quæ est tẽpus, habeat materiam & formam: immo videtur esse forma simplex simplicitate, quę opponitur compositioni ex materia & forma, licet sit composita ex partibus quantitatiuis: quarum vna non est materia respectu alterius, eò quod vna talium partium est extra aliam in omni continuo, & vna non est perfectio inexistens alteri, ut sciunt ẽt parum exercitati in Philosophia.

Indiuisibile non facit maius.
Item, nulla indiuisibilia, s̃m quod indiuisibilia sunt, faciunt maius: hæc est manifesta. sicut duæ lineæ non faciunt maius pro latitudine: quia linea quælibet est indiuisibilis s̃m latitudinem, & similiter superficies non facit maius s̃m profunditatem. si igitur est dare temp⁹ indiuisibile & minimum s̃m formã & similiter motum, vt dicũt, tunc duo motus minimi nõ faciunt plus q̃ vnum: & eadem ratione nec infinita minima tempora aut motus.

B
ex quo sequitur quod totus motus cœlestis s̃m formam est simul sicut & minimus motus, vt dicunt. Similiter totum tempus simul est secundũ formam sicuti minimum temp⁹, quæ sunt absurda.

Conclusio responsiua.
Et ideo dicendum ad quæstionem, quod non est accipere tẽpus simpliciter minimum quantum ad suam continuitatem: quod probatur sic. Si non est motus minimus, non est tẽpus minimum: sed nõ est motus minimus: ergo &c. Maior est euidens, & eam cõcedunt illi, qui ponunt tempus minimum: & minor probatur, quia, si esset minimus motus, aut esset motus alicuius istorũ inferiorum, aut motus cœlestis per sufficientem diuisionem: sed non est motus alicuius istorũ inferiorum: nam omni motu in istis inferioribus contingit dare motum velociorem & tardiorem: ergo, si esset motus minimus alicuius istorũ mobiliũ inferiorũ, sequeretur quod mobile tardius in eodem tẽpore per minus spatium moueret̃ si incipiant moueri simul:

C
quod est impossibile. sed motus capit quantitatem à spatio, supra quod fit mot⁹: ergo erit dare motum minorem motu minimo.

Obiectio.
Sed forte diceretur, quod motus bene capit quantitatem à spatio, supra quod fit motus: sed non sequitur, quod motus supra spatium min⁹, sit minor, nisi cætera sint paria.

Responsio.
Si igitur duo mobilia æque velocia mouerentur supra duo spatia, quorũ vnum est maius & alterum minus, tunc motus per spatiũ minus erit minor: sed, si vnum mobile sit velocius & alterum tardius, non erit necesse: immo poterit contingere ꝙ motus tardioris p minus spatium erit ęqualis motui velocioris: dummodo sint in eodem tempore: & sic non sequitur ꝙ sit motus minor minimo. Item, potest aliter argui. Si aliquod istorũ inferiorum mobilium moueretur motu minimo per aliquod spatium, illud spatium non potest esse omnino indiuisibile, oportet igitur ꝙ sit quid diuisibile, & habeat partẽ extra partem. & necesse erit, ꝙ prius tpe pertrãseat partem

D
q̃ totum: hoc etiam est manifestum. cum igitur non possit transire totum illud spatium in æquali tpe cum tempore, quo pertransit partem, nec in minori, ut est manifestũ: relinquitur, ꝙ in maiori tempore pertransit totum illud spatium, q̃ partem eius: & partem eius in minori tempore pertransit q̃ totum. ponatur igitur ꝙ in termino illius temporis quiescat: quia ad quodlibet mutatũ esse potest terminari motus, saltem in istis inferioribus: manifestum est, ꝙ tunc ille motus erit minor motu qui ponebatur minimus: quod est omnino impossibile: ergo &c.

Mot⁹ cœlestiũ nõ põt eẽ minim⁹ simpliciter
Tunc ostẽditur de motu cœlesti, ꝙ nõ potest esse minimus simpliciter, quia, si esset motus cœlestis simpliciter minimus, hoc non esset nisi altero istorũ modorum, aut ꝙ ille mot⁹ posset esse separatus s̃m actũ ab aliis partibus motus cœlestis. & nullus motus minor eo posset sic esse separatus, aut ꝙ fieret in tempore ita paruo, ꝙ in minori non posset fieri motus aliquo modo: sed nullo istorũ modorum: quare &c. Maior patet per sufficientem diuisionem. nõ enim pluribus modis potest imaginari motus cœlestis minimus,

mus, nisi quis fingeret. Et minor declaratur. prim⁹ enim modus non est possibilis: quia nulla pars motus cœlestis potest esse actu separata ab aliis & discontinuata, nisi motus cœlestis interrumperetur: quod est impossibile, vt pa

Tex. c. 32.

ret in Octauo huius. Si vero diceretur secũdo modo, hoc est impossibile. quia, si esset motus sic minim⁹, oporteret q fieret per aliquod spatium diuisibile. nam sm indiuisi-

Tex. c. 8.

bile omnino non fit motus, vt demõstratur Sexto huius, & sic illud spatium, circa quod fieret motus ille cœlestis, quem tu ponis motum minimum, habebit partem extra partem, & per consequens mobile cœleste in minori parte pertransibit partem illius spatii, q̃ totũ illud spatium: & sic ille motus, qui ponebatur minimus non fieret in tẽpore ita paruo, quin in minori tempore posset fieri mot⁹: quare non erit minimus illo modo. Aliter probant aliqui istam conclusionem. quia, si esset motus cœlestis minimus, oporteret tunc, q fieret sm aliquod spatium. Accipiantur ergo duo spatia in istis inferioribus æqualia illi spatio: & ponatur, q supra vnum illorum moueatur mobile velocius, & super alterũ moueatur mobile tardius: manifestum est, tunc, q, cum mobile velocius pertrãsiuerit totum spatium suum, adhuc mobile tardius nondum pertransiuerit totum suum spatium, quamuis simul incœperit moueri: immo in æquali tempore pertransibit aliquã partem sui spatii minorem isto toto spatio pertransito ab illo mobili velociori. & sic erit motus minor minimo: q̃d est impossibile. Sed ista ratio non est omnino sufficiẽs, quia supponit, q, si aliquod mobile cœleste mouetur motu minimo supra aliquod spatium, q aliquod mobilium inferiorum mouetur motu minimo supra spatium æquale: & hoc non est notum, immo forte impossibile est. etiã dato hoc, quod aliquod istorum inferiorum mobilium moueretur motu minimo supra æquale spatium, & mobile velocius mouetur in ęquali tempore per spatium minus, non sequeretur ex hoc, q esset motus motu minimo minor: quia dici posset, quod mot⁹ illius mobilis tardioris, postquam est in æquali tempore, est æqualis motui velocioris. Sed potest aliter deduci ratio. si est motus cœlestis minimus, circa aliquod spatium in aliquo tẽpore, capiatur aliquod spatiũ in istis inferioribus æquale illi spatio: certum est, q aliquod istorum inferiorum mobilium poterit illud spatium pertransire. aut igitur pertransibit ipsum in tempore minori illo tempore, in quo fit motus cœlestis, qui ponitur minimus: aut in tempore æquali, aut in maiori: hæc diuisio est sufficiẽs. si in tempore minori, hoc esset inconueniens. quia tunc in istis inferioribus esset aliquis motus minor motu minimo cœlesti, quod pro inconuenienti relinquo. Si in tẽpore æquali adhuc sequitur idẽ inconueniens: quia in minori tẽpore illud mobile pertransibit partem illius spatii q̃ totum. Ponatur ergo quiescere in termino illius motus minoris temporis, tũc erit motus in minori tempore q̃ tempus, in quo ponitur motus minimus cœlestis: & sic erit minor motus motu cœlesti: quod videtur impossibile. Si vero dicatur, quod mobile inferius pertransit illud spatium æquale in maiori tempore, oportet, q in illo maiori tempore includatur tempus æquale illi tempori, in quo ponitur fieri minimus motus cœlestis: tunc ergo in illo tempore ęquali mobile inferius aut nihil pertransibit illius spatii, aut aliquid pertrãsibit. si nihil, pari ratione, nec in alio æquali aliquid pertransibit: & sic, cum illud tẽpus maius sit finitum, & infinities contineat tempus æquale illi tempori, sequitur, q in toto illo tempore non pertrãsibit illud spatium, postquam nihil illius pertransibit in partibus huius temporis: sed ponebatur pertransire in illo maiori tẽpore illud totum spatium: & sic sequitur contradictio. Si uero illud mobile ponatur pertransire aliquod illius spatii in tempore æquali illi tempori, in quo ponitur fieri minimus mot⁹ cœlestis, tunc illud pertrãsitum erit diuisibile: quia indiuisibile nõ est pertransibile in tempore per se. & tunc illud spatium, cum sit diuisibile, habebit partem extra partem, & parte

Alia rõ q mot⁹ cœlestis non põt esse minimus.

E prius tempore pertransibitur q̃ totum: & sic idem quod prius. ponetur enim illud mobile quiescere in termino tẽporis, in quo pertransibit illam partem, & sic in minori tẽpore erit motum mobile inferius q̃ sit tempus, in quo ponitur fieri motus cœlestis minimus. ex quo sequitur, q in istis inferioribus fiet mot⁹ minor motu minimo cœlesti: quod est impossibile. Sicut enim motus totus cœlestis est velocior omni motu istorum inferiorum, sic, si esset motus cœlestis minimus simpliciter, ipse deberet minor esse motu minimo quocunq; istorum inferiorum.

Corsiti.

TVnc dico ad auctoritates, quibus isti vtunt. Ad primam dico q est intelligendum in rebus naturalibus compositis ex materia & forma, & hu⁹ ratio est: q forma substantialis est terminus materiæ, vnde q alia & alia quantitas maior vel minor consequatur vnam speciem magis q̃ aliam, sicut quantitas maior cõsequitur formam vel speciem hominis q̃ muscæ, & maior quantitas consequitur speciem bouis q̃ hominis, regulariter hoc

Rñsiones. In naturalibus cõpositis dal maximũ & minimũ, non aũt in aliis.

F prouenit ex formis substantialibus istorum, vt tangebat in Tertio. Vult autem ibi dicere Arist. q in omnib⁹ talib⁹ est dare maximum & minimum: puta quãtitatem ita magnam, q in maiori non posset saluari natura hominis: & ita paruam, q sub minori non posset saluari natura hominis, similiter autem & in aliis cõpositis ex materia & forma. De tempore & motu nihil ad propositum. hæc enim non sunt res compositæ ex materia & forma substãtiali, quæ imponit terminum quantitati. Si autem quæras, à quo tempus & motus habent infinitatem, dico, q infinitatem successiuam habent à motore intransmutabili omnino, vt dicit Commen. in Duodecimo Metaphy. q aũt non habent minimum, hoc prouenit ex materia continuitatis, cui repugnat habere partem minimam simpliciter, immo est compositum ex semper diuisibilibus partibus quantitatiuis, vt scitur ex Sexto huius, & ex Libro de Lineis indiuisibilibus. Per idem dico ad secundam aucto-

Com. 41.

G ritatem & ad aliam. Ad aliam auctoritatẽ dico, quod debet intelligi quãtum ad hoc, quod sicut magnitudo nõ componitur ex indiuisibilibus, sed eius est pars minor, & minor in infinitum, sic in motu & tempore. Concedendũ igitur, quòd tempus & motus similiter se habent magnitudini quantum ad finitatem & infinitatem, & quantum ad diuisibilitatem & quantum ad continuitatem: sed nõ quantum ad terminum paruitatis magnitudinis: magnitudo enim, saltem vt naturalis est, habet terminum paruitatis & magnitudinis, tempus autem & motus non habent, immo quocunq; tempore dato, est dare minus tempus, & quocunq; tempore finito dato, est dare minus. similiter autem & de motu: quare &c. Ad aliam auctoritatem Commen. cum dicit, q minimum tempus sensibile &c. dico, q non intendit per hoc asserere q minimũ sit tempus simpliciter; sed vult dicere, q, si aliquid in principio anni incœpit acquirere quãtitatem digitalem, & in fine anni æque acquisiuerit: nõ est necesse q in quacunq;

Ad secũdũ
Ad tertiũ.

Ad quintũ,

H particula illius temporis acquisiuerit aliquam partem illius quantitatis: q̃a posset accipi aliqua pars temporis itã parua, q nulla pars sensibilis quãtitatis illius ei correspõderet. illud enim tempus non intelligit esse minimũ. Vel dicamus, q intentio Commen. est loqui sub cõditione & per propositionem hypotheticam: et est sensus, q, si esset minimum tempus, tunc nulla pars sensibilis illius quantitatis acquireretur in illo: & tamen, si augmentatio esset perpetua, hoc oporteret, q, si esset tempus minimum, aliqua pars quantitatis acquireretur in illo. Et sm hoc ratio Cõmen. erit ratio ducens ad impossibile, s. q ista conditionalis vel hypothetica sit vera: quæ tñ est impossibilis, cum hoc, q eius antecedens est impossibile, s. si esset tẽpus minimum sensibile, in illo acquireretur pars sensibilis quantitatis digitalis acquisitæ inter terminos anni, vel hmõi. Et potest ratio Commen. sic formari: posito q aliquid in principio vnius anni incipiat acquirere quantitatem digitalem & in fine illius anni acquisiuerit illã: tunc, si aug-

mentatio

mentario necessario est cōtinue per totum illum annum: necesse est, si esset tempus minimū sensibile, ꝙ in illo acquireretur aliqua pars illius quantitatis digitalis: hæc cōsequentia est manifesta. sed cōsequens est impossibile. nō solum enim est impossibile esse tempus minimum, sed ēt, si esset, adhuc non posset ei assignari pars sensibilis illius quantitatis: ergo &c. Et sic patet intellectus Commenta.
Ad sextū: quantum ad illud dictum. Ad aliā dico, ꝙ nihil est ad propositum. Vult enim ibi dicere, ꝙ in animalib⁹ est aliqua pars, quæ primo generatur, sicut cor vel proportionale. Et similiter in illis, quæ sunt similium partiū, est dare aliquam partē, quæ primo generatur. vt in generatione ignis est dare primo ignem minimum, quo minor non potest generari seorsum & diuisim. Ex hoc tamen non habetur, quin sit dare primam partem in motu, vel in transmutatione diuisibili, per quam ille minimus ignis generatur, vt cor in animali.
Ad septimum. Ad aliam, cum accipitur à Commen. ꝙ prima pars motus noui subito fit in instanti, dico breuiter, ꝙ sicut ibidem dicit Commē. motus nouus potest cōsyderari dupliciter. vno modo sm ꝙ est cōtinuus. Alio modo sm ꝙ est generatus. si primo modo, sic nō habet primam partem, vt patet ex Sexto huius. si secundo
Tex. c. 46. modo, sic necessario habet partem primam, i. partem habentem aliquod initium, ante quod illud mobile non mouebatur illo motu, nec aliquo alio cōtinuato illi nouo motui: & illa pars prima sic exponendo fit in instāti, inquantum terminata est. terminus enim est indiuisibilis, & instantaneus siue sit terminus à quo, siue ad quē. verbi gratia propter iuuenes, si aliquid alteratur, est aliqua pars alterationis ipsius habens initium, ante quod illud alterabile non alterabatur alteratione continuata illi alterationi: & hæc pars, quantum ad suum terminum initialem, fit in instanti: & hoc est cōmune omni generato, s. habere primam partem modo prædicto. In hoc autem differt motus nouus ab æterno, & ab eius partibus. nam in mobili æterno non est dare aliquam partem habentem principium, ante quam non præcesserit alius motus non continuatus illi parti, immo semper quacunq; parte data præcesserit alia sibi continuata. vt in motu cœlesti, quacunq; circulatione data præcessit & alia continuata posteriori: & hoc debet sufficere quantum ad illud dictum Cōmen.

Quòd autem vlterius assumitur, ꝙ minima partiū magnitudinis factarū est terminata & est indiuisibilis in factione, Dico, ꝙ ipse loquit̃ ibi de parte rei naturalis, quæ augmentatur: semper enim in augmētatione antecedit generatio formæ augmentabilis in materia nutrimēti. Vt, si debet augeri caro, oportet ꝙ fiat forma carnis in materia nutrimenti, sed est accipere carnem ita paruam, ꝙ minor nō posset p se seorsum subsistere: & hoc generaī in instanti simpliciter indiuisibili, & similiter alia minima, & quælibet alia. Vnde concludit, ꝙ augmentatio, quātum ad generationem concurrentem ad eam, non potest esse continua nisi instans continuaretur instanti: quod impossibile est. Vnde manifestum est, ꝙ illa auctoritas nihil ē ad propositum. non enim intelligit per illud indiuisibile, in quo dicit minimam partem generari, temp⁹ minimū, sed instans omnino indiuisibile, vt manifestum est inspicienti ipsum. Vtrum autem augmentatio habeat aliquā continuitatē, alia inquisitio est, & visum fuit in quæstio-
Ad octauū ne de augmētato: & forte videbitur supra Octauū. Ad
Tex. c. 52. aliam auctoritatem Arist. in de Sensu & Sensato cum di-
Alteratio-nē simul fie cit, ꝙ congelatio aliquando est tota simul. & in Octauo
ri intelligit huius dicit, ꝙ, alteratio fit multoties velox. Intelligendū,
dupliciter. ꝙ aliquid simul coagulari vel cōgelari, vel vniuersaliter alterari potest intelligi dupliciter. Vno modo, ꝙ in eodē instanti acquirat & recipiat omnes partes seu omnes gradus illius qualitatis ad quos alteratur, vt ꝙ aliquod calefactibile simul in vno instanti accipiat omnes gradus caliditatis, & hoc est impossibile, nec sic intellexit Arist. nec Commen. Alio modo potest intelligi aliqd simul alterari vel coagulari vel congelari, ita, ꝙ, in eodem instanti oēs partes quantitatiuæ illius alterabilis incipiant recipere quantitatem ab ipso alterante, & non vna pars prior tempore q̃ alia. & hoc est bene possibile & necessarium. Cū enim aliquod alterās est propinquatum alicui alterabili, quantumcunq; illud alterabile habeat partem quantitatiuam minorem alia parte in infinitum, tamen non oportet ꝙ prius tēpore pars minor incipiat alterari q̃ maior, & adhuc prius tempore pars minor: & sic in infinitum, sicut aliqui imaginabantur: sic enim sequeretur, ꝙ omne, quod alteratur, alterabatur per totum tempus æternum prius, quod est ridiculum, vt patet ad sensum. immo potest contingere, ꝙ virtus illius alterantis obtinet super aliquod alterabile quantum ad omnes eius partes: & sic nō prius tempore imprimit vni quàm alteri, sed omnibus simul, & in instanti primo suæ appropinquationis quælibet pars incipit recipere actum ab illo alterāte, post illud tamen instans acquiritur successiue pars post partem & in tempore. & sic alteratio est in tempore. Quod autem hæc sit intentio Aristo. patet inspicienti literā. dicit enim in de Sensu & Sensato sic. Contingit autem aliquod totū simul alterari & non diuidi prius, velut aquam totam simul congelari &c. Et in isto Octauo sic dicit, non enim si infinitum partibile quod alteratur propter hoc alteratio, sed velox fit multoties, sicut congelatio. Dicemus ergo, quasi recolligendo, ꝙ alteratio aliquando fit simul: nō Epilogatio
quod ly simul dicat priuationem prioritatis & posterioritatis in generatione graduum vel partiū qualitatis, immo vna pars prius tempore generatur q̃ altera, sed dicit priuationem prioritatis & posterioritatis temporalis in receptione quantitatis in partibus quantitatiuis ipsius alterabilis. & est sensus, quòd vna pars quantitatiua alterabilis non necessario prius tempore recipit vnam quàm aliam: & ideo non potest ex hoc concludi tp̄s minimum.

Quòd autē dicit Commētator in Octauo huius, quod Media inter
in transmutationibus, quæ sunt in qualitate, est dare pri- terminos al-
mum naturaliter. Intelligē dum est, quod media inter ter- terationis
minos alterationis duplicia sunt, quædam sunt differētia duplicia.
secundum speciem, sicut inter album & nigrum media sunt fuscum & rubeum & pallidum: quædam autē sunt, media differentia secundum magis & minus in eadē specie. si igitur fiat mutatio de albo in nigrum, bene contingit ibi dare primum secundum speciem. verbi gratia, pallidum. sed accipiendo media in motu, secūdum quod differunt secundum magis & minus in eadem specie, sic non est dare primam partem motus. Et quod hæc sit intentio Commentatoris, patet inspicienti commentum. Dicit enim sic, dicamus igitur, quòd primum esse naturaliter in omnibus transmutationibus, quæ sunt in qualitate, manifestum est, in coloribus enim bene apparet, quòd inter colores sunt media finita naturaliter. & intelligo hic per medium, non illud quod diuersificatur secundum magis & minus, sed secūdum formam & qualitatem: quoniam pallidum non differt ab albo secundum magis & minus, sed secundum qualitatem: & si non esset eiusdem speciei & cætera. Ad aliam auctoritatem Aristotelis in de Sensu & Sensato, Dicendum, quòd ipse ibi loquitur de sensibilibus permanentibus, sicut est albedo & nigredo & huiusmodi, quantum ad hoc, quòd concedit in eis minimum separabile. sed motus non est sensibile permanens, sed successiuum, & similiter tempus est quid successiuum: quare non est ad propositum: quare & cætera.

Quoniam autem tempus metrum est mo- Te. c. 114.
tus, & eius quod mouetur: mensurant autē motum in determinando quendā motum, q mensurabit totum, sicut longitudinem cubitum in determinando aliquā magnitudinem, quæ remetietur totam: & est motui in tēpore esse mensurari tempore & ipsum & esse ipsius &c.

Quæstio

QVAESTIO XXIIII.

An Motus in eo quòd quantum mensuretur à Tempore.



Væritur hic breuiter, Vtrum tempus mensuret motum, fm ꝙ quãtus est. Arguitur primo ꝙ non: quia, si sic, cum quantitas motus non sit alia à quantitate temporis, tunc tempus mensuraret seipsum: quod est inconueniens. Item, quod mensurat motu non mensurat motum: sic enim idem seipsum mensuraret, quod est falsum: sed tempus mensurat motu, fm Arist. in litera, quare &c. Item, mensura debet esse notior mẽsurato, vt patet Decimo Metaphy. sed tempus non est notius motu, cũ motus sit subiectum temporis, & subiectum est notius accidente. Vnde & in definitione temporis ponitur motus: quod non esset, nisi motus esset notior tempore: quia omnis definitio est ex notioribus: quare &c.

Tex. c. 2.

OPPOSITVM dicit Aristo. hic.

CONCLVSIO.

Tempus mensurat motum, quatenus quantum quoddam est.

Conclusio responsiua, Tex. c. 2.

AD quæstionem breuiter dico, ꝙ tempus mẽsurat motum, fm ꝙ quantus est: quia mensura est vnigenea mensurato: & hoc patet in Decimo Meta. & habita est à Commen. bis in isto cap. sed motus nõ est vnigeneus tempori, nisi fm ꝙ quantus est. nam quãtum ad perfectionem diminutam est in genere qualitatis, aut vbi, & sic nõ est vnigeneus tempori: aut in genere quantitatis permanentis, quantum ad augmentationẽ: & non est proprie vnigeneus tẽpori, cum tempus sit successiuũ: ergo relinquitur, ꝙ motus proprie mensuratur tempore, fm ꝙ quantus, quantitate successiua. Sed intelligendũ, ꝙ tempus mensurat motum per se, vt dicit Commen. & è conuerso, differenter tamen. nanq; tempus mẽsurat motum per se, vt dicit Commen. motus autem mensurat tẽpus per accidens: quod forte sic est intelligendum, ꝙ frequentius & in maiori parte tempus mensurat motum, q̃ è conuerso: frequentius enim contingit, ꝙ quantitas temporis aliqua replicabilis sit notior quantitate aliqua tota motus q̃ è conuerso. & sic tunc tempus mensurat motũ. Vnde, si quis ignorat quantus sit motus ambulationis vsq; ad Romam, notificabitur ei per tempus notum aliquoties sumptum, vt pote per diem, dicẽdo, ꝙ fit centũ dierum, vel hmõi. Rarius autem & in minori parte contingit tempus mẽsurari motu. Et hoc sic accidit. Cum. n. alicui ignotum est tempus alicuius motus, & ei notum ẽ aliquod spatium pertransibile motũ, tunc per replicationem illius spatij pertransiti notificabitur ei tempus illud. verbi gratia, si alicui esset ignotum tẽpus mensurans motum calefactionis, & sit ei notum milliare pertransitum, tunc dicetur, ꝙ tanto tempore fit calefactio, quo duo miliaria fuerint pertrãsita vel fuissent in illo tempore, & sic per ipsum motum notificabitur ei tempus. Et hoc accidit aliquando hominibus, qui dormiuerunt, volentes. s. scire vel cognoscere quanto tempore dormiuerunt, considerant per quãtum spatium Sol motus esset. & fm hoc iudicant de quantitate temporis in quo dormiuerunt. Si enim inceperint dormire in meridie & in fine suæ dormitionis videant in occidente Solẽ, tunc cognoscunt se dormiuisse per longum tempus. & sic in similibus. Vlterius notandum fm Commen. ꝙ tempus aliter mensurat motum primum, & aliter alios motus. mẽsurat enim motum primum sicut forma in re, i. sicut forma existẽs in eadem re in qua est ipse mot⁹ primus, s. in primo mobili, & loquitur de tẽpore primo & principaliter dicto: sed mensurat alios motus, sicut numerus, & sicut mensura extrinseca. Quòd autem tempus mẽsuret motum, fm ꝙ motus est quantus, hoc plane docet Commen. commen. 38. vbi dicit sic. Et, cum consyderatum fuerit de mensuratione motus à tempore, apparebit ꝙ non mensurat rem motam fm ꝙ mota simpliciter, verbi gratia, substantia aut

Com. 112.

G

H

Tps diuersimode mensurat motũ.

Com. 129.

E quantum aut æquale aut aliud modorum essendi: sed fm hoc motus est in prædicamento passionis, s. motus fm ꝙ motus: sed fm quantitatem accidentem motui. Verum est ꝙ in aliquibus commẽtis litera est ibi incorrecta. Sed ꝙ hæc sit intentio Commen. patet in eodem commento, vbi sic dicit: tempus mensurat ens fm ꝙ motum aut quiescens non simpliciter, sed fm quãtitatem accidentem motui & quieti. Et est hic intelligendũ ne oporteat de hoc fieri quæstionem, ꝙ ipse motus primus, quantum ad suã totalitatem non mensuratur: quapropter illud solum mẽsuratur tempore, quod exceditur ab ipso, vt docet Aristo. in litera. Modo, constat ꝙ motus æternus non exceditur à tempore: quare &c.

Rñsiones.

AD rationes. Ad primam dico, ꝙ tempus vno modo sumptum mensurat ipsum tempus alio modo sumptum: aliqua enim pars temporis, quæ est tempus, & est nota mensurat tẽpus maioris quantitatis, quod erat ignotum, vt dies mensurat septimanã, & septimana mensem,

F & sic de similibus: & hoc non est inconueniens. Ad aliũ patet ex dictis. Ad aliud dicendum, ꝙ tempus non est passio ipsius quantitatis ipsius motus, immo est essentialiter quantitas ipsius motus, vt dictum est, est autem notius, vt mensurat seipso vt mensurato: & cum dicitur, ꝙ tempus est passio motus, & per consequens motus est notior ipso tempore: dico, ꝙ temp⁹ est passio motus, qui est perfectio diminuta, cuius vna pars generatur post aliam partem: est enim quantitas fluens, vel ipse fluxus continuus huius perfectionis aliquo modo. Sed, si sumatur motus pro ipso fluxu, sic tempus non est eius passio, immo est ipsummet tempus.

Tex. c. 118.

Quoniam autem tempus est mẽsuratio, erit & quietis metrum secundum accidens: omnis enim quies in tempore est &c.

QVAESTIO XXV.

An Tempus sit Mensura Quietis.



Ic quæritur, Vtrum tempus sit mensura quietis. Arguitur primo ꝙ non, quia nõ entis, non dicitur esse mẽsura realis: sed ipsa quies, est non ens, cum sit priuatio motus: & tempus est mensura realis: ergo &c.

OPPOSITVM vult Aristoteles in litera.

CONCLVSIO.

Quies, quæ est Priuatio motus, necessario tempore mensuratur per accidens.

Conclusio responsiua.

DIcendum, ꝙ quies mensuratur tempore, quod patet ratione Arist. in litera. nam quies est priuatio motus in subiecto apto nato moueri: nõ enim oẽ immobile quiescit, sed priuatum motu, aptum autem natum moueri: & sic patet, ꝙ quies est priuatio &c. talis autem priuatio mensuratur tempore: quæ scilicet est priuatio alicuius mensurati tempore: quare &c.

Modus autem, fm quem quies mensuratur tempore, talis est. contingit enim, ꝙ, cum aliquod mobile quiescit, simul existente quiete illa, est motus in alio mobili: & ille alius motus mensuratur tempore aliquo: & sic illa quies mẽsuratur tempore, quæ simul cum illo motu existit. vnde quies mensuratur tempore per accidẽs, in quantũ motus aliquis qui est dum quies est mensuratur tempore: & tantam quantitatẽ intelligimus esse quietis quanta quantitas motus: quo existente est illa quies. vt, si quiescente aliquo mobili aliud mobile mouetur in tribus horis, dicimus, illud mobile quieuisse tribus horis, similiter autem & in alijs. Sed obijcies, eodem modo posset dici, ꝙ linea vel albedo mensuratur tempore, quia ipsa albedo vel linea est, dum motus aliquis est in tempore mensuratus: & sic albedo & linea mensuratur tempore. Dico, ꝙ non est simile: quia linea vel albedo non est priuatio alicuius mensurabilis à tempore, nec subiectum existens in linea vel albedine: nec est in potentia ad aliquid oppositum eius

Obiectio.

Responsio.

mensurabile

mensurabile tempore: quies vero est priuatio alicuius mensurabilis tempore, & subiectum quiescens est in potentia ad aliquid, quod est mensurabile tempore, scilicet ad motum: quare &c.

Rñsiones.

AD rationem patet ex dictis. quies enim non est omnino non ens, sed non ens in subiecto, vt dictum est. Si autẽ esset pure non ens, vt chimera vel huiusmodi, non mensuraretur tempore.

Tex.c.118.

Mutatio autẽ omnis à natura remotiua est, in tpe autem omnia fiunt & corrũpuntur &c.

QVAESTIO XXVI.

An Motus sit per se causa corruptionis.



Væritur hic, vtrũ motus sit causa per se corruptionis. Arguitur q nõ: quia, si motus esset per se causa corruptionis, hoc esset pro tãto, quia mobile, dum mouetur, recedit ab aliqua dispositione, quam prius habebat, ita q aliqua dispositio corrumpitur in mobili dum mouet. sed propter hoc non est dicendum, q motus sit causa per se corruptionis. quia sicut mobile, dum mouetur in tempore, corrũpitur aliqua dispositio, quæ prius erat, sic mobile, dum mouetur, acquirit in ipso aliqua dispositio, quã prius non habebat: & sic pari rõne, motus esset per se causa generationis, sicut corruptionis: cuius oppositum vult Aristo. hic. quare &c. Item, generatio non est p se causa corruptionis: hæc videtur vera per se, quia unum oppositorum non videtur esse per se causa respectu alterius: generatio autem & corruptio opponuntur. modo, ipse motus est generatio, sm Commẽ. in Tertio huius, vbi dicit, q motus est generatio vnius partis &c. Item, illud, q̃d magis essentialiter habet habitudinem ad illud quod generatur, q̃ ad aliquid quod corrumpitur, videtur magis esse causa generationis q̃ corruptionis: hæc videtur manifesta. sed motus magis essentialem habet habitudinem ad aliquid quod generatur, quàm ad illud quod corrumpitur. motus enim dicitur esse idem essentialiter cum termino ad quẽ, vt patet in Quinto huius, & Tertio. & non cum termino à quo: modo, in mobili, dum mouetur, generatur terminus ad quem, vt manifestum est, & terminus à quo corrumpitur: quare &c.

Com.4.
Tex.c.9.
Tex.c.4.

OPPOSITVM arguitur p Arist. in litera. Dicit enim, q destructionum mutatio per se est, generationis & ipsi⁹ esse est sm accidens. Et idem dicit Commen. ibidem.

CONCLVSIO.

Motus secundum se, causa est corruptionis, vt vero instrumẽtum, est etiam generationis causa.

AD quæstionem intelligendum, q sicut pluries assumptum est, motus vno modo accipitur pro forma, cuius vna pars generatur post aliã donec perficiatur, & sic est in tribus generibus, s. quantitatis, qualitatis, & vbi. alio modo sumitur pro transmutatione coniuncta cum tempore, vt dicit Cõmen. in Quinto huius, s. pro receptione continua successiua ipsius perfectionis. Et in ista transmutatione coniuncta cum tẽpore, i. receptione perfectionis cum successione continua est duo consyderare, s. ipsam receptionem, & quantum adhoc est in genere passionis: & ipsam successionem continuam seu fluxum continuum, & quantum ad hoc est quantitas, s. tempus, vt dictum fuit prius. Modo, quæstio ista non intelligitur de motu vltimis duob⁹ modis, s. pro receptione perfectionis & pro fluxu, sed pro perfectione recepta in mobili à motore. Et dicitur communiter ad quæstionem, q motus potest consyderari dupliciter. vno modo sm se, alio modo secundum q est instrumentum alicuius agentis intendentis aliquam formam in mobili producere. & primo quidem modo motus est causa corruptionis: vt dicitur, nam eo ipso, q aliquid mouetur recipiẽdo aliquam perfectionem, quam prius non habebat, corrumpitur in mobili dispositio aliqua, quam prius habebat, s. termin⁹

Cõmen. 9.

A à quo, qui contrarius est ipsi motui aliquo modo. Vnde & Arist. dicit, mutatio autem omnis à natura remotiua est. Et, si quærat, in quo genere causæ se habet ipse motus, qui est forma recepta ad ipsam corruptionẽ, dici potest, q se habet in genere causæ finalis aliqualiter. nam ad hoc ipsum agens corrumpit vnam formam, vt inducat aliam. Aliter potest dici, q se habet in genere efficientis propinqui. ut caliditas recepta in aqua dũ calefit destruit frigiditatem quæ ibi erat, similiter autem & in aliis. Corruptiua enim sunt adinuicẽ contraria sm Arist. in Quinto huius, & Primo & Secundo de Generatione. Si vero consyderet motus secundo modo, s. prout est instrũm agẽtis intendentis aliquem finem, sic potest esse quodammodo causa generationis alicuius formę, vel actus in mobili vel in aliquo alio, & sic est per accidens causa generationis: cum esse instrumentum alicuius agentis intendentis aliquam aliam formam accidat ei aliquo modo.

Tex.c.62.
Tex.c.51.
Conclusio Secunda.
Tex.c.24.

Rñsiones.

B AD primam rationem dico, q pro tãto motus dicitur esse causa corruptionis, quia mobile, dum mouetur, eo ipso quod mouetur, s. per ipsummet motum remouet à dispositione quam habebat. Sed quamuis dum mobile mouetur aliqua forma acquiratur in ipso & generetur, tamen ipse motus non est causa illius formæ: immo est ipsamet forma. si autem per ipsum motum proueniat ipsi mobili aliqua alia forma, sicut per motum localem dicitur in aliquo fieri caliditas, hoc causatur per accidens non omnino per se. similiter, cum aliquid alteratur recipiendo aliquam qualitatem, per istam qualitatem proprie & per se non generatur aliqua alia forma: sed, si hoc cõtingat, hoc est sm accidens: & ideo non est simile de generatione & corruptione quantum ad hoc. Ad aliam, cum dicitur, generatio &c. potest dici q verum est q generatio nõ est causa corruptionis illius eiusdem cuius est generatio, sed generatio vnius rei, vel vna res generata, bene est causa corruptionis alterius: & ideo, cũ motus sit generatio alicuius perfectionis, vel aliqua perfectio generata non est causa corruptionis illius & eiusdẽ perfectionis: sed est causa corruptionis alterius, s. sui contrarii. Corruptiua enim sunt sibiinuicem contraria, vt vult Aristo. ponamus igit q ignis calefaciat aquam, & eius frigiditatem corrũpat: quæro, vtrum sola caliditas, quæ est in igne, corrumpat frigiditatem aquæ, aut caliditas recepta in ipsa aqua. Si diceretur q caliditas existens in ipso igne immediate omnino corrumpat frigiditatẽ, quæ causatur in aqua, hoc non videtur: quia caliditas, quæ est in igne, non est contraria frigiditati, quæ est in aqua: contraria enim nata sunt fieri circa idem subiectum. modo, constat q caliditas, quæ est in igne, non est nata esse in aqua, nec vnquam recipitur in aqua. & sic vnum contrariorum nunquam corrumperet reliquum. Si autem dicatur, q caliditas recepta in aqua corrumpit frigiditatem præexistentem in ea: cum huiusmodi caliditas sit motus pro forma, sequitur, q mot⁹ est causa corruptionis. de hoc bene consydera. Ad aliam

C

Generatio ẽ causa corruptiõis sui contrarii.

D cum dicitur, illud, quod magis essentialiter &c. potest negari. nam forma substantialis rei generabilis habet essentialem comparationem ad id quod generatur, cũ ipsa sit illud quod primo generatur, q̃ ad illud quod primo corrumpitur: & tamen ipsa forma substantialis nõ est causa generationis, saltẽ actiua, immo ipsum generãs, ideo non valet illa ratio. Ex hoc autem, q motus est causa corruptionis per se, tempus autem est numerus ipsius motus: sequitur q illud, quod proprie est in tempore, aliquo modo corrumpitur in tempore. Et, quia æterna, secundum q huiusmodi, non corrumpuntur, ideo ipsa æterna, secundum q æterna sunt, non sunt in tempore, secundum doctrinam Aristo. in litera: quare &c.

Dignum autem consyderatione, quomodo tempus se habet ad animam, & propter quid in omni videtur esse tempus, & in terra, & in mari, & in cœlo, aut quia motus passio quædã est,

Te.c.130.

vel habitus numerus existens. hæc aũt mouentur omnia: in loco enim omnia sunt, tp̃s autẽ & motus simul sunt & ſm potentiam, & ſm actũ.

QVAESTIO XXVII.

An Tempus sit extra animam humanam.



Tex. c. 4.

HIc quæritur, vtrum tempus sit extra animã humanã. Arguitur primo q̃ sic: q̃a quod est in prædicamento est ens extra animam, vt videtur velle Arist. in Sexto Metaphy. sed tempus est ens io prædicamẽto, vt vult Arist. in Prædicamentis: ergo &c. Item, si tempus haberet esse ab anima tũc esset de cõsyderatione Logici: Logicus enim consyderat entia rationis, vt communiter dicitur: sed hoc falsum est, quia ipsum tempus pertinet ad Philosophum naturalem: ergo &c. Item, si sic tunc in definitiooe eius deberet poni anima. Nam sicut in definitionibus rerum naturalium ponitur materia & in definitione rerum diuinarum poоitur Deus vt vult Commen.

F

Com. 3.

Sexto Metaphysicæ, sic in defioitionibus eotium ab anima debet poni anima: cũ causa per se propria debeat poni in definitione causati. Item, illa passio noo est ab anima oostra, cuius subiectum proprium nõ est ab anima nostra: hæc est manifesta. sed subiectum proprium tẽporis noo est ab anima, sed præter animã humanam: motus. n. primus, qui est subiectum tẽporis, saltem primo & principaliter dicti, oõ est ab anima nostra: immo sufficienter est ab intelligentia & ab ipso mobili primo: ergo &c.

Com. 131.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Commen. vult enim, q̃ tempus noo habet esse perfectum & actu nisi per animam oumerantem prius & posterius in motu. Itẽ, discretio continui manente eius cootinuitate noo est nisi ab anima: quia, si esset extra animam, tũc vnum & idem simul esset continuum & discretum realiter: quod est absurdum. sed tempus est discretio partium motus, quæ realiter sunt sibi adinuicem continuæ: ergo &c.

G

CONCLVSIO.

Tempus, si pro materiali significato sui sumatur, est actu præter animam, formaliter autem non, sed ab anima est, & in potentia.

DImissis omnibus alĳs opinionibus, dico ſm intentionem Commen. q̃ tempus est compositum ex quantitate cootinua & quaotitate discreta: nõ sic intelligeodo, q̃ tempus sit aliquod vnum ens per se, vnũ compositum ex istis duabus quantitatibus tanquam ex partibus essentialibus & per se: hoc enim esse impossibile manifestum est cuilibet parum exercitato: quia ens per se vnum non constituitur ex diuersis speciebus eiusdem prędicamenti. sed sic est, q̃ hoc oomen tẽpus significat duo entia, quorũ vnum est sicut materia, quia aliquam similitudioem & conuenientiam habet cum materia, & aliud est quasi forma, quia habet aliquam similitudinem & cõuenientiam cum ipsa forma. Vode, siquis vtatur hac distinctione, q̃ tempus potest consyderari quantum ad suã materiam, vel quantum ad suam formam, oon est intelligeodum q̃ hæc sit distinctio totius essentialis io suas partes essentiales, sed est distinctio oominis in sua significata æquiuoce, aut ſm analogiam importata. Significatum autem temporis, quod est sicut materia respectu alterius, est ipse fluxus continuus, cuius vna pars est prior & alia posterior, & per cõsequens vna pars oon est alia, sed vna est extra aliam, & sunt aptæ natæ oumerari & distingui per animam. Significatum autem tẽporis, quod est sicut forma, est ipsa actualis discretio hmõi partiũ seu diuisio.

H

Tp̃s significat duo, alterum sicut materiã, alterum sicut formam.

Si quis autem quęrat, propter q̃d ille fluxus continuus dicit̃ sicut materia respectu discretiõis & diuisionis actualis, causa potest esse, q̃a sicut materia quodãmodo prior est hac forma, generatioois via, sic ipse fluxus continuus est aliquo mõ prior ipsa discretione & distinctione actuali, & sicut hæc materia bene potest esse sine hac forma &

E

non è conuerso, sic fluxus cõtinuus potest esse sine actuali discretione aut diuisiooe suarum partium. Sed ipsa diuisio actualis & discretio non potest esse nisi sit ipse fluxus continuus, cuius vna pars est extra aliam. propter has igitur & huiusmodi causas vnum istorum entium significatorum hoc nomine tẽpus, & est sicut materia respectu alterius, & reliquum est sicut forma. Itẽ, si linea, quæ est cootinua diuidatur & fiat discreta, manifestum est tunc, q̃ partes lioeæ se habebuot sicut materia & subiectũ respectu ipsi⁹ discretionis seu diuisioois: & ideo similiter, cũ fluxus continuus diuiditur & discernuntur partes ipsius, ipse fluxus & partes eius se debẽt habere ad modum materiæ, & discretio ad modum formæ. fluxus enim continuus similis est quodammodo lioeæ, & discretio eius seu diuisio diuisioni lineæ. Quòd autem hoc nomen tẽpus ista duo entia significet, hoc probari nõ debet, oec potest nisi per vsum & consuetudinem illorum, qui exprimunt conceptum mentis hoc nomine tempus. inueniuntur. n. aliquæ propositiones, quæ non possunt proprie esse veræ, nisi hoc nomen tempus accipiatur vno istorũ modorum, & aliæ alio modo. Et propter inaduertentiam huius distinctionis aut debiti modi intelligendi eam inueniunt aliqui solennes viri negasse Commen. qui tamen io alĳs dictis ipsum Commentatorem approbant & sequuntur. melius autem & decentius puto isto modo intelligere distinctionem præmissam, & ſm eam concordare verba Arist. & Commen. q̃ in præiudicium Arist. & Cõmen. vnam partem solum ponere. Vlteri⁹ accipio, q̃ omne causatum ab aliquo agente per se est io illo agente per se quodammodo in potentia actiua: & hoc nihil aliud est q̃ ipsum agens per se habere potentiam actiuam sui effect⁹, sicut formam esse in materia in potẽtia nihil aliud est realiter q̃ ipsam materiam habere potentiam receptiuã formæ. Et propter hoc dicit Arist. in Secundo de Generatione, q̃ formæ omnium sunt in terminis, id est in corporib⁹ cœlestibus, in quibus est terminus totius machinę corporalis. & hoc pro taoto verum est, quia corpora cœlestia sunt primo agentia corporea omnium istorum inferiorũ. Et Commen. in Duodecimo Metaphy. dicit, q̃ omne extrahens aliquid de potentia ad actum, necesse est vt in eo sit aliquo modo illud quod agens extrahit. agens autẽ verum ſm Arist. est illud quod extrahit illud quod erat in potentia ad actum, vt dicit ibi Commen. io eodem Duodecimo. & propter hoc dicit idem Commen. in Duodecimo, q̃ formæ istorum ioferiorum habent esse io potentia in motoribus corporum cœlestium. conceptus autem intellectuales, quos habet anima humana de rebus sensibilibus, causati suot à rebus intelligibilibus mediaotibus phantasmatibus earuodẽ, vt patet in Tertio de Aoima, & in multis alĳs locis. & ideo sequitur, q̃ ipsi sunt in rebus quodammodo io potentia actiua. Qualiter autem et à quo alio agente fiant actu intellectę, postquam erant in potentia, habet inquiri in Tertio de Anima. & sicut ipsi conceptus causati sunt à rebus, sic eorum discretio & distinctio est ab ipsis rebus quodammodo.

F

Agens hẽt potẽtiã sui effectus.

Tex. c. 49.

G

Com. 18.

Com. 18.

Tex. c. 30.

H

Tunc dico ad quęstionem tria, primo q̃ tempus, quantum ad illud quod significatur hoc nomine tempus, sicut materiale, est actu præter animam. Secundo dico, q̃ ipsum tp̃s, quod est formale significatum huius nominis tẽpus non est actu præter animam, sed ab anima. Tertio dico, q̃ istud idem significatũ est extra animã io potẽtia.

Primum probatur faciliter: quia fluxus cõtinuus, quo mobile fluit de vna parte perfectionis ad aliam, est actu pręter animam: hoc est manifestum. nam, si nullus homo intelligeret, adhuc cœlũ flueret de vno vbi ad aliud vbi: & illud, quod calefit, flueret actu de vna parte caliditatis ad aliam. sed hmõi est tempus illo primo modo sumptũ, s. significatum temporis, quod se habet vt materia & respectu alterius, vt dictum est: quare &c. & illud tempus est numerus, id est res numerata: quæ est prius & poster⁹ in motu, de isto loquit̃ pluries Aristo. in litera. Et probat̃

satis bene per tertiam rationem superius inductam. cum enim subiectum proprium ipsius fluxus, scilicet mobile, habens in se aliquam perfectionem diminutã, cuius pars generatur post partem non fit ab anima, sed præter animam: sequitur, q etiam ipse fluxus non fit ab anima nostra, & sic etiam non est aliquod ens actu, quod est inconueniens: quia sic non esset in prædicamento. Aut est ens actu extra animam, & hoc est quod volumus. Secundo dico, q tempus secundo modo dictum, scilicet quod est significatum huius nominis tempus se habens ad modum formæ respectu alterius, non est ens actu præter animam, sed ab anima. Et hoc aliqui probant ratione Arist.

Tex.c.131. in litera, quæ talis est secundum literam nostram. Si impossibile est esse numerans, impossibile est numerabile esse: &, si impossibile est numerabile eẽ, impossibile est numerans esse: quia numerus vel est quo numeramus, vel est numerabile: ergo à primo ad vltimum, si impossibile est numerans esse, impossibile est numerum esse: sed, si impossibile est numerum esse, impossibile est esse tempus: quia tempus est numerus, vt dictum est prius. ergo, si impossibile est numerans esse, impossibile est tẽpus esse: sed nihil est numerus nisi anima vel animæ intellectus: ergo, si impossibile est animam vel intellectum esse, impossibile est tempus esse: & si hoc esse tẽpus dependet ab anima.

Impugnatio. Sed sine dubio hæc ratio non videtur esse demonstratiua. bene enim sequitur, q, si impossibile est numerans esse impossibile est numerabile esse. sed nõ sequitur, si numerans non est, numerabile non est: sicut bene sequitur. si impossibile est esse videntem impossibile est esse visibile. non tamen sequitur, si non est videns, non est visibile: nullo enim actu vidẽte, adhuc color esset visibilis: & sic, cum ipsum tẽpus sit numerus, idest res numerabilis, non sequitur, si anima non est: tempus non est. Item, constat, q, si impossibile est videntem esse, impossibile est visibile esse, & tamen non oportet, q visibile sit ab ipso vidente: similiter & in proposito. Si impossibile est animã esse, impossibile est tempus esse: sed non valet, ergo tempus est ab anima. Vnde diceretur q Arist. nõ vtitur illa ratione nisi vt probabili & disputatiua, non vt demonstratiua.

Alia rõ. Com.131. Sed ratio Commen. quę etiam est ratio Arist. s᷑m literam Cõmen. est efficacior, & est talis. cõmen.54. Cum numerans non fuerit, numerare non erit. & exponit dicens, cum res numerans, quæ est anima, non fuerit, tunc numerare, quod est actio numerãtis, non erit: &, cũ actio numerantis nõ erit, manifestum est, q numerus nõ erit. nam numerus aut est numeratũ, aut est actio numerantis in numerato, vt dicit, i. respectu numerati, vt obiecti. Et accipit vlterius, q manifestum est, q numerus nõ est numeratum. ex quo contingit, q est actio numerantis in numerato: & loquĩ de numero, qui est discretio actualis eius, quod realiter est continuum. ista enim discretio actualis eius, quod realiter est continuũ, non est nisi actio vel per actionem alicuius numerantis. sed certum est, q, si numerans non sit, actio eius non erit: ergo, si numerans non sit, numerus non erit: sed numerãs, illud supple, quod est realiter continuum, non est nisi anima uel animæ intellectus: igiẽ, si anima vel intellectus non est, numerus non erit: &, cum numerus non fuerit, nõ erit tempus: quod patet, quia ipsum tempus, quò ad formale significatum est discretio & diuisio actualis prioris & posterioris in motu: ergo, si anima non sit, non erit tempus. & hæc est ratio quam intendit Commen. & eam attribuit Aristo. Posset tamen breuiter formari ratio sic. numerus entis, quod realiter extra animam est continuum, ille dico numerus nõ est actu extra animã: sic enim idem esset simul continuũ & actu discretum, quod est manifestum impossibile. sed tempus quantum ad formale est numerus alicuius entis, quod realiter est extra animam actu continuum, s. fluxus continui. hoc enim intelligimus per tempus s᷑m vnam significationem ipsius: ergo &c. Et sic patet secunda conclusio. Tertium ostenditur, s. q tempus hoc modo di-

A ctum quodammodo est in re extra animãm in potentia: quia effectus cuiuslibet per se agentis est quodam modo in potentia in illo agẽte, vt supponebatur: sed ipsum tempus sic sumptum est effectus alicuius rei extra animã existentis, scilicet ipsius prioris & posterioris in fluxu, est. n. tempus aut ipsa comprehensio ipsius prioris & comprehensio posterioris, quibus comprehensionibus prius & posterius cognoscuntur seorsum & diuisim: aut aliquid consequens huiusmodi comprehensiones distinctas. nec est mirum quòd aliquid sit realiter continuum extra animam, & tamẽ anima intelligat eius partes seorsum & diuisim intellectionibus distinctis & diuisis, non continuis adinuicem. hoc enim plane Aristo. intendit in Tertio de Anima. capitulo, Indiuisibilium quidem igitur intelligẽtia &c. & quilibet experitur in seipso, non obstante q linea sit in se realiter vna & continua, tamen ipse potest intelligere seorsum & diuisim partes eius. & ideo dixit Aristote. ibidem. Seorsum autem vtrunq; intelligens dimidiorum diuidit & tempus simul tunc. Ista igitur distinctio & diuisio actualis comprehensionum, quibus anima comprehendit prius & posterius fluxus seorsum & diuisim dicitur temp⁹. Et hoc est formale significatum huius nominis tempus, vt dicebatur prius: igitur manifestum est, quòd huiusmodi tempus est extra animam in potentia, eò quód ipsa comprehensio intellectualis sic diuisa & discreta est effectus quodammodo ipsius rei sic cõceptæ, vt patet ex dictis. Quomodo autem diuersimode res mediante fundamento suo agit intellectionem suam & intellectus agens: videndum est in Tertio de Anima, sed non hic. Potest etiam probari ratione, quam innuit Commenta. quia nisi tempus haberet esse extra animam in potentia esset quid fictum, vt chimera aut hircoceru⁹: quod est inconueniens. Et propter hoc dicit Commenta. q esse temporis extra animam siue extra mentem est in potentia propter subiectum, i. obiectum proprium, scilicet propter motũ: sed esse eius in anima est esse eius actu, scilicet quando anima egerit illam actionem in subiecto præparato ad recipiendum eam, scilicet actionẽ, quæ est numerus: & in fine commenti cum dicit, q, si anima nõ fuerit, non erit tempus in actu. prius enim & posterius numerata in potentia sunt tempus in potentia, ipsa vero numerata in actu sunt tẽpus in actu. Et quia supple non sunt actu numerata nisi per animam: ideo &c. Quòd autem ista sit intentio Commenta. patet in multis eius verbis in isto capitulo primo. in secundo commen. huius capituli. dicit, esse temporis & motus nõ est completum actu extra animam, sed esse eorum completur ex actione animæ, & eò q est extra animam ex eis. Et de tempore quidẽ satis patet ex prædictis qualiter est intelligendum: de motu uero multi dubitant, quia qualitercunq; sumatur motus siue pro perfectione fluente siue pro ipso continuo fluxu videtur esse ens actu extra animã. Et breuiter dico ad præsens q motus quantum ad simultatem partium non est actu extra animam, sed solum in anima actu. Et sic est intelligendum de motu, q sit per animam. quamuis enim partes ipsius motus sibĩnuicem succedant in re extra animam, tamen anima potest intelligere ipsum totum simul & indiuisibiliter. Item, in secundo commento dicit, q Arist. voluit significare, q tẽpus non habet esse extra animam intelligendo, vt dictum est. Item in. 15. commen. dicit, q tempus est numerare numerum motus: numerare autem motum actio est animæ. Itẽ, in principio. 22. commenti dicit, q tempus est numerus motus secũdum quòd mens accipit ipsum, vt habens partes priores & posteriores. Ipsa itaq; discretio acceptionum prioris & posterioris est ipsum formale tempus. Præterea in commento. 23. dicit q nihil de tẽpore est extra animã nisi motus: & subdit q tempus non sit nisi quando mens diuidit motum in prius & posterius. Si ergo omnia hæc verba Commentatoris possunt rationabiliter verificari per distinctionem supra positam, modus intelligendi eã mul-

Aia intelligit cõtinuũ discrete.

Tex.c.21.

Alia ratio conclusio. Com.131.

Com.11.

Mot⁹ non ẽ actu extra animam.

Com.11.

Com.102.

Com.101.

Com.119.

to honestius est sic ponere quàm irreuerenter tot verba tanti Philosophi negare. Scio enim & certus sum ꝙ nullus expositorum Aristo. adeo profunde & subtiliter habuit mentem Aristo. vt iste.

Dubitatio prima. Dubitationes autem occurrunt cōtra hanc positionē. Primo, quia ſm istam positionē videtur, ꝙ tempus mensuret motum, ſm ꝙ est ens in anima, & non secundũ entitatem suam extra animam: quod est ridiculũm. quod sic sequi videtur. nam tempus mensurat ipsum motum, ſm ꝙ est quid reale distinctum ab ipso motu, & quidditatiue, & non ſm ꝙ est idem cum ipso motu, vt dicunt. si igitur tempus extra animam non est nisi motus ipse, vt vult Commē. & solum est distinctum ſm esse quidditatiue ab ipso motu secundum esse in anima, vt videtur velle: videtur, ꝙ tempus prout est ens extra animam, nō mensurat ipsum motum: & sic, aut omnino non mensurat motum, aut mensurat ipsum ſm esse quod habet in anima: quorũ vtrunq; est absurdum: quare &c.

Secunda. Item, ſm istam positionem sequitur, ꝙ tempus secundum suum esse reale nō est passio motus, nec in motu, vt in subiecto: nihil enim ē passio suipsius, nec in seipso, vt in subiecto. tempus autē secundum illud, ꝙ ipsum est realiter, non est nisi motus, vt dictum est: quare &c.

Tertia. Item, secũdum istam positionem sequitur, ꝙ multa tempora æqualia, quorum vnum non est pars alterius sint simul: contingit enim ꝙ diuersi homines simul numerēt prius & posterius ipsius motus, & eorum numerationes possunt esse æquales & simul entes, & vna nō ē pars alterius, vt manifestũ est: & sic plura tempora simul erunt, quorum vnum non est pars alterius, quod videtur esse contra Aristo. in litera.

Tex. c. 90. Quarta. Item, contra hoc, quod dicit Commen. 88. commento, ꝙ tempus non fit nisi quando mens diuidit motum in prius & posterius: Pono, ꝙ nullus diuidat actualiter primum motum in prius & posterius, nisi vnus homo tantum. & pono vlterius, ꝙ omnes homines currant: quæro, si ille cesset diuidere motum, vtrum cursus ipsorum hominum adhuc mensuretur tempore, aut non. si sic, hoc est inconueniens: quia, postquam iste cessat diuidere motum, & nullus alius ipsum diuidit: ergo non est motus in actu, & sic non mensurat motus illos. si dicatur ꝙ tunc tempus non mensurat actu cursus, & tamen prius mensurabat, s. cum ille in mente sua diuidebat motum, hoc est omnino absurdum: quia per defectum illius diuisionis nihil innouatur aut abijcitur circa motum primum, & circa cursus: ergo &c. Et, si quis diceret, ꝙ ipsi cursus nō mensurarentur tempore in actu, sed tempore in potentia: contra hoc est, quia, cum tēpus ipsum in potentia non sit nisi motus: sequitur, ꝙ motus mensurabit seipsum: quod est inconueniens.

Quinta. Item, mirãtur multum de hoc, quod Commen. dicit, ꝙ tempus est ens in actu per hoc, ꝙ anima agit hãc actionem, s. numerũ in subiecto præparato. Actio enim immanens in anima non pertingit ad motũ primum, nec ad eius partes: cũ ergo actio animæ sit immanens in ipsa anima, vt manifestum est in proposito: ideo nō recipitur in ipso motu, nec in eius partibus ſm esse realis existētiæ.

Sexta. Item, ſm istam positionem sequitur, ꝙ quilibet potest facere diem esse tempus in actu, vel non in actu, vel omnia alia: quæ omnia sunt inconuenientia. Propter hoc igitur & similia, quæ ad hoc adducuntur, Dixerunt aliqui se nō intelligere Commen. & posuerunt, ꝙ tempus, quantum ad nullum esse sibi debitum dependet ab anima nostra. Sed sine dubio omnia ista faciliter soluuntur visis & intellectis prædictis, salua tamen reuerentia illius vel illorum, qui in istis sunt ligati.

Responsio, Ad primũ. Ad primum dubium breuiter dicēdum, ꝙ tempus bene mensurat motum ſm ꝙ ipsum tēpus est ens extra animam: &, cum dicitur, ꝙ tempus non mensurat motum, nisi ſm ꝙ differt quidditatiue à motu, hoc nego: immo ipsum tempus, quod mensurat ipsum motũ proprie est idē essentialiter cum motu, vt prius dictum fuit. Et Arist. te-

Com. 131. statur in litera dicēdo, extra enim metrum nihil aliud esse

E videtur, quod mēsuratur: ſm autem multa metra totum: „ quasi dicat, totum mensuratũ nihil aliud est, q̃ multa metra, i. q̃ multæ mensuræ. Et hoc aperte dicit Cōmen. ibidem, mensura in quolibet non est extra genus mensurati: sed totum mensuratum est plures mensuræ. verbi gratia, Ipsum vnum nō est aliud à numero, sed numerus est plures vnitates. Et, cum dicitur: ergo idem mēsurat seipsum: hoc est solutum prius pluries, & ibi recurras. Nihil enim inconueniens est, ꝙ motus ſm vnam sui partem notam mensurat aliquam notã quantitatem motus ignotam, notificando numerũ partium eius. Et hoc videt velle Arist. Tex. c. 111. in litera in principio illius capituli. Q̃m autem tēpus metrum motus. dicit enim sic. mēsurat enim motum. „ supple ipsum tempus, in determinando quendam motum: id est in essendo determinate quēdam motum notum quo mensurabit totum, sicut longitudinem cubitus in determinando aliquam magnitudinem, quæ remetitur totũ. hoc igitur modo tempus mensurat motum: quia accipitur aliqua

F pars determinata motus, quæ est essentialiter tempus, licet differt ſm rationem, vt dies, aut hora: & illa pars aliquoties sumpta reddit quãtitatem illius totius motus: & sic multa metra totum ſm Arist.

Ad secũdũ. Ad aliud dubium dico, ꝙ tempus, quantum ad suam entitatem extra animã, non est passio motus, nisi sumatur motus pro ipsa perfectione diminuta, vel pro receptione eius, quæ est passio. his autem modis sumpto motu, tēpus bene est passio motus, s. quantitas successiua & fluxus eorum. Sed, si capiatur motus pro fluxu continuo, sic sine dubio tempus non est eius passio, sed est idem essentialiter cum eo, differens solum ſm rationem, modo prius dicto. Tp̄s non est passio motus. Iste enim fluxus dicitur motus, vt est quidam act⁹ mobilis à motore, & dicitur tempus, inquantum habet partes, quarum vna est prior, & alia posterior, & sunt numerabiles adinuicem. Vnde tempus ſm definitionem, in qua nō est dubitatio: vt dicit Commen. est numeratum prioris & posterioris existentium in motu: huiusmodi autem numeratum non

G est aliud nisi pars prior & pars posterior ipsius fluxus, ut sunt aptæ natæ numerari & distincte accipi.

Ad tertiũ. Ad aliud dico breuiter ad præsens, ꝙ, si loquamur de tempore pro suo formali significato huius nominis tempus exponendo modo prædicto, s. pro numeratione & distinctione prioris & posterioris, sic nihil est inconueniēs multa & plurima tempora esse simul: quorum vnum nō est pars alterius. Tp̄a plura possunt esse simul. si vero recipiatur tempus pro materiali significato, s. pro ipso fluxu sic videbitur post, vtrum possint, & quomodo plura alia tēpora simul esse ſm Aristo. & Commentatorē.

Ad quartũ. Ad aliud dico breuiter, ꝙ, si multi homines currunt, cursus eorum proprie mensurantur tēpore, quod est pars vel quantitas cōtinua successiua, s. fluxus continuus. Et, cum dicitur, hoc modo tempus est idē quod motus, & sic tandem motus mēsurabit motum: dicendum, ꝙ hoc nullũ est incōueniens, dummodo intelligatur, vt debet intelligi: & hoc explanatũ est prius sufficien-

H ter. Et est aduertendũ, ꝙ illi, qui induceunt istas obiectiones contra Commen. bene concedunt, ꝙ tempus nō mensurat motum nisi ſm quantitatem ipsius motus. Et, cũ instatur eis: ergo cum tempus sit quãtitas motus, vt ipsi & concedunt, sequitur, ꝙ tempus mensuret tempus. dicũt, ꝙ hoc nullum est inconueniens: diuersimode tñ sumitur tp̄s, vt mensurat, & vt mēsuratur. Et similiter dico, ꝙ motus, q est fluxus continuus mensurat motũ, aliter & aliter sumpto motu, modo p̄dicto.

Ad quintũ. Ad aliam, cum dicitur, ꝙ mirabile est, quod dicit Commē. animã agere tempus in subiecto præparato &c. dico, ꝙ hic est deceptio ex æquiuocatione huius nominis subiectum. nã subiectum, qñq; sumitur pro materia, cui aliquid inest, vel inhæret, qñq; pro obiecto. quod terminat aliquã operationem, uel actũ alicuius potentiæ cognoscitiuæ. Subiectum capit dupliciter. Et ꝙ primo modo sumat notũ est omnibus: & ꝙ sumat secundo modo, notũ est ex litera Arist. in Secundo de Ala. cap. de Sensu cōi in principio, vbi dicit sic. Vnusquisq; quidē igit sensus subiectũ Te. c. 144.

sensibilis

sensibilis est, & discernit subiecti sensibilis differentias. A manifestum autem est quòd ibi accipitur subiectum pro obiecto. Sic potest dici in proposito, quòd Commentator intelligit sic, anima agit istam actionem in subiecto, idest respectu obiecti præparati ad recipiendum eā, idest ad terminādum istam actionem: & hoc est verissimum. anima enim non exercet istam operationem, scilicet intelligere aliqd discrete & diuisim, nisi respectu obiecti præparati, idest apti nati sic intelligi, scilicet quia habet partes diuersas, quarum vna est extra aliam. nō igitur est intellectus Commentatoris quòd anima agit istam actionem, idest numerationem prioris & posterioris in subiecto præparato, ita quòd ipsa actio recipiatur in ipso motu, & ipsum motum informet, quis enim hoc posset credere fuisse sententiam tanti Philosophi, & qui ita profunde nouit substantiam & operationem intellectus speculatiui? uerecundum est asserere hoc fuisse intentionem eius, sed modo prædicto: & isto modo loquendi vtitur Com-

Cōmen., s. B mentator in Procemio de Anima, vbi dicit, ꝙ intellectus facit vniuersalitatem in rebus, idest respectu rerum: ita ꝙ ipsæ res intellectæ terminant actum intellectus vniuersaliter intelligentis, non autem sic quòd ipsa vniuersalitas recipiatur in rebus subiectiue, & inexistat eisdem. Itē,

Obiectio. siquis faceret vim in verbo, qa dicit, in subiecto apto nato ad recipiendum illam actionem. in hoc enim videtur excludere istam expositionem, quòd accipiat subiectum pro obiecto, eò quòd obiectum non est natum recipere actionē intellectus speculatiui, & sic capit subiectum pro materia in qua.

Responsio, Dici potest, sicut diximus quòd sic est intelligendum, præparato ad recipiendum eam, idest apto nato ad terminandum istam actionem. Vel aliter possumus exponere verba Commentatoris, quòd anima agit istam actionē in subiecto præparato &c. idest intellectu possibili informato specie intelligibili ipsius prioris & posterioris: & hoc est verum. Nam sicut intellectio lapidis non fit in intellectu nisi sit dispositus specie intelligibili ipsius lapidis, vt concedunt quasi omnes. Intellectu autem disposito & informato specie intelligibili lapidis fit eius intellectio, vt habet videri in Tertio de Anima. sic hæc actio, scilicet comprehēsio prioris & posterioris diuisim & seorsum fit in intellectu possibili disposito speciebus intelligibilibus istorum cognoscibilium: & hoc non est inconueniens, vt puto.

Ad sextū. Ad aliam dubitationem, cum dicitur, quòd quilibet posset facere diem &c. Dico, ꝙ quilibet homo exercitatus in Philosophia potest intelligere diem distinguendo prius & posterius ipsius: & hoc est facere numerationem prioris & posterioris in motu existētium: quæ, si intelligantur per tempus, nullum inconueniens est, quòd quilibet intelligēs potest facere diem esse tempus in actu, idest quid numeratum in actu: licet non faciat diem esse fluxum in actu: immo sine operatione nostri intellectus esset fluxus actu, sed non est numeratus extra animam nisi in potentia, modo prius dicto, & sic manifestum est, ꝙ secundum intentionem Commentatoris, D tempus aliquo modo est extra animam in actu & aliquo modo non est extra animam, nisi in potentia actiua, & in anima est actu formaliter aliquo modo: homo igitur intelligens facit diem esse tempus in actu: non quòd nullo modo esset tēpus actu sine intelligere humano: immo actualiter esset tempus, quod est fluxus continuus, sed non esset tempus actu, idest numeratum & discretum & discontinuatum actu, nisi secundum animam: & sic facit dicere esse tempus actu, idest discretum actu, scilicet discrete discontinuatis intellectionibus intellectus.

Rūsiones. AD primam rationem patet ex prædictis: bene enim cōtingit ꝙ tempus pro aliquo suo significato est ens præter animam secundum opinionem communem, sed

Replica. alio modo potest esse ab anima. Sed obijceret aliquis: qa vnumquodq; magis est ponendum in prædicamēto per suum formale, quam per suum materiale, cum forma sit nobilior & magis ens quàm materia, si igitur tēpus quantum ad formale est quantitas discreta, & quantum ad suū materiale est quantitas continua, magis debet poni in genere quantitatis discretæ quàm continuæ. Ratio.

A Ad hoc potest dici, ꝙ, si aliquod vnum ens compositum est per se ex materia & forma, magis est in genere per suam formam, ꝗ per suam materiam: sic autem non est in proposito, sed solum est ibi materia secundum similitudinem quandam, & similiter forma, & non est quid compositum ex eis per se vnum. Item, potest dici, ꝙ vnumquodq; magis debet reponi in prædicamento per suum formale &c. si ambo sint entia realia extra animam actu, sed non est sic hic. Vtrum autem entia quæ sunt in intellectu nostro sint in prædicamento, bona inquisitio est: sed nō hic. Ad aliā dico, quòd, si definiatur ibi tempus pro formali significato huius nominis tempus, bene debet ibi accipi anima, ut dicatur, quòd tempus est numeratio vel numerus prioris & posterioris existentium in motu facto ab anima cognoscente ista seorsum & diuisim. nec intelligo, quòd ani-

B ma humana comprehendens prius & posterius diuisim & seorsum faciat quòd ipsum prius & posterius sint realiter extra animam diuisa & discontinuata, quemadmodum diuidens lignum facit ipsum esse discontinuatum & discretum: sed facit ipsum esse discontinuatum & discretum secundum consyderationem, ita scilicet, quòd consyderatio prioris non est continua omnino cum consyderatione posterioris, sed diuisa & discreta: & sic anima facit tempus secundum Commentatorem. Et per hoc possunt remoueri multæ dubitationes, siue obiectiones ex falsis imaginationibus procedentes. Ad aliam patet ex dictis. Contingit enim tempus vno modo esse ab anima, sed alio modo non.

Ad rōnes I oppositū. Ad rationem in oppositum patet per prædicta: contingit enim, quòd ipsum tempus, quātum ad aliquod suum significatum, est ab anima: & hoc est verum. tēpus enim, quod ē discretio & numeratio prioris & posterioris exi-

C stentium in motu est actu ab anima, & est extra animam in potentia, inquantum ipsum prius & posterius habent potentiam motiuam intellectus ad sui intellectionem discreta quoquo modo. Sed quærunt aliqui, vtrum illa potentia sit potentia essentialis vel accidentalis. Et breuiter potest dici, quòd neutra illarum est. Illa enim distinctio est intelligenda de potentia receptiua, sicut est potentia mobilis ad motum, vel subiecti ad formam. sed illa potentia, de qua loquimur, non est potentia passiua, sed magis actiua, eo modo quò obiectum habet potentiam actiuam in intellectu. Vel est dicendum, ꝙ est potentia essentialis & indiget ad hoc ꝙ sit in actu aliquo alio motore, scilicet intellectu: qui de potentia intellectu facit actu intellecto, vt habetur ex Tertio de Anima. Tex.,c.128

QVAESTIO XXVIII.

An Tempus unum sit apud omnia Temporalia.

D CONsequenter quæritur, Vtrum tempus sit vnum numero apud omnia temporalia.

Arguitur primo, quòd nō, quia vnum accidens numero non est in diuersis subiectis numero: hæc est manifesta. sed tempus est accidens temporalibus, non enim dicuntur temporalia, nisi à tempore eis accidente, vt videtur manifestum: ergo &c. Item, multiplicato vno relatiuorum multiplicatur & reliquum, in Prædicamentis: sed mēsura & mensuratum sunt relatiua, & tempus est mensura. Item, sicut se habet locus ad locata, sic tempus ad temporalia. per conuenientem similitudinem. sed non est vnus locus numero omnium locatorum, vt manifestum est ex Hoc Quarto: quare &c.

OPPOSITVM videtur velle Aristoteles in litera, & communiter dicitur, quòd vnum est tempus numero in cœlo, & in terra, & in mari, & vniuersaliter in omnibus temporalibus. Tex. c.130

tas à tempore, nec linea, nec superficies, nec locus, nec numerus, nec oratio, qua relinquitur quòd sit tempus. Tempus igitur primo & principaliter dictum est vnum numero omnium temporalium: & istud est quod consequitur vnum motum, scilicet primum motum tanquam subiectum, quod in sua definitione ponitur. Alios autem motus consequitur vel respicit tanquam mensura extrinseca, & ideo nō semper oportet quòd ipsum multiplicetur secundum multiplicationem illorum. Sed tempus secundario & per posterius dictum bene est in quolibet motu tanquam in subiecto & multiplicatur numeraliter secundum multiplicationem mobilium dum mouenť. Quòd autem tempus debeat dici secundum prius & posterius, supposito quòd consequatur quemlibet motū: huius plene testatur Commentator in commento penultimo, his verbis. Et aliquis potest quærere, quoniam nos videmus quòd prima mensura in rebus mensuratis est duob⁹ modis, aut mensura, quæ dicitur vniuoce cum mensuratis in illo genere, aut principaliter & secundario. Motus B igitur temporis cum primo tempore mensurante omnia alicuius est illorum duorum modorum. Dicamus igitur, quòd, si tempus consequeretur omnem motum, tunc primum tempus cum alijs temporibus diceretur principaliter, scilicet quòd mensurat: quemadmodum motus, quē sequitur, dicitur cum alijs principaliter. Si autem tempus totum sequitur motum corporis rotundi, tunc primo tēpus erit dictum cum tempore alio, quod mensurat vniuoce, sicut est dispositio in vnitate cū numero. hoc enim posito, tempus non mensuraret nisi tempus, quod est in primo motu: & totum illud dicitur vniuoce cum qualibet parte mensurante, vt dies & annus dicuntur tempus vniuoce. sed quòd tempus consequatur omnem motum continuum, ita quòd in omni mobili, dum mouetur motu continuo, est aliquod tempus subiectiue, ut probatum est superius: & videtur esse intentio Aristotelis & Commentatoris in isto Quarto si bene inspiciať. sed non multum innitor illis auctoritatibus, quia diuersi diuersimode possunt exponere eas: illæ vero rationes, quas induxi, faciunt me credere, tempus non esse vnum numero penitus. Protestor tamen, si per me vel per alium viderem earum solutionem sufficientem, tenerem aliam viam.

Rōsiones. Rationes in principio adductæ sunt pro me, specialiter prima & tertia. Sicut enim res non dicuntur ubicatæ nisi per vbi existens in eis subiectiue, sic nec videntur proprie dici temporales, nisi per tempus existēs in eis actu vel potentia: & hoc cōfirmat primam rationem. Et sicut est vnus locus communis omnium locatorum & principalis, scilicet sphæra vltima, in qua omnia corpora Tex. c. 14. continentur, & plura sunt loca specialia & propria, vt patet in isto Quarto sic non est remotum, quòd tempus primo & principaliter dictum sit vnum & commune omnium temporalium: & tamen tempus proprium vtriq; sit aliud & aliud numero. Sed secunda ratio plus concludere nititur quàm debet. cum enim dicitur multiplicato &c. potest dici, quòd verum est quātum ad respectus, quibus mensura & mensuratum se respiciunt. Sed illud, quod est mensura, potest esse vnum secundum se, quod mensurat plura mensurabilia, sicut vna vlna mensurat plures pannos, sic etiam vnum tempus primo & principaliter dictum est vnum secundum se & est mensura omnium aliorum temporum. Sed quantū ad respectus, quibus refertur ad diuersa mensurata, aliqualiter diuersificatur, vt substantia patris manens vna diuersis respectibus dicitur referri ad diuersos filios.

Quæstionum super Quartum Librum de Physico Auditu finis.

QVAESTIONES LIBRI QVINTI DE PHYSICO AVDITV.


Ransmutatur autē transmutans oē. Aliquod quidē ſm accidēs, vt cum dicimus musicum ambulare, qm̄ cui accidit musicum esse, hoc ambulat: hoc autē in aliquid hmōi mutari, & simpliciter dicitur mutari quæcunq; ſm partes &c. Tex. c. 1.

QVAESTIO I.

An id moueri per accidens dicatur, quod coniungitur ei quod mouet per se.


Væritur hic primo, Verum illud qđ est coniunctum mouenti per se sit mouens per accidēs. Com. 11. Arguitur primo quod nō, quia, si sic esset, sequeretur, q̀ idem simul esset mouens & motū: quod videť impossibile, quia mouēs est ens actu, & motum est ens in potentia: actus autem & potentia sunt dr̄iæ valde oppositæ, secundum Cōmentatorē in Procemio de Anima, & in Nono Meta. dicit, q̀ actus & potentia sunt cōtraria relatiue idest opposita relatiue, & talia non insunt simul eidem. Et probatur consequentia: quia in animali anima est per se motor, & corpus motum, vt dicit Commentator in Octauo huius, Com. 29. & habetur satis in de motibus animalium: & ipsum corpus est coniunctum animæ, vt patet ex Secundo de Aīa. Tex. c. 10. si igitur illud, quod est cōiunctum motori per se esset mouens & per accidens, tunc corpus esset mouēs & motum, quod est impossibile. Item, si illud, quod est coniunctū mouenti per se esset mouens per accidens, tunc infinita es C sent mouentia respectu vnius motus: quod videtur irrationabile. & patet consequentia, quia infinita possunt esse coniuncta vni per se mouenti. Vnde Aristo. dicit in Secundo huius, quòd infinita vni accidūt: quare &c. Tex. c. 10. Itē, illud, quod non facit aliquid ad motum, non videtur esse mouens per accidens: mouens enim habet agere motum. sed aliquid est coniunctum motori per se, quod non facit aliquid ad ipsum motum per accidens, vt musca coniuncta cum arte ædificatoria nihil facit ad domificationem, similiter autem & in alijs.

OPPOSITVM Aristoteles vult in litera, & similiter Commentator.

CONCLVSIO.

Mouens coniunctum per se motori sicut forma, est mouens per accidens.

Dicendum breuiter q̀ illud, quod est coniunctum per accidens cum per se mouente sicut forma subiecto, vel sicut forma in eodem subiecto in quo ē D per se mouens illud est mouens per accidēs aliquo modo: quod sic probant aliqui, qñcunq; ex aliquibus fit vnum numero per accidens, si vnū est mouens per se, & reliquū per accidens: hæc recipiť pro manifesta. sed, cum aliquid coniungitur motori per se tāquam subiecto, vel est in eodem subiecto, in quo est ipsum mouens per se, tunc ex ipsis fit vnum numero, saltem per accidens. vt, si albedo est coniuncta caliditati in eodē subiecto, ex istis fit vnū numero per accidens: quia non sunt distincta loco & subiecto. similiter aūt et in alijs: quare &c. Itē, hoc posset probari sic: sicut se habet illud, quod est per accidens coniunctum mobili per se ad moueri, sic illud quod est accidētaliter coniunctū per se motori se habet ad mouere per conuenientem similitudinem: sed oē quod est accidentaliter coniunctum mobili, quod per se mouetur, mouetur per accidens, vt manifestum est: motis enim nobis mouentur omnia quæ sunt in nobis, similiter autem & in alijs.

noo enim intelligibile est, ꝙ corpus animalis aut quodcuoque aliud transferatur ve vno loco ad aliũ, quin omnia accidentia, quæ sunt in ipso, transferantur, saltem per accidens: quare &c.

Rũsiones. AD primum patet ex dictis. corpus enim, quod mouetur ab anima, non est coniunctum animæ sicut forma subiecto, immo è coouerso, nec est in eodem subiecto cum ipsa anima, immo est ipsum subiectum, vt patet in in Secundo de Anima: quare &c. Vel dicatur, ꝙ non est inconueniens, idem esse mouens per se & motum per accidens: hæc enim nõ sunt opposita: quare &c. Ad aliã, concedo, ꝙ esse infinita, i. innumerabilia vel cum difficultate numerabilia mouentia accidentaliter ordinata, nullum est inconueniens, sed in essentialiter ordinatis, bene est inconueniens. Ad aliam, dicendum, ꝙ oẽ, quod est coniunctum motori per se, facit aliquid ad motum vel ꝑ se, vel per accidens. Et idem, oẽ tale est mouens vel per se vel per accidens, sicut musca cõiuncta domificatori, licet non faciat ad domificationem per se, tamen facit ad eam per accidens, quia s. per domificatorẽ, cui accidit, & quæ ei accidit: similiter autem & in aliĳs: quare &c.

Tex. c. 7. Qm̃ autem omnis mutatio est á quodam in quiddã, manifestat & vtiq; nomẽ: post aliud. n. aliquid & aliud quidẽ prius, aliud aũt monstrat posterius. mutabit mutãs quadrifarie: aut enim ex subiecto in subiectum, aut ex subiecto in nõ subiectum: aut ex non subiecto in subiectum, aut ex non subiecto in non subiectum &c.

QVAESTIO II.

An Generatio sit motus.

HIc potest quæri, vtrum generatio sit motus. Arguitur primo ꝙ sic. Quia illud est motus, cui competit definitio motus: sed ipsi generationi debetur definitio motus, quia motus est actus entis in potentia ſm ꝙ hmõi, ut dicit Aristo. in Tertio huius: modo, generatio est actus entis in potentia ſm ꝙ hmõi. est enim actus generabilis ſm ꝙ generabile, vt ipse dicit in Tertio huius: ergo &c. (Tex. c. 6.)

Tex. c. 6. Item, omnis trãsmutatio, in qua est prius & posterius, est motus: hæc est nota in Sexto huius. sed generatio est hmõi, quia dicit Aristo. in Sexto huius, ꝙ oẽ, quod generatur, prius generabatur, & sic in generatione est prius et posterius: ergo &c. (Tex. c. 10. Tex. c. 19.) Itẽ, omnis illa transmutatio est motus, cuius subiectum est ens in actu: hæc recipitur pro manifesta: sed subiectum generationis ẽ ens actu. probatio: quia dicit Arist. in Quinto huius, ꝙ idem est subiectum motus, & termini motus. sed subiectum alterationis est ens actu, Primo de Generatione, & generatio est terminus alterationis, vt dicit Commentator in Primo huius: ergo &c. (Tex. c. 15. Tex. c. 11. Com. 62.) Item difficilius, omnis transmutatio, ſm quã acquirit forma diuisibilis, & suscipiens magis & minus, est motus: hæc videtur manifesta. nam per mutationem, quæ nõ est motus, debet acquiri forma indiuisibilis, quę non recipiat magis nec minus, sicut cõiter dicit. Et confirmatur: quia talis transmutatio, per quã acquiritur forma recipiens magis & minus est in tpe: quia non simul acquiritur ſm magis & minus, sed prius acquiritur pars imperfectior: & omnis transmutatio temporalis conceditur esse motus, vt patet in Sexto huius: ergo habeo istam pro positionem, ꝙ omnis trãsmutatio, qua acquiritur forma diuisibilis ſm magis & minus, est motus: sed aliqua generatio est hmõi. nam per generationẽ acquiritur forma elementi, Imo ipsa elemẽta sunt primo generabilia, vt cõiter dicitur super Primum & Secundum de Generatione & Corruptione: modo, formæ substantiales elementorum recipiunt magis & minus ſm Commentatorem plane in Tertio Cœli & Mundi. (Tex. c. 10. Com. 67.) Item, omnis transmutatio successiua est motus, vt oẽs concedunt: sed generatio est trãsmutatio successiua, ꝓbatio: quia generatio est transmutatio de non esse ad esse ſm Arist. in isto Quinto, & Primo de Generatione, & 8. huius, aut ergo materia, qua trãsmutatur de non esse ad esse in eodẽ instãti est sub esse & non esse, aut in alio & in alio instanti: non in eodẽ, qa sic cõtradictoria essent simul in eodẽ: quod est impo?e. Si dicat ꝙ in alio & in alio instãti materia est sub esse & sub nõ esse, tunc oportet ꝙ inter illa duo instãtia est tp̃s mediũ, vt patet in Sexto huius: & in illo tpe medio transit materia de non esse ad esse, & hmõi transmutatio non est nisi generatio: & sic generatio est successiua & tẽporalis: quare &c. (E; Tex. c. 7. Tex. c. 21. Tex. c. 62. Tex. c. 2.)

OPPOSITVM arguitur auctoritate Arist. hic, & idẽ vult Commentator, ꝙ generatio non est motus.

CONCLVSIO.

Generatio substantialis formæ elemẽti est motus communiter sumendo motum, non aũt proprie, in quo manet idem secundum nomen & definitionem sub vtroq; termino.

F DImissis aliĳs opinionibus, dico ad præsens distinguendo de motu, ꝙ motus accipi potest dupliciter. vno modo cõiter, pro quacũq; transmutatione successiua, & hoc modo credo, ꝙ Arist. accipit in Tertio huius, cum definit motum esse actum entis in potentia ſm ꝙ huius, & cum dixit etiam Cõmen. ꝙ motus est generatio vnius huius partis post aliam partem illius perfectionis, ad quam tendit motus donec perficiatur & fit in actu. (Com. 6.) alio modo sumitur motus magis stricte pro transmutatione, per quam non variatur nomen, nec definitio transmutati, sed manet idem nomine & definitione sub vtroq; termino. Et ad ponendum hanc distinctionem coactus sum propter concordiam dictorum Auer. cum dictis Arist. vt post videbitur.

Tunc ad quæstionem dico, ꝙ, si sumat generatio pro traosmutatione facta in substantia, qua extrahitur forma substantialis de potẽtia materię, sic aliqua talis generatio bene est motus primo mõ sumendo motũ. Secundo dico ꝙ nulla generatio est motus secundo mõ accipiendo motum. Primum probat ratione quadã pri⁹ adducta, Oĩs G trãsmutatio, qua acquirit forma recipiẽs magis & min⁹, & pars post partem, est mot⁹ primo mõ sumẽdo: hæc est euidens. sed generatio aliqua, s. generatio formæ substantialis elementi est hmõi, nã formæ substantiales elementoꝝ recipiũt magis & minus, vt expresse docet Cõmen. in Tertio Cœli & Mundi. cõmen. 67. & aliter nõ possent remanere in misto, sicut ostendit ibidem. De hoc aũt fiet alias q̃stio specialis, si De⁹ voluerit. Scio bene, ꝙ ista rõ est insolubilis tenendo viã Cõmentatoris, & dicta eius. Quòd aũt formæ substantiales elementoꝝ possint intẽdi & suscipere magis, & per consequens remitti & suscipere minus, probat Cõmentator, qa constat, ꝙ qualitas cõsequens formã substantialem elementi remittit. modo, dicit Cõmentator, ꝙ, si qualitas remittit, ita s. qood aliqua pars qualitatis amittat & remaneat forma perfecta, tunc erit po?e, ꝙ forma separet totaliter à qualitate: quia idem est iudiciũ de toto & parte. vnde, qua rõne ignis posset H amittere aliquã partem caliditatis remanente eius forma substantiali in esse perfecto, eadẽ ratione posset amittere totã caliditatẽ remanente ipsa forma substãtiali cõpleta: quod est impo?e omnino. qualiter autẽ ista rõ valeat, & qualiter soluunt difficultates contra istã positionẽ, alibi perscrutandũ est, s. super Primũ de Generatione & Corruptione. (Formæ substantialis suscipiũt magis & min⁹.) Sufficit aũt ad pręsens mihi dicere, ꝙ generatio substantialis formæ elementi est motus sumẽdo motum cõiter pro transmutatione successiua. nec puto, ꝙ Arist. hoc negaret, ꝙ aũt intentio Arist. fuit generationẽ aliquã esse motũ diuisibilẽ & cõtinuum, bene apparet Septimo huius. cap. de comparatione motuum, vbi, postquã ostẽderat qualiter cõparatio est in alterationibus & motibus localib⁹, dicit distincte qualiter generationes comparent adinuicem ſm velocius, & æque velox. cum enim velox & velocius definiant tpe, vt patet ibidem & Sexto hui⁹, est, quòd transmutatio instantanea noo est velocior, nec æque velox: quare nec vna generatio est æqualis velox (Generatio est mot⁹ diuisibilis.)

lox alteri & velocior, & sic necesse est generationem esse
transmutationem in tpe. Et confirmaẽ, quia, si in gene-
ratione esset solum successio, & velocius, & tardius rōne
alterationis pcedentis, vt aliqui fingunt, tunc, cū Arist.
ostēdisset, qualiter est comparatio in alteratione supflue
repeteret qualiter est cōparatio in generationibus: et hoc
non competit Arist. qui fuit summe breuiloquꝰ, pcipue,
quia dicit Linco. Primo Poste. Modus quidem Philoso-
phorꝫ est ponere verba, quæ magis sunt ad rē pertinētia
ad imitationem naturæ, quæ nō facit pluribus instrumen
tis quæ potest vno. Si quis tñ recalcitrando dicat, ꝙ plu-
res auctoritates Arist. sunt in contrarium, s. ꝙ generatio
non sit motus, & hoc expresse demōstrat in isto Quinto.
Dico primo, ꝙ veritas non determinaẽ per multitudinē
maiorē vel minorem: secundo dico, ꝙ forte illud fuit pro
tanto, qa aliqui errauerunt dicēdo generationem esse mo
tum omnino consilr, sicut sunt alij motus, s. in subiecto
vno numero, sicut posuerunt Emp. & Anaxa. & ideo vo
luit Arist. ostendere generationem nō esse motū illo mo
do, & hoc frequenter dixit, vt remoueret errores illorū.
Sed nullus errauit dicendo generationē non esse motum
primo modo, immo forte oēs concedebant illā esse motū
primo modo: & idcirco non fuit necesse probare, nec to-
ties illud repetiuit: & in hoc additamēto delectabar cum
laude Dei. De secūdo tñ dico, ꝙ nulla generatio formę
substātialis est motus secundo modo, s. accipiendo motū
pro transmutatione, in qua manet idē nomen & eadē defi
nitio trāsmutati sub vtroqꝫ termino: ita ꝙ non perdiẽ no
men nec definitio. Et hoc bene probaẽ sic, Illa transmuta
tio, cuius subiectū est ens in pura potentia, non est motus
isto modo: sed generatio formæ substantialis est hmōi: er
go &c. Maior ppositio est uera: qa ens in potentia nō ma
net vnum & idē simpliciter fm nomen & definitionē, cū
nomen & definitio proprie sumanẽ ab actu. ens. n. in pura
potentia no est actus, nec est ens actu, vt manifestum est:
Tex.c.1. quare &c. Minor habeẽ ab Arist. Primo huius, & in Pri
mo de Generatione, & oēs concedunt. Et puto, ꝙ Arist.
intendit istam rōnem in litera, arguit. n. sic, si generatio es
set motus, tunc illud, quod generaẽ, moueret: sed hoc ē fal
sum: ergo & primū. consequētia vr̃ manifesta: & probaẽ
falsitas consequentis, qa ens in potentia pura non moueẽ:
hoc recipiẽ vt manifestum. ens. n. in potentia pura nō ma
net vnum numero positiue, & fm actum sub vtroqꝫ ter-
mino transmutationis. & ideo non moueẽ tali motu: sed
illud, quod generaẽ, i. generationi subijciẽ, est ens in poten
tia pura: subiectum. n. generationis est illud idē quod est
subiectū formæ substantialis, quæ generaẽ seu acquiritur
per generationē, nunc aũt, subiectū formæ substantialis,
fm ꝙ est subiectum, est ens in pura potentia, vt dicit Cō-
Com.4.C mentator sup Secundum de Aīa: ergo subiectum genera
tionis est ens in pura potentia receptiua fm se: ergo illud
quod generaẽ. i. quod generationi subijciẽ, nō moueẽ isto
modo. Et confirmatur rō Arist. exponendo magis inten
tionem eius. nā, cum Arist. dixit, ꝙ, si generatio esset mo
tus, tunc illud, quod generaẽ mouetur, aut ipse intelligit p
illud quod generaẽ illud quod generationi subijciẽ, aut il-
lud quod terminat generationē: non est dicēdum, ꝙ intel
ligat illud quod terminat generationem: sicut. n. illud, qđ
per alterationē acquiriẽ, seu terminat alterationē, non alte
Tex.c.10. raẽ, s. qualitas sensibilis, vt patet in isto Quinto. tñ altera-
tio est motus verus, sic non sequeretur, ꝙ, si generatio es
set motus, ꝙ illud, quod terminat generationē illam, mo
ueretur. Præterea, Ipse vult, ꝙ illud quod generaẽ, est
non ens: hoc aũt non esset verꝫ de illo, quod terminat ge-
nerationem. nā siue compositum terminat generationē,
siue forma, siue vtrunqꝫ istorꝫ, constat, ꝙ illud, quod ter-
minat generationē, est ens actu vel est actus: ergo nō acci
pit illud, quod generaẽ, pro eo quod generationem termi
nat: quare relinquiẽ, ꝙ accipit illud quod generaẽ pro eo
quod generationi subijciẽ. de isto. n. verꝫ est dicere, ꝙ nō
est ens, s. actu de se, fm ꝙ subijciẽ generationi: immo tota

A liter oppositū est ei, quod est actu, s. totaliter diuersum ab
ente actu fm suam essentiā: materia. n. prima non est qd,
nec quale nec quantū, neqꝫ aliqd aliorꝫ, quibus diuersum
est ens, vt ipse dicit in 7°. Meta. & sic ipsa non manet ea- Tex.c.8.
dem fm actum sub utroqꝫ termino generationis: ergo nō
moueẽ motu, per quem non mutaẽ nomen, nec definitio
proprie, & sub cuius vtroqꝫ termino manet idē ens actu.
& de tali motu loquiẽ Arist. vbicunqꝫ dicit, ꝙ motus nō
est ad substantiā, & ꝙ motus non est nisi ad res trium ge-
nerum, s. qualitatis, quantitatis, & vbi. nam fm tales res
contingit fieri transmutationē subiecto manente eodem
numero secundū actum, et eodem nomine & definitiōe:
quare &c. Et ista vr̃ esse intentio Commentatoris super
istā partem. dicit enim sic, quia igiẽ in duabus extremita- Cōmen.7.
tibus istius motꝰ, s. generationis & corruptionis existen
tis in substātia non est aliquid idē demonstratū dispositū
per motū à principio eius vsqꝫ ad finē. Dicit ergo, impos-
sibile est, vt generatio sit motus, supple in quo manet ea
B dem definitio & idē nomen transmutati fm eundē actū:
tñ non sequitur ex hoc, quin generatio sit motus, prout
motus dicit quamcunqꝫ transmutationem successiuam.

AD rōnes dico, ꝙ quædā bene concludunt generatio- Rñsiones.
nem esse motū aliquo modo, s. prout motus est trans
mutatio successiua, nisi ꝙ tertia peccat per æquocationē.
Cum enim dr̃, ꝙ idē est subiectum &c. Verꝫ est de termi
no primo essentiali & intrinseco, sed de termino mediato
& non essentiali, non oportet. mō, dico, ꝙ generatio non
est terminus alterationis immediatꝰ & essentialis, sed me- Gñatio alterationis ē termin° extrinsecus, & extraneus.
diatus & extra essentiā alterationis, & extra genus eius.
terminus aũt immediatus alterationis & essentialis ē qua
litas, qua disponiẽ materia ad formā generatā. & ideo nō
oportet ꝙ oīno sit idē subiectum generationis & altera- Gñatio substātiæ ē mot° successiu°
tionis pcedentis. Quarta vero rō vr̃ insolubiliter con-
cludere, ꝙ generatio elementi est motus, i. transmutatio
successiua, supposito eo, quod dicit Cōmentator, s. ꝙ for-
ma substātialis elementi recipiat magis & minus. Verꝫ
C est, ꝙ aliqui dicunt, generationē substantiæ nullo modo
esse motū successiuum, sed mutationē instātaneā omnino
p se loquendo: & si est ibi successio, hoc solū esset fm qua
litates pcedentes. Et quod dicit Cōmentator, formas sub
stantiales elementorꝫ recipere magis & minus, Dicūt ali
qui, ꝙ ipse non dicit hoc ex intentione, nec per modū de-
terminationis, sed pter intentionem & exercitatiue. Sed
salua pace eorꝫ, hoc est falsum oīno: immo Commētator
aperte, & ex intentione contra Auicennā dicit, ꝙ formæ
elementorꝫ remanent in misto non quidem fm suas vlti-
mas perfectiones, sed refractæ & remissæ, & sicut remit-
tunẽ qualitates elementorꝫ, sic & formæ, vt ipse ostendit
ibidē. Alij vero dicunt, ꝙ Cōmentator simplr̃ errauit, et
contradixit in hoc Arist. & sibi in isto loco. Sed hoc est
valde onerosum & intolerabile dicere de tanto Philoso-
pho, pcipue, quia isti, q sic imponunt Commentatori con
tradictionem, quasi in omnibus alijs ipsum approbāt, &
D tenent ipsum tanqꝫ meliorem Commentatorē Aristo. &
subtiliorem inter oēs: & si ipsi non dicerēt, hoc tñ sine du
bio ita est. & hoc relinquo expertis & amatoribus philo-
sophicę veritatis. Ad vltimam, cum dicitur, ꝙ oīs trās
mutatio &c. Concedaẽ. Et, enim dr̃, ꝙ materia habet esse,
& non esse in eodē instāti vel in alio &c. Arist. soluit istā
dubitationē in Octauo huius, & intēdit ibi, ꝙ, cum aliqd Tex.c.6.
generatur quacunqꝫ generatione, illud fuit non ens in tpe
præcedente, & in vltimo instanti illius tpis est ens: & nō
est accipere vltimum, in quo illud, quod generaẽ, fuit non
ens, sed est bene primum instans, in quo est ens. verbi gra
tia, cum ex aere generaẽ ignis, in toto tpe præcedente, ip
se ignis fuit non ens, & in vltimo instanti illius temporis
fuit ens: nec est dare vltimum instans, in quo ignis fit non
ens. qa, si esset dare vltimum instans, in quo ignis fuit nō
ens, aut in illo eodē esset ens, & sic simul esset ens & non
ens: aut in alio eodē instāti esset ens, & sic erit tps mediū,
in quo nec erit ens, nec non ens, quod est impossibile. &c.

» hoc intendit Arist. in Octauo huius, manifestum est aũt, » ꝙ nisi aliquis faciat temporis diuidens signum &c. Similiter autem intelligendum est, ꝙ, cum aliquid corrumpitur, in aliquo tempore fuit ens, & in vltimo instanti illius temporis est non ens: nec est assignare vltimum instans, in quo fuit ens propter eãdem rationem: & ideo illa ratio imaginatur falsum impossibile, instans enim commune, quod copulat tempus, in quo res generatur, fuit non ens. Ad illud, in quo est ens debet esse posterioris passiõis, ut dicit Aristo. ibi, i. ꝙ in illo instanti res se habet sicut in tẽpore posteriori: ita ꝙ, si in tempore posteriori sit ens, vt contingit in generatione, tunc in illo instanti res primo erit ens: & si in tempore posteriori non ens, vt in corruptione, tunc in illo instanti primo erit non ens.

Tex. c. 9. Si igitur prædicamenta diuisa sunt substantia, & qualitate, & vbi, & qñ, & ad aliquid quantitate, & facere, & pati, necesse est tres esse mot⁹ quantitatis, & qualitatis, & ſm locum &c.

QVAESTIO III.

An Motus sit in Tribus Generibus, Qualitate, Quantitate, & Vbi.



Commentator mouet hic vnam dubitationem, Vtrum motus sit in tribus generibus, s. qualitate, quãtitate, & vbi. Et arguitur ꝙ non, quia illud, quod est in prædicamento passionis, nõ est in illis tribus generibus: hęc est manifesta, quia prædicamenta sunt impermista, vt patet in Primo Posteriorum. sed motus est in genere passionis, vt allegat Commẽtator ex Prædicamentis, & istam obiectionem mouet etiam in Tertio huius: quare &c.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Aristo.

CONCLVSIO.

Motus, vt formalem receptionem importat, in genere passionis est, vt vero rationem seu perfectionem dicit, in Quantitate, Qualitate & Vbi illum esse contingit.

Com. 4. Opinio prima. De hoc autem Commentator narrat quasdam opiniones. Aliqui enim dixerunt ꝙ motus potest cõsyderari dupliciter, vno mõ ſm quod motus est, alio modo quantum ad eius receptionem. Et primo modo est in tribus generibus, Secundo mõ est in genere passionis.

Impugnatio. Sed contra hoc obijcit Commentator, & dicit, quòd isti non bene dixerunt: quia receptio rei est potẽtia ad rem: & potẽtia ad rem aliquam est de genere illius rei, sicut potentia ad substantiam est quoquo modo in prędicamento substantię, & similiter potentia ad quantitatem & ad alia prædicamenta, ita ꝙ potentia ad unumquodq; prædicamentorum est in genere illius prædicamenti, quod est in actu: & ideo isti non bene dixerunt ponendo receptionem motus esse in prædicamento passionis, & motũ in alijs generibus.

Opinio secunda. Alij vero aliter dixerunt. & dixerũt præcise, ꝙ motus est in genere passionis, & non in genere qualitatis, nec quantitatis, nec vbi: quia videbatur eis, ꝙ sola qualitas quiescens esset genus, & similiter solum ubi quiescens est vnum genus, & similiter sola quãtitas quiescens siſr est vnũ genus per se: & impossibile est, ꝙ motus sit species quiescentis, & ideo voluerunt, ꝙ qualitas mota, vel ſm quam est motus, non sit in genere qualitatis: nec similiter quantitas, ſm quam est motus, nec vbi similiter: vnde ſm eos, motus præcise est in genere passionis.

Impugnat. Sed cõtra istos arguit Commentator: quia mediũ magis conuenit cum extremis, quàm vnum extremum cum alio. motus autem est medium inter terminũ ad quẽ & potentiam ad ipsum terminum: & ideo magis cõuenit cum termino ad quem est, quàm potentia ad terminum conueniat cum ipso termino. sed potentia ad terminũ ad quem est motus est in illo genere, in quo est ipse termin⁹. Potentia enim ad vnumquodq; prædicamentũ est in illo genere prædicamenti, quod est in actu. vt potentia ad substantiam est quoquomodo in prædicamento substan-

E tiæ. & similiter potentia ad quantum & ad alia prædicamenta: ergo multo fortius, motus, q est medium inter potentiam & actum, debet esse de genere illius termini: qm oẽ medium inter potentiam & actum, quæ sunt in aliquo genere, necessario est de genere actus, q est complementum: sed differt magis & minus. Ire enim ad calorem est calor aliquo mõ: & siſr ire ad frigus. Istã rõnem intendit Commentator, vt patet inspicienti: quamuis non ponat expresse quæ hic scripsi.

Opinio tertia. Istis itaq; opinionibus reprobatis, Commentator ponit suã sententiam, & dicit, ꝙ motus potest consyderari quantum ad suam materiam, vel quantum ad suã formam. Et primo modo, s. quantum ad suã materiã, est de genere eius ad quod est motus, ſm aũt suam formã, quæ est transmutatio coniuncta cum tpe est in ꝑdicamento passionis, & per hoc concordarent verba Arist. Sed in istis verbis Commentatoris sunt multæ difficultates & dubitationes, quarum declarationes non inuenio multum cões fuisse vsq; nunc. Vna quidem dubi-

F tatio est de eo, quod Cõmentator dicit, ꝙ receptio rei idẽ est, quod potentia ad rem: hoc vtiq; vr̃ falsum. quia, si potentia ad aliquã rem esset receptio illius rei, tunc oẽ, quod est in potentia, vel habet potentiam ad aliquam rem, reciperet illam rem, & haberet receptionem illius rei, & hoc vr̃ manifeste falsum. nam calefactibile, antequam calefieret, habebat potentiam ad caliditatem, & tñ non recipiebat caliditatem, & siſr materia, dum est sub forma terrę, habet potentiam ad formam ignis, & tñ nondum recipit ipsam: quare &c. Alia dubitatio est de hoc ꝙ dicit, ꝙ potentia ad aliquid est in eodem genere cum ipso. Cõtra, potentia materiæ ad formam substantialem est ad aliqd, vt dicit Commentator in Primo huius, & ipsa forma substantialis est in genere substãtię, vt patet ibidẽ: ergo male dicit Commen.

Com. 70. Alia dubitatio est de hoc, quod dicit Cõmentator, ꝙ motus potest consyderari dupliciter, s. quantum ad suã materiã & quantum ad formam. Cõtra, nullus actus vr̃ esse compositus ex materia & forma, vt

G capitur Septimo Meta. & in Libro Sex Principiorum. quia forma est simplicis essentię: forma aũt & act⁹ sunt idẽ: ergo nullus act⁹ est cõpositus ex materia & forma. sed motus est quidã actus, vt patet per eius definitionẽ positam in Tertio huius: ergo &c.

Null⁹ actus cõponit ex materia & forma. Tex. c. 6.

Ad primũ. Ad primum istorum potest respondi, ꝙ, cũ dicit Cõmentator, ꝙ receptio rei est potẽtia ad rem, ipse non accipit ibi receptionem pro actu recipiendi, sicut accipiebat in obiectione, sed pro ipso receptiuo. Istud autem receptiuum rei est potentia ad ipsam rẽ, accipiendo potentiam pro subiecto potente. Est ergo intellectus verborum Commentatoris, ꝙ receptio rei est potentia ad rem, i. principium receptiuum alicuius est subiectum potens illud recipere, & hoc est manifestum per se.

Ad secũdũ. Et per hoc ad aliud. cum enim dicit Commentator, ꝙ potentia ad aliquid est in eodem prædicamento cum illo termino, non accipit ibi potentiam pro respectu, nec pro qualitate naturali, in qua immediate fundatr̃ respect⁹, sed

H pro subiecto potente. Istud autem subiectum potens est in eodem genere cum actu aliquo modo.

Esse in ꝑdicamẽto intelligit dupliciter. Circa quod consyderandum est, ꝙ aliquid intelligitur esse in prædicamento dupliciter. vno modo sicut ꝑdicabile, quod ordinatur secundum sub & supra, vel ad latus, sicut genus & species & differentia vel indiuiduũ: & hoc modo subiectum potens recipere aliquem actum non est in eodem prædicamento, in quo est ille actus: subiectũ enim, quod potest recipere caliditatẽ non est in genere qualitatis isto modo, vt manifestum est. Alio modo dicitur aliquid genere tanquã principiũ illius generis, vt materia & forma substantialis dicunt̃ esse in genere substantiæ: & isto modo subiectum receptiuum qualitatis potest dici esse in genere qualitatis, similiter autem & in alijs accidentibus. Constat enim, ꝙ subiectum potens recipere aliquod accidens, est principiũ illius accidẽtis tanquã materia in qua, & sic intelligendũ est dictum Cõmentatoris in hoc loco. Potest etiam dici, ꝙ potentia ad aliquem actũ est in illo

genere,

genere in quo est ille actus, sicut ordinatum in finem est in ipso fine. Actus enim est finis potentiæ, vt patet in Nono Metaphysi. & vnus modus essendi inest esse in fine, vt dicitur in Quarto huius. potentia ergo ad aliquid est in eodem genere cum illo, sicut ordinatum in finem est in suo fine. hoc specialiter verum est de potentia, quæ est qualitas ordinata ad aliquid recipiēdum. Est tamen aduertendum, q aliter materia & forma sunt in genere substantiæ, sicut principia, & aliter subiectum potens recipere aliquod accidens est in genere illius accidentis, tanquam principium, nā materia & forma sunt in prędicamento substantiæ tanquam principia, quæ sunt partes essentiales substantiæ compositæ, sed subiectum non est pars essentialis ipsius accidentis, sed solū est materia, in qua considerandum etiam diligenter, q quamuis Cōmentator arguat motum, qui est forma fluens esse in genere termini ad quem per hoc q subiectum potens recipere ipsum terminum est in illo genere, vt expositum est: tamen aliter ipsum subiectum potens est in illo genere, et aliter motus ipse. Subiectum enim, quod potest recipere terminum motus sic est in illo genere, sicut in quo est motus tanquam principium quod est in alio genere tanquā prædicabile per se ordinatum in illo genere, vt calefactibile, puta ligna vel lapis est per se in Prædicamento substantiæ tanquam species aut genus: sed ipsa forma fluens non est per se in aliquo genere alio ab illo, in quo est terminus motus, vt caliditas fluens, ipsa non est per se in aliquo genere alio q̄ qualitatis, imino est quoddam suppositum caliditatis, similiter autem & in alijs suo modo, caliditas enim fluens, quæ præcedit terminum calefactionis, non differt à caliditate quæ terminat motum, nisi sicut minus perfectum & magis perfectum, vt tangit hic Commentator & Tertio huius.

Tex. c. 15. Tex. c. 21. Potētia est i eodē genere cuius actus suo.

Opinio tua.

Subm est in eodē genere cū termino motus.

Comen. 9. Cōmen. 4.

Ad aliam dubitationē dico, sicut mihi videtur, quòd non est intentio Commentatoris, q motus possit considerari quantum ad suam formam, vel quantum ad suam materiam, pro tanto, q ipse motus sit quoddam ens vnū compositum ex illis duobus principijs per se, sed intelligitur q hoc nomen motus significat illa duo æquiuoce vel analogice, quorum vnum est sicut materia, vel ad modū materiæ quoquo modo, s. forma, quæ fluit, & alterū ad modum formæ, s. fluxus formæ. Dicitur autem iste fluxus se habere ad modum formæ respectu formæ fluentis, & illa forma ad modum materiæ: quia sicut hæc forma substantialis nunquam potest esse sine materia, & tamē hęc materia potest esse sine hac forma indiuiduali, sic fluxus formæ nunquam est sine illa forma, sed forma, quæ est fluens, potest esse sine fluxu, vt conuenit terminato motu, cum enim terminatus est motus cessauit fluxus: & tamen remanet forma, quæ fuit fluens, sed cuius vna pars fuit generata post aliam partem. Diceremergo, saluo meliori iudicio, q, cum distinguitur de motu, q pōt accipi quantum ad suam materiam, vel quantum ad suā formam, ista distinctio non est totius essentialis in suas partes essentiales, sed est distinctio vocis in significata: quorum vnum est ad modum materiæ, & aliud ad modum formæ ratione prædicta: & forte ista est distinctio in significata analogice importata. Si quis autem quærat de quo istorum per prius dicitur motus, forte dicendum est, q fm famositatem & impositionem motus per prius dicit fluxū continuū, & fm veritatem et naturam rei per prius dicitur de forma, quæ fluit. Sed ratio huius potest esse, quia fm impositionem & consuetudinem nomē per prius dicitur de illo, quod est nobis notius, modo, iste fluxus est aliquo modo nobis notior q̄ ipsa forma, saltem quantum ad suam differentiam à termino ad quem. notius enim est q fluxus differt à termino ad quem, q̄ forma fluens: quia certū est, q fluxus deficit adueniente termino ad quem. Sed dubium est, vtrum forma fluens remaneat, & sic fluxus formæ notior est, saltem quantum ad terminum ad quem, q̄ sit forma. propter quod nomē

Ad tertium.

Motus duo significant.

A motus, quod impositum fuit alicui, tanquam differenti à termino ad quem, per prius impositū fuit fluxui formæ. sed fm naturam rei est è conuerso, s. q forma, quæ fluit, per prius est motus: quia fm ordinem naturæ rei nomen prius debetur ei, quod est verius ens & perfectius inter significata illius nominis, vt habet videri sup Quinto Metaphysi. sed ipsa forma est verioris & perfectioris entitatis q̄ sit fluxus formæ: fluxus enim est quid successiuum, & ipsa forma est res permanens: vel saltem non est essentialiter quid successiuum. quare &c. Est autem vlterius intelligendum, q formale ipsius motus, quod est trāsmutatio coniuncta cum tempore, potest considerari quantū ad duo, s. quantum ad ipsam transmutationem, & quantum ad tempus ipsum, cum quo est coniuncta. & quantum ad primum, credo q est in genere passionis. nam huiusmodi transmutatio, quæ est coniuncta cum tempore, nihil est aliud quam receptio perfectionis in ipso mobili, sicut etiam transmutari est recipere aliquam perfectionē vel actum: & huiusmodi receptio est formaliter passio.

Fo̅rale motus confiderat dupli.

B vnde & virtus passiua dicitur virtus receptiua fm omnes, & sic intellexit Commentator, q motus fm suā formam est in genere passionis. sed, si consideretur quantum ad ipsum tempus, cui coniuncta est receptio, sic est in genere quantitatis: & huiusmodi tempus non puto esse aliud nisi fluxum continuum, quo ipsum mobile dicit fluere de vno ad aliud continue, sed fm aliam & aliam rationem vocetur tempus & motus, vt visum fuit in Quarto huius. Quare autem transmutatio ipsa cum tempore coniuncta sit passio, hoc potest probari. quia illud est passio, fm quod aliquid denominatur patiens: sed secūdum huiusmodi transmutationem subiecti denominatur patiens, scilicet transmutata, vt visum est: quare &c. Hæc igitur sint aggregata de isto dubio difficili, & de verbis Commentatoris, quæ multis sunt obscura, & à paucis declarata, vel nullis. quare &c.

C **Secundum substantiam autem non est motus, propterea, q nullum entium est substantię contrarium.** Tex. c. 10.

QVAESTIO IIII.
An in Substantia sit contrarietas.



QVæritur hic, Vtrum in substantia sit contrarietas, & hoc est quęrere, vtrum vna substantia sit contraria alteri substantiæ. Arguitur primo, q sic. Quia actiuum & passiuum sunt contraria, Primo de Generatione, & in de Sensu & Sensato: sed vna substantia est actiua, et alia passiua, vt manifestum est: ignis enim est actiuus, & alia alia elementa sunt passiua respectu ipsius. quare &c. Tex. c. 50. Tex. c. 20.

Item, omne, quod corrumpitur habet contrarium, Primo Cœli: sed aliquæ substantiæ corrumpuntur, vt naturales substantiæ, vt patet ex Primo de Generatione. quare &c.

D Item, in vnoquoq genere est vna prima contrarietas, vt habetur in Primo huius, & Decimo Meta. sed substantia est vnum genus, vt patet in Prædicamentis. ergo &c. Item, principia sunt contraria, vt patet in Primo huius: sed principia sunt substantiæ, vt patet ibidem. quare &c. Item, contrarietas effectuum videtur arguere contrarietatem causarum: sed effectus substātiarum sunt contrarij, s. qualitates actiuę & passiuę, vt caliditas & frigiditas, quare &c. Item, ignis, aqua sunt cōtraria, secundo de Generatione: sed ista sunt substantiæ, vt manifestum est. Item, omnis forma recipiens magis & minus habet contrarium: hæc videtur haberi in Quinto huius, vbi dicit Arist. q magis & minus est ex permistione contrarij: sed aliquę substantiæ recipiūt magis & minus, s. formę substantiales elemētorum, secundum Cōmentatorē in Tertio Cœli & Mundi, quare &c. Tex. c. 55. Tex. c. 42. Tex. c. 24. Tex. c. 22. Cōmē. 67.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Aristo. in isto capitulo, & in Prædicamentis.

De

CONCLVSIO.

Substantiæ secundum se, non sunt inuicem contrariæ, at sic secundum qualitates contrariæ sunt

DE quæstione est intelligẽdum, ꝙ sicut narrat Cõmentator Alexander posuit, ꝙ substantia composita non habet cõtrarium proprie & primo, & sic intelligit Aristo. hic, sed substantia simplex, quæ est forma, bene habet contrarium, & sic uuellexit Arist. in Primo huius de Generatione. Sed hoc non videtur placere Commentatori, quia sm hoc ratio Arist. nõ probaret nisi ꝙ ad substantiam compositam non sit motus, sed non probaret ꝙ ad simplicem substantiam non sit motus, dico quæ est forma, & sic ratio Aristo. nõ esset vlis, sed forte hoc concederet Alexander.

Cõmẽ. 10.

Alĳ dicunt aliter, & dicunt, ꝙ in substantia per se non est contrarietas, quod sic probant. Si in substantia esset contrarietas, tũc ad substãtiam esset motus: istam consequentiam supponũt. sed cõsequens est inconueniens, vt accipiunt pro manifesto ab Aristo. in litera. Sed istud non placet Commentatori ꝙ̃tum ad istam rationem: quia licet bene sequeretur, ꝙ, si in substantia nõ est contrarietas, ꝙ in ea vel ad eam non sit motus: tamen non sequitur, ꝙ, si substantiæ est cõtrarietas, ꝙ ad eam sit motus, imo dicit Cõmentator, ꝙ quomodocũq; substantiæ positæ fuerint contrariæ, nõ sequitur vt in eis sit motus: qm̃, si ponuntur contrariæ sm formas, non erit in eis motus: quia subiectum earum est ens in potentia. Et si essent contrariæ sm vtrunq;, i. sm materiam & sm formam, non erit in eis transmutatio nedum motus. Et hoc vltimum sic apparet, quia, cum inter aliqua est transmutatio, oportet ꝙ habeant vnum subiectũ cõe, quod existens sub vno sit in potentia ad aliud, modo si substantiæ sunt contrariæ sm formas, & sm materias, nullum erit vnum subiectum cõe, quia vnum contrariorum non est subiectum alterius, nec recipit ipsum, vt manifestum est per se. & propter hoc dicit Aristo. in Primo huius, ꝙ discordia non conducit concordiam, nec facit aliquid ex ea, quare &c. Et propter hoc aliqui dicunt & probabiliter, ꝙ in substantia non est cõtrarietas, quia cõtrarietas est maxima distantia, vt habet in Decimo Meraphy. sed in substantĳs non est maxima distantia: quia maxima distantia non est nisi respectu maioris & minoris distantiæ. modo, in substantĳs nõ est maior & minor distantia, saltem in eadem specie, quia substantia non recipit magis & minus, vt supponunt. Sed hæc ratio non est firma: quia Commentator vult, ꝙ formæ elementorum bene recipiunt magis & minus. Et forte maxima distantia, quæ pertinet ad contrarietatem proprie dictam, non exigit maiorem & minorem distantiam in eadem specie, sed in diuersis speciebus: ita ꝙ forma magis & minus distans ab vno extremorum sit diuersarum specierum, & hoc bene est in substantĳs. nam forma aeris minus distat à forma ignis ꝙ̃ forma aquæ, & sic de alĳs: quare nnn valet ratio.

Tex. c. 51.

Tex. c. 24.

Et ideo aliter dicit Commentator & videtur intelligere talem distinctionem, ꝙ substantiæ possunt considerari dupliciter. Vno modo sm se, alio modo sm earum qualitates: & primo mõ dicit, ꝙ substantiæ non sunt contrariæ, s. per seipsas, & loquitur de contrarietate proprĳssime dicta, quæ est repugnantia duarum formarum positarum sub eodem genere existẽtium, & in eodẽ subiecto vicissim existere potentium. tali enim cõtrarietate non sunt substantiæ sibĳnuicem contrariæ per se. Sed hoc ipse nõ multũ probat, & forte ratio est ad hoc, quia talia contraria debent sibĳnuicem succedere in subiecto vno & eodem sm actum: hoc autem repugnat substantĳs. constat enim, ꝙ formæ substantiales elementorum, de quibus magis videtur, non succedunt sibĳnuicẽ in subiecto vno & eodem sm actum: quia subiectum cuiuslibet formæ substantialis primum & principaliter, secundum quod est subiectum, non est ens actu, sed ens in potentia, vt docet Commẽtator in Secundo de Anima. Quod autem contraria proprĳssime dicta debeant habe-

Comẽ. 4. Contraria hñt idẽ sbiectum.

E re subiectum vnum & idem sm actũ, hoc potest declarari, quia certum est, ꝙ contraria volũt habere subiectũ vnum & idem: ergo proprĳssime contraria debent habere subiectum proprĳssime vnum & idem, quod nõ esset nisi esset vnum & idem sm actum. Et per consimilem rationem posset probari, ꝙ ad substantiam non est motus proprĳssime dictus, sub quo subiectum manet idem nomine & diffinitione, quia constat, ꝙ motus requirit subiectum vnum & idem sub vtroq; termino: ergo motus ꝓprĳssime dictus requirit subiectum verissime vnum, & idem est illud, quod est vnum sm vnam formam & actu indiuidualem. subiectum enim vnum priuatiue, sicut materia prima, non est proprĳssime vnum, sicut nec est proprĳssime ens, vt patet in Secundo de Anima: ergo mot⁹ ꝓprĳssime dictus requirit subm vnũ actu indiuiduale. Et cõstat, ꝙ subm trãsmutationis subalis, i. trãsmutationis, quæ est ad formã substãualem, vel ad eius priuationem, non est ens actu, & vnum simpliciter, quare &c.

F Non tamen negandum est propter hoc, ꝙ ad substantiam nõ sit motus large sumendo motum, pro quacunq; transmutatione successiua & continua, vt dictum fuit prius. Secundo dicit Commentator ꝙ ipse substantię bene sunt sibĳnuicẽ contrarię sm suas qualitates: & dicit, ꝙ ipse erat letus in hoc, s. ꝙ occurrit sibi dicere sm istam distinctionem. Quòd autem substantiæ sint cõtrariæ sm suas qualitates, hoc ipse non probat, quia satis est manifestũ, quia constat ꝙ ignis est calidus & siccus, & aqua est frigida et humida, & aer est calidus & humidus, & terra frigida, et sicca, & sic inter istas substantias simplices est contrarietas sm suas vltimas qualitates, sicut inter extrema, substantiæ autem mistæ sunt contrarię sm suas qualitates, sicut media sunt cõtraria medĳs, vt ipse docet ĩ Primo Cœli & Mundi.

Notandum est sm Cõmẽtatorem hic, ꝙ qualitates istę tangibiles, sm quas elementa habent contrarietatem, non sunt formæ substantiales elemẽtorum: Comẽ. 10 Qualitates tangibiles nõ sunt formę subales elemẽtoꝝ.

G quia impossibile est, vt aliquid sit in vno de vno prædicamento, & in alio de alio. cum igitur calor sit in homine de prædicamẽto qualitatis, impossibile est ꝙ in ipso igne sit de ꝑdicamento substãtiæ, forma aũt substãtialis ignis est substantia. & ideo ĩpossibile est, ꝙ calor sit forma substantialis ignis. Verum tamẽ est, ꝙ ipse calor est propinquus substantiæ ignis. est enim accidens proprie consequens formam substantialẽ eius: & dico calor in summo. Et ideo accipitur loco differentiæ ignis, in mistis autem est remotius à substantia, vt dicit Cõmẽtator.

Si quis autem teneret opinionem Alexãdri, s. ꝙ substantię sunt contrariæ sm formas substanuæ, dico, quæ sunt elementa, s. ignis, aqua aer, & terra. Forte non esset magnum inconueniens, quia istæ formæ sunt maxime distantes adinuicem in eodem genere & in subiecto aliquo modo eodem. s. in materia, licet non in subiecto eodem sm actum: & cum hoc istæ formæ cõmiscentur adinuicem refractæ & remissæ sm Commentatorem, quod non videtur cõ- Nota.

H petere nisi contrarĳs aliquo modo. Verum tamen est, ꝙ non possunt esse ita proprie conttariæ, sicut qualitates, quia non habent subiectum ita proprie vnum & idem, etiam, quia contraria proprĳssime sunt actiua ĩmediate: modo, istæ formæ non agunt ĩmediate. non enim agunt nisi præcedentibus actiõibus suarum qualitatum aliquo modo sm cõem doctrinam. & ideo non sunt ita verę cõtrariæ sicut qualitates primæ tangibiles. Quod tamẽ nullo modo sint contrariæ non video esse demonstratũ. Et si dicatur, ꝙ ratio Aristotelis assumit ipsas non esse contrarias, posset dici sm Cõmentatorem, ꝙ illa ratio est famosa solũ, i. probabilis & non demonstratiua, cuius etiã signum est, quia non videtur vlr verum, ꝙ motus nullo modo sit ad illud, quod non habet contrarium, quia motus circularis est verissimus motus, vt patet ĩ Octauo huius, & tamen non est ad contrarium proprie, vt etiam dicitur in Octauo huius. Et ideo illa ratio Aristotelis, quæ probat ad substantiam non esse motum per hoc, ꝙ in ea Tex. c. 71.

non

Tex.c.11. non est contrarietas, non videtur demonstratiua simpliciter, sed ratio, quam superius induxit est demõstratiua, vt dicit Commentator. Obiectio. Sed aliqui obijciũt cõtra Alexandrũ, quia Arist. dicit in de Sensu & Sensato, q ignis nõ agit neq; patitur fm q ignis, neq; aqua secũdũ q aqua, sed inquantum habent contrarietatem adinuicem: ergo vult aperte, q ignis secundum q ignis, non contrariatur aquæ, secundum q aqua, neq; è conuerso. modo, si ignis esset contrarius aquæ secũdũ suam formam, & è conuerso, tunc ista essent contraria secundũ q hmõi. quod enim debetur alicui per suam formam debetur ei secũdũ q huiusmodi, vt patet in Primo Posteriorũ. Solutio. Ad hoc respõdet Alexander multum subtiliter, vt mihi videtur, & dicit, q quamuis concederetur, q ignis contrariaretũ aquæ per suam formam, tñ adhuc non sequitur, q contrarietur ei fm q ignis, id est per se & primo omnino, q̃a ignis non solum includit in sua substãtia ipsam formam eius, quæcunq; sit illa, sed etiam materiam, & similiter aqua: nunc autem ipsa materia nulli est contraria. & ideo ignis, fm q ignis, i. fm se totum, non est contrarius aquæ, fm se totam, nec è conuerso, vt manifestum est per se, & ideo nõ valet obiectio. Vtrũ autem Alexander intellexerit qualitates primas esse formas substantiales elementorum, de hoc est alibi perscrutandum, s. super Librum de Sensu et Sensato, Capitulo de Sapore. cõiter enim attribuitur ei quod sic. Sed ego non credo, quod ista vnquã fuerit eius intentio, nec habet ex verbis eius ibi, nec alibi. ipse enim sub conditione loquens dicit sic, si igitur aquæ esse est in frigiditate, & esse ignis in caliditate, quare non contrarie ignis aquæ fm q ignis &c. quasi dicat, si ponatur, q frigiditas sit forma substantialis dans esse ipsi aquæ, & caliditas sit forma substantialis dans esse igni, quare nõ erũt ista sibi contraria fm quod hmõi, nunq̃ tñ absolute asserit, quòd ita sit, vt manifestum est inspiciẽti. Et in hac expositione Alexandri lętus fuit multum. Calitas nõ est fora substantialis ignis. Verecũdum. n. est tanto Philosopho, & sic subtili, sicut fuit Alexander, attribuere talem errorem manifestum, quòd qualitas sit substantia. hæc enim propositio est imediata, nulla qualitas est substantia, vt patet ex Primo Poste. sed omnis caliditas est qualitas, vt manifestũ est: ergo nulla caliditas est substantia. Sed omnis forma substantialis est substantia, vt manifestum est fm Aristotelem in multis locis: ergo nulla forma substantialis est caliditas, nec è conuerso, & similiter dico de frigiditate in alijs. Quòd autem istam rationem ignorauerit Alexander non credo: quãuis qua si omnes loquentes de ista materia vsque nunc dixerint istam fuisse eius opinionem, sed non plus de hoc. Notã dum autem vlterius, quòd contrarietas aliquando accipiatur communiter pro oppositione, quæ est inter priuationem & habitum, & pro oppositione, quę est inter magis perfectum & minus perfectum, & sic bene est cõtrarietas inter substantias & inter principia substantiarum, vt patuit in Primo huius.

Rõnes. Ad primam rationem potest dici, quòd bene contingit substantias esse cõtrarias fm suas qualitates, nõ autem secundũ seipsas primo. Similiter ad aliam, sufficit enim ad hoc, vt substantia sit corruptibilis, quòd habeat contrarium fm suas dispositiones proprias, s. secundum suas naturales qualitates, quas requirit in materia.

Ad aliam, bene concludit q inter substantias est contrarietas, quæ est oppositio inter magis perfectum & minus perfectum. Ad aliam potest dici, q principia sub stantiæ per se, & principia sunt substantiæ, sed principiũ substantiæ per accidens & dispositiuum, non oportet q sic substantia. Priuatio autem est principium substantiæ non per se & primo, sed solum dispositiuum, vel per accidens aliquo mõ, vt ostensum fuit in Primo huius. Ad aliud potest dici, q ad contrarietatem effectuum non requiritur contrarietas causarum, sed sufficit q sint diuersæ & disperatæ, & sic est hic. Ad aliã patet ex dictis, ignis enim & aqua sunt contraria fm suas qualitates, sed non

A fm suas essentias, saltem verissima contrarietate. Ad aliam potest negari maior, lumen enim recipit magis & minus, vt manifestum est, & tamen non habet cõtrariũ proprie dictum, sed priuatiue oppositum, s. tenebram, vt dicitur in Secundo de Anima. Et, cum dicitur, q magis Tex.c.70. & minus prouenit ex permistione contrarij, verum est in habentibus cõtrarium, sed non est vniuersaliter verum: immo magis & minus potest esse ex maiori vel minori dispositione subiecti ad talem qualitatem vel formam, vel ex maiori aut minori virtute agentis, vel ex aliqua alia causa. ideo &c.

Neq; iam est in ad aliquid, contingit enim altero mutante verum esse alterum nihil mutãs, quare fm accidens motus horum est. &c. Tex.c.10.

QVAESTIO V.

An alicui adueniat aliqua relatio nulla in ipso facta transmutatione.

B



Onsequenter quæritur, Vtrum relatio possit attribui alicui de nouo nulla transmutatione facta in ipso. Arguitur primo q nõ. Quia sicut est de qualitate, sic videtur esse de relatione per conuenientem similitudinem: sed qualitas non potest attribui alicui de nouo nisi aliqua transmutatio facta sit in ipso, vt manifestum est, & omnes concedunt: ergo &c. Itẽ, nullũ ens reale põt attribui alicui nulla trãsmutatione in ipso facta: in hoc. n. videntur differre entia rationis & entia realia, quia entia rationis, scilicet cõceptus intellectus possunt attribui aliquibus nulla trãsmutatione facta in ipsis, vt lapis potest esse Intellectus nulla trãsmutatione facta in ipso lapide. sed entia realia non videntur de nouo attribui aliquibus, nisi fiant aliquæ transmutationes in ipsis. Relatio autẽ est ens reale præter animam humanã, & dato, q nullus ho C mo intelligeret, adhuc vnus homo esset pater alterius, & alterius filius, & non posset esse pater, nisi fm paternitatem, similiter autem et in alijs multis. quare &c. Item, omne quod aliter se habet nunc q̃ prius, videtur esse trãs mutatum, hæc videtur manifesta in Sexto huius. sed omne illud, quod nunc refertur aliqua relatione reali & prius non referebatur se habet aliter nunc q̃ prius: si enim penitus & eodem modo se haberet nunc, vt prius, tunc sicut prius non erat relatum, sic nunc non est relatum. & sic esset relatum & non esset relatum simul: quod est impossibile. quare &c. Tex.c.17.

OPPOSITVM arguit auctoritate Arist. in isto Quinto probat enim q ad relationem non est motus per hoc, q aliquid refertur ad alterum, ad quod prius nõ referebatur, refertur dico ipso non mutato, sed mutato aliquo altero, & hoc dicit his verbis. Contingit enim altero mutante verum esse alterum nihil mutans. Et confirmatur D ratio sic secundum expositores, in quocunq; genere est motus nihil illius generis inuenitur in aliquo de nouo absque eius mutatione: sed contingit verum esse aliquid dici relatiue ad alterum altero mutato, ipso tamen non mutato: quare &c. Tex.c.10.

CONCLVSIO.

Relatio realis nulli, tanquam subiecto aduenire potest, nulla in ipso facta mutatione, tanquam termino autem sic.

De quæstione est intelligendum, sicut communiter dicitur, & accipitur ex Quinto Metaphy. q duplex est relatio. Quædam enim est relatio realis, & quædam est relatio fm rationem, seu intellectum. Relatio quidem realis est illa, quę habet esse extra animam præter operationem nostri intellectus, vt paternitas & filiatio, & aliæ huiusmodi relationes multę. Relatio quidẽ rationis est, quæ non habet esse extra animam actu, sed habet esse per actum intellectus nostri, sicut cõmuniter exemplificatur de identitate, qua aliquid dicitur idem sibi ipsi: ista enim identitas non potest esse relatio realis, s. Tex.c.20. Relatio est duplex.

quæ

quæ sit extra animam realiter differens à suo fundamento. Nam, si identitas, qua Sor. est idem sibijpsi, esset relatio realis differens essentialiter & realiter à substantia Socratis, præter omnem actum intellectus, tūc esset processus in infinitū in entibus actu existentibus extra animā: quod reputatur impossibile. Probo cōsequentiam, quia, si illa identitas est relatio realis præter animam, cū vnūquodq; sit idem sibijpsi, necesse erit q ipsa idētitas sit eadem sibijpsi & p idētitatem realem, & illa similiter idētitas est eadem sibijpsi per aliam idētitatem, & sic in infinitum. non enim est aliqua ratio, quare aliqua res sit eadem sibijpsi per idētitatem realiter & nō alia. quare &c.

Identitas, qua sibi aliquid idem dr̄, est relationis canonis.

idētitas ergo, qua aliquid dicitur idem sibijpsi s̄m cōmunem doctrinam, non est relatio realis existens actu extra animam & realiter diuersa à suo fundamento, sed est relatio s̄m intellectum. Nam intellectus potest intelligere aliquid non esse diuersum à seipso, & sic vtitur vnō vt duobus, inquantum intelligit ipsum vt non diuersum, & vt illud à quo non est diuersum, & sic constituit relationem idētitatis. Vtrum autem hoc sit omnino verum, s. q idētitas, qua res extra animam existens, nullo modo sit res extra animam, bona speculatio est, sed ad præsens nō dico determinando, sed narrando.

Relatiua diuersimode referuntur adinuicē.

Vlterius præintelligēdum est, q relatiua diuersa diuersimode referuntur adinuicem. Quædam enim referuntur per diuersas relationes existentes in eis, ita q in substantia vtriusq; extremi fundatur relatio, vt pater & filius, dominus & seruus, duplū & dimidium, & multa talia. Quædam vero referunt̄ nō per diuersas relationes existentes in eis, ita q relatio non fundatur in substantia vtriusque extremi, sed in vno extremorum, & aliud extremorum non refertur ad alterū, nisi quia alterum refertur ad ipsum. sicut docet Aristo. in

Tex. c. 10.

Quinto Metaphy. de intellectu & intelligibili, & similiter de sensu & sensibili. sensibile enim actu sensatum non refertur ad sensum actu sentientem, nisi quia actu sensus sentiens refertur ad sensatum, & sic sensatio, qua sensibile dicitur sensatum, nō est alia à sensatione, qua sensus actu sentiens dicitur, & illa sensatio est in sensu subiectiue, nō autem in sensibili extra animam. sic relatio, qua sensatū dicitur ad sentiens non est alia à relatione, qua sensus dicitur ad sensatum, & est in ipso sensu subiectiue non autem in sensibili, & hanc puto esse intentionem Arist. in Quinto Metaphy. capitulo de ad aliquid.

Relō attribuit alicui dupliciter.

Vlterius considerandum est q relatio potest attribui alicui dupliciter, vno modo tanq̄ subiecto, alio modo tā quam termino non tanquam subiecto. & hoc est rationabile, quia ipsa relatio est respectus quidā ad aliud, vt ad terminum, & ideo hoc habet speciale inter accidentia, q possit attribui alicui tanquam termino, quod non est eius subiectum.

Trāsmutatio est duplex.

Item, intelligendum est, q duplex est transmutatio. Quædam est transmutatio proprie dicta, s. trāsmutatio diuisibilis & successiua, alia est transmutatio indiuisibilis & instantanea, & ista dicitur improprie dicta, vt habetur in Sexto huius.

Tunc dicunt aliqui ad quęstionem, q nulla relatio realis potest attribui alicui de nouo nisi aliqua transmutatio facta sit in ipso, saltem transmutatio indiuisibilis. Secundo dic, vt quod bene potest attribui relatio realis alicui de nouo sine transmutatione proprie dicta & successiua.

Primum probant ratione prius inducta, quia omne, quod se habet nunc aliter q̄ prius est transmutatum: hoc est per se manifestum. sed omne, cui nunc attribuitur aliqua relatio de nouo & non prius, aliter se habet nunc q̄ prius, quia detur quòd omnino eodem modo se haberet nunc vt prius, et nullo modo aliter, tunc sicut prius se nō habebat ad aliud, sic nunc non se habet ad aliud, & sic sicut prius non attribuebat̄ ei relatio, sic nunc non attribuitur ei relatio. quare &c. Tunc ostēditur secundū, quia, si Sor. nunc est albus & cras generatur aliquis albus, tūc Sor. erit similis illi albo, cum prius nō esset similis, & nulla vera transmutatio, s. successiua facta est in Socrate, Cō

E stat autem q similitudo est quædam relatio. quare &c.

Sed istud non videtur sufficere ad intentionem Arist. quia Arist. vult probare, q ad relationem per se non est motus, ex eò q relatio potest attribui alicui nulla trāsmutatione successiua facta in eo, si autem posset probari, q ad relationem non est motus per hoc, q relatio potest attribui alicui nulla transmutatione successiua facta in eo, similiter posset probari, q ad qualitatē non est motus, qa certum est q aliqua qualitas potest attribui alicui de nouo nulla mutatione diuisibili successiua facta in ipso, sicut præsente corpore luminoso aer illuminatus est de nouo nullo motu diuisibili facto in ipso, & sic cōcluderetur, q ad qualitatem non est motus, quod est omnino inconueniens, ergo vel oportet dicere, q vel ratio Arist. non valet, vel, q ad qualitatem non est motus, sicut nec ad relationem, vel, q Arist. intelligit q relatio potest acquiri in aliquo de nouo nulla penitus transmutatione facta in ipso, s. nec transmutatione diuisibili nec indiuisibili.

Qualitas aduenire alicui absq; nulla eius mutatiōe, i illuminatio aere cōspici potest.

F Et ideo dico aliquantulū aliter, & dico primo, q relatio realis non potest esse in aliquo de nouo tāquam in subiecto, nisi aliqua transmutatio facta sit in ipso. Et hoc probo ratione prius dicta, quæ videtur insolubilis. Secundo tā dico, q relatio bene potest alicui attribui tanquam termino nulla penitus transmutatione facta in ipso, & hoc pōt declarari inducendo in aliquibus relationibus. quia constat q esse dextrum est esse relatum: modo, aliqd potest dici dextrum nunc quod prius non erat dextrū nulla trāsmutatione facta in ipso. vt, si colūna nunc est ad sinistrū alicuius hominis, ipso homine mutato aliqualiter & colūna penitus non mutata, verū erit dicere ipsum esse dextrum, & è conuerso Similiter potest contingere q aliquis color nunc est visus ab aliquo & prius nō erat visus nulla mutatione facta in ipso colore, & tamen esse visum & vniuersaliter esse cognitum vel est esse relatum, vel non est sine aliqua relatione. quare &c.

G Et est considerandum q in hoc differt relatio à qualitate, & quantitate, & ab alijs accidentibus absolutis, quia nunquā aliqua quātitas attribuitur alicui de nouo qualitercunq;, nisi aliqua transmutatio facta sit in ipso. Certū enim est q nulla qualitas attribuitur alicui de nouo tanquam subiecto nisi aliqualiter sit transmutatum. Qualitas enim non attribuitur alicui de nouo tanquam termino sine transmutatione: quia ipsa non est accidens respectiuum per se & essentialiter. & ideo non attribuitur alicui solum tanquam termino. Si quis autem dicat q relatio realis potest attribui alicui de nouo tanquam subiecto nulla penitus trāsmutatione facta in ipso reali, iustum est vt hoc probet, cū non sit per se notum, & soluat rationem in contrarium, quæ non apparent mihi ad præsens.

Ad rationes patet ex dictis.

Neque agentis aut patientis. Neque oīs qui mouetur aut mouentis: quia nō est motus mo- Tex. c. 10.

H tus, nec generationis generatio, neque omnis mutationis mutatio.

QVAESTIO VI.

An Motus suscipiat esse per motum.



COnsequenter quæritur, Vtrum motus accipiat esse per motum. Arguitur primo q sic. Quia omne nouum accipit esse per motum: sed aliquis est motus nouus, vt visum est, quare &c. Maior apparet, quia constat quòd aliqua noua accipiunt esse per motum, & non videtur esse ratio, quare aliquod nouum accipiat esse per motum, & aliud sine motu: ergo omne nouum accipit esse p motum. Item, cum aliqua sunt eadem essentialiter, si vnum accipit esse per motum, & alterum: hæc videt̄ manifesta. sed motus & terminus motus sunt vnum et idem essentialiter, vt conceditur quasi ab omnibus, & terminus motus accipit esse p motum, vt visum est: ergo &c.

Item

Item, omne, quod dependet ab efficiente accipit esse p̃ A
Tex. c. 29. motum, nam efficiens est principium, vnde motus, secũ-
Tex. c. 2. dum Arist. in Secundo huius, & in Quinto Metaphys. sed motus dependet ab aliquo efficiente, s. ab ipso motore: quare &c. Item, nisi motus exiret in esse per motũ, tunc motus per viam naturæ posset deduci ex nihilo: q̃d est impossibile s̃m cõfessionem omnium Philosophorũ.
Tex. c. 34. In hoc igitur omnes conueniunt, qui locuti fuerunt de natura, quòd ex nihilo nihil fit, Primo huius. consequentia probatur: quia pro alio non negatur aliquid fieri ex nihilo, nisi quia fit per motum, cui oportet aliquid subijci, vt videtur ex Primo huius. si igitur motus posset produci in esse non per motum, tunc non maneret ratio, quare nõ posset produci ex nihilo. quare &c.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Aris. vult enim, q̃ motus non est motus, nec tanquam subiecti, nec tanq̃ termini: omne autem quod producitur in esse per motũ est terminus motus: quare &c.

B

CONCLVSIO.

Nullus motus per se producitur à motu, nec eius est per se terminus, at per accidens terminatur motus ad motum quãdoq.

AD quæstionem dico breuiter, quòd motus per se nou producitur per motum, ita quod sit per se terminus motus. Et hoc probat Arist. in litera multis rationibus. Sed ad præsens, quia rationes eius visę fuerunt in litera, adiungo quasdam alias. Prima est hæc, terminus per se cuiuscunq; motus debet esse aliquid permanens, s. quod possit existere totum simul: in hoc enim differt motus à termino motus, quia motus est aliquid successiuum, quod non potest existere totum simul: sed vna parte existente alia est in potẽtia, sed terminus motus est ens permanens, i. quod natum est existere simul, sed nullus motus est ens permanens, immo successiuum, vt manifestum est: quare &c. Item, si motus esset per se terminus motus, sequeret, q̃ essent infinitæ species motuũ: quod videtur omnino impossibile, sicut non sunt infinitæ species entium. Et probat consequentia, quia, si aliqs motus esset ad motum, vt ad per se terminum, aut eẽt ad motum eundem specie, cum ipso, aut alterius speciei. nõ est dicendum, quòd motus sit ad alium motum eiusdem speciei, vt ad per se terminum. ridiculum enim esset dicere, q̃ dealbatio sit ad dealbationem, vt ad p̃ se terminũ, quia similiter illa dealbatio esset ad dealbationem & illa ad aliam, & sic in infinitum. & nunquam aliquis motus cessaret manente suo subiecto, quod incipit mouere, immo semper post motum sequeretur motus eiusdem speciei in infinitum, & hoc specialiter absurdum esset de motu magnitudinis: quia s̃m hoc res naturales nunquã perducerentur ad perfectam quantitatem per augmentationem, postq̃ semper augmentatio esset post augmentationem in infinitum: non est ergo possibile, q̃ motus per se terminetur ad motum eiusdem speciei, quare relinquit, q̃ terminatur ad motum alterius speciei, et tunc quæritur de illo motu terminante. Vtrum terminetur ad motum eiusdem speciei aut alterius. si eiusdem, inconueniens, vt prius: si alterius reuertetur quæstio, vt prius, & sic in infinitum, & sic oportebit esse species infinitas motuum, q̃d est absurdum. quare &c. Item, hoc posset probari sic, si motus esset ad motum tanquam ad per se terminum, sequitur q̃ aliquid simul tenderet ad duo contraria secũdum actum, quod videtur impossibile omnino: et probatur consequentia supponendo aliqua. Primo, quòd, si motus est ad motum, vt ad terminum per se, nõ erit ad quẽcunq; motum, sed ad motum, quem non contingit simul esse cum eo, s. ad motum sibi oppositum, vt dealbatio, si est ad motum, vt ad per se terminum, non erit ad quẽcunque motum indifferenter, sed ad denigrationem. Ridiculum enim esset dicere, q̃ dealbatio per se esset ad calefactionem tanquam ad terminum ad quem. quia terminus ad quem non est simul cum motu, qui est ad terminũ per se: modo, calefactio potest simul esse cum dealbatio- A ne, & ideo non est rationabile, vt dealbatio sit ad calefactionem, vt ad per se terminum: & eadẽ ratio est de quolibet alio motu, qui nõ opponitur dealbationi. relinquitur, ergo, q̃ dealbatio esset ad denigrationẽ, vt ad terminum, similiter autem & de alijs. Secundo supponendum est, q̃ per totum tempus mobile mouetur ad illud, quod est per se terminus motus: & hoc etiam manifestum est per se. Tunc arguatur sic, ponatur, q̃ aliquid dealbatur, si denigratio est per se terminus dealbationis, tunc simul dum dealbatur mouetur ad denigrationem. constat aũt, q̃ illud, quod dealbatur mouetur ad albedinem: ergo simul mouetur ad albedinem & denigrationem, sed illud, quod actu mouetur & tẽdit ad denigrationem mouetur ad nigredinem: quia denigratio est nigredo, saltem imperfecta, & tẽdit ad nigredinem perfectam: ergo simul illud quod dealbatur mouetur ad albedinem & ad nigredinẽ: quod est impossibile manifestum. similiter autem & in alijs: illud enim, quod sanabitur, mouebitur simul ad sa- B nitatem & ad ægritudinem modo prædicto. Item, sequitur aliud inconueniens, q̃ simul aliquid recedit ab aliquo & tendit ad illud idem. nam illud, quod dealbatur, recedit à nigredine, & tendit ad denigrationem: quia denigratio ipsa est ad nigredinem. quare simul aliquid recedit à nigredine, & tendit ad nigredinem, quod videtur incõueniens. nullus enim motus per se est ab eodem in idẽ, nisi motus localis circularis, vt patet ex Octauo huius. Trx. c. 78.
quare &c. Et tamen intelligẽdum, q̃ motus potest terminari ad motum per accidens. quia contingit q̃ terminato aliquo motu in subiecto in eodẽ instanti incipit ali⁹ motus in isto subiecto. vt aliquo sanato contingit ipsum incipere ambulare, similiter autem & in alijs. sed istud accidit, quia terminato aliquo motu potest indifferẽter quicunq; alius motus incipere in illo subiecto, loquendo de motibus, quibus illud subiectum natum est moueri. vt terminata sanatione potest indifferẽter incipi cursus aut C calefactio, aut quicunq; alius terminus aut per se motus determinari debet esse aliud determinatum & vnũ. quare &c. Item, conclusio probatur sic. nullus motus continuus potest deficere antequam perueniat ad suum per se terminum: quia, si deficeret, tunc non esset continuus. nunc autem in istis inferioribus mobilibus, quilibet motus potest deficere antequam incipiat alius motus: cõtingit enim subiectum quiescere sub forma, s̃m quã est motus, antequam incipiat alius motus. Verbi gratia, si aliquid dealbatur, contingit ipsum quiescere sub albedine, antequam incipiat moueri illo motu, quare &c. & hęc ratio bene habetur ex verbis Aristo.

AD primam rationem in cõtrarium cum dicitur, omne nouum &c. Dico, q̃ sic est intelligendum. omne nouum accipit esse per motum præcedente aliquo motu vel i subiecto illius noui, vel in aliquo alio, ita q̃ illud nouum vel est terminus motus præcedentis per se, vel con- Rũsiones.
D sequitur terminũ per se illius motus. sed non oportet vniuersaliter q̃ omne nouum incipiat esse per motum, cuius illud nouum sit per se terminus. quare &c.

Ad aliam cum dicitur, quandocunq; aliqua sunt eadem &c. Verum est, si omnino sunt eadem. modo, motus & terminus motus, licet sint eadem essentialiter s̃m speciem, loquendo de motu pro actu fluente, tamen differunt s̃m magis perfectum & minus perfectum, & ideo non sunt penitus essentialiter eadem, & forte non sunt eadem s̃m numerũ, sed de hoc inquiretur post. Sufficit autem ad præsens, q̃ non omnino sunt essentialiter idem, et ideo vnum eorum potest acquiri p̃ motum, & aliud nõ, tanquam per se terminus motus. Aliter dicerent aliq, q̃ motus, qui est forma fluens, bene est idem essentialiter cum termino motus, & iste motus bene accipit esse per motum, sed motus pro fluxu formæ, non est idem essentialiter cum termino motus. quare &c. sed prima solutio melior est. Ad aliam, cum dicitur, omne, quod dependet, dicunt aliqui, q̃ verum est, si dependet ab efficiente

sicut

sicut per se effectus ipsius efficientis: sed si per accidens, non oportet. modo, dicunt, nullus motus habet efficiens per se, sed solum per accidens, inquantum per ipsum motum efficiēs facit aliquid per se. sed istud est bene dubiū, & forte est impossibile, q̄ mot⁹ nullo modo fit ab agēte p̄ se, de hoc autem videbitur alias, si Deus voluerit. Aliter tamen potest dici, cum dicitur, omne, quod est ab agēte &c. Verum est, si sit principaliter intentum ab agēte, sed, si est intentum secundario ab agente, & ex consequēti solum, nō oportet, q̄ accipiat esse per motum, cuius sit per se terminus: modo, ipse motus non est aliquid per se & principaliter intentum ab agente, vt motus est, sed est intentus secundario & ex consequenti, inquātum non potest producere actum perfectum, quem principaliter intendit nisi præcedente motu aliquo modo. Et ideo nō oportet, q̄ motus licet sit ab agente tanquam eius effectus per se aliquo modo & non pure per accidēs accipiat esse per motum, vt per se terminus motus. quare non valet. E Ad aliam, cum dicitur, q̄ tūc motus posset fieri ex nihilo &c. nego consequentiam. Et, cum probatur. quia per aliud non conuincitur aliquid fieri ex nihilo, nisi quia fit per motum: potest dici, q̄ verum est, quia fit per motum, vel tanquam per se terminus motus, vel tanquā cōcomitans motum & præsupponens ipsum aliquo modo: quamuis autem motus nouus non concedatur esse terminus per se motus, tñ nunquam contingit motus nouus, nisi præcedente aliquo motu alio ſm Philosophum, & sic non poterit fieri ex nihilo. Aliter posset dici, q̄ non solum cōuincitur aliquid fieri ex nihilo per hoc, quod fit per motum, sed per hoc q̄ oportet ipsum prius fuisse possibile fieri. Non enim fit impossibile fieri, modo, non potuisset fuisse possibile fieri, nisi præcedente potentia receptiua sui esse, & illa potentia receptiua non potuit esse in nō ente, neque magente, sed solum in subiecto, & ideo impossibile est aliquid factum esse de nouo, nisi præexistente aliquo subiecto secundum Philosophum: de hoc autē habitum fuit in Primo.

QVAESTIO VII.

An in Quantitate sit Contrarietas



Consequenter quæritur. Vtrum in quantitate sit contrarietas. Arguitur primo q̄ nō, quia in quibuscunq; non est maxima distātia in illis non est cōtrarietas, vt patet ex Decimo Metaphysi. sed in quantitatibus non est maxima distantia, quia non est in eis minimum, cum continuum sit diuisibile in infinitum. nec maximum, cū in numeris sit augmentatio in infinitum, vt patet in Tertio huius. ergo &c. Item, si sic tunc quantitas reciperet magis & minus, quod est falsum, vt patet in prædicamētis. & probatur consequentia, quia magis & minus prouenit ex permistione contrarij, vt patet in isto Quinto. quare &c. Item, contraria sunt adinuicem corruptibilia, vt patet in Primo de Generatione: sed vna quantitas nō est corruptiua alterius, vt manifestum est ad sensum. nam vnum corpus positum iuxta alterum non corrumpit ipsum. & Commen. dicit in Quarto huius, q̄ quantitates non sunt actiuæ neq; passiuæ, saltem per se. q̄re &c. Item, in prædicamentis dicit Aristo. q̄ quantitati nihil est contrarium. quare &c. Item difficilius, si in quātitate esset contrarietas, aut esset inter quantitates diuersarum specierum, aut inter quantitates eiusdem speciei, p̄ conuenientem & sufficientem diuisionē. non inter quantitates diuersarum specierum, quia istæ sunt bene in eodem subiecto simul, vt linea, superficies, corpus. Præterea Ab vna istarum non fit motus ad aliam, vt manifestum est, nec est dicendum, q̄ inter quātitates eiusdem speciei, quia contraria debent differre ſm speciem, vt patet ex Decimo Metaphy. & Quinto. quare &c.

OPPOSITVM vult Aris. in isto. 5. Et aliter, non esset motus ad quantitatem, sicut nec ad subām. quare &c.

Tex. c. 14.
Tex. c. 61.
Tex. c. 6.
Côme. 84.
Tex. c. 14.
Tex. c. 38.

CONCLVSIO.

Quantitatis secundum se sumptæ nō inest aliqua proprijssima contrarietas, sed vt sub aliqua naturali forma consideratur, aliqua illi inest contrarietas.

AD euidentiam quæstionis est intelligendum, q̄ sicut communiter dicitur, quantitas potest cōsiderari dupliciter. vno modo ſm se, alio modo ſm q̄ est alicuius naturæ determinatæ, vt hominis, aut cuiuscunq; alterius substantiæ naturalis. Item, considerandum est, q̄ contrarietas multipliciter inuenitur accipi in Philosophia. vno modo accipitur communiter & quasi impropriè pro oppositione, quæ est inter priuationem & habitum. & hoc modo accipit Aristo. in Primo huius, sicut ostensum fuit ibi. Alio modo dicitur contrarietas opposito, quę est inter duas formas diuersas speciei eiusdem generis maxime distātes sub illo genere, & quarum vna immediate agit ad corruptionem alterius, & ē conuerso, vt caliditas & frigiditas, & humiditas & siccitas. & ista dicitur contrarietas proprijssime dicta. Aliomodo sumitur contrarietas pro incompossibilitate duarum formarum eiusdem speciei, quarum vna est perfectior aliquo modo q̄ altera. vt dicimus, q̄ albedo minus intensa est cōtraria albedini fortiori, similiter autem & in alijs multis. Et hoc modo potest dici contrarietas minus propriè dicta, licet sit propria contrarietas respectu illius primo modo dictæ, quæ est inter priuationē & habitum. & hoc modo loquitur Arist. de contrarietate in de Causis Longitudinis et Breuitatis vitæ. vbi dicit, q̄ superabundans cōtrarium diminuto, vt maior flamma accidit minori, & hoc etiam modo loquitur Arist. in isto: Quinto in illo capitulo, quoniam autem neq; substantiæ, in illa particula, quę autem in eadem specie mutatio. vbi dicit plane, q̄ magis & minus, quæ sunt in eadem specie, sunt contraria aliquo modo. vnde dicit, in minus enim vadens in contrarium dicetur mutare. Posset etiam vocari contrarie- G tas repugnantia duarum formarum succedentium in eodem subiecto in potentia: & sic formæ substantiales possunt dici contrariæ, & hæc posset dici contrarietas magis propriè prædicta quæ est inter formas vnius speciei. Quòd autem inter formas substantiales materiales sit contrarietas aliquo modo, probatum fuit prius, & potest probari ratione probabili: quia sicut forma substātialis ignis & aquæ naturaliter sunt priores ipsis qualitatibus suis caliditate & frigiditate, vt omnes concedunt, ita rationabile videtur, q̄ repugnantia formæ substantialis ignis ad formam substantialem aquæ sit prior naturaliter q̄ repugnāntia caliditatis ad frigiditatem. non enim pro alio principaliter videntur adinuicem repugnare caliditas & frigiditas, nisi quia formæ, quas consequuntur, sibi inuicem repugnant. prior ergo est repugnantia istarū formarum substātialium q̄ suarum qualitatum, dico naturaliter, & sic non est penitus eadem repugnātia formarum H substantialium & qualitatum, sed alia, cum nihil sic prius naturaliter seipso. Omnis autem repugnātia eorū, quæ possunt succedere in eodem subiecto, est oppositio, & omnis oppositio vel est contrarietas, vel cōtradictio, vel priuatiua oppositio, vel relatiua, vt satis patet ex Prædicamentis, & ex Decimo Metaphysi. constat autem, q̄ vna forma substātialis non opponitur alteri, vt priuatio habitui propriè, cum priuatio sit per se non ens: nec relatiue, cum sint entia absoluta: nec contradictoriè, cum vtraque sit ens positiuum, & vnum contradictoriorum est pure non ens. ergo relinquitur, q̄ vna forma substantialis opponitur alteri contrariè. Istam autem rationem pono vt probabilem, quia non est demonstratum, q̄ repugnantia omnis aliquorum sibi inuicem succedentium in vno subiecto sit oppositio. Sed forte hoc debet recipi prò manifesto, & non est demonstratum, q̄ repugnantia formarum necessario præcedat vniuersaliter repugnantiam qualitatum suarum, sed & forte hoc est principium bene dispositis secundum intellectum.

Quantitas consideratur dupliciter, con trarietas capitur multipliciter.

Tex. c. 19.

Formę substantiales sunt cōtrariæ.

His

His vis poteſt reſpõderi ad quæſtionem: Primo, ꝙ inter quantitates non eſt contrarietas improprie dicta, quę eſt inter priuationem & habitum oppoſitio, quia cõſtat, ꝙ vna quantitas non eſt proprie priuatio alterius. quare &c. Secundo poteſt dici, ꝙ inter quantitates nulla eſt contrarietas propriĳſſime dicta: quia non ſunt per ſe actiuæ adinuicem, nec paſſiuę, vt manifeſtum eſt ad ſenſum. nam, vt dicebatur arguendo, vnũ corpus appropinquatum alteri non corrumpit ipſum, nec vna ſuperficies aliã corrumpit per ſe, nec linea lineam. ſimiliter aũt & in aliĳs. quare &c. Tertio poteſt dici, ꝙ inter quãtitates bene eſt contrarietas minus proprie dicta, quæ eſt impoſſibilitas duarum formarũ eiuſdem ſpeciei, quarum vna eſt perfectior alia. conſtat enim ꝙ linea ſm ſuam eſſentiam eſt diuiſibilis in lineas minores. & linea minor eſt minus perfecta q̃ linea maior, cuius eſt pars, ſicut vr̃ omnis pars quantitatiua eſt imperfectior ſuo toto. & linea maior & minor nõ poſſunt ſimul ineſſe eidem ſubiecto ſm idem. quare &c. Quarto dicendum, ꝙ inter quantitates, ſm ꝙ ſunt alicuius naturæ, eſt contrarietas propinquior veræ contrarietati, q̃ inter quantitates ſm ſe, quia duæ formæ maxime diſtantes abinuicem, quarum vna ſuccedit alteri in eodem ſubiecto, magis propinquæ ſunt verę cõtrarietati, q̃ quæ non maxime diſtant: ſed duæ quantitates, ſm ꝙ ſunt in natura determinata, ſunt maxime diſtãtes, verbi gratia, aliqua eſt quãtitas hominis, ita magna, ſub qua maior nõ poteſt ſaluari natura hominis: & aliqua ita parua, ſub qua minori nõ poteſt ſaluari natura hominis. & iſtæ duæ maxime diſtant abinuicem in natura humana, & poſt minimam quantitatem nata eſt ſuccedere maxima. Sed inter duas quantitates ſm ſe ſumptas non eſt maxima diſtantia, ſ. quæ ſit inter maximum & minimũ. verbi gratia: inter duas lineas non eſt maxima diſtantia: quia nulla eſt linea minima ſm ſe, cum ſit diuiſibilis in infinitum. ſimiliter autem & in aliĳs quantitatibus continuis. Et ſimiliter non eſt maxima diſtantia inter duos numeros. quia nullus eſt numerus maximus, quo non poſſit eſſe maior, cum numerus creſcat in infinitũ, vt patet in Tertio huius. Et ideo cõmuniter ſolet dici ad queſtionem iſtam ꝙ in quantitate ſm ſe non eſt contrarietas, ſed in quantitate ſm ꝙ eſt coniuncta formę naturali, vel ſm ꝙ eſt quantitas formæ naturalis bene eſt cõtrarietas. q̃d tamen credo ſic eſſe intelligendum, vt in quantitate ſm ꝙ eſt coniuncta formis naturalibus ſit contrarietas non propriĳſſime dicta: quia tales duæ quantitates alicuius naturæ, quarũ vna eſt maxima et alia minima nõ ſunt ſibĳnuicẽ p ſe corruptiua: vt linea minima, ſub qua nata eſt eſſe forma humana, non eſt p ſe corruptiua linez maximę, nec ẽ conuerſo. ſimiliter autem & de aliĳs quantitatibus & naturis. ſed pro tanto dicitur eſſe contrarietas in quantitate, ſm ꝙ eſt coniuncta cum formis naturalibus, quia cum ipſa vt ſic, eſt contrarietas propinquior perfectę cõtrarietati q̃ in ipſa ſm ſe & abſolute, declaratum eſt. Nec intelligo etiam, ꝙ in quantitate ſm ſe & ſm ſuam eſſentiam nullo modo ſit contrarietas. quia circumſcriptis per intellectum omnibus formis naturalib⁹ adhuc linea maior eſſet perfectior aliquo modo q̃ linea minor, ſicut totum eſt perfectius ſua parte. & ſic in eſſentia lineæ adhuc eſſet contrarietas, quæ poteſt eſſe inter formã magis perfectã & minus pfectã eiuſdẽ ſpeciei. imaginor ergo, ꝙ circũſcriptis p intellm oĩbus formis naturalib⁹, adhuc eſſentia lineæ realiter eſſet diuiſibilis in īfinitũ, & nõ eẽt diuiſibilis niſi in lineas, vt oẽs cõcedũt ſm Ariſt. in Sexto hu⁹ & in libro de Lineis indiuiſibilibus. ergo, cum vnũquodque ſit compoſitum ex illis, in quæ diuiditur, ſequitur, ꝙ linea ſm ſuam eſſentiam ſit compoſita ex lineis. Et, cum omne totum ſit maius ſua parte, ſequitur, ꝙ linea ſm ſuã eſſentiam ſit maior alia linea. & per cõſequens perfectior aliqualiter, & alia minor & minus pfecta, & ſic inter eas eſt cõtrarietas talis, quæ dicta eſt. Et ſi quis diceret, ꝙ linea maior nullo modo eſt perfectior q̃ linea minor, niſi ſm ꝙ eſt coniuncta formæ naturali, & ratione, qua eſt ei coniuncta: hoc non eſt verum, quia circumſcriptis omnibus virtutibus naturalibus, adhuc linea maior haberet plures partes eiuſdem quantitatis, q̃ linea minor. & cõſtat, ꝙ vnaquęq; illarum partium, quas haberet linea maior vltra minorem, eſſet quædam perfectio & forma in ſe. & ſic linea maior circumſcriptis virtutibus naturalibus haberet plures perfectiões q̃ minor. quare aliqualiter eſſet perfectior. & ſic idem quod prius, ſ. ꝙ in quantitate ſm ſe, i. ſm ſuam eſſentiam eſt aliqua contrarietas: bene tamen concederem, ꝙ nunquam aliquod ſubiectũ tranſmutaretur de longitudine ſeu linea minori ad maiorem, nec ẽ conuerſo, niſi per virtutes naturales actiuas et paſſiuas, ſed hoc nõ obſtãte, adhuc diuiſio lõgitudinis, ſ. lineę, naturaliter eſt prior oĩ virtute naturali aliquo modo prioritatis. Quantitas enim prior eſt qualitate, vt dicit Boetius in prædicamentis. & Commenta. in de Subſtantia Orbis, dicit, ꝙ primum rerum exiſtentium in hoc ſubiecto ſunt tres dimenſiones, quæ dicuntur corpus. Et ſic naturaliter, ante omnem virtutem naturalem, ipſa linea haberet partes quantitatiuas, ſine quibus non eſt eĩ eſſentia, & per conſequens eſſet in linea maius & minus. ſiquidem omne totum eſt maius ſua parte: & ſi maius & minus: ergo perfectius & minus perfectum. quare &c.

Cōmē. 97.

In q̄titate ſecundũ ſe eſt aliquo modo contrarietas.

Obiectio.

Lineæ maior eſt perfectior linea minori

Rũſiones.

AD rationes patet per diſtinctionem poſitã, & tu applica ad ſolutionem. Et ad vltimam credo eſſe dicendum, ꝙ contrarietas, quæ eſt in quantitate eſt inter quantitates, quæ ſunt eiuſdem ſpeciei modo prius dicto. Et, cum dicitur, ꝙ contraria differunt ſpecie, verũ eſt cõtraria propriĳſſima, & perfectiſſima contrarietate. ſed nõ oportet, ꝙ contraria omnia ſint diuerſa ſpecie. & hoc ſignificauit Ariſt. in Quinto Metaphy. capitulo de diuerſo ſpecie, vbi ſic loquitur. & cõtraria diuerſa ſunt ſpecie, aut omnia, aut dicta primum, & eſt verũ pro vltima parte, ſcilicet, ꝙ contraria dicta primum, id eſt principaliter, ſunt diuerſa ſpecie.

QVAESTIO · VIII.
An In Loco ſit Contrarietas.



COnſequenter quæri ſolet, vtrum ad quantitatem poſſet eſſe motus. Sed, quia de hoc dictum eſt in tractatu de augmento, ideo hic non ſcribo. ſed cui fuerit curæ videat illud opus. Et conſequenter quæritur, vtrum in loco ſit contrarietas. Arguitur primo ꝙ nõ. quia, ſi in loco eſſet contrarietas, maxime videretur eſſe inter locum ſurſum & locum deorſum: hæc eſt manifeſta, qa iſta loca ſunt maxime diuerſa, ſicut grauia & leuia. ſed iter locum ſurſum & locum deorſum non eſt cõtrarietas, quod probatur dupliciter. Primo, quia contrarietas eſt maxima diſtantia, vt patet Decimo Metaphyſ. ſed inter locũ ſurſum & locum deorſum non eſt maxima diſtãtia, quia locus ſurſum eſt ipſum concauũ cœli, & locus deorſum eſt medium mundi, vt patet in Primo Meteororum, & Quarto huius modo, concauum cœli non maxime diſtat à medio mundi, immo plus diſtat vna pars concaui cœli à parte cœli ei diametraliter oppoſita, q̃ à medio mundi, vt manifeſtum eſt per ſe. quare &c. Item, cõtraria poſſunt ſibĳnuicem ſuccedere in eodem ſubiecto, vt patet Decimo Metaphyſ. ſed locus ſurſum & locus deorſum non poſſunt ſibĳnuicem ſuccedere in eodem ſubiecto, locus enim ſurſum proprie eſt virtus conſeruatiua leuium, & locus deorſum eſt virtus conſeruatiua grauium, virt⁹ autem conſeruatiua leuium non eſt proprie niſi in cœlo, & virtus conſeruatiua grauium in centro. vnde, cum centrum nunquam fiat cœlum, nec ẽ conuerſo, manifeſtum eſſe videtur, ꝙ iſtæ virtutes nunquam ſuccedunt in vno & eodem ſubiecto. quare &c. Item, cõtrariorum vnũ eſt corruptiuum alterius, vt patet in Primo de Generatione et Secundo: ſed locus ſurſum non eſt corruptio loci deorſum, nec ẽ conuerſo, quia locus ſurſum eſt virtus cõ-

Tex. c. 14.

Tex. c. 14.

Tex. c. 10.

Tex. c. 8.

ſeruatiua

seruatiua leuium, & est in co ncauo cœli, locus autẽ deor E
sum est virtus conseruatiua grauium, & est in centro, vt
Tex. c. 11. dicitur in Quarto huius: modo, istæ virtutes nunquam
sunt sibijnuicem appropinquatę, & ideo vna non agit ad
Tex. c. 18. corruptionem alterius, cum agens & passum debeãt esse
simul, vt patet ex Septimo huius.

OPPOSITVM vult Aristo. in litera.

CONCLVSIO.

In loco naturali, qui est virtus conseruatiua locati, est aliquo modo contrarietas.

Dicendum, ꝙ in loco naturali, qui est virtus cõseruatiua locati bene est cõtrarietas aliquo modo. quia omnes duę formæ existentes sub eodem genere, & diuersæ ſm speciem & maxime distantes sub illo genere habent aliqualiter contrarietatem: hæc videtur manifesta. sed locus sursum & locus deorsum sunt huiusmodi: sunt enim in eodem genere, s. sub loco, & differunt F
specie, sicut graue simpliciter & leue simpliciter differũt specie, et maxime distant abinuicem ſm materiam et virtutem. nam sursum simpliciter est virtus conseruatiua leuis simpliciter, & deorsum simpliciter est virtus conseruatiua grauis simpliciter. Vnde sicut grauitas & leuitas maxime in genere virtutis motiuæ ſm locum distant, sic sursum simpliciter & deorsum simpliciter maxime distãt
Comen. 4. in genere loci. Et est considerandum, ꝙ ſm Cõmen. in Octauo Metaphy. illo cap. est autem substantia q͛d subijcitur, Cõtrarietas primo & essentialiter inuenitur in eis, quæ opponuntur in loco, & ideo accepta est distantia in diffinitione contrariorum, s. quia distãtia proprie dicitur de locis & ex consequenti de formis repugnantibus. Et notandũ, ꝙ licet contrarietas primo et essentialiter inue-
Comẽ. 56. niatur in loco, tamen ſm Commẽ. in Primo Cœli & Mũdi, inuenire contrarietatem in motu locali est magis occultum quàm in alteratione, & esset bene videndum qualiter hoc Commentator intelligit. Forsan intelligit de G
motu locali circulari.

Rñsiones. AD primam rationem dicẽdum, ꝙ inter vbi sursum, & vbi deorsum non est maxima distantia quantitatiua, maxima dico simpliciter & omnino, sed inter ea est maxima distantia virtutum conseruatiuarum. plus enim differt virtus conseruatiua grauium, quæ est locus deorsum, à virtute cõseruatiua leuium, quę est locus sursum, q̃ distãt abinuicem virtutes duæ in duabus partibus or-
Contraria nõ semp sibinuicẽ in eodẽ subiecto succedunt. bus sibi oppositis, & hoc sufficit. Ad aliam, cum dicitur contraria possunt sibijnuicẽ succedere &c. posset dici, ꝙ contraria possunt considerari dupliciter. vno modo ratione, qua contraria sunt, & sic non repugnat eis sibijnuicem succedere in eodem subiecto. alio modo ſm ꝙ sunt in talibus naturis determinatis, & sic potest esse, ꝙ non succedant sibijnuicem in eodem subiecto. Aut dicatur, ꝙ quamuis locus sursum & locus deorsum non succedãt sibi in eodem ſm se, tñ ſm suos effectus, s. vbi sursum & vbi deorsum, bene succedunt sibi in eodem subiecto. H

Ad aliud potest dici, ꝙ licet virtus conseruatiua leuiũ, quæ est locus sursum, non agat immediate ad corruptionem loci deorsum, tamen possibile est, ꝙ agat adhoc mediate, scilicet mediantibus corporibus intermedijs, scilicet inter ipsum cœlum & ipsum locum grauium. bene tamen verum est, ꝙ nunquam virtus cõseruatiua grauiũ, quæ est locus deorsum, corrumpit virtutem conseruatiuam leuium existentem in concauo cœli, cum ipsum cœ-
Tex. c. 20. lum non sit alterabile ab istis inferioribus, vt satis patet
Contrariorũ vnũ nõ sp corrũpit alterum. in primo Cœli & Mundi. nec oportet, ꝙ vniuersaliter vnum contrariorum sit corruptiuum alterius & è cõuerso, licet hoc sit in istis inferioribus contrarijs, quæ cõmunicant in vna materia.

Tex. c. 19. Quæ autem est in eadem specie mutatio in magis & minus, alteratio est.

QVAESTIO IX.

An Magis & Minus perfectum secundum formã, ad quam est motus, specie differant.



Consequenter quæritur. Vtrum magis perfectum & minus perfectũ in forma, ad quã est motus, sint diuersa ſm speciẽ. Arguitur primo ꝙ sic, quia contraria differunt ſm speciem, vt videtur velle Aristo. in Deci-
mo Metaphy. sed magis perfectum & minus perfectum Tex. c. 13.
in talibus formis videntur esse contraria, quod probatur quia motus non est nisi à contrario in contrarium, saltem in istis inferioribus: sed contingit aliquid moueri à minꝰ perfecto ad magis pfectum, vt à minus calido ad magis calidum, & sic de cæteris. quare &c. Item, extrema & medium differunt ſm speciem, vt albedo & rubedo, & sic de alijs. sed non differunt nisi ſm magis & minus, medium enim habet actu vtrunq; extremorum non in suis vltimis perfectionibus, vt dicit Commen. in Primo huius. ergo medium habet in se vtrunq; extremorum remis-
sum, & ſm minorem perfectionem. quare &c. Item, illa Cõmẽ. 56.
differunt specie, quorum vnum est corruptiuum alterius: hæc videtur manifesta. quia ea, quæ sunt eiusdẽ speciei non videntur esse sibijnuicem corruptiua. modo, magis calidum corrumpit minus calidum, vt maior flãma corrumpit minorem ſm Arist. in de Causis Longitudinis & Breuitatis vitæ, & in de Respiratione. quare &c.

Item, magis differunt magis album & minus album, q̃ duo alba ęque perfecta: hoc est manifestum. sed duo alba æque perfecta differunt numero, vt manifestum est per se: ergo magis album & minus album differunt plus q̃ numero: sed non possunt plus differre quàm numero, nisi differant specie, vt certum est: quare. &c.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Aristo. hic. vult enim, quòd magis & minus sunt in eadem specie, & hoc etiam est commune dictum, ꝙ magis & minus non diuersificant speciem.

CONCLVSIO.

Magis & minus perfectum, secũdum formam, ad quã est motus, non variãt speciem.

AD quæstionem potest dici breuiter, ꝙ magis perfectum, & minus perfectum in forma, ſm quam est motus non differunt proprie ſm speciem. Et hoc aliqui sic probant, si huiusmodi magis & minus differunt specie, nullus motus posset esse vnus numero sim-
pliciter: quod est omnino inconueniens, & contra Arist. Tex. c. 24.
in isto Quinto. Et apparet consequentia. quia semper in Motus quid
alio & in alio instanti temporis mensurantis motũ ad for- est.
mam aliquid acquiritur illius formæ perfectius & minꝰ perfectum: motus enim est generatio vnius partis post aliam partem illius perfectionis ad quam tendit motus,
donec perficiatur & sit in actu, vt docet Cõmen. in Ter- Comen. 4.
tio huius, & constat, ꝙ pars, quæ acquirit in instãti priori, est minus perfecta, q̃ quæ acquiritur in instanti sequenti, vt, cum aliquid calesit, prius acquiritur caliditas minus perfecta, & postea magis perfecta. Similiter autẽ & in alijs motibus suo modo. si igitur huiusmodi formę differunt ſm speciem, tunc nullus motus est ſm formã vnã specie. ad hoc autem, ꝙ motus sit vnus numero requiritur ꝙ sit ſm formam vnam specie ad minus: licet forte non sit necessarium ꝙ sit ſm formam vnam numero, ita, scilicet, ꝙ forma, ſm quam est motus, sit vna numero, per totum tempus. De hoc autem videbitur in sequentibus. quare &c. Item, potest sic probari conclusio, Si albedo perfectior & minus perfecta essent diuersę ſm spẽm, tũc non magis differrent albedo & nigredo q̃ albedo perfectior & minus perfecta, quod videtur absurdum. & patet consequentia, quia albedo & nigredo per se solũ non differunt nisi ſm speciem. si ergo albedo perfectior & minus perfecta differunt specie, tunc non plus differrent albedo & nigredo q̃ albedo perfectior & imperfectior.

sed

sed forte hęc ratio nō est demonstratiua: quia diceretur, ꝗ nihil prohibet differentium ſm ſpeciem quaedam magis esse diuersa q̄ alia. vt homo & musca differunt secundū ſpēm, et similiter homo & ſimia differūt ſic ſm ſpēm, & tñ homo & musca plus differunt q̄ homo & ſimia: nisi ꝗ forte homo et musca non plus differunt quantum ad substantias & ꝑ ſe, ꝗ homo & ſimia: ſed quantum ad dispositionē ſunt magis dissimilia, homo autem & ſimia, magis similia, ſed non magis eadem ſm ſe. Item posset sic argui. Si magis pfectum et minus perfectum in forma ſm quam est motus differrent specie, tūc substantiæ sīlr haberēt magis & minus, ficut accidentales formæ: quod est improbabile. Et patet consequentia, quia certum est, ꝗ in substantijs est magis pfectum & minus perfectum in diuersis speciebus, vna. n. substantia est perfectior alia,

Tex. c. 18. vt patet ex Primo de Generatione. si igitur forma accidētalis, ſm quam est motus, non haberet magis pfectum et minus pfectum nisi in diuersis spēbus, tunc non aliter reciperet accidens magis & minus q̄ substantia: quod, cū sit improbabile, quia substantia non recipit magis & minus saltem substantia misti. ideo &c. Item, posset duci ad aliud improbabile, ꝗ, si magis & minus in forma ſm quam est motus, differunt ſm ſpēm, tunc essent infinitæ ſpēs, saltem successiuę in eodem subiecto: quod est absurdum. & probatur cōsequentia, quia certum est, ꝗ in tempore mēsurante motum, ꝑpte dictum sunt infinita instātia & in vno quoq; illorum acquiritur alia pars illius formæ, ſm quā est motus, ita ꝗ pars, quæ acquiritur in instāti posteriori, est perfectior parte, quæ fuit acquisita in instanti præcedente. verbi gratia, cum aliquid calefit in aliquo tempore, in quolibet instāti illius tpis acquiritur aliquid vel aliqua pars caliditatis, & semper perfectior pars est illa, quæ acquiritur in instanti sequenti. cum igitur sint

Tex. c. 11. infinita instantia in illo tempore, vt patet ex Sexto huiꝰ. infinitæ partes caliditatis acquirerentur in subiecto in illo tpe. & sic, si magis & minus sunt diuersa ſm speciē in tali forma, sequitur, ꝗ erunt species infinitæ ſm successionē: quod videtur impossibile omnino. Et confirmatur

Spēs in vniuerso pñt esse actualr in ipso. quia ſm aliquos, omnes ſpēs, quę possunt esse in vniuerso, sunt actualiter in ipso. Et hęc videtur esse intētio. Linco. super Primo Posteriorū: vbi dicit, ꝗ verisimile est oēs ſpēs vniuersi in qualibet hora manere. Aliter enim vniuersitas entium quandoq; esset diminuta. Aliter etiā species illę non plus pertinerent ad perfectionem vniuersi ꝗ sua indiuidua. si igitur In aliquo subiecto possent esse species infinitę, necessario videretur, quòd species infinitę simul essent: quod est manifestum impossibile.

Rñsiones. AD primam rationē dico, ꝗ maior est vera de contrarijs contrarietate propria & perfecta, sed de contrarijs contrarietate diminuta & imperfecta, non est vera: et sic est hic. quare &c. Ad aliam, cum dicitur, medium & extrema &c. Intelligēdum est hic, ꝗ de medio sunt duæ opiniones. Vna est, quod mediū inter duo extrema

Mediū ē cōpositū ex essentiis extremorū. est compositum ex essentijs extremorū remissis & refractis, vt rubedo ex essentia albedinis & nigredinis. similiter aūt & in alijs. & loquimur de medijs fixis, quę, s. hñt esse fixa in subiectis. & tunc isti dicerēt, ꝗ rubedo mediū differt ab altero extremorū ratione alterius, quod includitur in eius essentia. verbi gratia, rubedo differt à nigredine ratione albedinis, & ab albedine ratione nigredinis, similiter aū & in alijs. & sic non differt solū ſm magis et minus. V ꝑ ſt tñ, quòd ſm istam viam, medium quantum ad id, quod includit de altero extremo, nō differt ab illo extremo nisi ſm magis & minus, vt rubedo, quantū ad illud quod includit de albedine non differt ab albedine, nisi ſm magis & minus, sed ratione alterius partis differt per se albedine, s. ratione nigredinis. sed ista opinio videtur difficilis. quia ſm hoc medium non erit quid vnum per se, cum ex duabus formis non fiat vnum ens per se.

Improbatio. Item, forma omnis est simplicis essentiæ, vt vult Auctor, Sex principiorum. rubedo autem est quędam for-

A ma, & similiter de alijs huiusmodi. quare &c. Et ideo dicunt alij aliter, & dicunt, ꝗ medium ipsum non est essentialiter cōpositum ex extremis fractis, imo est forma ita simplex in essentia, sicut sunt formę extremę: tamē habet quodāmodo virtutē vtriusq; extremorū. Et sic intelligunt Cōmentatorē cū dicit, ꝗ in medio sunt extrema in actu, i. in virtute quadā actiua: quia ipsum mediū pōt agere actionē similē actioni vtriusq; extremi, vt tepidū habet aliqualiter calefacere frigidum, & aliqualiter frigefacere calidum, & sic de cæteris. & sic non differt ab extremis solū ſm magis & minus: quę sunt perfectiones accidentales eiusdem formæ, sed differt ab eis per se & ſm suam essentiam. Et forte non est remotum, quin subiectū formę medię habeat in se formas extremas actu, non in suis vltimis perfectionibus, sed refractas & remissas: & illę sunt sicut dispositiones subiecti ad formam mediam consequentē, quę tñ forma media essentialiter differt ab vtroq; extremorum & primo. & ideo non valet illa ratio.

Opinio secunda.

Medium ē forma simplex.

B Ad aliam cū dicitur, illa quorum vnum nō est corruptiuum alterꝰ &c. Potest dici, quòd verum est, si vnū sit per se corruptiuum alterius, sed, si per accidēs, non est necesse. modo, diceretur, quòd caliditas maioris flammę non corrumpit per se caliditatem minoris flammæ, sed ꝑ accidens hoc modo, quia flamma est spiritus sicci ardor, secundum Aristotelē in Primo Meteororum. Ille autem spiritus, cuius ardor est flamma, debet habere aliquā humiditatem aeream & subtilem, et sine humiditate tali nō potest conseruari talis flamma. Constat autem, cum maior flamma appropinquatur minori, quòd caliditas maioris flammæ consumit illud humidum, ex quo deberet & posset conseruari flamma minor, & sic per accidens corrumpit ipsam minorem flammam, & eius caliditatē, sed non per se ideo &c. Ad aliam dicendum, quòd albedo perfectior & minus perfecta non plus differunt per se & essentialiter, quàm duæ albedines eiusdem gradus,

Magis calidū corrumpit minꝰ calidum.

C sed bene sunt minus similes quadam accidentali similitudine, & duæ albedines eiusdem gradus vel æqualiter intensæ & perfectę sunt similiores accidentali similitudine, quàm duæ albedines, quarum vna est perfectior alia, sed per se non sunt magis eædem adinuicem, quàm illæ: quare non valet ratio.

Vnus autem motus dicitur multipliciter &c. Tex. c. 31.

QVAESTIO X.

An Forma, secundum quam est motus, sit vna numero à principio motus, vsq; ad terminum.



QVæritur hic, Vtrum forma, secundum quā est motus, sit vna numero à principio motꝰ vsque ad terminum. verbi gratia, cum aliquid calefit, caliditas sit vna numero à principio calefactionis vsq; ad terminum, & sic

D de similibus. Arguitur primo quòd non. quia, illud, quod est in continuo fluxu, non manet vnum numero: hæc videtur manifesta. sed forma, secundum quam est motus, est in continuo fluxu, vt etiam manifestum est secundum omnes: quare &c.

OPPOSITVM arguitur. quia, si talis forma non maneret vna numero, tunc talis motus non esset vnus numero. & patet consequentia: quia motus secundum veriorem acceptionem est forma fluens, vt vult Commentator in Tertio huius: quare &c. Comen. 4.

CONCLVSIO.

Formam, secundum quam est motus, eādem esse à principio motus vsq; ad Terminum, secundum quosdam, vel diuersam, secundum alios, probabile est, nec certum.

AD quæstionem est intelligendum, ꝗ de gradibus formæ, secundum quam est motus, sunt diuersæ opiniones. Quidam enim dicunt, ꝗ illę gradus non sunt idē essentialiter cū ipsa forma, nec eiusdē speciei, immo sunt diuersi essentialiter ab ipsa forma. verbi grā, Opinio prima.

cum aliquid calefit gradus caliditatis succedentes in subiecto non sunt caliditates, sed sunt accidentia quædam diuersa à caliditate essentialiter, similiter autē & in alijs suo modo. Et isti dicunt, ꝙ essentia formę manet eadem numero per totum tempus motus, & gradus sunt diuersi, et vno adueniente corrumpitur pręcedens. & dicunt isti, ꝙ ad essentiam formæ non est motus, imo essentia formæ acquiritur in primo instanti appropinquationis alterantis ad alterabile, sed gradus acquiruntur per motū vel extra sub tali gradu, verbi gratia, essentia caliditatis in instanti primo, quo calefaciens est appropinquatum calefactibili: & deinde acquiruntur diuersi gradus caliditatis successiue vnus post alium, ita quòd caliditas in nullo tēpore manet sub eodem gradu, sed semper acquirit alium & alium vsquequo motus terminetur: & adueniente posteriori gradu deficit præcedens, forma tñ manet vna & eadē numero per totum tempus motus, vt dicūt.

Forma secundū quā est mot⁹ manet vna per tēpus totū motus.

Quòd aūt forma, ſm quam est motus, maneat vna numero per totum tēpus motus continui, hoc probant ratione prius inducta, quia aliter motus nullus esset vnus numero: qđ est incōueniens, quia omne ens est vnum numero aliqualiter ſm Boethū in de Vnitate; & Vno.

Cōmen. 4.

Apparet consequentia, quia motus vel est forma fluens ſm veriorem opinionem, vel est fluxus formę, ſm famosiorem opinionem, vt dicit Commen. in Tertio huius. Et si quidē motus sit forma fluens, sic manifestū est, ꝙ, si non est forma vna numero, sic nō erit motus vnus numero. si vero motus sit fluxus formæ, sic adhuc videtur sequi, ꝙ, si non est vna forma, nō erit vnus motus, nam fluxus vnus numero non est nisi formę vnius numero. Formarum enim diuersarum numero non potest esse vnus fluxus numero, vt videtur manifestum: quare &c.

Gradus formę nō manet idē in tēpore mot⁹. Tex. c. 71.

Quod aūt gradus formę sit alius & alius, & non idem simpliciter, probāt sic. quia, si forma maneret vna numero & sub eodē gradu, tunc subiectum motus quiesceret dum moueretur: quod est impossibile. Et probatur consequētia, quia illud quiescit, qđ se habet eodē modo nunc sicut & prius, vt patet ī Sexto hui⁹. modo, illud, qđ mouet, se haberet in tpe motus eodē modo nunc vt prius, postq̄ haberet eandē formā & sub eodē gradu: quare &c. Quod aūt gradus formæ sit alius ab ipsa forma, hoc probaī, quia illa non sunt idē numero, quorū vnū manet idē vnū ī numero & aliud non: sed sic se hñt gradus formæ & forma, vt patet ex dictis.

Improbō opinionis.

Sed sine dubio ista positio non videtur esse oīno vera q̄tum ad id quod ponitur de gradibus formæ, ad quam est motus, s. ꝙ ipsi gradus sunt alij essentialiter ab ipsa forma, verbi gratia, ꝙ gradus caliditatis, qui acquiruntur in diuersis instantibus temporis mensurantis motum calefactionis, sint penitus alij essentialiter ab ipsa caliditate, hoc videtur multum impossibile.

Gradus formę nō distiguuntur essentialiter ab ipsa forma.

quia, si gradus caliditatis non esset caliditas, sed aliquid aliud essentialiter à caliditate, tunc calefactio magis deberet dici terminari ad aliquid aliud q̄ ad caliditatem: quod est oīno ridiculū. Et probatur cōsequentia, quia ſm istā positionē, calefactio vel terminaī ad gradū aliquem caliditatis, vel ad caliditatē, vt est sub tali gradu, ita, s. ꝙ talis gradus caliditatis vel est terminus calefactionis, vel est formale in termino calefactionis: omnis aūt motus magis est ad terminū suū & ad formale in suo termino q̄ ad aliquid aliud, vt manifestū est vnicuiq; sani capitis. ergo calefactio magis est ad aliquid aliud à caliditate, q̄ ad caliditatē, & magis debet denominari ab aliquo alio q̄ à caliditate: quod est oīno absurdum. & similiter est intelligendum de quocunq; alio motu ad formam. Item, si gradus caliditatis non est essentialiter caliditas, sed aliquid aliud ſm speciē à caliditate, quæritur, vtrum huiusmodi gradus sit quid absolutum, aut sit relatio, seu respectus. si dicetur ꝙ est relatio vel respectus, hoc videtur esse multum irrationabile: quia ſm hoc calefactio magis esset ad relationem q̄ ad caliditatem, cum terminus eius vel formale in termino esset relatio, vnumquodq; autem magis debet deno-

E minari à suo formali, q̄ à suo materiali. si autē diceretur ꝙ ipse gradus caliditatis est ens absolutum, quæritur in quo genere sit, & non inuenitur esse rationabile ꝙ sit in alio genere nisi in genere qualitatis, vt patet inducenti in omnibus.

Gradus caliditatis non distiguitur essentialiter ab ipsa caliditate.

si autem huiusmodi gradus caliditatis est qualitas, quæritur in qua specie qualitatis: & non est rationabile ꝙ sit in prima, specie, nec in secunda, nec in quarta, vt quilibet intelligens proprietates istarum specierum concederet: ergo relinquitur, ꝙ in tertia specie qualitatis. aut igitur qualitas prima aut secunda, non est dicendū ꝙ sit qualitas secunda, quia qualitates secundę non inueniuntur nisi in mistis, vt vult Commen. in Secundo de Anima. & habetur Quarto Meteororū: ergo gradus caliditatis est qualitas prima tangibilis, & cum non sit frigiditas nec humiditas, nec siccitas, vt manifestum est, relinquitur, ꝙ sit caliditas, similiter autem est de alijs suo modo.

Cōmē. 27.

Item, si gradus formæ esset aliud ab ipsa forma, tūc dissimilitudo non posset fundari immediate in duabus qualitatibus eiusdem speciei, vt super duas caliditates eiusdē

F speciei non posset fundari dissimilitudo: quod videtur inconueniens, quia proprium est qualitatis ſm eam simile & dissimile dici, vt docet Arist. in Prædicamentis. & patet consequentia, quia dissimilitudo nō fundatur in qualitatibus eiusdem speciei nisi ratione diuersorū graduū. si enim essent æquales gradus essent similes adinuicem, vt manifestum est: ergo, si gradus essent alij essentialiter à caliditate, tunc dissimilitudo non fundaretur immediate super qualitates eiusdem speciei: quod est inconueniens, ergo &c. Et propter ista & similia dicunt alij, ꝙ gradus formę, ad quam est motus, sunt idem essentialiter cū ipsa forma, ita ꝙ diuersi gradus caliditatis non sunt aliud essentialiter q̄ diuersæ caliditates: similiter aūt & in alijs, & isti sunt bipartiti quantum ad quæstionem propositā.

Quidam enim istorū dicunt, ꝙ nullus istorum graduū manet vnus numero per totum motum, nec adueniente

Grad⁹ motus non manet vnus p totū motū.

G vltimo gradu terminante motum manent præcedentes, sed semper vno adueniente alter corruptus est, & adueniente vltimo, omnes ꝑcedentes corrupti sunt. verbi gratia, cum aliquid calefit non manet aliqua pars caliditatis eadem numero à principio vsq; ad terminum, immo adueniente posteriori parte, pars prior est corrupta. & similiter in alijs suo modo. Et hoc ipsi probant multipliciter. Primo sic, sicut se habet illud, quod localiter moueī ad vbi præcedentia terminum motus localis, sic se habet illud, quod mouetur ad formam, ad partes formæ præcedentes terminum motus ad formam: hæc videtur manifesta per conuenientem similitudinem, & specialiter de motu alterationis. sed in illo, quod localiter mouetur, nō manet aliquod vbi vnum & idem numero per totū tempus mensurans motum, sed semper est in alio & alio vbi, sicut semper intrat alium & alium locum, vt patet in Sexto huius: ergo similiter id, quod mouetur ad formam, nō habet aliquam partem formę, ſm quam mouetur eadem

H numero, & remanente in toto tempore motus. Item, si aliqua pars formæ talis maneret eadem numero, tunc vna & eadem forma esset in eodem subiecto simul, et ſm idem, ſm esse magis ꝑfectum & minus perfectum: quod videī absurdum. & probatur cōsequētia: quia semꝑ pars formę posterior est perfectior pręcedente, cum subiectū sit magis dispositum posterius q̄ prius propter maiorē remissionem cōtrarij. si igitur pars pręcedens remaneret eadem numero cum sequente, tunc sequeretur ꝙ vna forma simul esset in eodem subiecto sub esse magis perfecto & minus perfecto: quare &c. Item, si pars formæ pręcedens maneret adueniente posteriori, aut istæ partes fierent vna forma numero, aut remanerent diuersæ numero. sed non est dicendum, quòd fiant vna forma numero, quia illa non sunt vnum numero, quæ generantur diuersis generationibus: hoc videtur manifestum. sed istæ partes generantur diuersis generationibus, cum fiant in diuersis instantibus: quare &c. Si autem dicatur

tur

tur quòd istæ partes remanent diuersæ numero, hoc vi-
detur omnino inconueniens: quia accidentia absoluta di
uersa numero & eiusdem speciei non possunt simul esse
in eodem subiecto & secundum eandem partem, vt pa-
tet ex Quinto Meta. istæ autem partes omnes erunt eius
dem speciei & in eodē subiecto & eadē parte. quare &c.
Item, si illud, quod mouet sub aliqua forma maneret sub
aliqua parte illius formæ eadem numero per aliquod tē-
pus, sequitur, q simul dum moueretur, quiesceret: quod
est impossibile fm idem. & probatur consequentia. nam
illud dicimus quiescere, quod in alio & in alio instāti ma
net sub eadem forma numero, vt vult Arist. in Sexto hu-
Tex. c. 71. ius. quare &c. Item, si forma, fm quam est motus, ma-
neret vna numero per totum tempus, sequeretur, q for-
ma, quę inueniretur in mobili terminato motu, eēt vigo-
ris infiniti, quod videtur impossibile omnino. Et proba
tur consequentia, supponendo aliqua. Primo, q in quoli-
bet tempore sunt infinita instātia: & hoc habetur ex Sex-
Tex. c. 11. to huius. Secundo, q in quolibet instanti temporis men
surantis motum ad formam acquiritur aliquid illius for-
mæ, sicut in quolibet instanti temporis mensurantis mo
tum localem ipsum mobile acquirit & recipit aliqđ vbi,
Tex. c. 74. patet in Sexto huius. Tertio, q pars formæ, quæ acquiri
tur in instanti posteriori est perfectior q̄ illa, quæ acqui-
ritur in instanti priori, vt pars caliditatis, quæ acquiritur
in posteriori instanti est perfectior & maioris vigoris q̄
pars, quæ fuit acquisita in instanti præcedente: & hoc pa
tet. quia semper in instanti posteriori plus remotū est de
contrario q̄ in præcedenti, & per consequens subiectum
est melius dispositum ad illam formam, quæ intenditur.
& sic recipit eam perfectiorem. vt, cū ignis alterat aquā
corrumpendo eius frigiditatem, semper in instanti poste
Albius ē ni gro impermistus. riori plus est debilitata frigiditas, q̄ prius, & sic aqua ca-
lidior est. Illud enim est albius quod est nigro impermi-
stius, vt Aristo. dicit in Tertio Topic. & habetur ex isto
Quinto. Et similiter illud est calidius, quod est frigido im
permistius. Tūc arguitur, illa forma, quæ includit par
tes infinitas, quarum vna est maioris vigoris q̄ alia & p
fectioris, videtur esse vigoris infiniti: hęc videtur esse ma
nifesta. sed caliditas terminata calefactione includit par-
tes infinitas, quia qua ratione aliqua de partibus præce-
dentibus manet eadem numero adueniente termino, ea-
dem ratione & omnes aliæ, sed illæ fuerunt infinitæ, cum
instantia fuerunt infinita: & in quolibet instanti acquisi-
ta fuit caliditas noua & pars noua caliditatis: ergo illa ca
liditas est ex caliditatibus infinitis, & vna illarum est p-
fectior alia, vt probatum est. ergo illa caliditas erit vigo-
Comē. 14. ris infiniti, quod est absurdum, & contra Commentato-
rem in Octauo huius. & Secundo Cœli & Mundi, & in
Tractatu de Substantia Orbis. quare &c. Et idem vide-
tur sequi, si gradus posterior esset æque perfectus cū p̄o-
re: quia saltem totum aggregatum ex priore & posterio-
re erit perfectius & vigorosius q̄ gradus præcedēs. Istis
rationibus & similibus mouentur aliqui ad credendum,
q forma fm quam est motus non manet eadem numero
à principio motus vsq; ad terminum. Alij vero dicūt
contrarium: & dicunt aliqui, q omnes partes caliditatis,
quæ acquiruntur in instantibus temporis mensurātis ca
lefactionem, manent eędem numero adueniēte termino
calefactionis: similiter autem & in alijs motibus fm for-
mam, ita q pars caliditatis præcedens non corrumpitur
adueniente priori, sed manet. Et hoc ipsi probant. primo
sic. partes rei permanentis, i. non successiuę per se debent
manere perfecta illa re & existente in actu, vel saltem nō
oportet necessario eas corrumpi: sed partes formæ præ-
cedentes terminum motus sunt partes perfectionis, ad
quam tendit motus, donec perficiatur & fit in actu, fm
Commenta. in Tertio huius, vbi plane dicit, q motus
Cōmen. 4. vno modo est generatio vnius partis post aliam partem
illius perfectionis. Et constat, q perfectio, ad quam ten-
dit motus, est res permanens, ita q non est per se & essen

A tialiter ens successiuum, vt etiam manifestū est. ergo hu-
ius partes possunt manere illa perfectione acquisita &
existente in actu, & non oportet eas esse corruptas, cum
huiusmodi perfectio est in actu. Et si quis instet cōtra
istam rationem, q terminus debet esse indiuisibilis: per- Obiectio.
fectio autem ad quam tendit motus est terminus motus.
ergo debet esse indiuisibilis. & sic illæ partes nō sunt par-
tes illius perfectionis. quare non valet illa ratio. Diceret,
q illa perfectio, ad quam tendit motus, non est terminus
motus fm se totam, sed ratione suæ partis vltimæ, & illa
bene est indiuisibilis, sed fm se totam non est indiuisibi-
lis, immo habet partes, quarum vna generatur post aliā,
donec sit completa, & omnes illæ partes remanent termi
nato motu. quare &c. Item alia ratio est ad idem satis
difficilis, supponendo, q omne corruptum, quod natum
est manere aliquo toto tempore, incœpit primo non esse
in aliquo instanti ante quod non erat ens tale illa non en-
B titate, quam accipit per corruptionem: sicut etiam omne
tale generatum incœpit primo esse in aliquo instanti, an
te quod non fuit ens illa entitate, vt patet Octauo huius.
Secundo suppono, q quælibet pars illius perfectionis na
ta est durare aliquo toto tempore. quia omnes sunt eius-
dem speciei specialissimæ, & constat, q vna ipsarum na-
ta est manere, s. illa, quæ terminat motum. Et ad quamli-
bet ipsarum potest terminari motus. Tunc arguitur. si
pars formæ acquisita in aliquo instanti ante terminū mo
tus est corrupta adueniente illa parte & non manet eadē
numero, aut fuit corrupta in illo eodem instanti, in quo
fuit generata, aut in alio instanti. non est dicendum q in
eodem instanti, quia sic simul esset & non esset, quod est
oppositum primę dignitatis. si dicatur, q i quodam alio
instanti incœpit non esse, tunc, cū inter duo instantia sem
per sit tēpus medium, vt patet in Sexto huius, & in quo-
libet tempore est instans, quæritur, vtrum illa pars for-
mæ sit ens in toto illo tempore medio, aut non ens. si ma-
C net ens per totum illud tempus medium habetur propo-
situm: quia cum in illo tempore medio fiat motus fm for
mam illam, oportet, q in quolibet instanti illius tempo-
ris acquiratur aliqua pars illius formæ. & sic illa pars de
qua loquimur, erit simul cum omnibus illis partibus, &
eadem ratione poterit esse simul cum omnibus alijs se-
quentibus, si autem illa pars formæ poneretur esse non
ens in toto illo tempore medio, sequeret, q illud instans,
quod ponebatur primum instans non entitatis illius par
tis, non est primum instans suæ non entitatis, quia in tem
pore illo medio sunt instantia præcedentia, in quorum
quolibet esset non ens: & sic illud, quod ponebatur in-
stans, in quo illa pars fuit non ens, non erit primum in-
stans, vt dictum est, quod est cōtradictio manifesta. qua-
re &c. Item, si partes formæ præcedentes terminū mo
tus non manerent adueniente termino motus, tunc exi-
stens in subiecto terminato motu non haberet partes si-
D mul existentes, quarum vna posset corrumpi remanen-
te alia: sed hoc est falsum. quare & primum. Falsitas con-
sequētis patet. quia ponamus, q ex aere generetur aqua,
ita q acquiratur frigiditas aquæ in materia aeris, & iterū
ignis agat in illam aquam: manifestum est, q non corrū-
pet statim totam illam frigiditatem, immo corrupta vna
parte frigiditatis existētis in aqua, in qua tota agit ignis,
adhuc remanebit aliqua frigiditas i illa eadē parte aquę.
& consequentia videtur esse euidens, postquam enim
partes frigiditatis præcedentes generationem aquę & fri
giditatis aquæ non remanerent adueniente termino illi⁹
frigefactionis, videretur necessario, q illa frigiditas nul-
las partes haberet, quarum vna posset corrūpi altera re-
manente. Et confirmatur ratio, ponamus, q ignis ap-
propinquetur aquæ generatæ ex aere, & accipiamus il-
lam partem aquæ, in quam totam agit ipse ignis, quæro,
vtrum in primo instanti, quo ille ignis appropinqua-
tus est illi parti aquæ destruatur tota frigiditas illius
partis aquæ, aut non, sed pars aliqua alia remanente,

si diceretur primo modo, hoc videtur absurdum. nam, si in illo instāti destrueretur tota frigiditas illius partis aq̄, tunc, in illo eodem instāti illa pars esset calida in summo caliditate ignis præsente agente in ipsam, & sic in materia illius partis aquæ fieret forma substantialis ignis non præcedente aliqua alteratione cōtinua: quod videtur impossibile sm Commen. in Primo huius, vbi vult, ꝙ gene- *Cōmē, 62.* ratio necessario est terminus alteratiōis. quare &c. Si vero concedatur, ꝙ ipse ignis appropinquatus parti aquæ, in quam totam simul incipit agere, non corrumpit totam eius frigiditatem simul, s. in primo instanti suæ appropinquationis, sed aliquam partem corrumpit alia remanente, tunc illa frigiditas habebat partes simul existentes: & illæ non videntur alię esse, nisi quę fuerint acquisitę in tēpore præcedente terminum motus illius infrigidationis.

Et confirmatur ratio, quia, cum actio ignis in aquā sit noua, oportet ꝙ in aliquo instāti primo incœperit corrūpere frigiditatē, & inducere caliditatē, & sic idē qd ṗus.

Obiectio. Sed diceret cauillator, ꝙ q̄uis partes formæ præcedētes terminū motus non maneant adueniente termino ad quem, tñ in instanti, in quo terminatur motus, acquisitæ sunt partes consimiles illis, & sic iterū ista forma potest *Solutio.* corrumpi successiue. Sed istud non videtur sufficiens: qa non est ratio, quare oporteat partes præcedentes corrūpi, si similes in termino motus generātur. Item, eadem inconuenientia sequerētur quæ alij dicebant sequi, si partes præcedentes remanerent, scilicet ꝙ forma illa posset esse vigoris infiniti, & ꝙ essent simul in eodē sm esse magis perfectum & minus perfectum. vt patet consideranti. & sic illæ rationes eorum non valebant ad propositū. Si quis igitur propter istas rationes & consimiles vellet tenere istam viam, tunc posset respondere ad rationes alterius opinionis.

AD primam diceretur, ꝙ nō est simile de diuersis vbi & diuersis partibus formæ. nam vbi nnn solum causatur à motore mouente localiter, sed dependet aliqualiter à loco circūscribente mobile: vbi enim sm auctorem Sex Principiorum, est circūscriptio corporis ex loci circūscriptione procedens: & quia nō est vnus locus nume- *Vbi qd sit.* ro, quē occupat mobile per totum tempus motus, immo in alio & in alio instanti est in alio & in alio spatio sibi ęq̄li, vt patet in Sexto huius, ideo non manet idem vbi per totum tempus motus, sed forma, sm quam est motus, sufficientet est ab ipso alterante, quod manet vnum & idem numero, & iden forma potest manere vna numero per totum tempus motus, quare &c. Vel diceretur, ꝙ bene potest manere vnum & idem vbi per aliquod tēpus motus localis, s. illud vbi, quod non habet contrarietatē ad vbi terminans motum. Et, si dicatur ꝙ mobile nō est in eodem loco per aliquod tempus dum mouetur localiter, concedo, sed non sequitur, ꝙ non maneat in eodem *Vbi dependet à loco ĩ fieri tātū.* vbi: quia ipsum vbi non dependet à loco nisi in fieri & nō in conseruari. Vnde, cum mobile recessit ab aliquo, non est remotum, quin remaneat vbi, quod processit ex circūscriptione illius loci, dum modo non adueniat vbi contrarium & corruptiuum. verbi gratia, dum aliquid mouetur in loco aeris vnum illorum vbi, quæ acquiruntur, non videtur esse contrarium alteri vbi: & ideo adueniente posteriori, potest remanere præcedens, dato ꝙ mobile sit in alio loco q̄ prius. Ad aliam rationem, cum dicit̄, quia tunc eadem forma simul esset &c. dico, ꝙ aliquam formā esse in aliquo subiecto sub esse minus perfecto potest intelligi dupliciter. Vno modo ꝙ ipsum esse minus perfectum sit cum priuatione esse perfectioris, & hoc bene est impossibile cum esse perfectiori: quia priuatio & habitus nō sunt simul in eodem subiecto sm idem. Alio modo potest intelligi, ꝙ ipsum esse minus perfectum nō sit cum priuatione esse perfectioris, & sic nullum est impossibile. sic autem est in proposito. quare &c. Vel diceretur, ꝙ omnes illi gradus sunt æque perfecti comparati adinuicem, licet ex eis cōstituatur vnum perfectius quo-

E libet illorum sm se. ꝙ autem vnus illorum graduum nō sit perfectior alio, videtur, quia tunc different sm speciē, cum different per se: nisi dicatur, ꝙ illa diuersitas perfectionis est accidentalis, eò, s. ꝙ subiectum posterioris est magis dispositum q̄ prioris. Ad aliam posset dici, ꝙ illæ partes remanerēt aliquo modo diuersæ numero, ita ꝙ non sunt penitus vna forma numero. Et, cum dicitur, ꝙ nunc duo accidentia &c. Potest dici, ꝙ duo accidentia *Duo accidētia eiusdē spēi pñt eē in eodē subiecto.* absoluta eiusdem speciei & æque perfecta, vt quorū vnū non est dispositio ad alterum, nō possunt simul esse in eodem subiecto, vt duæ albedines æqualiter intensæ & perfectę, sed, si vnum sit magis perfectum & alterum minus perfectum, & vnum sit dispositio quodammodo ad alterum, non est inconueniens talia duo simul esse in eodem subiecto, & sic est in proposito. Nam semp̄ pars formæ, quæ prius acquiritur, est minus perfecta, & pars, quę posterius acquiritur, est magis perfecta, & præcedēs dispo- F nit aliqualiter ad sequentem: & ideo possunt bene esse simul in eodem subiecto. Et, si teneretur, ꝙ oēs illi gradus sunt æquę perfecti comparati adinuicem, tunc posset aliter responderi, ꝙ illud est verum de accidentibus p̄ se inexistentibus subiecto à principio vel ab ęterno, sed de accidentibus aduentitijs, quæ adueniunt subiecto post suū esse completum, nullum est inconueniens, ꝙ plura talia sint simul in vno subiecto. Vel posset teneri, ꝙ omnes illæ partes constituunt vnū numero. Et, cum dicitur, ꝙ generant̄ diuersis generationibus, quia in diuersis instantibus. Dicendum, ꝙ hoc non sufficit ad diuersas generationes, sed requiritur diuersitas subiecti, vel interruptio trāsmutationis. Ad aliam, neganda est consequentia. Et, *Ad quartū* cum dicit̄, ꝙ illud dicitur quiescere &c. Dico, ꝙ mobile manere sub eadē forma, p̄ aliquod tp̄s contingit dupliciter. Vno modo, ꝙ nullā aliam partē illius formę acq̄rat, *Mobile dupliciter manet sub eadē forma.* & sic quiesceret: Alio modo, ꝙ simul manens sub illa parte formę acquirat aliā p̄tē formę vel alias: & sic nō oportet, ꝙ quiescat. quia non oīno se habet nunc & prius eo- G dē modo, & sic est in proposito. nam semper in alio & in alio instanti temporis mensurantis motum ad formā ipsum mobile acquirit aliam & aliam partē formę, non tñ manet per aliquod tempus sub aliqua parte illius formæ *Ad quintū.* præcise. quare &c. Ad aliā, neganda est consequentia. Et cum dicitur, Illa forma, quę habet partes infinitas etc. Dico, ꝙ verū esset, si illę partes essent in ipso actu simpliciter, sed, si sunt in potētia, non oportet. sic aūt est in p̄posito. nā adueniente termino ad quem, illæ partes nō sunt in illa forma simplr̄ in actu, sed in potentia aliquo modo. Et est simile sicut de linea. nam in linea sunt partes infinitæ eiusdem proportionis: & non sequitur propter hoc ꝙ linea sit infinita simpliciter sm extensionem. Et intelligo illas partes non esse in ipsa forma vel in subiecto in actu simpliciter: quia quælibet earum est sic imperfecta, quòd subiectum non posset esse sub aliqua ipsarum seorsum & diuisim ab alijs. vnde, sicut in corpore naturali sunt par- H tes quantitatiuæ excellentis paruitatis, quæ seorsum & diuisim non possent existere sub forma totius, sed resoluerentur in continens, si separarentur à toto, vt dictum est in Primo, & istarum partium infinitas non arguit magnitudinem infinitam in actu, vt manifestum est, consimiliter est in proposito suo modo.

Rñsiones. AD rationem adductam in principio, cum dicitur, illud quod consistit in continuo fluxu &c. Verum est, non est vnum & idem numero, ita ꝙ nihil acquiratur in tempore illo, sed potest manere vnum & idem numero acquirendo aliud & aliud, & sic est in proposito. nam pars formæ præcedens non manet sic eadem numero, quòd nihil acquiratur in mobili, immo semper acquiritur aliud & aliud durante motu: & ideo non valet. hæc autem ad præsens dicta sunt per modum inquisitionis, tanquam probabilia. Sed quid sit tenendum de quæstione non omnino certitudinaliter mihi apparet ad præsens.

Est

Tex.c.47. Est autem qui quidem ex contrario ei, qui A est in contrarium non contrarius &c.

QVAESTIO XI.

An Motus ex terminis contrariis, sint contrarij.



Consequenter quaeri potest circa capitulum de contrarietate motuum. Et primo quaeratur, Vtrum motus, qui sunt ex cõtrarijs terminis, sint contrarij. Arguitur primo q sic. Quia motus eãdem videntur habere habitudinem ad terminum ad quẽ, & ad terminum à quo, & è conuerso: sed motus, qui sunt ad cõtrarios terminos, sunt contrarij, fm Aris. in litera. ergo &c. Item, illi motus, qui non possunt esse simul in eodem subiecto, sunt cõtrarij: haec videtur manifesta. sed motus, qui sunt ex terminis contrarijs, non possunt esse simul in eodem subiecto, vt manifestum est. non enim contingit aliquid simul moueri ex sanitate & ex aegritudine, similiter autem & in alijs, quare &c. Item, motus, qui sunt ad terminos cõtrarios, sunt contrarij, secundum Aristo. in litera: sed, qui Tex.c.48. sunt ex contrarijs terminis sunt ad terminos contrarios, vt sanatio, quę est ex ęgritudine, est ad sanitatem, & ęgrotatio, quae est ex sanitate, est ad ęgritudinem. quare &c.

OPPOSITVM vult Aristo. in litera.

CONCLVSIO.

Motus quosdam à contrariis terminis incipientes contrarios esse contingit secundum terminos ad quos, qui vero ad contraria terminantur, per se contrarij sunt.

Tex.c.47. AD quaestionem possunt breuiter dici tria. Primo, q motus, qui sunt ad terminos cõtrarios sunt cõtrarij. Secundo, q non omnes motus, qui incipiũt à terminis contrarijs sunt contrarij. Tertio, q contingit aliquos tales motus esse contrarios. Primum ostenditur, quia contrarietas motuum debet sumi ex contrarietate illorum, cum quibus illi motus sunt idem essentialiter: haec est manifesta per se. sed motus, qui sunt ad terminos contrarios, sunt idem essentialiter cum illis terminis, vt patet ex Tertio huius: ergo &c. Vel potest argui sic, Illi motus sunt contrarij, qui sunt idem essentialiter cum contrarijs: haec est manifesta, sed motus, qui sunt ad terminos contrarios sunt idem essentialiter cum contrarijs, quia sunt idem essentialiter cum illis terminis, vt dictum Tex.c.48. est, ergo &c. Item, Aristo. sic probat. motus ad albedinem aut contrariatur motui ad nigredinem, aut motui, q est à nigredine, per sufficientem diuisionem: sed non est contrarius motui, qui est à nigredine: quia sic idem esset contrarium sibipsi, cum idem motus, qui est ad albedinem incipiat à nigredine, quare relinquitur, q motus, qui est ad albedinem, est contrarius illi motui, qui est ad nigredinem: & simile est iudicium de alijs motibus, qui sunt ad contrarios terminos. quare &c. Secundum declaratur, quia illi motus, qui sunt ad idem fm speciem nõ sunt contrarij: haec est manifesta. sed motus, qui incipiũt D à contrarijs terminis, aliquando terminantur ad idem secundum speciem, sicut motus, qui incipit ab albo, potest terminari ad nigredinem, ita motus, qui incipit à rubeo potest terminari ad nigredinem. Et similiter motus, qui incipit à nigro & ab albo potest etiam terminari ad rubedinem. Et motus, qui incipit à caliditate potest terminari ad tepiditatem: & motus, qui incipit à frigiditate similiter. quare &c. Tertiũ apparet, quia illi motus, q sunt ad terminos contrarios, sunt contrarij, secundum q probatum est prius. sed motus qui incipiunt à contrarijs terminis aliquando terminantur ad contrarios terminos, vt motus, qui incipit à sanitate, s. aegritudo terminatur ad aegritudinem, & motus, qui incipit ab aegritudine, s. sanatio terminantur ad sanitatem. quare &c. Sed notandum, q quis aliqui motus, qui incipiunt à contrarijs sunt contrarij, tñ contrarietas eorũ non prouenit ex terminis à quibus, sed ex terminis ad quos ratione praeinducta.

AD primam rationem dicendum, q nõ est eadem habitudo motus ad terminum à quo, & ad terminum Rñsiones. ad quem: quia motus est eiusdem essentiae cum termino ad quem, sed non cum termino à quo, vt patet in Tertio.

Ad secũdam potest negari maior, quia duo indiuidua eiusdem speciei absoluta & aequaliter perfecta non possunt simul esse, vt duae albedines, & tamen nullam habẽt contrarietatem adinuicem, & ideo non valet. Ad tertiam patet ex praedictis.

Quoniam autem motui non solum videtur Tex.c.51. esse motus contrarius, sed & quies, determinãdum est simpliciter quidem contrarius est motus motui. opponitur autem & quies. priuatio enim est.

QVAESTIO XII.

An Quies, motui contraria sit.

B



Consequenter quaeritur, vtrum quies sit cõtraria motui. Videtur q non, quia sic vnũ & idẽ contrariaretur pluribus, quod videt inconueniens, vt patet ex Decimo Meta. Tex.c.17. Et probatur cõsequentia, quia vnus motus est contrarius alteri: ergo, si motus est contrarius quieti, sequitur quod dictum est. Item, vtrunq cõtrariorum Tex.c.14. est aliquid positiuum, vt patet ex Decimo Metaphy. sed Tex.c.51. quies nõ est aliquid positiuũ: quia quies est priuatio motus, vt patet in isto Quinto. Item, si sic, tunc omne, qd quiescit, aliquãdo mouetur: qd vr impossibile, q intellectus quiescit, & tñ intells nunquã mouetur, qa oẽ qd mouetur est corpus, vt patet in Sexto huius, & itellectus nõ Tex.c.12. est corpus, vt patet Tertio de Anima. Quòd autem intel Tex.c.4. lectus quiescat, probatur. quia se habet nunc eodem mo Tex.c.12. do sicut & prius: & hoc est qescere, vt habeẽ ex Sexto huius. & probatur consequentia. quia contraria nata sunt C fieri circa idem, vt patet in Praedicamentis, si igitur motus & quies essent contraria, tunc omne quod quiescit aliquando moueretur. quare &c.

OPPOSITVM vult Aristo. Tex.c.51.

CONCLVSIO.

Quies non proprie, sed secundum communem contrarietatis rationem, motui contraria est, videlicet habit' & priuationis.

ET intelligendum, quòd contrarietas vno modo accipitur large & improprie, pro oppositione inter priuationem & habitum. Alio modo proprie, pro repugnantia duarum formarum eiusdem generis succedentium in eodem subiecto. Primo modo, quies contrariatur motui: quia priuatio contrariatur habitui hoc modo contrarietatis: sed quies est priuatio motus, cum sit negatio motus in subiecto apto nato: quare &c. Secundo modo, quies non contrariatur motui: quia, sicut dicebatur, vtrunq cõtrariorum debet esse aliquid positiuũ, vt satis patet ex Decimo Metaphysi. sed quies non est quid positiuum. quare &c. Cõtrarietas capitur dupliciter. Tex.c.17.

AD primam rationem dico, q vnum non est contrarium nisi vni eodem modo contrarietatis, & praecipue cõtrarietate proprie & perfectissima, sed diuersis modis nihil est inconueniens, vnum est contrarium multis, vt vnum extremum contrariatur alteri contrarietate perfecta & contrariatur medio contrarietate diminuta. Et similiter motus contrariatur motui contrarietate proprie dicta, sed contrariatur quieti extenso nomine contrarietatis ad oppositionem priuationis & habitus. quare &c. Rñsiones. Vnum põt plurib' eẽ contrariũ.

Ad aliam patet ex dictis. Ad aliam potest dici, q intellectus proprie non quiescit. & cum dicitur, quòd illud quiescit, quod eodem modo &c. verum est, si sit aptum natum moueri, sed, si non sit aptum natum moueri, non oportet: & sic est in proposito, quia intellectus habens scientiam aliquam per aliquod tempus bñ se habet eodẽ mõ, sicut p', sed nõ sufficit hoc ad hoc q qescat, sed requi- Intells non qescit.

tur q fit aptus natus moueri, & fic debet itelligi, q illud mobile quiefcit, & eodem modo fe habet nunc, vt prius. Verum eft tamen, q quamuis intellectus non moueatur motu corporali, qui dicitur motus proprie dictus, nihilo minus mouetur motu fpirituali, qui eft mutatio indiuifibilis & inftantanea, & hoc nullum eft inconueniens, vt patet in Tertio de Anima capitulo illo, videtur autē fenfibile ex potentia exiftente fenfitiuo &c. Intellectus itaq; nō mouetur motu, qui eft actus imperfectus, in cuius fubiecto, cum vnum contrariorum acquiritur, alterum abij citur, fed bene mouetur motu, q eft actus perfecti, & eft receptio pfectionis fine abiectione cōtrarij prgfentis &c.

Tex, c, 28.

QVAESTIO XIII.

An Quies in Termino motus ad quē, fit motus pfectio.



Onfequenter quæri poteft, Vtrum quies, q eft in termino ad quem, fit perfectio motus. Arguitur primo q nō, quia priuatio motus non eft eius perfectio: hæc eft manifefta, fed quies in termino ad quē eft priuatio motus: quare &c. Item, illud nō eft perfectio motus, quo adueniente ceffat motus: hæc videtur manifefta, quia nihil deficit adueniente fua perfectione, immo tunc habet effe perfectum. fed adueniēte quiete in termino ad quem ceffat motus, vt manifeftum eft: quare &c. Item, quod eft perfectio mobilis non eft perfectio motus, cum diuerfarum non fit vna perfectio: fed quies in termino ad quē eft perfectio mobilis: aliter enim non denominaretur quiefcens à quiete in termino ad quem. quare &c.

Tex, c, 54.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Arifto. & arguitur ratione. Illud, quo adepto, motus eft perfectus, videtur effe perfectio motus, hæc videtur manifefta, fed adepta quiete quæ eft in termino ad quem, motus eft completus & perfectus. quare &c.

CONCLVSIO.

Quies, quæ terminum motus dicit eundem cum motu, per fectio motus eft, vt autem terminum eius dicit, formaliter fumendo ipfum, non nifi per accidens motus perfectio eft.

AD euidentiam quæftionis eft intelligendum breuiter, q ficut dictum fuit prius auctoritate Commentatoris, motus poteft confiderari dupliciter. vno modo quantum ad fuam materiam, & fic eft de genere eius ad quod tendit motus, f. forma imperfecta tendens ad complementum. alio modo poteft accipi motus quantum ad fuam formam, & fic eft tranfmutatio coniuncta cum tempore, f. cum fluxu continuo. Vlterius accipiendum eft, q quies in termino ad quem poteft cōfiderari dupliciter. Vno modo poteft accipi pro illo effe, quod datur mobili à forma, ad quam eft motus, prout illud effe durat per aliquod tempus. alio modo per quietē in termino ad quem poteft intelligi negatio fluxus præcedentia in ipfo mobili. cum enim terminua eft motus, conftat, q amplius mobile non fluit continue ad vlteriorem partem illius formæ.

Quies i termino ad quē cōfideratur dupliciter.

Tunc poteft dici ad quæftionem, q, fi accipitur motus pro forma imperfecta, quæ fluit ad complementum, & fumatur quies primo modo, f. pro illo effe, quod datur mobili à forma terminante motū, prout illud effe durat per aliquod tempus, fic quies eft perfectio motus. quia illud, ad quod aliquid naturaliter ordinatur, vt in fuum finem, videtur effe perfectio ipfius aliquo modo: hoc eft euidens. fed motus, qui eft forma diminuta tendens ad perfectionem ordinatur ad huiufmodi quietem, f. ad effe quod datur mobili per formam terminantem motū: ad hoc enim finaliter aliquid calefit, vt fit calidum per aliquod tempus, & hoc eft quiefcere fub caliditate, f. effe calidum per aliquod tempus. & dico per aliquod tempus, quia, fi aliquid folum effet calidum in inftanti non effet quies. Imaginabimur ergo fic, q, cum aliquid calefit pri-

E recipit aliquam caliditatem diminutam et imperfectam, quæ ordinatur ad hoc q recipiat caliditatem perfectam, ficut difpofitio ordinatur ad complementum & ad hoc q ipfum calefactibile exiftat calidum per aliquod tempus, & hoc eft quiefcere fub calidıtate, fimiliter autem et in alijs. ergo &c. Secundo dico, q, fi accipiatur motus fecundo modo, f. pro tranfmutatione coniuncta cum tēpore, i. cum fluxu continuo, & fumatur fecundo modo quies, f. pro negatione talis fluxus, fic quies non eft perfectio motus. Et hoc facile eft videre: quia vnum oppofitorum non eft perfectio alterius: hæc videtur manifefta. fed negatio feu defectus fluxus præcedentis opponitur ipfi fluxui vel priuatiue vel contradictorie: quare &c.

Tertio modo poteft dici, q quies primo modo dicta non eft proprie perfectio motus, qui eft fluxus formę: qa ifta quiete adueniēte ceffat fluxus. cum enim mobile exiftit actu per aliquod tempus fub aliqua forma terminante motum, tunc amplius non fluit: & fic tale exiftere non

F eft perfectio illius fluxus. nihil enim definit effe adueniente fua perfectione, ficut etiam tangebatur arguendo.

Quarto poteft dici, q quies fecūdo modo dicta, f. quę eft negatio fluxus præcedentis terminum motus non eft per fe et proprie perfectio motus, qui eft forma fluens: qa omnis perfectio proprie dicta, f. eft aliquid pofitiuum, f. actus & forma: fed huiufmodi quies non eft quid pofitiuum per fe. quare &c. poteft tamen effe perfectio ipfius motus quodammodo per accidens inquantum eft cōiuncta cum ipfo effe formę in mobili. Ex dictis autem poteft haberi vna ratio fatis bona ad probandum, q pars formæ præcedens terminum motus non eft corrupta adueniente termino motus: nihil enim eft corruptum adueniēte fua perfectione. cum igitur quies in termino ad quem fit perfectio motus, qui eft forma fluens, videtur q huiufmodi forma non debet effe corrupta, adueniente termino motus, & quiete in ipfo termino.

G AD primas duas rationes patet ex dictis p diftinctionē pofitam. Ad tertiam dico, q idem pōt effe perfectio diuerforum diuerfimode, & non vnico modo. Dicetur ergo, q quies in termino ad quem eft perfectio mobilis tanq perfectibilis principalis, & eft perfectio mot⁹ tanquā difpofitionis & præparationis ordinatæ ad hmōi quietem. Ad hoc enim mobile recipit formam imperfectam ante terminum motus, vt tādem quiefcat fub forma perfectiori. Et, fic quies diuerfimode eft pfectio motus & mobilis, et hoc nullū eft inconueniens: ficut forma fubftantialis eft perfectio materiæ primę tanq principia lis perfectibilis, & eft perfectio dimēfionum tanq difpofitionum ipfius materiæ ad formam. quare &c.

Rōfiones.

Quies ē pfectio motus & mobilis.

Habet autem dubitationem.

QVAESTIO XIIII.

An unum & idem numero corruptum, regeneretur.

H 

Vgritur hic, Vtrum corruptum poffit regenerari vnū & idē numero. Arguit q fic, quia illa funt vnū numero, quorū cāæ funt eędē numero: fed alicuius generati & corrupti cāę funt eędē numero, vt cœlum & materia prima, quæ funt caufæ omnium fubftantiarum generabilium & corruptibilium: quare &c. Item, agēs omnipotens poteft ipfum corruptum regenerare vnum & idem numero: hæc videtur manifefta, aliter enim non effet omnipotens. fed aliquod agens eft omnipotens, fcilicet Deus, vt dicunt omnes leges: quare &c. Item, fanitas eadem numero eft in mane & in meridie: ergo corruptum redit idem numero. Antecedens eft manifeftum: quia poffibile eft, quòd aliquis continue fit fanus à mane vfque ad meridiem. confequentia probatur: quia fanitas, quę fuit in mane, neceffario eft corrupta antequā veniat meridies. fi enim fanitas, quæ fuit in mane, poffet manere fine corruptione vfq; ad meridiem, pa

ti ratione sanitas illa posset manere sine corruptiõe vsq; ad noctem, & à nocte pari ratione vsq; ad diluculũ, & sic in infinitum: quod est inconueniens, quia nihil contingit corruptibilium vnũ numero permanere, vt dicit Arist. (Tex. c. 15.) in Sẽcũdo de Aia. ergo necessario oportet, q sanitas, quę est in mane, corrupta sit ante meridiem: & sic, cum sit eadẽ sanitas numero in mane & in meridie, videtur q corruptũ posset redire vnum & idem numero.

(Tex. c. 2. Tex. c. 70.) OPPOSITVM videtur velle Arist. in litera, & in Secundo de Generatione dicit, q quorum substãtia est corruptibilis, non redeunt eadem numero.

CONCLVSIO.

Idem numero corruptum regenerari simpliciter, est impossibile, nisi per virtutem supernaturalis & vniuersalis agẽtis pter naturã agẽtis, vt in oi erit oium resurrectiõe.

DE quæstione ista dixerunt quidam Astronomi, q corruptũ aliquando regenerabitur vnũ & idẽ in numero, imo vl̃r, omnia quę nunc sunt, postq̃ fuerũt corrupta, iterum regenerabuntur eadẽ numero, ita q tu, qui nunc audis lectionem in hoc loco, aliquãdo in futuro, postq̃ fueris corruptus, audies eandem lectionẽ in hoc eodẽ loco, & sic de oibus aliis entibus corruptibilibus. Et hoc ipsi probauerunt supponendo aliqua. Primo, q omnia, quę fuerunt in hoc mundo reducuntur ad corpora cœlestia tanq̃ ad suas causas primas corporeas, necessario producentes ea. Secundo, q oĩa corpora cœlestia sunt æterna, & similiter motus eorũ. & hæc habẽtur ex Naturali philosophia, & pcipue in Octauo huius. vñ sequit̃, q quęcunq; aspectũ nunc hñt corpora cœlestia ad inuicem & ad locũ generationis, eundem iterũ habebũt alias in futuro: & similiter causabunt illa eadẽ, quæ nunc causant: & conseruabunt omnia illa eadem quę nunc conseruant. Et dicunt sapientes Astronomi, q talis reuolutio, per quã omnia corpora cœlestia redibũt ad eosdem aspectus, quos nunc habent, completur in 36. millibus annorum. (Reuolutio gñalis fiet ĩ 36. millibus annorum.) Posset ergo ratio eorum sic formari. redeuntibus omnibus eisdem causis necessariis & per se, redeunt idẽ effectus: sed causæ, quæ nunc producunt ista inferiora & conseruant, redibunt eędẽ, s. corpora cœlestia & eorum aspectus ad seinuicem & ad locũ generationis: quare &c. immo s̃m istam positionem non solum quodlibet ĩdiuiduũ redibit vnũ & idẽ numero semel, nec bis, imo infinities qa infinities redibit aspectus corporũ cœlestiũ pducẽtiũ istud indiuiduũ & eius cãs proprias. Et si dicatur ad istã rationem, q bene redibunt causę remotę & vniuersales istorum indiuiduorũ, sed causæ propriæ & proximę non redibunt eædem. Contra hoc est, quia ipsæ causæ proximę causantur ab ipsis causis remotis. vnde, cum ipsæ causę remotæ redibunt eædem, s. corpora cœlestia & eorũ aspectus & lumina, sequitur, q causę propinquę istorũ reuertẽtur. Et, si quæratur ab istis, quare nullus nostrũ memoratur se fuisse prius, cũ tñ infinities fuerit prius, ipsi respondent, q hoc contingit propter longitudinem temporis, in quo fuit non ens: aut in quo nõ cõsiderauit se fuisse. & istud bene est rationabile: quia videmus in tempore vitę alicuius hominis q aliqñ non reminiscitur eius quod prius vidit & nouit pp longitudinem temporis, in quo dimisit considerare. Sed aliqui obiiciunt contra istos, quia possibile est, q homo, dum viuit, cognoscat se fuisse in aliquo tempore præcedente, vt ego cognosco me fuisse in decimo anno ante istud instans: cũ ergo omnia regenerabunt̃ eadẽ numero, quæ prius, necesse est q ista cognitio, qua cognosco nunc me fuisse in anno decimo pręcedente hoc instans, regeneretur eadẽ numero in fine illius totius tẽporis, & sic iterum cognoscã me fuisse in anno illo decimo. & ego debeo aliquando cognoscere me fuisse in anno decimo præcedente instans, à quo incipit reuolutio 36. mille annorum. Et ipsi non haberent hoc pro inconuenienti, immo concederent, q Sor cognoscit nunc se fuisse in anno decimo præcedente hoc instans, alias & infinities hoc idem cognoscet. Et alias in-

A finities hoc idem cognouit. Cõcederent ergo isti, q Sor, qui fuit in instãti, à quo incœpit reuolutio 36. mille annorum, sic cognouit se fuisse in decimo anno præcedente illud instans: ipse idem cõpleta alia reuolutione cognoscet se fuisse in illo anno decimo eodẽ, in quo prius cognouerat se fuisse. Et si dicat aliquis q non cognoscit se fuisse in anno decimo pręcedente instãs, à quo incœpit reuolutio 36. mille annorum, Dicetur ei, q hoc est pro tanto, quia ipse non cognouit se fuisse in illo anno: non enim necessarium est, q homo semper cognoscat se fuisse quãdo fuit, vt dormiens non cognouit se fuisse in tempore pręcedente somnum, licet fuerit in illo tempore: & ideo illa instantia parum videtur valere. Ista tamen positio, licet sit multum probabilis, contrariatur sententię Aristo. Principis Philosophorum et aliorum sequẽtium ipsum. (Improbõ opinionis.) nam, sicut allegabatur arguendo, ipse dixit in Secundo de Generatione in fine, (Tex. c. 19.) q illa, quorum substantia est corruptibilis, non reiterãtur eadem numero: & in isto capitulo vi- B detur habere pro inconuenienti, q aliquid corruptũ generetur iterum & idem numero. Et ideo tenendo sententiam Arist. dicendum est, q nullum corruptum potest regenerari idem numero simpliciter. probatur: quia illa non sunt vnum numero simpliciter, quorũ esse nõ est indiuisum: hoc est eiudẽ: quia ratio vnius sumitur ab indiuisione, (Tex. c. 7.) s̃m Arist. in Quinto Metaphy. sed esse eius, qd aliquando fuit & postea est corruptum, & esse eius quod est generatum post corruptionem non est indiuisum, immo est diuisum per non esse intermedium. Corruptio. n. (Tex. c. 6.) est transmutatio de esse ad nõ esse, vt patet ex Quinto huius. vnde, si illud, quod nũc est ens, postea corrumpatur, oportet q in materia eius sit non esse eius. Vnde, si iterũ generetur aliquid ex illa materia, manifestum est, q esse illius generati est diuisum ab illo esse, qd pcessit. diuisum dico per non esse medium. quare &c. Et probatur ex alio supponendo, q corruptum esse cuiuslibet substantię C corruptę est in aliquo instanti, s. in quo primo verum est dicere illam substantiam non esse: & similiter generatum esse cuiuslibet substantiæ generatæ est in aliquo instanti, in quo primo illa substantia est ens, & hæc habentur ex Octauo huius. & sunt quasi manifesta per se hominibus parum exercitatis in Sciẽtia Naturali. si igitur aliqua substantia, quæ prius fuit ens, & postea corrupta regeneret̃ eadẽ numero, accipiat̃ instans, in quo primo est non ens, & quæratur, vtrũ in illo eodẽ instanti regenerata sit, aut in alio & alio instanti. si in eodem instanti, in quo primo est non ens, ipsa sit generata, tunc, cum generatũ sit ens, sequit̃, q in eodem instanti sit ens & non ens, & per consequens idẽ numero simul est ens & non ens, quod est cõtra primam dignitatem. Si vero instãs, in quo est gñata, sit aliud ab illo, in quo primo fuit non ens, tunc inter illa duo instantia est tp̃s mediũ, vt patet ex Sexto huius. (Tex. c. 3.) & tunc quęratur, vtrũ illa substantia in toto illo tpe sit ens aut in toto nõ ens, aut in toto sit ens & nõ ens, aut in vna D parte illius temporis sit ens & in alia non ens, non potest pluribus modis imaginari: sed quocunq; istorum dato sequitur contradictio. nam, si in toto tpe isto medio sit ens, ergo in quolibet instanti illius tpis est ens, & sic illud instans sequens illud tp̃s non erat primum instans, in quo fuit ens: cuius oppositũ ponebatur. si in tempore illo toto est non ens, & tamen postea regeneratur, tunc iterum poterit esse corruptũ, sicut prius, & esse nõ ens in aliquo tempore sequente. Omnis autem corrupti est aliquod instans primum sui non esse, & sic illud regeneratum post sui regenerationem iterum incipit non esse in aliquo primo instanti: vnde illud instans, in quo ponebatur primo non esse, nõ erit primũ instans, in quo fuit non ens: quod est contradictio. Si autem dicatur, q in vna parte illius medii temporis est ens, & in alia nõ ens, adhuc redit idẽ qd prius: qa quęlibet pars illius tẽporis est post illud instans, in quo ponebat̃ primo nõ esse: & pręcedit illud instãs, in quo primo ponebat̃ esse. & sic, si in aliqua parte il-

lius tpis est non ens, tūc in illo instanti non erat primo nō ens, qd̄ p̄cedebat illud tempus. Et si in aliqua parte illius tpis est ens, tunc instans sequens illud tp̄s, fuit primū instans sui esse: cuius oppositū ponebatur. Sed aliquis cauillaret, q illud corruptū, qd̄ in aliquo instāti primo fuit non ens, in toto tpe sequēte est non ens, s. in tpe medio inter instans primum sui non esse, & instans primū sui esse, & nō sequitur ex hoc, quin in illo instāti primo fuerit nō ens. Cōtra hoc obijciendū est, q postq̄ illud corruptū iterū generatū est, possibile est ipsum iterū corrumpi, & sic erit aliqd̄ primū instans sui nō esse: & tñ illud generatū positū idē numero cū illo corrupto. & sic illud instās, qd̄ ponebat primū instans sui nō esse, non erit primū instans sui nō esse: quia, s. erit aliqd̄ instans sequens, qd̄ erit primū instās sui nō esse. Et cōfirmatur, quia, si sic, postq̄ corruptus est & postq̄ factus est non ens in aliquo p̄mo instanti iterū generat idē numero, eadē ratione ipse alias fuit prius generatus, postq̄ ipse erat corruptus, & sic nū quā est dare primū instās sui nō esse, nec primū instās sui esse: quia quocūq; instanti dato, in quo est hmōi ens, fuit aliqd̄ instans prius, in quo fuit. primū aūt est, añ quē nihil est: & similiter quocunq; instāti dato, in quo sit non ens, prius fuit ad instans, in quo fuit non ens, vt patet consideranti. quare &c. Iterū probat alia ratiōe principali, qa si corruptū posset regenerari idē numero, tūc vni⁹, et eiusdē numero possent eē plures & diuersę gñationes: qd̄ est impossē, & p̄bat consequētia. qa cōstat, q oīno corruptū aliqñ prius fuit generatū, anteq̄ corrumperetur, vel saltē aliqd̄ corruptū aliqñ prius fuit generatū anteq̄ corrūperet. Si ergo aliquod corruptū aliqñ generetur idem numero post sui corruptionē, tunc vnius rei fm numerum erunt plures generationes. nā generatiōes illæ sunt diuersæ, quę fiunt in diuersis instantibus, vt manifestū est per se. istę aūt fiunt in diuersis instantibus, vna quidē añ sui corruptionem, & alia post corruptionē. Sed dicet canillator, q vni⁹ rei bene possunt esse plures generatiōes nō simul, sed successiue, & sic contingeret hic. Contra hoc est: quia p generationē res primo accipit esse, vt manifestū est p se. si ergo vnius rei plures sunt generationes successiue, tunc vna res plures accipit primo esse: q est impossibile. quia qd̄ p superabundātiam dicitur vni soli cōpetit. Ex omnibus his manifestum videtur, q impossibile est aliquid corruptum regenerari idē in numero & prima ratio forte est efficacior inter omnes.

Vni⁹ rei nō pñt esse plures generationes.

Cōsiderandū tñ, q licet sic dicerēt Philosophi, tñ fm fidē nostram debemus dicere, & ita cōfiteor & assero simpliciter, q hō, postq̄ fuerit corruptus vel mortuus iterū redibit idē numero simplr, sed hoc nō erit p regenerationē & per agens naturale, & sic procedunt rationes Philosophorū, sed per resurrectionem aut p reiteratione vel p aliquā hmōi viam præternaturalem, & ab agente vniuersali, quod est causator omniū nullo præsupposito subiecto: et hoc non improbant rationes adductę.

Hō idē numero resurget.

AD rationē Astronomorū dicendū breuiter, q licet corpora cœlestia fm suas substantias redeant eadem numero, tñ aspectus ipsorū nō redeunt idē numero, sed diuersi numero. & lumina, quæ faciunt in istis inferiorib⁹ in diuersis tpibus, nō sunt eadē numero: lumen enim, qd̄ heri fuit generatū in aere à Sole, nō est idem numero cum lumine, quod hodie generat. & sic de cæteris. Cum ergo corpora cœlestia nō agant in ista inferiora nisi per sua lumina: lumē. n. cœleste diuersimode figuratū vehit ad nos oēs virtutes orbis, vt dicit Albertus super de Somno, et ideo ista generabilia non redeunt eadē numero oīno simpliciter. Bene tñ concederet Philosophus, vt credo, q in fine illius magnę reuolutiōis, s. cum oīa corpora cœlestia redierint ad eosdē aspectus, quos nūc hñt adinuicem, & ad terrā, tunc generabunt indiuidua valde similia indiuiduis, quę nunc sunt, intm̄ forte similia, q, si indiuidua, q̄ nūc sunt, essent tūc simul cū illis q̄ tunc erunt, sensus non posset, aut non facile esset distinguere inter illa, vt, si nūc

Cœlestia agūt in inferiora per lumina sua tātum.

E generatur hō magis claudus, crispus, niger, lōgus, in fine illius reuolutionis generabit homo magis claudus, & lōgus, & crispus, & sic de cęteris suo mō. Et est recte sisc, sicut quolibet anno solari germinant herbę rectę cōsimiles illis, q̄ fuerunt in anno p̄cedente, & flores, & folia plātarū, & silr de multis aīalibus habentibus tp̄s determinatū ab vna gñatione ad aliā: & ad hoc nullū video seq inconueniens suppositis principijs Philosophorū, s. q ista inferiora saltē naturalia entia, q̄ non fiunt à volūtate hūana causent à corporib⁹ cœlestibus, & q corpa cœlestia sint ęterna & motus eorum. & forte ista fuit intentio illorum Astrologorum, quibus attribuitur opinio prænarrata.

Nota sisc, ad nouā anni regenerationem.

AD rationes Ad primā, cum dicit, quorū causæ &c. Aliqui dicunt, q verum est, si causę propinquę sint oīno eędē numero, sed, si causæ remotę & cōes, nō oportet, & sic est hic. Nā materia prima non est causa propria & propinqua alicuius substantię cōpositę, sed materia disposita, & ipsum cœlū non est causa propria alicuius istorū, sed generatū aliquod determinatū. vnde in Secundo huius dictū est, q hō generat hominē ex materia & Sole.

Rñsiones.

F Tex. c. 26.

Sed istud nō vr̄ sufficere, quia possibile est, q causę proprię & imediatę alicuius causati redeant eędē numero, et tñ illud non regenerabit idem numero. Verbi gratia. pōnamus, q aliquis lapis frigidus frigefaciat aliquid, vt manum vel ligniī, & remoueat manus ab illo lapide, quousque corrupta sit illa frigiditas: deide ille lapis numero appropinquet manui, & eam frigefaciat, ibi redibunt causę eædem numero propinquę & imediatę, & tñ frigiditas non erit eadē numero, nisi cōcedat, q generatum & corruptū sunt vnū numero. Et iō dicendū est, q ad identitatē numeralē alicuius generati cū aliquo non sufficit q causæ redeant eædē numero, sed requiritur, q tp̄s vel instans gñationis sit vnū & idē, & q esse vnū non sit diuisim ab alio p nō esse mediū, & sic non est in proposito. instans. n. non est vnq̄ vnū & idē in alia & alia parte tpis: instans dico fm esse, licet instans fm substantiā sit vnum numero, vt visum fuit in Quarto. Ad aliā cū dicit. agētis &c. pōt negari, quia agens omnipotens non potest nisi possibilia, non enim pōt impossibile fieri. sed corruptū regenerari idē numero nō est possibile, vt patuit, & ideo non sequitur, q agēs omnipotens hoc posset facere. Aliter pōt dici, q aliqd̄ agēs esse omnipotēs pōt intelligi dupliciter. Vno modo q possit omnino tā possibilia quam impossibilia, & sic maior esset vera, & minor falsa. Alio modo, q possit oīa possibilia solum, & sic maior est falsa, & minor vera: quare &c. Ad aliā pōt concedi antecedens: et neganda est cōsequētia. Et cū probat, qa sanitas, quæ fuit in mane &c. istā nego. Et, cū probatur vlterius, quia, si sanitas, q̄ fuit in mane duret vsq; ad meridiē, eadē ratione poterit durare vsq; ad noctē, & sic in infinitū, dico, q nō sequit̃ qa possibile est, q agens corruptiuū sanitatis sit non appropinquatum à mane vsq; ad meridiem, & non erit nō appropinquatū p totū tp̄s infinitū, sed aliqñ est proximū & corrūpet sanitatē, quā prius non corrumpebat. sicut licet Sol in aliquo tempore noctis nō sit appropinquatū ad illuminandū hemisphærtū, non tñ sequitur, q sit non appropinquatū p totū tp̄s sequens, & silr in proposito suo modo. dicemus ergo, q sanitas potest manere, saltem fm aliquam partem sui vel suarū dispositionum, eadem numero, per aliquod totum tp̄s, non tamen sequitur ex hoc, q possit manere in æternum, sicut lapis pōt manere neq; durior neq; mollior, sed hñs duritiē eandē & eodem gradu, vt dicit Philosophus in Octauo huius: & tñ non sequitur, q eius durities eadē numero permaneat in ęternum: quāuis hoc agere posset Deus supremus, qui est benedictus in secula seculorū. Amen.

Idētitas numeralis generati exigit idētitatē tēporis.

G

Oipotēs nō pōt oīa facere.

H

Tex. c. 23.

Quæstionum Ioannis de Ianduno super Quintum librum de Physico Auditu, Finis.

Quæstiones

QVAESTIONES LIBRI SEXTI DE PHYSICO AVDITV.

Tex. c. 1.

SI autem continuum est & quod tangitur, & consequenter, sicut definitũ est prius: Cõtinua quidem quorum vltima sunt vnum. quę vero Tãguntur, quorum vltima sunt simul: Cõsequẽter autem, quorum nihil est medium proximi generis: impossibile est ex indiuisibilibus esse aliquid continuum, vt lineam esse ex punctis &c.

QVAESTIO I.

An Continuum ex Indiuisibilibus sit compositum.



CIrca istum Sextum librũ potest quęri, Vtrum continuum sit compositũ ex indiuisibilib⁹. B Arguitur primo ꝙ sic. quia sicut se habet vnitas ad numerum, sic punctus ad lineam, ꝑ conuenientem similitudinem: sed numerus est compositus ex vnitatibus, vt manifestum est per definitionem numeri: quia numerus est multitudo ex vnitatib⁹ aggregata, vt habetur in Arithmetica Boetij, & Arist. dicit in Decimo Metaphy. ꝙ numerus est multitudo mensurata vno: non autem mensuratur vno, nisi quia vnitas est eius principium intrinsecum: quare &c. (Tex. c. 4.)

Item, vnumquodq; componitur ex illis quæ ponũtur in sua definitione: hæc videtur manifesta, qa definitio est sermo quidditatis & essentiæ, vt dicit Commentator in Septimo Metaphy. (Tex. c. 13.) Sed punctus ponitur in definitione lineæ: vt patet in Primo Geometrię. Linea enim est longitudo sine latitudine cuius extremitates sunt duo puncta. quare &c. C Item, vnumquodq; cõpositum est ex illis, ex quibus est sua substãtia: hæc est manifesta. sed substantia lineæ est ex prædictis, vt dicit Arist. in Primo Posteriorum, cap. de per se: quare &c. Item, vnũquodq; cõpositum est ex illis in quæ resoluitur: hoc habetur in Primo huius, & in Primo de Generatione. (Tex. c. 66.) sed linea resoluit in puncta. probatio: quia possibile est lineam esse vndiq; diuisam, nam qua ratione potest esse diuisa ẜm vnum signum, eadem ratione ẜm aliud, & sic de singulis. ergo potest esse diuisa vndiq;. Ponatur ergo ꝙ sit diuisa vndiq;, aut post aliam diuisionẽ nihil remanebit, aut remanebit punctus, aut linea, aut superficies, aut corpus: sed non est dicẽdum ꝙ post illam diuisionem remaneat linea, nec superficies, nec corpus, quia sic nõ esset vndiq; diuisa, & ponebatur vndiq; diuisa. nec est dicendum ꝙ remaneat nihil, quia sic linea esset cõposita ex nihilo: quod est impossibile: quare &c. Item, aliqui sic arguunt, & supponunt D ꝙ sicut virtus naturalis determinata est ad maximum, in quod potest, sic est determinata ad minimum in quod nõ potest, & hoc allegant ex Primo Cœli & Mundi. (Tex. c. 116.) Verbi gratia, virtus, per quam quis potest leuare pondera, sicut determinata est ad maximum in quod potest, sic etiã ad minimum in quod non potest. Ponatur ergo ꝙ virtus alicuius, per quam potest leuare põdera, sit determinata ad centum libras tanquã ad maximum in quod potest, tunc ad minimum in quod non potest vel est minus ipso centum, vel æquale vel maius. non est dicendum ꝙ sit min⁹: quia quicunq; potest leuare centum libras, potest leuare omne illud quod includitur in centum, vt dicit Aristo. in Primo Cœli & Mundi. (Tex. c. 116.) Nec est dicendum quod illud sit æquale ipsi centum: quia tunc qua ratione illa virtus poterit super centum eadem ratione potest super illud æquale. si vero dicatur, ꝙ illud minimum, in quod non potest illa virtus sit maius quam centum, vel ꝙ̃ centum libræ, tunc aut excedit in aliquo indiuisibili, aut in aliquo diuisi-

A bili. Si in aliquo indiuisibili habetur propositum, s. quod illud quantum est compositum ex illo indiuisibili. nam vnumquodq; compositum est ex illo, per quod excedit alterum ẜm quãtitatem. si dicatur ꝙ excedit in aliquo diuisibili, tunc ab illo diuisibili remoueatur aliqua pars, & quæratur, an illa virtus possit in residuum, aut non. si sic, ergo centum non erat maximum, in quod poterat illa virtus: quia constat ꝙ totum aggregatum ex centum & ex illo superaddito est maius, quam centum, cum omne totum sit maius sua parte. si dicatur ꝙ non potest in illud residuum, ergo illud quod ponebatur minimũ, in quod non poterat illa virtus, non erat minimum: quia illud residuũ est minus quam erat totum cõpositum ex centum, & ex illo toto diuisibili. Verbi gratia, ponamus, sicut dicebat, ꝙ Socra. possit leuare centum & non vltra, & tunc accipiatur illud minimum quod non potest leuare, & sit centum & vna libra: ita ꝙ excedat in illa libra, tunc, si ipsa libra est quid indiuisibile, sequitur propositum, vt dicebatur: B quare omne quod reddit aliquid maius alio, est pars quantitatiua totius: & sic indiuisibile est pars quantitatiua alicuius totius continui. Si vero libra sit aliquid diuisibile, tũc, si ab ipsa remoueatur vna pars, adhuc illud, quod remanebit, erit maius quam centum libræ: & vocetur illud remanens centum & dimidia libra. tunc quæratur, vtrum Socr. potest leuare illud residuum, scilicet centum & dimidiam libram, aut non. si sic, ergo, cum centũ & dimidia libra sit maius quam centum libræ, sequitur, ꝙ centum libræ non erat maximum in quod poterat: cuius oppositum ponebatur. Si dicatur ꝙ non potest, tunc, cum centum & dimidia libra sit minus quam centum & vna libra: sequitur, quòd centum & vna libra nõ erat minimum, in quod non potest ipse Socra. cuius oppositum ponebatur: quare &c.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Arist. hic, vbi demonstrat ꝙ continuum non est compositum ex indiuisibilibus, & idem vult Commentator.

C CONCLVSIO.

Lineam ex pũctis essentialiter componi, siue vt ex partibus quantitatiuis esse, impossibile est, ex illis tñ vt quoddam essentiale terminatum consurgere dicitur.

AD euidentiam quæstionis consyderandum est, ꝙ duplex est compositio, quantum ad propositum spectat. (Compõ est duplex.) Vna est ex partibus essentialibus, & hæc dicitur compositio essentialis: Alia est ex partibus quantitatiuis, & hæc dicitur compositio quantitatiua. & istas duas Aristo. tetigit in Primo Physicorum, vbi dixit ad cognitionem perfectam compositi oportet cognoscere ex quibus, & quantis sit compositum, & est in illo cap. (Tex. c. 11.) sicut autem Philosophi dicunt. Differunt autem partes essentiales à partibus quantitatiuis, quantum spectat ad præsens, multipliciter. (Partes essentiales, & quãtitatiuę differunt.) Primo, quia partes essentiales non sunt eiusdem rationis inter se, nec cum toto penitus: quia vna pars essentialis est potentia, vel ens in potẽtia aliquo D modo, & alia est actus: vt manifestum est de materia & forma, quæ sunt proprie partes essentiales substantiæ cõpositæ, vt patet ex Septimo Metaphy. (Tex. c. 7.) partes vero quantitatiuæ sunt eiusdem rationis, saltem in aliquibus compositis, ita ꝙ vna earum non est proprie actus, nec perfectio alterius, sed ambæ sunt in toto in potentia. sicut partes quantitatiuæ aquæ sunt eiusdem naturæ: quia quælibet est aqua. similiter autẽ & in aliis homogeneis. Iterum est alia differentia & communior, quia partes quantitatiuæ non sunt in eodẽ loco, sed in diuersis locis aliquo modo: ita, s. ꝙ vna est extra aliam, vt caput & manus & huiusmodi partes, sed partes essentiales ꝓpriæ sunt in eodem loco, vel saltẽ non in alio loco, nec vna est extra aliã ẜm situm, vt materia & forma sunt in simul in eodem loco, vel non in alio & alio loco. Iterum ex hoc sequitur alia differentia, ꝙ totum cõpositum ex diuersis partibus quantitatiuis est in maiori loco, ꝙ̃ sua pars, vt totum corpus hominis est in maiori loco ꝙ̃ caput, similiter autem

& in

Ratio tertiæ conclusionis.

hæc videť manifesta ex dictis. sed linea terminata est cõposita ex essentia lineæ & punctis tanquam ex aliquibus diuersarum rationum. cõstat enim ꝙ linea terminata est quoddam aggregatum ex essentia lineæ & terminis terminantibus ipsum, & ipsi termini non sunt aliud nisi puncta: & sic est composita ex essentia lineæ, & pũctis: & manifestũ est ꝙ essentia lineæ est alterius rationis à punctis, & è conuerso. Nam essentia lineæ vel diuisibilis est, vel ẽ id quo aliquid est diuisibile, & pũctus nec est diuisibilis, nec in quo aliqd est diuisibile: quare &c. Et est notandum, ꝙ ista compositio non est propriissime compositio essentialis: quia vnum compositum compositione essentiali non debet habere nisi vnam formam vltimam. & ipsa linea terminata habet plura terminantia, quæ se habẽt aliqualiter ad modum formæ. sicut enim per formam cõpositum distinguitur ab alio, sic per punctum terminantem linea distinguitur ab alia: & sicut extra formam specificam rei nõ est aliquid de essentia propria, & illius rei, sic extra puncta terminantia nihil est de illa linea terminata, immo tota quantitas lineæ est infra puncta terminantia: quare &c. Dissimile tamen est in alio: quia forma substantialis inhærens est extensa per accidens extensione lineæ, cui inhęret, & cuius est forma: sed punctus terminãs nullo modo est extensus extensione lineæ, & sic nõ est vere & propriissime forma, sed se habet ad modum formæ, vt dictum est. Notandum est pp cauillationes, ꝙ linea terminata non dicit mihi aliquam formam per se & simpliciter vnam. Sicut enim superficies terminatur per lineã, & superficies terminata non est quid vnum simpliciter, sic linea terminatur per punctum. vnde linea terminata non est ens ita perfecte vnũ per se sicut essentia lineæ sm se, quæ solum est longitudo, qua aliquid est extensum sm longum: linea enim terminata, inquantum terminata, habet in se aliquid quod non habet linea inquantum longitudo absolute. Et quãuis non possit intelligi linea sine termino, vt dicit Arist. in Secundo Metaphy. sm communem allegationem, non oportet tamẽ quin alia res sit punctus ab ipsa linea sine lõgitudine. sicut materia prima nõ intelligitur sine forma, vt dicitur in Primo huius, & Septimo Metaphy. et tamen materia prima realiter est alia natura à forma, vt patet ibidem.

Tex. c. 11.
Tex. c. 69.
Tex. c. 15.

Rñsiones.

AD rationes. Ad primam cum dicitur, sicut se habet vnitas &c. potest dici, ꝙ simile ẽ in hoc, ꝙ sicut vnitas est principium numeri, sic punctus est principium lineæ quoquo modo, sed in alio est dissimile: qa vnitas potest se habere ad vnitatem aliquo modo conuenienti ad constituendum numerum, s. consequenter. vt vnitas Socra. potest se habere consequenter ad vnitatem Platonis, & sic de aliis multis. sed punctus non potest se habere cõsequẽter ad punctum, vt dictũ est: quare &c. Sed istud non videtur sufficere: quia inter duas quantitates continuas distantes ab inuicem necesse est esse quãtitatem mediam: & sic, duæ quantitates continuæ distantes ab inuicem per aliquod medium non possunt esse consequenter se habentes, nec similiter vnitates illarum possunt esse cõsequenter se habentes: quia semper inter tales duas vnitates duorum continuorũ distantes ab inuicẽ est vnitas media. & sic vnus numerus quantitatum continuarũ non potest constitui ex vnitatibus se habentibus consequenter, vt videtur. Et ideo aliter dicunt aliqui, ꝙ numerus nõ est compositus ex vnitatibus, nec tanq̃ ex partibus quantitatiuis, nec tanq̃ ex partibus essentialibus, sed vnitates sunt principiũ materiale dispositiuum totale respectu numeri, & quælibet vnitas est dispositio partialis ad numerum recipiendum. Aliter potest dici, ꝙ differentia est inter quantitatem discretam & cõtinuam: quia subiectũ quantitatis continuæ non debet esse actu diuisum & discretum, & ideo oportet ꝙ partes eius vel sint continuæ, vel contiguæ, vel consequenter se habentes, sed subiectũ quantitatis discretæ debet esse actu diuisum, & non oportet ꝙ vnitates sint continuæ, nec contiguæ, nec cõsequenter se habentes ad constitutionem numeri. Ad aliam, potest negari maior: quia definitio bene accipit principia extrinseca, s. finem, & efficiens si sit perfectissima definitio. & ideo non oportet ꝙ omnia, quæ ponuntur in definitione rei sint partes eius ex quibus componitur. Vel dico, ꝙ vera est maior de definitione propria, sed de definitione large dicta, quæ est descriptio, nõ oportet, & sic est hic. Ista enim est descriptio lineæ, & non vera definitio. Vel dico, ꝙ bene est definitio lineæ terminatę, & hæc est composita ex punctis, vt concessum est. Qualiter autem hęc definitio conueniat lineę circulari, quæ nõ habet puncta terminantia distincta, uidendum est à Mathematicis.

Ad aliam per idem. Vel dicať, ꝙ Arist. non dicit substantiam lineæ esse ex punctis nisi exẽplificando. de exẽplis autẽ non sequitur verificatio, sed manifestatio, vt dicit Commentator in Secundo de Anima. Ad aliã nego minorem. & ad probationem, cum dicitur, ꝙ linea est vndiq; diuisibilis &c. Dico, ꝙ hoc potest intelligi dupliciter, vt habet videri super Primũ de Generatione. Vno modo ꝙ linea habet potentiam ad diuisionem undiq; & in infinitum, tanquam ad actum perfectũ, qui potest existere totus simul, & non est admistus potentiæ ad vlteriorem partẽ eius, & sic est falsum. alio modo, ꝙ habeat potentiam ad diuisionem infinitã, vt ad actum imperfectũ & permistum potentiæ, qui non potest existere totus simul: sed vna parte existente, est potentia ad aliam, sicut dies & agon, vt exemplificat Arist. in Tertio hui⁹: & sic linea bene est diuisibilis in infinitum. Et, cum dicitur, ponatur ergo ꝙ sit vndiq; diuisa &c. Dico, ꝙ non est possibile ꝙ sit vndiq; diuisa diuisione completa & terminata, sed diuisione successiua, ita ꝙ vna diuisione facta, alia sit in potentia & sic in infinitum: & sic semper remanet aliquid diuidendum, propter ꝙ non peruenitur ad indiuisibilia. Ad aliam dicunt breuiter aliqui, ꝙ illa ratio supponit vnum simpliciter falsum & impossibile, s. ꝙ virtus naturalis sit determinata ad minimũ in quod non potest: hoc enim falsum est. quia quamuis sit determinata ad maximum in quod potest, & hoc bene dicit Arist. in Primo Cœli & Mundi, tamẽ non est dare minimum in quod nõ potest: nec hoc dicit Arist. ibi, nec Commentator, vt patet inspicienti. vnde illa ratio licet ab aliquibus reputetur difficilis & valde sophistica, tamen non est verũ hoc, qa ipsa est peccans in materia manifeste. Et siquis arguat, ꝙ quælibet virtus naturalis est determinata ad minimum, potest dici, ꝙ verum est ad minimum in quo potest subsistere seorsum, sed ad minimum in quo nõ potest agere, non oportet ꝙ sit determinata, immo quocũq; paruo dato, in quod non potest, est dare minus. Aliter potest dici, quòd illud, minimum in quod non potest excedit maximũ in quod potest, bene est diuisibile sic, ꝙ habet partem extra partem, sed non est diuisibile quantum ad auferibilitatem, ita s. ꝙ vna pars eius possit auferri alia remanente, immo, si auffertur, necessario aufferť tota simul, ita ꝙ ipsa auferibilitas siue potentia suscipiendi auferibilitatem est determinata ad minimũ, quod diuisim possit auferri, et in illo minimo est excessus quem quæris.

Exẽplis audit⁹ pot⁹ ꝙ fides ꝑstanda est.
Com. 67.
Tex. c. 60.
Virtus naturalis nõ est determinata ad minimum.

QVAESTIO II.

An Punctum Sit in ipsa Linea.



COnsequenter potest quæri, vtrum punctum sit in linea. Arguitur ꝙ non, quia vnũ oppositorum non est in alio: sed pũctum est oppositum lineæ, quia punctum est indiuisibile, & linea est diuisibilis: quare &c. Item, si punctum esset in linea, aut esset in ea sicut pars in suo toto, aut sicut accidens in suo subiecto, aut sicut forma in materia: pluribus enim modis non uidetur rationabiliter punctum posse esse in ea. non enim est in ea sicut in suo efficiente, nec sicut in suo fine, immo magis punctum est finis lineæ, vt uidetur, cum sit eius terminus. nec est in ea sicut in suo loco: qa locus est æqualis locato Quarto huius,

nec

nec sicut genus in specie, nec è conuerso, cum punctus nō prædicetur essentialiter de linea, nec è conuerso: nec sicut pars in toto: quia sic linea componeretur ex punctis, nec sicut totum in parte: quia omne totum est maius sua parte & diuisibile in suas partes: nec sicut accidens in subiecto: quia vnum accidens non est subiectum alterius: & linea est accidens sicut & punctus. nec sicut forma in materia: qa forma diuiditur diuisione illius, cuius est forma, præcipue forma inhærens, sicut est punctus: quare nullo modo videtur ꝙ punctus sit in linea. Et confirmatur ꝙ punctus non sit in linea sicut forma lineæ, quia vnius rei debet esse vna forma propria & specifica, & vnius lineæ sunt plura puncta, vt manifestum est: qa plures termini: quare &c. Item, sicut se habet linea ad superficiem, sic punctus ad lineam, per conuenientem similitudinem: sed linea non est in superficie, cū sint diuersę species quantitatis, vt patet in Prædicamentis, & vna species alicuius generis non est in alia specie eiusdem generis, vt patet inducendo: ergo &c.

Tex. c. 49.

OPPOSITVM arguitur per Aristo. in isto Sexto. vult igitur ꝙ punctus est vltimum lineæ: vltimum autē est in illo cuius est vltimum: quare &c.

Tex. c. 1. Com. 2.

CONCLVSIO.

In linea aliquo modo est punctus, vt ipsius Terminus, vel ad modum formæ.

Conclusio responsiua.

AD quæstionem potest dici breuiter, ꝙ in omni linea est aliquo modo punctus, quod potest probari, quia in omni terminato est terminus terminans ipsum: sed omnis linea est terminata: ergo &c. Maior apparet: quia sicut nihil est album nisi per albedinē existentem in illo, sic nihil est terminatum nisi per terminum existentem in eo. Et confirmatur: quia terminus, quo terminatur aliquod quantum, aut est in ipso quanto, aut in alio: si in illo, habetur propositum, si in alio, quæritur de illo alio, vtrum sit terminatum aut interminatum. nō est dicendum ꝙ sit interminatum, quia nullum quantum est interminatum, vt patet ex Primo Cœli, si est terminatū, aut eius terminus est in ipso, aut in alio. si in ipso eadem ratione standum fuit in Primo: si in alio, quæratur de illo alio, sicut prius, & sic procederetur in infinitū, aut oporteret concedere, ꝙ omne terminatū habet in se aliquo modo terminum terminantem ipsum, & sic patet maior: & Minor apparet, quia nulla est magnitudo simpliciter infinita, s. priuatiua vel carens terminis, vt demōstratum est in Primo Cœli & Mundi: quare &c. Sed est considerandum, ꝙ, cum quædam sit linea recta, & quædam circularis, vt patet in Primo Euclidis: aliter linea recta terminaē per pūctum, & aliter linea circularis. Nam linea recta sic terminatur per punctum, ꝙ est aliquod punctum in ea, quod non continuat partē eius cum aliqua alia parte eiusdem lineæ rectæ, vt manifestum est quasi ad sensum: sed quodlibet punctum lineæ circularis continuat vnam partem lineæ circularis cum alia parte eiusdem lineæ: & sic quodlibet punctum existens in ea est principium vnius partis, & terminus alterius, vnum & idem subiecto, differēs ratione, seu modo. Dicitur tñ linea circularis terminata pro tanto, quia in vltima superficie corporis circularis est signare lineam, in qua est punctus non continuans eam cum alia linea superiori. sicut in vltimo & maximo orbe linea existens in vltima superficie cōuexa est terminata propter hoc, ꝙ in ipsa puncta existentia non continuant eam cum alia linea superiori. & per oppositum de linea, quæ continuat partes superficiei concauæ. Vel pro alio intelligiē linea circularis esse terminata per pūctum, quia qualibet distantia ab vno pūcto lineæ circularis ad alium punctum, est finita: quod non esset, si linea circularis esset infinita, vt patet in Primo Cœli & Mundi.

Tex. c. 36.

Linea quō terminaē p punctum.

AD primam rationem cum dicitur, vnum oppositorum & cætera, verum est vt opposita sunt. Et, cum dicit, ꝙ punctū & linea sunt opposita, falsum est. Et ad probationem cum dicitur &c. Dicendum est, ꝙ licet diuisibilitas & indiuisibilitas opponātur, tamen illud, quod est diuisibile, & id quod est indiuisibile non opponuntur, sicut licet albedo & nigredo sint contraria, tamē non oportet ꝙ illud, quod subijcitur albedini, sit contrarium ei quod subijcitur nigredini. Sed aliquis instaret, quia certum est, ꝙ punctum habet in se indiuisibilitatem, tunc arguiē, in quocunq; est punctus in illo existit illud, quod existit in puncto: sicut in quocūq; est superficies in illo est illud, quod existit in superficie. & punctus per se est in linea & in ipso puncto est indiuisibilitas: ergo in linea est indiuisibilitas. sed linea est diuisibilis: ergo diuisibilitas & indiuisibilitas sunt simul in linea: quod videtur impossibile.

Rñsiones.

E

Obiectio.

Posset hic dici, ꝙ nihil est inconueniens, ꝙ in linea sit diuisibilitas & indiuisibilitas simul s̄m diuersa. In ipsa ergo est indiuisibilitas rōne sui termini, cum terminus necessario sit indiuisibilis: sed diuisibilitas est in ea ratione suæ quantitatis. Vel dicatur, ꝙ punctus non est in linea sicut accidēs in subiecto proprie, nec sicut vera forma in materia, sed solum ad modum & similitudinē formæ, ut prius declaratum est. Et ideo nō oportet ꝙ illud quod est in puncto sit in linea: quare non valet. Ad aliam patet ex dictis. punctus enim est in linea non sicut accidens in suo p se subiecto, nec sicut propria forma in formato, sed s̄m quandam similitudinem ad formam, vt ostensum est prius. Sed quæres, quid est subiectū proprium ipsius? pōtest dici, ꝙ est substantia, quæ est subiecta lineæ, non quidem ratione qua est quāta & linea, sed ratione qua est nata terminari. Ad aliam potest dici, ꝙ linea nō est in superficie sicut forma essentialis ipsius & specifica, sicut bene probat argumentū, sed tamen est in ea ad modum formæ, in quantum terminat eam, & hoc sufficit ad propositum. Qualiter autem puncta sint vbiq; in linea, & quō non, declarandum est super Primum de Generatione.

Responsio

F

Subiectum puncti.

QVAESTIO III.

An Punctum sit aliquod ens positiuum.

G

CONsequenter potest quæri, vtrum punctus sit aliquid ens positiuū. Arguitur primo ꝙ non, quia omne ens positiuum vel est sensibile, vel intelligibile, vt patet in Tertio de Anima: sed pūctus non est quid sensibile, qa indiuisibile non sentitur, vt probat Aristo. in de Sensu & Sensato in fine, punctus autem est indiuisibile: nec intelligibile, quia intellectus noster nihil intelligit eorum, quæ exterius nisi cum sensu, vt dicit Arist. in de Sensu & Sensato. Et cōfirmatur, quia intellectus nihil intelligit sine phantasmate, Tertio de Anima. punctus autem non habet phantasma, cum sit indiuisibilis, & per consequens in sensibilis: phantasma autem est similitudo rei sensibilis, vt patet Tertio de Aīa, & in Secūdo quare &c. Item, quod intelligitur per priuationem non videtur esse quid positiuum: ens enim positiuum non debet cognosci p priuationem, sed per seipsum. nunc autem ipse punctus intelligitur per priuationem, vt dicit Arist. in Tertio de Aīa, alio cap. Indiuisibilium quidem igitur intelligentia. vbi sic dicit, Punctus autem & omnis diuisio, & sic indiuisibile priuatione monstratur: quare &c. Item, sicut est de vnitate, ita est de puncto, per conuenientem similitudinē, cum vtrunq; sit quid indiuisibile simpliciter. sed ipsa vnitas non est aliquid positiuum, cum sit quædam indiuisio. vnum enim est ens indiuisum, ut habetur ex Quinto Metaphy. & per consequens vnitas est indiuisio, per locum à coniugatis. Item, si punctus esset aliquid positiuum, aut est aliquid prius q̄ linea, aut posterius, per sufficientē diuisionem. non est dicendum ꝙ sit aliquid prius q̄ linea, vel q̄ corporeitas, quia hæc contradiceret Commen. in suo tractatu de Substātia Orbis: vbi dicit, ꝙ dimēsio est prima res existens in prima materia. hæc sunt eius uerba; primum enim rerum existentium in hoc subiecto, & loquitur de prima materia: sunt tres dimensiones, quæ dicuntur corpus: quare non est dicendum, ꝙ punctus sit ali

Tex. c. 27.

H

Tex. c. 30.

Tex. c. 30.

Tex. c. 25.

Tex. c. 11.

quod

quid positiuũ, quod prius sit in materia, q̃ dimensio. nec potest esse posterius: quia, cum punctus sit principium lineæ, necesse est q̄ sit prius ipsa linea, & cum ipsa linea sit prior alijs dimensionibus: quare simpliciter sequitur, q̄ punctus sit prius omni dimensione: quare &c.

OPPOSITVM arguitur: quia nihil pure priuatiuum ponitur in definitione entis positiui: Punctus autem ponitur in definitione lineæ, vt dicit Aristoteles in Primo Posteriorum: ergo &c.

CONCLVSIO.

Punctus vt Terminum lineæ significat, positiuum quidem est, at ut lineam continuans cum priuatione intelligitur.

Opinio prima. ALiqui visi sunt intelligere, q̄ pũctus & vnitas nõ sunt entia positiua, sed solum sunt quædam priuationes. punctus enim terminans est priuatio continuationis lineæ terminatæ cum alia linea, & punctus continuans est priuatio diuisionis lineę. tandiu enim linea est continua quamdiu est indiuisa, & cum est diuisa corrumpitur punctus continuans: quod non videtur esse nisi q̄a punctus continuans est priuatio diuisionis actualis. Similiter dicunt, quod vnitas nihil aliud est nisi priuatio diuisionis non habens positionem in continuo. *Improbatio.* Sed ista nõ videntur bene dicta. Primo de vnitate, quia mensura alicuius positiui non videtur esse pura priuatio: hoc videtur satis manifestum. sed vnitas est mẽsura numeri intrinseca, vt vult Arist. in Decimo Metaphy. *Tex. c. 2.* & numerus est quid positiuum, cũ sit species qoantitatis, vt patet in Prędicamentis: quare &c. De puncto similiter nõ bene dicunt: quia illud, quod habet positionem in continuo videtur esse quid positiuum, & non pura priuatio: hæc recipiť pro manifesta: sed punctus est hmõi. in hoc enim differt punctus ab vnitate. Item, illud quod est terminus & principium entis positiui non est pura priuatio: sed punctus est hmõi, vt omnes cõcedont: quare &c. Sed qualiter punctus habet positionem in continuo non est satis manifestum. *Positio capitur multipliciter.* Ad huius euidentiam consyderãdum q̄ positio, quantum spectat ad propositum, multipliciter accipitur. vno modo accipitur positio pro ordine partium in toto in habitudine ad locum, vel pro quodã modo essendi fundato in isto ordine, & hoc modo positio est vnum prædicamentum, vt habet videri in Prædicamentis. alio modo accipitur positio pro significabilitate seu sensibilitate partium quantitatiuarum in suo toto, & hoc modo pertinent ad quantitatem cõtinuam, & istis duobus modis punctus non habet positionem, cum nullas partes habeat sm quantitatem. Alio modo dicitur positio ipsa existentia alicuius Idiuisibilis inter duas lineas cõtiguas, vel inter duas partes lineæ determinatę, & sic punctus habet positionem. Nam punctus continuans duas partes lineę, est inter illas duas lineas sine medio & non alibi: punctus autem terminans est inter doas lineas contiguas adinuicem & non alibi, & hoc in illis corporibus, quæ habent aliquid extra se. Et sic patet, qualiter punctus habet positionem in continuo. & in hoc differt punctus ab vnitate: quia ipsa vnitas, à qua aliquid dicitur vnum, non est determinate inter duas partes lineæ quæcunq; sint, dico sm q̄ vnitas. *Punctus est duplex.* Dicendum est igitur ad quæstionem sm viã communiorem, q̄ punctus est aliquid positiuum aliquo modo. Ad quod consyderandum est, q̄ duplex est punctus, sicut dicitur communiter, s. punctus terminans & punctus continuans. Punctus terminans est quoddam indiuisibile, vltra quod nihil est de illa linea, & citra quod ẽ eorum quicquid est de illa linea: & super illud indiuisibile fundatur relatio quædam, s. termini ad terminatum, ut cõmuniter dicitur. Et ad istius termini actualem existentiã necessario requiritur priuatio continuationis lineæ cum alia linea, & sine ista priuatione non bene potest intelligi ille terminus actu: quamuis enim habitus sit notior ipsa priuatione opposita, tñ nihil prohibet priuationem vnius habitus, s. habit⁹ multo notioris, esse notiorem, saltẽ quo ad nos quodã alio habitu, vel ente positiuo, vt Commẽ. innuit in Octauo huius super illo cap. Mouẽtium igitur & eorum quæ mouentur, & sic contingit in proposito. *Com. 27.* Continuitas igitur vel quantitas continua est aliquid notius & manifestius q̃ sit illud indiuisibile, quod diciť punctus: & priuationem ipsius continuitatis necessario concomitatur hmõi punctus terminans, & ideo punctus notificatur per priuationẽ continuitatis, & hoc bene docuit Arist. in Tertio de Anima, illo cap. Indiuisibilium quidẽ igitur &c. *Tex. c. 25.* vbi sic loquitur, punctus autem & omnis diuisio, & substãtiæ indiuisibile p̄ priuationẽ monstraí &c. imaginabimur ergo sm istam viã, q̄ hoc nomen punctus significat aliquod ens positiuũ, quod est terminus lineæ. Ratio tamen intelligendi & significandi huius termini sumitur à quadam priuatione, s. à priuatione continuitatis lineæ terminatæ cum alia linea. *Punct⁹ continuans.* Punctus vero continuans est quoddam indiuisibile existẽs inter duas partes lineę sibiinuicẽ continuas sine distãtia medij: & ad hmõi punctum necessario requiritur priuatio diuisionis actualis ipsius lineæ. si enim linea, quæ nunc est continua, diuidatur actualiter, tunc corrumpitur punctus continuans, & fiunt loco eius duo puncta terminantia: & hmõi punctus licet sm se sit aliquid positiuum, vt dicitur, tñ notificatur & intelligitur per priuationẽ diuisionis lineæ, quæ quodammodo notior est ipso. & iste punctus cõiter diciť esse punctus in potentia: quia non terminat actu lineam, sed ipsa existente linea, quam continuat cũ alia linea, non est actu terminata & diuisa ab alia linea, sed solum in potentia. De vnitate autem quid ipsa essentialiter sit, magis inquirendum est super Quartum Metaphysicæ.

Rñsiones. AD rationes. Ad primam potest dici, q̄ punctus bene est aliquid sensibile, non quidem sensu exteriori p̄ se, sed sensu interiori, s. virtute cogitatiua. *Punct⁹ sensibilis ẽ sensu iteriori uirtutis cogitatiuæ.* Ista enim virtus bene cognoscit aliquas intentiones nõ sensatas, i. proprietates indiuiduales, quas nõ cognoscit sensus particularis & exterior, vt habet videri super Tertium, & Secundum de Anima, & specialiter à Commẽ. & hoc sufficit ad hoc q̄ sit intelligibile. Vnde Cõmen. dicit in Tertio de Anima, *Com. 33.* q̄ comprehensibilia humana diuiduntur in comprehensibilia, quorum principium est sensus, & comprehensibilia, quorũ principium est cogitatiua, i. comprehensibilia, quæ cognoscuntur sensu particulari, & ea, quæ cognoscuntur virtute cogitatiua. Vel potest dici, q̄ pũctus est aliquid sensibile per accidens sensu particulari: quia accidentaliter coniunctus est alicui per se sensibili, & statim cognoscitur sine magno discursu cogitata linea diuisa ab alia linea, & hoc sufficit. Et cum diciť, indiuisibile non est sensibile, potest dici, quod verum est de sensibili per se subsistente, & de isto probat Arist. in de Sensu. sed indiuisibile inhærens alicui & existens in aliquo subiecto, potest sentiri vel per se, sicut vnitas est p̄ se sensibilis aliquo modo, vt vult Arist. in Secundo de Anima, *Tex. c. 24.* vel per accidens, sicut punctus, vt dicitur. Et forte non esset magnũ inconueniens dicere, q̄ sicut vnitas, quæ est principium numeri, dicitur esse sensibilis aliquo modo, sicut sensibile commune, sic etiam pũctus, cum sit principium lineæ, sit per se sensibilis aliquo modo. Ad aliam, cum dicitur, illud, quod intelligitur &c. ista potest negari. quia quãuis priuatio alicuius habitus nõ sit notior illo habitu, nec ducat in eius cognitionem, sed è conuerso, tñ priuatio alicuius habitus bene est prius nota aliquo alio positiuo: & sic ducit aliqualiter in eius habitus notitiam, vel illius habitus vel positiui. & isto modo notificantur nobis substantiæ separatæ, s. per abnegationẽ materiæ, quæ est in istis transmutationibus: & per abnegationes conditionũ consequentium materias, s. generationis, & corruptionis, & extensionis, & hmõi, vt scitur ex Octauo huius, & Duodecimo Metaphy. Ad aliam potest dici, q̄ immo vnitas est quid positiuum sm se, tamen significatur & intelligitur sub priuatione, & differt à puncto modo prædicto. nec sequitur, si vnum est ens indiuisum, q̄ vnitas sit sola indiuisio, sed q̄ sit vnitas indiuisa. Qualiter autem differt

vnitas

vnitas numeralis ab vnitate specifica & essentiali, alibi di-
ctum est. Et si instes, vnum dr̄ ab indiuisione: sed vnū
dr̄ ab vnitate: ergo vnitas est indiuisio. Dico, ꝙ vnum
non solum dr̄ vnum ab indiuisione, licet indiuisio sit mo
dus, à quo sumitur intellectus vnius. sed cum hoc dr̄ vnum
ab aliquo positiuo substrato illi indiuisioni. hoc aūt alibi
magis declaratum est. Ad aliam potest dici, ꝙ pūctus
est aliquo modo prior q̄ linea, saltem ordine generatiōis,
vel ordine similitudinis: quia imperfectior est q̄ linea, sicut linea
q̄ superficies. Et quod Commentator dicit, ꝙ primū &c.
potest dici, ꝙ ipse intelligit de formis diuisibilibus & ex-
tensibilibus. omnium enim illarum prima est dimensio,
ita ꝙ dimensiones, quæ dicuntur corpus Commen. com
parat ad alias formas natas extēdi in materia, & respectu
istarum ipsa corporeitas prior est quoquo modo: pūctus au
tem non est aliqua forma extensa, nec extēsibilis, nec per
se nec per accidēs, sic ꝙ habeat vnam partem extra aliā,
vt albedo existens in superficie. si autē dicatur diuisibilis
per accidens, quia est cōiunctus cum aliquo diuisibili ali-
quo modo cōiunctionis, vt vr̄ innuere Cōmen. in Tertio
Com. 21. de Anima cap. Indiuisibilium quidem igitur intelligētia:
hoc est multum improprie, & nihil ad propositum.

QVAESTIO IIII.

An Duo Corpora secundum Totum sese tangere possint.



Onsequenter quæri potest, vtrum duo cor-
pora possint se tangere ſm totum. Arguitur
primo ꝙ sic, qa in vero misto quælibet pars
est mista, Primo de Generatione. sed hoc nō
Tex. c. 29. contingeret, nisi vnum corpus totum posset
tangi ab alio & è conuerso. Nā recipiatur aliqua pars ter
ræ concurrens ad mistionem, aut illa tota tangitur à par-
te ignis, aut non tota. si sic, habetur propositum, si non, er
go non quælibet pars misti erit mista ex omnibus ele-
mentis: quare &c.

Tex. c. 2. OPPOSITVM arguitur breuiter auctoritate Aristo. G

CONCLVSIO.

Duo Corpora se se secūdum se tota tangere Impossibile est; quæ
si tangerentur, ex eis vnum alio maius corpus ne-
quaquam constitueretur.

Dicendum primo, ꝙ impossibile est vnum totum
corpus tāgere aliud totum corpus. quod faciliter
probatur: quia, si hoc contingeret, tunc duo cor-
pora essent simul in eodem loco: quod est impossibile, vt
Tex. c. 47. patet Quarto huius, & patet consequentia: qa, si duo cor
pora se contingunt ſm se tota, aut insunt in vno & eodē
loco, & sic habetur propositum, aut in diuersis, ita ꝙ vnū
illorum est in vno loco, & alterum in altero, & sic sequitur, ꝙ
inter partes exteriores vnius, & partes alterius est spatiū
medium, & sic illæ partes non se tangunt: & p consequēs
totum non tangit totum. Et hoc facile est uidere descri
ptis ad sensum duobus corporibus, quorum vnum sit in alio
loco ab altero. Item ad hoc ꝙ aliqua corpora sint duo,
necesse est ꝙ claudantur & terminentur diuersis superfi-
ciebus: quia quodlibet illorum debet esse vnum in se: unum
autem est in se indiuisum & diuisum ab alio. Et constat ꝙ
aliquod corpus non potest esse diuisum sctu ab alio nisi
superficies eius sit distincta à superficie alterius. sed, si ali-
quod totum corpus tangeret aliud totum, tunc nō essent
clausa vel terminata diuersis supꝫficiebus, sed vna sola su-
perficie, ita ꝙ vnica superficies includeret ambo illa tota.
detur enim, ꝙ extra superficiem vnius esset aliquid de al
tero, tunc certum est, ꝙ illud extra existens non tangeret
partes exteriores, inter quas & ipsum esset distantia me-
dia. Vltima enim tangentium debent esse simul, ita ꝙ in
ter ea nullum sit medium, nec plenum, nec vacuū, vt ma
Tex. c. 22. nifestum est in Quinto huius: quare &c. Secundo dico
breuiter, ꝙ, si duo corpora se tangerent ſm totum non cō
stitueretur ex eis aliquid maius uno illorum: & hoc patet ex
dictis. quia illud, quod est maius altero, ē in maiori loco:
Tex. c. 49. siquidē locus proprius est æqualis locato Quarto huius:

E sed totum constitutum ex duobus corporibus se tangen-
tibus ſm totum non est in maiori loco q̄ alterum illorū,
vt patet ex dictis: quare &c. Item, ad hoc ꝙ ex aliqui-
bus partibus cōstituatur aliquod maius ſm quantitatē,
oportet ꝙ vnum illorum sit extra alterum. hoc enim est de
ratione partium quantitatiuarum, ꝙ vna sit extra aliam.
sed, si duo corpora se tangerent ſm totum, vnum illorum
non esset extra alterum, immo nihil vnius illorū esset ex-
tra alterum: quia quicquid esset extra vnū illorum illud
non esset immediatum cuilibet parti alterius, & sic nō to
tum tangeret totum: quare &c.

Ratio in oppositum tangit vnam bonam difficulta- Rñsiones.
tem, quæ magis debet discuti super Primum de Ge
neratione. Et aliqui dicunt ad istam dubitationem, ꝙ, cū Qūo elemē
particulæ elementorum sint sibiinuicem appropinquatæ ad ta sint in mi
generationem misti, vna illarum tangit aliam trāsmutan sto.
do ipsam & corrumpendo excellentias, & in illo tpe alte
F rationis illę particulæ habent dimensiones distātes se tan
gentes ſm vltima. Et, cum materia fuerit sufficienter di-
sposita ad formam misti recipiendam, tunc corrumpenē
formæ elementorum & dimensiones eorum, & generabun
tur nouæ dimensiones simul cum forma misti proportio
nales pcedentibus: & sic non oportebit, ꝙ dimēsio vnius
penetret dimensionē alterius. Sed sine dubio istud nul Impugna-
lo modo sufficit. Primo, quia isti supposuerunt duo multum tio.
dubia, & forte impossibilia, s. ꝙ essentiæ dimensionū præ Responsio,
existentes in partibus elementorum corrumpuntur, cū for-
ma misti generatur. Secundum est, ꝙ etiā formæ substan
tiales elementorum corrumpūtur totaliter, quorum vtrūq;
videtur esse contra Commen. plane. Vult enim Cōmen.
in Tractatu de Substantia Orbis, ꝙ dimensio intermina
ta, i. essentia dimensionis est coæterna materiæ primæ, &
in Tertio Cœli & Mundi vult, ꝙ formæ substātiales ele Com. 67.
mentorum remaneant in misto, licet refractæ seu remissæ, si
cut & eorum qualitates, & de hoc alias inquiretur, si Deus
G voluerit. Et ideo dico aliter ad præsens, cum dicitur, ꝙ Quælibet
quælibet pars misti est mista, dico ꝙ hoc potest intelligi pars misti ē
dupliciter. Vno modo, ꝙ quælibet pars quantitatiua mi mista.
sti sit mista ex elementis præexistentibus seorsum & diui
sim: & hoc non concederem. Alio modo, ꝙ quælibet sit
mista vel ex elementis præexistentibus, vel ex elementis
de nouo generatis per actiones ipsorum elementorum præ-
existētium, & sic est ſm veritatem. Nam particula ignis
appropinquata particulæ terræ trāsmutat eam calefacien
do & rarificando, & quantum dat ei de caliditate, dat &
tm̄ de forma substantiali ignis. & sic dico de particula ae-
ris & aquæ & è conuerso. Ita quod quælibet particula cu
iuslibet elementi conueniens ad commistionem transmu
tatur ab aliqua particula cuiuslibet alterius elementi reci
piendo formam substātialem ab ea, & sic quælibet pars
misti est mista. Et ex hoc non sequitur quòd aliquod to-
tum corpus tangit aliud totum corpus.

Eiusdem autem rationis est & magnitudinē Tex. c. 4.
H & tp̄s & motum ex indiuisibilibus cōponi &c.

QVAESTIO V.

Componi uel non componi ex indiuisibilibus, an eadem ratione magnitudini & motui conueniat.



Onsequenter quæritur, Vtrum magnitudo
& motus sunt eiusdem rationis quantum ad
componi vel non componi ex indiuisibili-
bus. Arguitur primo ꝙ non. Quia illa, quo-
rum vnum est permanēs, & aliud successiuū
non sunt eiusdem rationis: hæc est manifesta. Sed magni-
tudo est ens permanēs: & motus est quid successiuum, vt
manifestum est: quare &c. Item, illa non sunt eiusdē ra
tionis quorum vnum diuersificatur altero nō diuersificato:
hæc est manifesta. Sed motus & magnitudo sunt hmōi:
quia super eandem magnitudinem contingit velocius &
tardius moueri, vt manifestum est ad sensum: quare &c.

Et si dicas ad ista duo, ꝙ magnitudo & mot⁹ sm se nõ sunt eiusdem rationis, sed quãtum ad hoc ꝙ est componi vel non componi ex indiuisibilibus, Cõtra. proprietates sequũtur naturas vt manifestum est: modo, componi vel non componi ex indiuisibilibus sunt quædam proprietates magnitudinis & motus. Si ergo magnitudo & motus secundum suas essentias non sunt eiusdem rationis: videtur quòd non sunt eiusdem rationis quo ad istas proprietates: quare & cætera.

OPPOSITVM demonstrat Aristoteles in litera.

CONCLVSIO.

Componi vel non Componi ex Indiuisibilibus secundum eandem rationem proportionis vel consequentiæ, motui ac magnitudini conuenit.

Dicendum ꝙ magnitudo & motus sunt eiusdẽ rationis quantum ad componi uel non componi ex indiuisibilibus, sic intelligendo, ꝙ, si unum est cõpositum ex indiuisibilibus, & alterum, &, si vnum nõ est B compositum ex indiuisibilibus, nec alterum, ita ꝙ sunt eiusdem rationis sm quandam proportionem & consequentiam. vt, si magnitudo, super quam est motus, composita ex indiuisibilibus æqualibus numero illis, ex quibus componitur motus. Verbi gratia. si sit magnitudo, super quam est motus A B C, composita ex tribus indiuisibilibus, & motus, qui pertransit hanc magnitudinem sit D C E, ita, ꝙ D correspondet ipsi A & sic de alijs. tūc arguitur, pars motus correspondens parti magnitudinis indiuisibili aut est motus, aut momentum, s. indiuisibile existens in mobili. si dicatur ꝙ sit motus, sequitur, ꝙ sup indiuisibile aliquid mouetur. nam omne illud mouetur, in quo est motus: hoc est manifestum. si igitur pars mot⁹, per quam mobile pertransit, sit motus, tunc sequitur, ꝙ indiuisibile pertransit per motum, ita ꝙ mobile pertrãsit indiuisibile: quod est impossibile, vt demonstratum est prius. Si autem illa pars motus sit momentum siue motũ C esse, eadem ratione pars motus correspõdens alteri parti magnitudinis erit momentum & non motus, & sic motus erit compositus ex momentis, quæ sunt indiuisibilia motus, sicut punctus est indiuisibile lineæ: quare &c. Et confirmatur ratio: quia sicut per totum motum pertransitur tota magnitudo, ita pars magnitudinis pertransitur per partẽ motus, & sic quæratur de illa parte motus, quæ correspondet indiuisibili parti magnitudinis, vt prius.

Notandum tamen, ꝙ magnitudo & motus non sunt eiusdem rationis secundum speciem specialissimam quantum ad componi vel non componi ex indiuisibilibus: sicut non sunt eiusdem rationis secũdum speciem specialissimam quantum ad componi ex diuisibilibus, quia compositiones diuersificantur sm diuersitatem partium, ex quibus sunt. constat autem ꝙ partes magnitudinis sunt alterius rationis secundum speciem specialissimam à partibus motus: ergo cõpositio hæc & illa est alterius rationis, & similiter compositio & non compositio ex indiuisibilibus est alterius rationis secundum speciem specialissimam. sed pro tanto dicit̃ ꝙ sunt eiusdem rationis, quantum ad hoc, quia ex vno istorum ratione necessaria coniungitur alterum, vt patet ex dictis. D

Partes mot⁹ & magnitudinis nõ sunt eiusdẽ rationis.

Et per hoc ad rationes patet solutio.

Si igitur præsentis motus necesse est moueri per aliquam partem &c. *Tex. c. 5.*

QVAESTIO VI.

An super Indiuisibile Motum fieri contingat.

Consequenter quæri potest, vtrum super indiuisibile possit fieri motus. Arguitur ꝙ sic. Quia super illud potest fieri mot⁹, cui potest aliquid applicari successiue: hoc videtur manifestum per se. sed ipsi indiuisibili potest aliquod applicari mobile successiue, vt signato aliquo pũcto i linea ipsum mobile potest ei applicari successiue, ita A quòd vna pars prius ei applicabitur quàm alia, vt manifestum est ad sensum: ergo &c.

OPPOSITVM vult Aristo.

CONCLVSIO.

Motum per se fieri super indiuisibile est impossibile, at per accidens fieri motum super indiuisibile contingit.

Dicendum breuiter, ꝙ super indiuisibile per se omnino nõ potest fieri motus proprie dictus. Et hoc demonstat Arist. in litera sufficienter. quia, si aliquid moueretur super idiuisibile per se, sequeretur vel ꝙ simul esset moueri & motum esse, vel ꝙ indiuisibile esset diuisibile: quæ sunt impossibilia. & probatur consequentia: quia ponatur ꝙ aliquid moueatur sup indiuisibile, s. A, oportet necessario ꝙ illud mobile habeat in se motũ: sicut enim nihil ẽ album sine albedine, sic nihil mouetur sine motu, aut ergo simul mouetur per A & motum est, aut non simul. si nõ simul, sed posterius motum est q̃ mouebatur, sequitur ꝙ A sit diuisibile: quia, dum erat in ipso moueri, non quiescebat in A, s. quiete præcedente motum: hoc est manifestum, neq; trãsierat totum ipsum A, quia iam non moueretur per A. nihil enim mouetur per spatium, per quod iam pertransiuit: oportet igitur ꝙ medio modo se habeat, s. ꝙ cum mouetur per A, partem e⁹ pertrãsiuit, & in parte eius adhuc sit: sequitur, ergo ꝙ A sit diuisibile. Si vero dicatur ꝙ simul mouetur, & motũ est: hoc est impossibile, quia manifestum est ex successione temporis, ꝙ nulla duo instãtia tpis possunt simul esse, sicut tempus cum instanti est omnino simul: quare &c. *Tex. c. 7.*

Intelligendũ tamen quòd supra indiuisibile potest fieri motus per accidens inquantum ipsum indiuisibile aliqualiter est coniunctum diuisibili super quod fit motus p̃ se: & hoc modo procedebat ratio, quæ adducebatur: nõ enim partes mobilis applicantur indiuisibili per se, sed p̃ accidens, inquantum est cõiunctum magnitudini, cui applicantur partes mobilis.

Motus põt fieri per accidens sup Idiuisibile.

C Si igitur necesse est quod mouetur vnde & vbi non simul moueri & motum esse &c. *Tex. c. 7.*

QVAESTIO VII.

An Moueri & motum esse simul esse ualeant.

Consequenter potest quæri, Vtrum moueri & motum esse possunt esse simul. Arguit̃ primo ꝙ sic, Quia motus potest esse totus simul: ergo moueri & motum esse possunt eẽ simul. Antecedẽs probat̃ auctoritate Arist in de Sensu & Sensato, vbi dicit, ꝙ contingit aliquid totum simul alterari. constat autem, ꝙ alterari est quidam motus: & consequentia vr̃ satis manifesta. nam qua rõne totus motus potest esse simul, & motus cum mutatione potest esse simul? Item, illuminatio est quidam motus, & illuminatum esse est motum esse: sed illuminatio est simul cum illuminato esse, vt manifestum est: quare &c.

OPPOSITVM supponit Aristo. in litera.

D CONCLVSIO.

Moueri & motum esse simul esse, id est in eodem instanti, est impossibile.

Dicendum, ꝙ moueri proprie non est simul cũ motum esse intelligendo per esse simul esse in eodem instanti, & hoc probatur breuiter. Quia, si ita esset, sequeretur ꝙ aliquid simul moueretur & nõ moueretur, quod est contra primam dignitatem. consequentia probatur: quia dum aliquid mutatum est ad aliquod, nõ mouetur ad aliud, quia iam habet illud: & ad habitũ non est motus, habitibus enim præsentibus in materia cessat mot⁹: modo, dum in aliquo est moueri, illud mouetur. si ergo simul esset moueri & motum esse, tunc simul aliqd moueretur & non moueretur sm idem: quare &c. Itẽ, illud, quod mouetur, dum mouetur, non habet perfecte illud, ad quod mouetur: quia sic frustra moueretur. & motus est actus entis in potentia sm ꝙ hmõi. Sed, dum aliqd mutatum est, tunc habet perfecte, i. actu, illud quod mutatum

Conclusio Responsio,

tatum est, dummodo sit mutatum mutato esse terminate motum: ergo, si aliquid simul moueretur ad aliqd & motum esset ad illud, tunc haberet perfecte & in actu, & nō haberet vnum & idem: quod est impossibile: quare &c.

Moueri & motum eē sunt bene simul priuatiue.

Itē, illa non sunt simul, quorū vnum est in tpe, & aliud in instāti: hoc est manifestum. quia tps & instans nō sunt simul: sed moueri est in tpe & motum esse est in instanti, vt manifestum est: quare &c. Sed aduertēdum, q̄ quamuis moueri & motum esse nō sunt positiue simul & in eo dem instanti, tñ bene sunt simul priuatiue, s. per priuationem medij: quia inter moueri & motum esse non est aliquod medium, sicut inter tps & instans terminans od est aliquod medium, sed hoc non est proprie esse simul.

Rñsiones.

AD primam nego antecedens. Et ad probationem, cū dicitur, q̄ cōtingit aliquod totum &c. Dico, q̄ hoc dictum, potest dupliciter intelligi. Vno modo referendo ly simul, ad qualitatem, fm quā aliquid alteratur: vt sit sensus, q̄ contingit aliquod totum alterabile simul altera ri, i. non prius tpe acquirit vnā partem qualitatis q̄ aliā, sed omnes simul: & hoc est impossibile in omnibus alterationibus, quibus acquiritur qualitas habens contrariū & sustinens magis, immo semper vna pars talis qualitatis prius tpe acquiritur q̄ alia. alio modo potest intelligi referendo ly simul, ad partes quantitatiuas ipsius alterabilis: vt sit sensus, q̄ contingit aliquod totum simul alterari, i. contingit aliquod totum quantum ad omnes suas partes quantitatiuas simul recipere qualitatem ab agente, ita q̄ vna non recipiat prius tpe q̄ alia, & hoc modo est verum, & intellectus Arist. v. g. cum ignis est appropinquatus aquæ, licet aqua sit diuisibilis in infinitum, & quacumq; parte data sit dare minorem, tamen non oportet q̄ pars minor per prius tpe incipiat alterari ab alia q̄ alia, & adhuc alia minor prius tpe quam alia, & sic in infinitum, qa tunc nunq̄ incœpisset alteratio de nouo, immo semper fuisset, sed est deuenire ad aliquam partem aquæ ita paruam, q̄ ignis obtinet supra eam totam, & illa tota simul quātum ad omnes suas partes quātitatiuas incipit alterari ab igne, ita q̄ in eodem instanti, in quo vna illarū incipit, & alia. Et hoc significat Arist. ibidem, vbi dicit, q̄ contingit aliquod totum simul alterari, & nō dimidiū prius, velut aquam totam simul congelari. & in hoc differt alteratio propria à motu locali quantum ad spatium, quod pertrāsitur: quia semper mobile, quod mouetur localiter, prius tempore pertrāsit spatium minus q̄ maius. Vnde & Arist. dicit ibi, q̄ loci mutationes rationabiliter ad mediū prius attingunt, & hæc est expositio Alex. ibidem, vt patet inspicienti. Sic igitur alterari non est motus totus simul quantum ad omnes partes formæ quę acquiruntur, licet simul incipiant in omnibus partibus alicuius alterabilis: quare &c. Ad aliam dicitur cōiter, q̄ illuminatio non est motus proprie dictus, sed solum fm modū significandi, nec realiter differt ab illuminato esse: ideo potest esse simul cum illuminato esse: quare &c.

Alteratio alicuius secundū totū simul.

Illuminatio nō ē mot.

Tex. c. 35.

Quoniam autem omnis motus in tempore est, & in omni tempore possibile est moueri: oē autem quod mouetur conuenit & velocius moueri & tardius & cætera.

H

QVAESTIO VIII.

An Omne, quod mouetur, contingat uelocius uel tardius moueri.



QVæritur hic, vtrum omne, quod mouetur, contingat velocius & tardius moueri. Et arguitur primo q̄ non, Quia quod mouetur maxima velocitate, non contingit velocius moueri, quia sic maximo esset maius in eodem genere: quod ē impossibile. sed aliquod mobile mouetur maxima velocitate, s. primum mobile, vt patet in Quarto huius, & Octauo, & propter hoc primus motus est mensura omnium aliorū: quare &c. Item, illud mo

Tex. c. 131. Tex. c. 75.

E bile, quod non cōtingit magis & minus esse dispositum, & quod mouetur à motore intransmutabili, non contingit velocius & tardius moueri: hoc videtur manifestum. q̄ enim aliqd velocius & tardius moueatur q̄ prius hoc non est, nisi quia ipsum mobile magis est dispositū ad ipsum motum q̄ prius, uel quia mouens est fortificatū plus quam prius per aliquam transmutationem. sed aliquod mobile est, quod nunq̄ est magis dispositum ad motum q̄ prius, s. cœlum, & mouetur à motore non transmutabili nec per se nec per accidēs, vt patet ex Octauo huius, & Primo & Secundo Cœli & Mundi: quare &c. Itē, si omne quod mouetur contingeret velocius & tardius moueri: tunc oportet motorem esse vigoris infiniti: quod videtur impossibile fm Cōmen. in Octauo huius, & Secundo Cœli & Mundi. & probatur consequentia: quia, si omne mobile cōtingit velocius moueri, sequitur q̄ mobile potest velocitare in infinitum: hoc est manifestum. et si mobile potest velocitari in infinitū, sequitur q̄ motor

8. Physico. Tex. c. 44.

Com. 79.

F potest velocitare in infinitum. Talis autem motor videt esse vigoris infiniti, vt manifestū est: qa motor finitus nō velocitat nec potest velocitare in infinitum: quare &c.

OPPOSITVM dicit Arist. in litera. oē autē, quod mouetur, contingit velocius moueri aut tardius. Et propter hoc intendit probare, q̄ tempus diuiditur in infinitum, sicut & magnitudo, vt patet inspicienti literam.

CONCLVSIO.

Mobili, vt Mobile uelocius aut Tardius moueri potest, mobile vero vt tale mobile, vt à tali motore motum non potest velocius moueri.

AD quæstionem potest dici per quādam distinctionem, quam innuit Commen. hic q̄ mobile potest consyderari dupliciter. vno modo mobile fm q̄ est mobile. alio modo secundum q̄ est tale mobile naturæ determinatæ: vt cœlū vel ignis & huiusmodi: & similiter motus potest consyderari ratione qua motus absolute & rōne qua talis motus determinatus: puta primi mobilis et circularis & huiusmodi.

Com. 15. Mobile cōsiderat dupliciter.

G

Tunc diceretur ad quæstionem, q̄ omne mobile, fm q̄ est mobile, potest velocius moueri aut tardius. Secundo, q̄ aliquod mobile, vt tale mobile, & vt mouet à tali motore, non potest velocius moueri, & hoc signat Commen. in his verbis. Sed quæratur de hac propositione dicente, q̄ omne motum potest moueri motu velociori suo motu. Nam declaratum est q̄ motus corporum naturalium determinatus est in velocitate & tarditate, & cœlū impossibile est vt sit velocius: ergo propositio, quæ ponitur hic possibilis, est impossibilis. Ad hoc autem dicat q̄ omne motum fm q̄ est motū est possibile vt moueat motu velociori suo motu fm q̄ est motus: Quod sic intelligo, q̄ omni mobili, ratione qua mobile est, nō repugnat moueri motu velociori suo motu. Et hoc probat Cōme. statim dicens sic. Et causa est in hoc qm motus est de continuo & velocitas in motu est similis diuisibilitati in continuo. Quemadmodum diuisibilitas procedit in infinitū in cōtinuo, sic velocitas in motu: qm, si velocitas sumeretur in motu, fm q̄ est motus, esset possibile q̄ motus fieret in instanti. Et hæc vltima consequētia non est omnino clara, sed forte declarabitur post. sic igitur patet primū, s. q̄ mobili, vt mobile est, non repugnat uelocius moueri q̄ moueatur. Secundum patet ex rationibus inductis in principio specialiter, quia primū mobile, ratione qua tale mobile, habet maximam velocitatem, & maximo nō potest eē maius in illo genere: quare &c. Sed aliqui dubitant satis rationabiliter cōtra istam determinationem & arguunt sic. Omne quod est impossibile mobili vnde mobile, repugnat ei: hæc videt satis manifesta. sed omni mobili vnde mobile, est impossibile moueri motu velociori motu primo: ergo omni mobili fm q̄ mobile repugnat moueri velociori motu pmo. Probatio minoris, accipiatur mobile quodcūq; tu volueris, aut illi mobili, fm q̄ est mobile, possibile est moueri motu velociori q̄ sit motus

Dubitatio.

motus primus, aut non est ei possibile secundum ꝙ mobile. si non est ei possibile secundũ ꝙ mobile, ergo est ei impossibile secundum ꝙ mobile: per regulam modalium. si est ei possibile ratione qua mobile moueri motu velociori motu primo, aut aliquando mouebitur illo motu velociori, aut nunquam, si nunquam, ergo illa potẽtia, quam habet ad illum motum uelociorem, erit ociosa per totum tempus æternũ in tota natura mobilis, vt mobile: quod videtur absurdum. Si aliquando mouebitur motu velociori quàm sit motus primi mobilis, hoc similiter est absurdum: quia velocitas primi motus est perfectissima velocitas, qua nunquam erit perfectior. Et præterea quis motor faciet illam velocitatem. Itẽ, illud est impossibile, quod nunquam est, nec fuit, nec erit: sicut illud est necessarium quod semper fuit, & est, & erit semper, vt habet satis ex Primo coeli & Mundi. Sed hoc nunquam fuit, nec est, nec erit in aliquo mobili, ꝙ moueatur motu uelociori motu primi mobilis, vt oẽs concedunt. quare &c. Itẽ, dubitatur sic, omne quod nõ repugnat mobili, vnde mobile, inest alicui mobili. sicut omne quod non repugnat homini, vnde animal, inest & inuenitur in aliquo animali: si ergo moueri velocius primo mobili nõ repugnat mobili, vnde mobile, hoc debet inesse alicui mobili: hoc autem falsum est, ergo & primum. Item, si sic intelligeretur propositio Aristotelis, tunc Aristoteles non sufficienter demonstraret intentum. vult enim ostendere, ꝙ tempus est diuisibile in infinitum sicut & magnitudo, ita ꝙ quocunq; tempore dato, est dare aliquod temp⁹ minus. & hoc sic in omni tempore contingit aliquid moueri, & omne quod mouetur contingit velocius moueri: ergo in quocunq; tempore aliquid moueatur in illo contingit velocius moueri. Velocius autem in minori tempore pertransit æquale spatium: ergo quocunq; tempore dato est aliquod tempus minus. Modo, diceret aduersarius, qui sustineret esse aliquod tempus indiuisibile, quòd in tẽpore illo bene potest moueri aliquid, sed non est possibile ꝙ aliquid moueatur velocius illo mobili, quod mouetur in tempore illo, quia hoc repugnat mobili vnde tale, sed nõ repugnat mobili vnde mobile. nec potest poni inesse aliquod mobile moueri velocius illo mobili: sicut non repugnat homini vnde animal quòd sit hinnibilis, & tamẽ nõ debet poni inesse, quòd homo sit hinnibilis secundum ꝙ est animal: & sic videtur ꝙ demonstratio Aristo. non valeret.

A

Te. c. 121.

B

Responsio ad dubitationem primam.

Ad primum posset dici negando primam propositionem, non enim oportet, quòd omne, quod est impossibile mobili secundum ꝙ mobile, repugnet ei secundum quòd mobile: quia ad hoc quòd aliquid sit impossibile alicui sufficit quòd nullam habet potentiam ad illud. Sed ad hoc quòd aliquid repugnet alicui non sufficit quòd nullã habet potentiam ad illud, sed oportet quòd habeat aliquam oppositionem ad illud. Repugnantia enim aliquorum adinuicem non videtur esse nisi ratione alicuius oppositionis: modo, possibile est quòd aliquid nullã habet potentiam ad alterum, & tamen non habet oppositionẽ ad ipsum: sicut intelligentia nullam habet potentiam ad magnitudinem, & tamẽ nullam habet oppositionem ad eam, sicut patet inducendo in omnibus speciebus oppositionis, non enim opponitur ei contrarie, nec contradictorie, nec priuatiue, nec relatiue: & sic possibile est quòd aliquid sit impossibile alicui, & tamẽ proprie non repugnat ei. Sic ergo licet mobili vnde mobile non sit possibile moueri motu velociori quàm est motus primi mobilis, tamen non repugnat ei: quia nullam oppositionẽ habet ad ipsum, vt manifestum est inducendo in speciebus oppositionis.

C

Impõe ẽ aliquid alicui, quod ei nõ repugnat.

D

Improbatio.

Sed istud non videtur sufficere ad intentionem Aristo. quia, sicut iam dictum est, ipse intendit probare, quòd omni tempore est tempus minus: quia in quocunq; tempore aliquid mouetur contingit aliquid velocius moueri, & per consequens in minori tempore: modo, ad hoc non sufficeret accipere quòd mobili non repugnat velocius moueri modo prædicto: quia diceret aduersarius, ꝙ quamuis mobili non repugnet ratione alicuius oppositionis moueri velocius, tamen est ei impossibile propter defectum potentiæ, & sic nunquam mouebitur in minori tempore quàm sit illud tempus, nec sequitur si sit aliquod tempus minimum, quòd mobili, vnde mobile est, repugnet velocius moueri, ita scilicet quòd habet aliquam oppositionem ad motum velociorem, vel, si sequitur, nõ apparet quomodo sequitur: quare &c. Item, si sic intelligeretur, ꝙ mobili vnde mobile est, non repugnat velocius moueri scilicet quia nõ habet aliquam oppositionem ad motum velociorem. similiter posset dici, ꝙ mobile vnde tale mobile determinatũ non repugnat moueri velocius, scilicet quia mobile vnde tale nullam habet oppositionẽ ad motum ipsum velocẽ, & sic, vel oportet dicere ꝙ omne, quod est impossibile mobili repugnat ei, ita ꝙ idẽ sit aliquid repugnare alicui & esse ei impossibile. Aut oportet dicere ꝙ mobili vnde tale non repugnat moueri velocius suo motu, aut oportet assignare aliam differentiã inter impossibilitatem & non repugnantiã. Et vtinam ego scirem quid est hic dicẽdum: hic enim deficit mihi doctor & intrinsecus & extrinsecus, & fortassis alibi apparebit.

Alia rũsio.

Posset aliter dici ad principale, ꝙ non intendit Aristo. quòd omne motum possit velocius moueri realiter & secundum naturam, sed secundum intellectum & imaginationem. & hoc specialiter verũ est de mobili ratione qua mobile, nam quantumcunq; mobile primum moueatur velociter, tamen ego possum imaginari ipsum moueri uelocius. nec Aristo. ad probandum cõclusionem quam intendit indiget ponere, quòd omne quod mouetur in aliquo tempore possit velocius moueri, vel quòd aliquid aliud possit veloci⁹ moueri, aut quòd actu moueatur velocius. sed sufficit ei ista conditionalis vera, quòd in quocunq; tempore aliquid moueatur quantumcunq; paruo, si aliquid aliud, aut illud idem moueretur velocius, sicut imaginari potest, oporteret illud moueri in minori tempore: hoc enim est de ratione velocioris, quòd in minori tempore æqualem magnitudinem pertranseat. & sic conditionalis est necessaria, in quantocunq; tempore aliquid moueatur velocius per eandem magnitudinem moueretur in minori tempore: hoc autem non esset, si aliquod tẽpus esset minimum & indiuisibile omnino. quia tempore indiuisibili nõ est aliquod tempus minus. & sic Arist. habet intentum suum ibidem. Considerandum enim est diligenter, sicut dicet in Septimo huius. ꝙ aliqua propositio conditionalis potest esse vera, licet antecedens sit impossibile. vt hic, si asinus volat asin⁹ habet alas. Et, cũ aliqua conditionalis est vera & necessaria, quamuis antecedens eius sit impossibile, omne illud, ex quo sequitur illam esse falsam, debet iudicari impossibile, dt dicit ibi Cõmen. & hoc sciunt Logici. modo, si aliquod tempus esset omnino minimum indiuisibile, & in illo aliquid moueretur, ista conditionalis non esset vera simpliciter, ꝙ, si aliquid moueretur velocius quàm illud quod mouetur in tempore isto, illud moueretur in minori tempore. Posset ergo ratio Aristo. sic formari contra ponentem tempus indiuisibile in quo aliquid mouetur: & si aliquid mouerẽ velocius moueretur in minori tempore. Dico tale temp⁹ est indiuisibile, sed hoc tempus indiuisibile tale est, quòd in ipso aliquid mouetur, vt tu ponis, & si aliqd moueretur velocius moueretur in minori tempore: hæc enim est vera conditionalis. in quantocunq; tempore aliquid moueretur velocius moueretur in minori tempore per eandem magnitudinem: ergo hoc tempus indiuisibile nõ est indiuisibile: quod est impossibile. Et siquis dicat, ꝙ nõ fuit intencio Aristo. sic argumentari, quia diceret aduersarius, ꝙ ista non est uera conditionalis. Dicam, ꝙ multo magis posset aduersarius dicere, quòd ista categorica nõ est vera, quia omni eo, quod mouetur in aliquo tempore, posset aliquid moueri velocius. Et, si aduersarius cõcedat categoricam illam ipse cõcedet hypotheticã, & forte non ẽ conuerso. Si quis melius noscat dicat. sed mihi non

E apparet plus de hoc. Forte Aristo. accipit illam propositionem tanquam concessam ab illis, qui ponebant minimum tempus. ipsi enim concedebant, ꝙ omne quod mouetur contingit velocius moueri. Vel posset sic intelligi, quod omne totum contingit velocius moueri, si esset mouens fortius: & hoc non esset, si esset aliquod tempus minimum: hoc enim posito non posset motor fortior moueri in minori tempore, cum non sit minimus minimo. Vel dicatur, ꝙ omne quod mouetur per aliquod spatium, cōtingit moueri per minus spatium, & hoc vocatur velocius moueri, hoc autem non esset, si esset tempus minimū simpliciter, in quo aliquid moueretur: quia non esset tempus minus eo, & non posset illud mobile moueri p minus spatium, cum per minus spatium idem mobile moueatur in minori tempore. Potest sustineri Commen. quia licet nulli mobili conueniat moueri velocius primo mobili, tñ, si esset aliquod mobile maius primo mobili, moueret velocius ipso: quod non esset, si esset tp̄s omnino indiuisibile.

F Rñsiones. AD rationes priores. Ad primam, & ad secundam patet ex dictis. Ad tertiam forte dicēdum breuiter, ꝙ bene concludit, ꝙ omne quod mouetur contingit velocius moueri realiter & secundum naturam rei, nec isto indiget Arist. ad propositum, vt patet ex dictis. Et, si bene videremus qualiter aliquid non repugnat mobili, vnde mobile, & tamen est et impossibile simpliciter aliud esse. Verum est quod aliqui volunt exponere istam auctoritatem Aristo. omne quod mouet̃ contingit velocius & tardius moueri, non quod quacunq; velocitate data sit dare perfectionem & sic in infinitum fm intensionem velocitatis, sed quia mobile, vnde mobile est, non determinat sibi hanc speciem velocitatis vel illam, sed indeterminatum est ad quamcunq; quãtum est de se. sicut animal fm ꝙ animal non determinat sibi hanc speciem vel illam, sed est indeterminatum ad omnes suas species: sed hoc non esset ad propositum Arist. nec sic intellexit Arist. nunquã enim per hoc probaret ꝙ tempus sit diuisibile in infinitũ G & ꝙ quocunq; tp̄e dato sit aliquid tempus minus, vt manifestum est inspicienti.

Com. 15. Verum est quod Alex. vt Commen. recitat: posuit duas responsiones ad istam rationem de motibus corporum cœlestium. nam sicut corpora cœlestia, fm ꝙ motus eorum sunt voluntarij, possunt moueri velocius, & si non moueantur quẽadmodum boni possunt moueri ad non bonum, licet non moueant̃. sed istud non sufficit, quia differentia est inter voluntatem humanam & voluntatẽ motoris cœlestis.

Volũtas humana ē variabilis, volũtas motoris cœlestis nō variat. Voluntas enim humana est variabilis, ita ꝙ quandoq; vult bonum simpliciter. s. cum intellectus iudicat & cognoscit bonum simpliciter, quandoq; autem vult bonum, vt nunc, cum bonum vt nunc videatur bonum simpliciter. Et similiter quandoq; vult vnum bonum simpliciter, quãdoq; aliud fm ꝙ diuersa offerũtur sibi ab intellectu humano, qui est variabilis ab vna comprehensione ad aliam, quemadmodum & phantasia seu cogitatiua humana. Sed voluntas motoris cœlestis est intransmutabilis simpliciter & semper & necessario vult vnum & idem & eodem modo, cũ H semper intelligat vnum & idem in eodem modo: & ideo non potest aliter mouere q̃ mouet, licet voluntas humana posset aliter mouere q̃ mouet: quia aliter & aliter velle & aliud & aliud. Secunda responsio Alexandri, vt dicit Commen. est, ꝙ ista possibilitas non pēdet à moto, sed à motu. Omnis enim motus positus in aliquo moto, possibile est vt imaginetur in alio moto velocior aut tardior, & hoc impossibile est in eodem moto, cũ motus omnis moti sit terminatus. Sed nec istã solutionem intelligo, non enim est manifestum, ꝙ, si aliquod aliud mobile moueretur motu, quo mouet̃ primũ mobile, ꝙ moueret̃ velocius primo mobili, similiter autẽ & in alijs: quare &c.

Tex. c. 18. **Et si quodcunq; infinitum est, & alterum: & sicut alterum & alterum est vt si quidem in vltimis infinitum, est tempus.**

QVAESTIO IX.

An Magnitudo & Tempus concomitentur se secundum infinitum.



QVæritur, Vtrum magnitudo & tempus cōcomitentur se fm finitum. Arguitur primo quod non. Quia motus cœli infinitũ est, vt patet Octauo huius, & tñ nulla magnitudo est infinita, vt patet ex Tertio huius, & Primo Cœli & Mundi: quare &c. Tex. c. 81. Tex. c. 71. Tex. c. 44. Item, aliquis potest moueri bis super eãdem magnitudinẽ, & eadem ratione infinities, q̃a magnitudo nulli motui repugnat: & tñ nulla magnitudo est infinita: quare &c. Itẽ, illa nō sequuntur se adinuicem quantum ad finitum et infinitum, quorum vnum potest esse infinitum sine alio vel finitũ: sed magnitudo potest esse finita sine motu, quia contingit aliquam magnitudinem quiescere, vt patet ad sensum: quare &c.

OPPOSITVM vult Aristoteles in litera.

F

CONCLVSIO.

Magnitudo & Tempus sese concomitantur quantum ad finitatem vel infinitatem.

INtelligendum, ꝙ magnitudo potest intelligi esse infinita dupliciter. Vno modo infinita vltimis. alio modo infinita fm diuisionẽ, scilicet ꝙ sit diuisibilis in infinitum: & similiter intelligo de motu & tempore. Magnitudo infinita. Tũc dicenda sunt duo ad quæstionem breuiter. Primo, ꝙ tempus est finitum, si magnitudo est finita, sic intelligendo, ꝙ, si magnitudo est finita tempus in quo mobile pertransit istam magnitudinem semel non potest esse infinitum.

Secundo, ꝙ sit magnitudo sit infinita, tempus non potest esse finitum: & sic habetur ꝙ magnitudo & tempus se consequuntur quantum ad finitatem & infinitatem.

Sed probationes istarum duarum conclusionum prætermitto: quia Arist. euidenter eas demonstrat in litera.

G AD primam rōnem dicēdum, ꝙ motus cœli, per quē semel aliquid pertransit magnitudinem finitam, non est infinitus, sed finitus, s. vna sola circulatio: sed bene verum est, ꝙ totus motus, quo infinities pertrãsitur magnitudo finita est infinitus. & hoc non est contra Arist. Qualiter autem, & quare super magnitudinem finitam reuertatur motus infinitus, vidēdum est in Octauo huius. hoc enim pro tanto contingit, quia in magnitudine circulari nullus est terminus actu, s. qui sic sit terminus, ꝙ non sit principium, immo quilibet punctus in linea circulari, sic est terminus vnius partis lineæ ꝙ est initium alterius sequentis: & similiter debet cōtingere, ꝙ in motu circulari quo aliquid naturaliter mouetur quolibet vbi sit terminus circulationis præcedentis & initium alterius sequentis: nō enim esset aliqua ratio, quare motus circularis terminaret̃ ad unum vbi plus q̃ ad alterũ. Ad aliã dico, ꝙ sup magnitudinem infinitã non contingit bis moueri motu continuo & infinito, q̃a oportet fieri reflexionẽ si mobile debet redire ab eodẽ in idẽ: & hoc non contingit sine H quiete media, vt demonstrabit̃ in Octauo huius. & sic talis motus non est vnus & continuus. & sic intelligit̃: quare &c. Ad aliã dico, ꝙ pcedit ex malo intellectu: debet enim sic intelligi, ꝙ, si aliquid moueret̃ super magnitudinem finitam, ꝙ tp̄s mensurans illũ motũ, quo ista magnitudo semel pertransitur semel sit finitus & è cōuerso. Sed nō oportet semp, ꝙ super quãlibet magnitudinem finitã fiat actu motus localis finitus, & hoc signauit Arist. in litera cum dixit. Et si quodcunq; infinitum &c.

QVAESTIO X.

An Infinita Tempore finito pertransiri possint.



COnsequenter quæritur, Vtrum infinita possint pertransiri in tempore finito. Arguit̃ primo ꝙ non. Quia illud, quod pertrãsitur, est finitũ, vt vr̄ manifestum: sed infinitũ non est finitum, vt manifestũ est: quare &c. Itẽ, oẽ quod pertransitur, habet extremum, nã pertransitum

est

est perfectus transitus & non potest esse perfectus transitus nisi deueniatur ad vltimum seu extremum. sed infinitum non habet extremum: ergo &c. Item, tempus & magnitudo sunt eiusdem rationis quātum ad infinitatē, vt vult Arist. hic: sed hoc non contingeret, si in tempore finito pertransiretur infinita magnitudo: quare &c.

OPPOSITVM arguitur, quia in quolibet spatio, sup quod pertrāsitur, sunt partes infinitæ, cum sit continuū, & continuum est diuisibile in infinitum: sed spatium aliquod pertransitur in tempore finito, vt patet ad sensum, non autem potest pertransiri spatium aliquod in magnitudine finita, nisi omnes eius partes pertrāseantur, vt euidens est: ergo &c.

CONCLVSIO.

Mobile aliquod actu vel potētia infinita tempore finito pertransire non potest, sed forte per accidens Tempore finito infinita in potentia pertransibit.

Tex. c. 81. AD quæstionem est intelligendum, ꝙ sicut Arist. determinat in Octauo hu⁹, ꝙ aliquod mobile pertranseat infinita in tempore finito potest dupliciter intelligi. Vno modo infinita ſm actū. Alio modo infinita secundum potentiam. Item, ꝙ pertranseat in tempore finito infinita in potentia potest intelligi dupliciter. Vno modo per se, Alio modo per accidens.

Tunc dicendum est ad quæstionē, ꝙ infinita actu non possunt pertransiri in tpe finito. Secūdo dico, ꝙ etiam mobile non potest pertransire per se infinita ſm potentiā in tempore finito. Tertio ꝙ infinita in potentia per accidens possunt pertransiri in tempore finito. Primum patet ex ratione Arist. in litera. Nā, si tempus, in quo mobile pertransit actu infinitum sit finitum, accipiatur aliqua pars illius temporis, in qua transit aliquam partem illius actu infiniti, vel aliquod illorum infinitorum actu: constat, ꝙ illa pars aliquoties sumpta mensurabit totum illud tempus finitum, vel reddet aliquod maius: ergo similiter pars infiniti, quam pertransit in illa parte temporis, reddet totum præcise infinitum & mensurabit ipsum vel aliquod maius, quorū vtrunq; est impossibile. nam infinitum actu non potest mensurari aliquo finito finities sumpto nec excedi ab eo, vt manifestum est cuilibet intelligenti quare &c. Secūdum declarari potest: quia proprie loquendo pertransitus est perfectus trāsitus de extremo ad extremum: modo, infinita ſm ꝙ sunt infinita, qualitercunq; sint infinita non est extremum, quia sic essent terminata & infinita: ergo infinita, ſm ꝙ infinita sunt ēt in potētia, proprie & p se non possunt pertransiri. Tertium apparet: q̄a illud, quod pertransit aliquod finitū, in quo sunt infinita, aliquo mō pertransit infinita, saltē p accidens: sed mobile, quod cōtinue mouet, pertransit aliqd in quo sunt infinita, s. spatium continuū finitum, de cuius extremo peruenit ad aliud extremū: quare &c. Et istā vī esse intentio Arist. in Octauo huius, vt manifestū est inspiciēti: quare &c. Qualiter aūt continuū habet partes infinitas in potentia, & quō non, visum fuit in Tertio hu⁹.

Rāsiones. EX his patet ad rationes, bene enim probant, ꝙ infinita ſm ꝙ infinita & per se non possunt pertransiri, sed quū possint pertransiri per accidens, ratione qua pertransitur cōtinuum finitum in quo includunt, nō remouent.

Ad tertiam dico, ꝙ tēpus & magnitudo se consequuntur quantum ad finitatem & infinitatem ſm actum, similiter quantum ad finitatem & infinitatem potentialē: ita sequitur, ꝙ sicut vnum potest diuidi in infinitum in partes eiusdem proportionis, sic & reliquum, & sic intelligit Aristo. tunc hoc non obstante in tempore finito possunt pertransiri infinita existentia in potentia, saltem per accidens, & ex consequenti: & sic est hic.

Tex. c. 24. Necesse est autem & ipsum nunc, quod nō secundum alterum, sed per se & primum dictū indiuisibile & in omni tēpore huiusmodi esse. est enim aliquid vltimum eius &c.

QVAESTIO XI.

An Nunc sit in Tempore.



COnsequenter solet quæri, Vtrum nūc sit in tempore. Arguitur ꝙ non, Quia si nunc esset in tempore, sequeretur ꝙ nunc esset diuisibile: quod est impossibile. & probaē consequētia: quia illud, quod est in aliquo, est in illo per modum illius, in quo ē: sicut illud quod recipitur in aliquo per modum rei recipientis recipitur, ut habetur in Libro de Causis. cum ergo tempus sit diuisibile, vt habetur in isto Sexto, sequitur ꝙ dictum est. Item, si nūc esse in tempore, esset in eo aut sicut pars in toto, quod nō est: quia tempus non componitur ex nunc, vt demonstratum est hic, aut sicut totum in parte: hoc est ridiculum. tēpus enim non est pars ipsius nunc: aut sicut species in genere, aut sicut genus in specie: & hæc ambo sunt impossibilia. quia genus prædicatur essentialiter de specie: nunc autem non prædicatur essentialiter de tempore, nec ē conuerso prædicatione dicente, hoc est hoc, aut sicut forma in subiecto: & hoc est impossibile: quia forma debet diuidi secundum diuisionem eius, cuius est forma: & nunc est indiuisibile simpliciter. aut sicut in efficiēte, & hoc est impossibile: quia constat ꝙ tempus non efficit ipsum nunc, cum quantitates non sint actiuæ nec passiuæ, ut patet per Commen. in Quarto hu⁹: aut sicut locatum in suo loco, & hoc est impossibile: quia locus est ęqualis locato. & tēpus nō est æquale ipsi nunc. aut sicut in suo fine, quod nō videtur rationabile: quia tempus non est finis ipsius nūc. finis enim est terminus Secundo Metaphy. & tps non est terminus ipsius nunc, nec ē conuerso: ergo nunc nullo modo est in tempore. Isti enim & non plures sunt modi, quibus aliquid est in aliquo, vt habetur ex Quarto huius: quare &c. Item, si nunc esset in tpe aut esset in eo actu, aut in potentia, per sufficientem diuisionem. non in actu: quia sicut linea se habet ad punctum, sic tempus ad nunc. ſm Arist. hic. sed, si linea esset infinita, non esset in ea punctus in actu: cum ergo tempus sit infinitum, non videtur ꝙ nunc sit in eo actu. Et confirmatur: quia nunc se habet ad tempus, sicut punctus ad lineam circularem, vt patet in Octauo huius: ergo &c. sed in linea circulari nō est pūctus in actu, vt patet in Octauo huius: ergo &c. Si autem dicatur, ꝙ nunc est in tēpore solum in potentia. Contra. potentia est frustra, quę nunquam reducitur ad actū: illud enim frustra est, quod ordinatur ad aliquod, & nunquam attingit illud, vt patet in Secundo huius. Actus autem est finis potentiæ Nono Metaphysicæ: ergo potentia est frustra, quæ non reducitur ad actum. si ergo nunc est in tempore solum in potentia, sequitur, quòd illa potentia est ociosa: quod videtur esse contra dignitatem naturæ, quæ est, ꝙ in natura nihil est frustra, vt habetur ex Primo de Cœlo. & in Tertio de Anima. & à Commen. Secundo Metaphy. & in multis locis: ergo &c. *Com. 84. Tex. c. 8. Tex. c. 29. Tex. c. 11. Tex. c. 76. Tex. c. 62. Tex. c. 16. Tex. c. 32. Tex. c. 45. Com. 1.*

OPPOSITVM arguitur auctoritate Aristotelis q̄ accipit nunc esse in tempore. Et ratione, quia sic nunc se habet ad tempus, vt punctus ad lineam: & constat ꝙ punctus est in linea: quare &c.

CONCLVSIO.

Totius temporis non est accipere nunc vt terminum terminati, sed vt continuās continuati, at Tpis Terminati seu partis, est aliquod nunc, sicut terminus terminati.

AD quæstionem est intelligendum, ꝙ tempus potest considerari secundum se totum, vel quantum ad aliquam sui partem, quæcunq; sit illa, sicut est dies aut hora. Tunc diceretur ad quæstionem secundū Aristo. & Commen. ꝙ nunc non est in toto tempore, sicut terminus in terminato. Secundo, ꝙ in qualibet parte tēporis bene est nunc, vt terminus in terminato. Tertio potest dici, ꝙ nunc est in toto tēpore, sicut continuans in continuato. Primum probaretur sic. Illud, extra qd est aliquid temporis, non est in toto tempore sicut termi-

Tex, c. 22. nus in terminato: & hoc patet ex Quinto Metaphy. qa extra terminum rei nihil ẽ de illa re: sed extra quodlibet nunc est aliquid de tpe, sicut enim in circulo quilibet punctus sic est terminus vnius partis lineæ q̃ est ẽt initium alterius, sic in motu circulari quodlibet mutatum esse sic est terminus vnius circulationis, q̃ est initium alteriꝰ: & similiter in tpe, quod sequitur motum circularem, primo & principaliter quodlibet diuisibile sic terminat vnã partem tpis, q̃ ẽt est initium alterius ſm intentionem Arist. vnde in toto tpe aliquod nunc, vltra quod nihil sit de tpe: quare &c. Secundum patet faciliter, quia illud indiuisibile, extra quod nihil ẽ de aliqua parte tpis, & citra quod est ipsa tota pars tpis est in parte tpis, vt terminus in terminato aliquo modo: sed nunc tpis est tale indiuisibile, vltra quod nihil est de aliqua parte tpis, vt de die, aut hora, & citra quod est tota illa pars: ergo &c. Et notandum q̃ iste modus essendi, quo instãs est in parte temporis, vt terminus in terminato, reduci potest ad illum modum essendi, ſm quem forma propria rei est in sua materia ſm similitudinem quandam. nam sicut extra formam propriã alicuius nihil est de his, quæ pertinent ad quidditatem illius rei proprię & præcisæ, sic hic. Nam extra instans vltimum alicuius partis temporis nihil est illius partis. & fortæ sunt aliæ similitudines, quas tu considerabis per te.

Tertium probatur, quia illud, per quod copulantur & vniuntur partes temporis, est in tempore sicut continuãs in continuato: hæc est manifesta. sed partes temporis copulantur & vniũtur ad instans, sicut partes lineæ ad punctum. vnde sicut punctus est quoddam indiuisibile, cum quo est priuatio diuisionis accidentalis partium lineæ cõtinuæ, & priuatio distãtiæ mediæ inter eas, sic ipsum nũc est quoddam indiuisibile, cũ quo est priuatio durationis mediæ inter partes temporis, ita q̃ quacunq; parte temporis data est aliqua alia pars, inter quam & præcedentẽ nulla est duratio media, & ista priuatio successionis medij est ipsa continuatio temporis, vel eam concomitatur.

Et est aduertendum circa secundam conclusionem, q̃ alio modo punctus terminans partem lineæ rectæ est in linea terminata recta, & alio modo instans terminãs partem temporis est in ipsa parte temporis: quia punctus terminans lineam rectam sic est vltimum ipsius lineæ rectę, q̃ eam lineam rectam non continuat cum alia parte eiusdem lineæ rectæ: instans aũt terminans aliquam partem tpis continuat illam cum alia sequente, aut præcedente.

Consi derandum ẽt, q̃ licet Arist. ita diceret, vt ꝓmissum est, tñ dico ſm fidem & veritatem, q̃ totum tp̃s est terminatum à parte ante, ita q̃ aliquod instans sic fuit initium tpis, quod non fuit terminus alterius & terminabit à parte post, ita q̃ erit aliquod instãs, q̃ sic erit vltimum tpis præcedentis, q̃ non erit initiũ alterius tpis sequẽtis. hoc aũt, quamuis non sit per se notum, tñ non est demonstrabile aliqua demõstratione ab homine, sed sic esse credimus sola auctoritate diuina & scriptura Sãctorum. Et ad huiusmodi & similium credulitatem multum facit cõsuetudo audiẽdi à pueritia huiusmodi dicta. quæ enim cõsueuimus dignamur dici Secundo Metaphysicæ.

Tp̃s habet pricipiũ & finem.

Tex, c. 14. Rñsiones. AD rationes. Ad primam potest dici negando consequentiam. Et ad probationem dico, q̃ illud, quod ẽ in aliquo sicut forma propria inhærens subiecto, est in eo ſm modum illius: sed quod est in aliquo solum ad modũ & similitudinem formæ, non oportet q̃ penitus sit in eo ſm modum omnem essendi illiꝰ in quo est, sed sufficit q̃ aliqualiter sit ſm modum illius, & sic est hic. nam sicut tẽpus non est aliquod ens permanens & fixum, sic ipsum instans ſm esse, non manet vnum & idem numero simpliciter, vt patet in Quarto huiꝰ. Ad aliam patet ex dictis. Instans enim est in tempore quodam modo ad similitudinem formæ, & ideo ad illum modum essendi reducitur.

Te, c. 104. Ad aliam potest dici secundum præmissa, q̃ instãs terminãs esse actu in tẽpore potest intelligi dupliciter. Vno modo q̃ sic terminet, q̃ non initiet tempus: & hoc nõ potest

E rest esse ſm Arist. Alio modo, q̃ extra ipsum nihil sit de hac parte tẽporis, & infra ipsum sit hæc tota pars: & hoc est bene verum, & sic est actu terminans & non primo modo, & sic procedabat argumentum: quare &c.

Quòd autem nihil in ipso nunc mouetur ex his manifestum est, &c. Tex. c. 21.

QVAESTIO XII.
An in Nunc Temporis aliquid moueri possit.



COnsequenter potest quæri, Vtrum in nunc temporis possit aliquid moueri. Arguitur q̃ sic. Quia illud, quod est simul, est in instãti, vt satis patet in Quarto: sed aliquod moueri est simul secundum Aristo. in de Sensu, vbi dicit, q̃ contingit aliquod totum simul alterari. Alterari autem est moueri, sicut alteratio est motꝰ: quare &c. Tex. c. 92.

Item, generatio est motus, vt videtur velle Aristo. in F Tertio huius. vbi post definitionem motus exemplificat de generatione, q̃ ipsa est actus generabilis secundum q̃ generabile. sed generatio est in instanti, vt accipitur in Quinto huius, & Octauo: quare &c. Item, in quocũq; potest esse mouens, & mobile, & terminus motus in illo potest esse motus: hæc enim uidentur sufficere ad esse motus, sed in instanti potest esse mouens, & mobile, & terminus motus. nam terminus à quo potest esse in instanti, & similiter terminus ad quem, s. mutatum esse: quare &c. Tex. c. 6. Tex. c. 10. Tex. c. 62.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Arist. hic.

CONCLVSIO.

Aliquid proprie moueri in instanti est impossibile, at aliquid moueri, idest mutatum esse in eodem, possibile est.

DIcendum breuiter q̃ accipiendo moueri proprie prout distinguitur contra mutatum esse, & accipiendo proprie ipsum instans siue nunc pro indiuisibili simpliciter ipsius temporis, sic in instanti non con G tingit moueri. Quod probatur sic. Si in instanti aliqd moueretur, tunc, si esset aliquod mobile velocius illo nõ moueretur in minori tempore per æquale spatium: sed hoc ẽ inconueniens: quare &c. falsitas consequentis est manifesta: quia quãtumcunq; aliquod mobile velociter moueatur, tamen si esset aliquod velocius illo, illud moueretur in minori mensura: hoc enim est de ratione velocioris, vt dictum est prius. Sed consequentia apparet: qa nulla mensura potest esse minor ipso nunc, cum sit simpliciter indiuisibile: ergo quantocunq; esset aliquod mobile velocius illo mobili, quod ponitur moueri in instanti, non moueretur in minori mensura: quare &c. Item, si sic, tunc aliquid moueretur & mutatum esset: quod est impossibile, vt prius apparuit: quare &c.

AD primam rationem dicunt aliqui Arist. accipit ibi alterari pro altero esse, & istud nõ est moueri, sed mutatum esse. Sed istud non sufficit, quia Arist. ponit ibi differentiam inter alterationem & motum localem. modo, H si acciperet alterari pro alterato esse, sic nulla esset differẽtia: quia sicut contingit aliquod totum simul alteratum esse, sic & localiter motum esse. Et ideo aliter, sicut prius dictum fuit, q̃ aliquod totum simul alterari, potest intelligi dupliciter. Vnomodo referẽdo ly simul, ad partes & gradus qualitatis, quæ acquiritur: & sit sensus, q̃ contingit aliquid simul acquirere omnes gradus alicuius qualitatis, ad quam est alteratio, & hoc est impossibile, nec sic intelligit Aristo. Alio modo potest intelligi referendo ly simul, ad partes quantitatiuas mobilis, vt sit sensus, q̃ cõtingit omnes partes mobilis recipere aliquid ab agente, ita q̃ vna non recipiat prius tempore quàm alia, sed in eodem instanti in quo vna incipit recipere & alia: & hoc est manifestum, verbi gratia, cum ignis appropinquatur aquæ, est aliqua pars aquæ ita parua, q̃ tota simul & non prius tempore vna pars q̃ alia incipit recipere aliquã partem qualitatis. similiter autem & in alijs hmõi. Et in hoc bene differt alteratio à motu locali: qa non contingit aliquod

Rñsiones.

Totũ simul alterari cõtingit dupliciter.

quod mobile totum simul incipere esse in aliquo loco, sed semper vna pars quātitatiua mobilis prius intrat vnum aliquem locum ꝙ̄ alia, vt prius tpe pertransit pars minor spatium sibi aequale ꝙ̄ maior. Verū est, tñ, ꝙ mobile, dū mouetur localiter, in nullo tpe est in vno & eodem loco penitus, nec aliqua pars eius manet per aliquod totum tpe in spatio sibi aequali. **Generatio accipitur dupliciter.** Ad aliā dicēdum, ꝙ, si accipiatur generatio pro trāsmutatione pcedente ipsum generatum esse, est motus, & verū est quod dicitur, & hoc non fit in instanti, sed in tpe. Sed, si accipiatur generatio pro ipso generato esse, sic non est motus, sed mutatum esse, & sic est in instanti. Vtrum aūt generatio, quae est transmutatio pcedens generatum esse sit alia transmutatio ab alteratione pcedente ipsum generatum esse, bona inquisitio est, & tactum fuit in Quinto. Ad aliam dico, ꝙ illa rō est quasi tentatiua, nā ad motum plus requiritur ꝙ̄ mobile & mouēs & termini motus, s. fluxus formae, & forma fluēs, & ista non est in instanti. Verum est tñ, quod posito motore & mobili sufficienter dispositis & appropinquatis, statim sequitur motus non in instāti primo appropinquationis, sed in tempore sequente: quare non valet.

Tex. c. 32. Quod autem mutatur omne, diuisibile esse necesse est &c.

QVAESTIO XIII.

An omne, quod mutatur, sit diuisibile.

QVaeritur hic, Vtrum oē quod mutatur sit diuisibile. Arguitur primo quod nō. Quia oē, quod est in aliquo moto, mouetur: sed aliquod impartibile seu indiuisibile est in aliquo moto, sicut pūctus est in corpore, quod mouetur, ergo &c. **Tex. c. 6.** Itē, intellect⁹ possibilis est impartibilis, vt patet in Tertio de Aīa, & tñ intellectus possibilis mouetur, **Com. 1.** qa virtus passiua mouetur ab obiecto, ut Commen. dicit in Tertio de Aīa, et hoc pbat Commen. ꝙ intellectus materialis habet virtutē passiuam, quia mouetur ab intelligibili. ergo &c. Itē, quod est in alio loco nunc ꝙ̄ prius est motum: haec est euidēs, sed indiuisibile nūc est in alio loco ꝙ̄ prius, in quo non erat, in quo enim loco est corpus in eodem est punctus continuans partes lineae: quare &c.

OPPOSITVM vult Aristoteles in litera.

CONCLVSIO.

Omne motum partibile esse necessarium est: nullum enim indiuisibile moueri per se potest.

AD quaestionem dicitur breuiter, ꝙ oē, quod mouetur, per se est partibile: ita quod nullum simpliciter indiuisibile per se mouetur, & intelligitur de indiuisibili sm magnitudinem. Hoc aūt Arist. sic vr̄ demonstrare in isto cap. oē, quod trāsmutatur, partim est sub termino à quo, & partim sub termino ad quē: sed non potest esse sub vtroqꝫ sm idem sui & sm se totum: qa sic esset sub oppositis simul, cum terminus à quo & terminus ad quem, sint oppositi: ergo oportet quod sm aliud & aliud sui sit sub vtroqꝫ termino: quod non contingeret si esset penit⁹ indiuisibile: qa indiuisibile non habet partem aliā & aliā: quare &c. **Dubitatio. Com. 21.** Sed contra ista dicta Arist. Cōmen. mouet vnā dubitationē valde difficilem, qa aut Arist. intelligit istā conclusionem solum de eo quod transmutatur transmutatione, quae est in tribus generibus, s. qnātitate, qualitate, & vbi, quae quidē trāsmutatio est diuisibilis, aut intelligit generaliter de eo quod transmutatur quacūqꝫ transmutatione siue diuisibili, siue indiuisibili. Si intelligeret solū de illo, quod transmutatur trāsmutatione diuisibili, tunc cōclusio, quā ponit, non est vera de primo: qa esse diuisibile non solum competit ei quod transmutatur transmutatione diuisibili, sed ēt ei, quod transmutatur transmutatione indiuisibili, s. subiecto generationis & corruptionis, & silr ei quod illuminatur. Si autem dicatur, ꝙ ipse intelligit de omni eo quod transmutatur siue transmutatione diuisibili siue indiuisibili, tunc illud, quod accipit in demonstratione, nō est verum vlr, s. ꝙ oē quod transmutatur dum transmutatur habeat partē de termino ad quē, & partem de termino à quo: quia posse est ꝙ ipse terminus ad quē sit forma indiuisibilis, sicut est forma substātialis, aut hmōi forma: vñ illud, quod subijcitur generationi non oportet dū est generatio, ꝙ habeat partē de priuatione, & partē de forma, quae generatur, ut, cum generatur ignis, non oportet ꝙ illud, quod subijcitur generationi, habeat partē de forma ignis & partē de priuatione ignis. Silr dum aer illuminatur, nō oportet ꝙ partē habeat de lumine, & partē de tenebra: ideo non vr̄ ꝙ demōstratio Arist. sit bona. **Responsio Alexandri.** Et recitat Cōmen. rñsionem Alexandri, q dicit, ꝙ nulla transmutatio est simplr indiuisibilis, immo oīs transmutatio est in tpe aliquo: sed hoc latet in aliquibus pp paruitatem tpis, intm̄, ꝙ putatur esse in indiuisibili, cum tñ sit in tpe. **Improbatio.** Contra hoc loquitur Commentator dicens ēt, ꝙ istud contradicit cuidā dicto famoso apud Peripateticos, q volunt, ꝙ aliquae sunt trāsmutationes simpliciter indiuisibiles & instantaneae, sicut illuminatio & generatio substantialis supple substantiae mistae, & ideo dicit, ꝙ nihil est ponere oēs transmutationes esse diuisibiles. **Responsio Themistii.** Themistius aūt concessit ꝙ aliquae sunt transmutationes in non tpe & indiuisibiles, sed istae sunt latentes & ignotae: & ideo Arist. pretermisit eas, & locutus est de transmutationibus diuisibilibus. **Improbatio.** Sed tunc istud non sufficit, vt arguit Commen. qa ista videntur esse ita in eodē ordine, i. sequitur consequi, s. ignorare quō habent se ea, q subijciuntur talibus transmutationibus, & trāsmutationes ipsae, ita, ꝙ, si ignotum sit, vtrū in transmutatione diuisibili & indiuisibili subiectū partim sit sub termino à quo, & partim sub termino ad quē, sequitur, ꝙ ignotum est, an hmōi subiectū sit diuisibile aut indiuisibile: & iterū vr̄, ꝙ sicut transmutatio diuisibilis se habet ad subiectum diuisibile, sic ēt transmutatio indiuisibilis se habet ad subiectū indiuisibile trāsmutabile. Et sic Arist. fuisset oīno insufficiens in hac doctrina. Itē, obijcit Cōmen. cōtra Themistiū valde subtiliter, licet uerba eius sint breuia & obscura: & vr̄ sic arguere, Si Arist. intelligit istam suā propositionē de eo, quod transmutatur transmutatione diuisibili, s. propositionē, quae dicit, ꝙ oē quod trāsmutatur habet partē de termino ad quē, & partē de termino à quo, tunc mediū, quod habet ad conclusionē demonstratiuā, nō est causa p se, i. propria, nec causa ppria essendi seu cognoscēdi: qa certū est, ꝙ habere partē de termino ad quē, & habere partē de termino à quo, non cōpetit oī trāsmutabili, quacunqꝫ transmutatione transmutatur. Vnde silis est demonstratio Arist. vt siqs probaret, ꝙ hō est ambulans, qa est rōnale: rōnale. n. non est causa ambulationis nisi p accidens, ita ꝙ sicut rōnale non est mediū propriū ad pbandum ꝙ hō sit ambulans, sic habere partē de termino ad quē, & partē de termino à quo, non est medium pprium ad probandū, ꝙ oē quod trāsmutatur sit diuisibile, qa non cōpetit oī transmutabili sicut nec rōnale oī ambulanti. **Responsio Auēpace.** Auēpa. aūt dixit, ꝙ illud dictū Arist. debet referri ad partes terminorū mot⁹, ita s. ꝙ oē quod transmutatur, diuisibile est in partē termini à quo, & partē termini ad quē, sicut diuiditur subiectū in accidētia cōtraria: & istā expositionē diu sustinuit Cōmen. vt dicit. **Improbatio.** sed non est ad intentionē Arist. qa ipse Arist. itelligit de diuisibilitate subiecti in partes quantitatiuas: qd̄ manifeste apparet de verbis eius, dicit. n. sic, necesse igitur hic, qd̄ aliqd in hoc, aliud vero altero mutationes, i. eius ꝙ mutatur. loquitur ergo de partibus mobilis & nō de partibus terminorū motus, ita ꝙ intēdit expresse pbare, ꝙ mobile ē diuisibile in partes quātitatiuas, sicut & alia continua: & hoc supponet in sequētibus demōstrationib⁹ tanq̄ probatū hic. **Opinio aliorum.** Alij vero posteriores dixerunt aliter, & dixerunt ꝙ cōclusio Arist. est intelligēda virtualiter de oī eo qd̄ transmutatur siue trāsmutetur trāsmutatione diuisibili siue indiuisibili, s. ꝙ illud, quod est diuisibile sm quantitatē. & ꝙ ista ppositio, quā accipit I demōstratione sua est vlr vera, dūmō bene intelligatur, s. ppositio dicens, oē quod transmutatur partim est in termino à quo, & partim in termino ad quē. Sed hoc po-

test intelligi dupliciter, ut dicsit. Vno modo q ipsum, qđ mouetur, partē habet de ipso termino à quo fm se, & partem de termino ad quē: & hoc est verū in transmutationibus per se diuisibilibus. Alio modo potest intelligi, q illud, quod mouet, partim est in termino à quo, & partim in termino ad quem fm dispositiones illorū terminorū, ita q habet partem de dispositione termini ad quē, & partē de dispositione termini à quo: & hoc contingit in trāsmutatione indiuisibili, s. in generatione & corruptione. quāuis. n. forma substantialis, quę generaī, sit indiuisibilis, tñ dispositiones ad eā ordinatæ recipiunt magis & minus, et sic mobile sub tali mutatione partim est sub termino ad quem fm ei9 dispositiones, silr ēt partim est sub termino à quo. v. g. cum ex aqua generatur ignis, licet generatio formæ substantialis ignis non sit diuisibilis fm se, nec mobile habeat partē de forma ignis, & partē de forma aquę, tñ habet partem de dispositionibus vtriusq;, s. partem caliditatis & partē frigiditatis. Et vt sit ad vnū dicere, oē, quod transmutaī partē habet de termino à quo, & partē de termino ad quem, vel fm ipsa extrema, uel fm dispositiones coniunctas. Et ideo dicunt, q oīs transmutatio uel ē diuisibilis fm se, vel fm aliqd aliud adiunctū: & vtrūq; sufficit ad propositum ostendēdum, ut dicunt.

Improbatio.

Sed adhuc istud non vr̄ esse sufficiens: quia licet illud, quod mutaī mutatione indiuisibili, quæ est generatio substātialis & corruptio, aut instās generationis quodāmodo habet partē de dispositionibus vtriusq; termini, tñ in instāti generationis, dum s. aliquid generaī, nō habet partes tales, sed solum habet formā, quæ acquiriī & ei9 dispositiones. v. g. si ex aqua debet generari ignis, verū est, q antēq; generetur ignis, oportet q materia partē habeat de dispositione ignis, & partē de dispositione aquæ, s. in tpe alterationis pcedentis. sed in instāti, in quo generaī forma substantialis ignis, non habet nisi dispositiones ignis, & nullā partem dispositionis aquę. Arist. aūt intelligit, q illud, quod mutaī, habet partem de termino à quo, & partē de termino ad quē, & nō solum ante: & sic remanet dubium, qūo hæc propositio est vera de eo quod mutaī mutatione indiuisibili, & dum mutaī. Item, transmutationis aliquæ sunt ad formas vel fm formas, quę non solum sunt indiuisibiles fm se, sed quæ non psupponunt dispositiones diuisibiles in eis, quæ recipiunt eas, sicut sunt illuminationes & imutationes sensuū à sensibilibus. Ad hoc. n. q aer illumineī à corpore luminoso nō est necesse in ipso aere successiue acquiri aliquā dispositionem. Et silr, ad hoc q sensus immuteī à sensibili, non oportet aliquā dispositionem prius generari in sensu successiue & aliā abijci. ergo ī istis transmutationibus ipsum quod transmutaī, dum trāsmutaī, non oportet esse partim sub termino à quo, & partim sub termino ad quē, nec fm ipsa extrema, nec fm aliquod adiunctum: qa illud non vr̄ sufficere.

Transmutatio ē duplex.

Cōmentator aūt aliter soluit & dicit, q transmutatio est duplex: quędā est p se, & quædam est p accidens. Arist. aūt loquiī de omni eo, quod transmutaī transmutatione p se, & de isto verū est medium demonstrationis, s. q illud est partim &c. & ēt conclusio demonstrata, s. q oē tale est diuisibile. De eo aūt, quod transmutaī transmutatione p accidens, non loquiī, nec debet pp hoc accusari, qa de his, quæ sunt p accidens non debet fieri demonstratio fm quod sunt per accidens. Vocat aūt Cōmentator transmutationes p accidēs illas transmutationes, quæ sunt termini aliarū transmutationum pcedentium, sicut est illuminatio domus, quæ sequiī motum candelæ, & mutatio columnæ de dextro in sinistrū, quæ euenit à motu colūnę, & silr generatio substantialis, quę est terminus alterationis. Et dicit Cōmen. q hmōi transmutationes quę sunt termini aliarū transmutationū sunt indiuisibiles & non in tpe: quia terminus necessario vult esse indiuisibilis. Quòd aūt istæ transmutationes indiuisibiles non sunt transmutationes nisi p accidens, i. improprie vel secundario, vt credo, hoc ipse declarat: qa finis, i. terminus alicuius rei non est illa res. Vnde

E tales transmutationes, quæ sunt termini transmutationū non sunt proprie transmutationes nisi æquiuoce. Et ideo Arist. non peccauit in hoc, quod nō accipit propositionē continentē, quod transmutaī tali transmutatione.

Transmutabile p accidens est ēt trāsmutabile per se.

Cōsiderandum tñ est, vt docet Cōmen. q oīa trāsmutabilia transmutationibus p accidens sunt aliquo mō transmutabilia transmutationibus p se. & intelligit vt puto de trāsmutationibus existentibus extra aīam & sensibus: cū ergo notificatū sit, quòd oē transmutabile trāsmutatione p se est diuisibile, & oē transmutabile transmutatione p accidens est transmutabile transmutatione per se vel localiter vel alio modo, sequiī, q oē transmutabile est diuisibile. Quòd autem oē transmutabile transmutatione per accidens sit transmutabile transmutatione per se, hoc vr̄ inducendo. Aer enim, qui est illuminabilis, est mobilis localiter & calefactibilis. silr materia rei generatæ, quæ subijcitur generationi indiuisibili, inest aliquo modo alterabilis saltē vna cum forma pcedente: & hoc sufficit. sic igiī

F Arist. bene demonstrauit conclusionem quam intendit.

Dubitatio.

Sed hic remanēt duæ difficultates. Vna est, quare istæ transmutationes, quæ sunt termini transmutationum, s. transmutationes indiuisibiles, dicuntur transmutationes per accidens, intantum q non oportet propositionem demonstratiuā continere illud, quod transmutaī transmutationib9, vt dicit Cōmen. hoc. n. non vr̄ manifestū. Alia dubitatio est multum difficilis contra demonstrationem Aristo. Quāuis enim concedereī, q oē, quod transmutaī, hēt partē de termino à quo, & partē de termino ad quē, tñ vr̄ q illa propositio assumpta in demonstratione non ē vera, s. q ipsum mobile non pōt habere istas partes fm idem sui: immo vr̄, q aliquod alterabile simul & fm eandem sui partē habet terminum à quo & terminū ad quē. v. g. cum ignis calefacit aquā, est aliqua pars aquæ, quæ tota simul calefit, & non est aliqua pars prius calefacta prius tpe q alia, vt docet Arist. in de Sēsu: & prius dictū est, q ista pars simul fm quamlibet sui partē habet partē

G de termino à quo, & partē de termino ad quem: & sic per istā demonstrationē non conuinceī de oī eo quod alteraī, quod necessario habet partē & partem, eò q poterit fm idē sui simul habere aliquid de termino à quo, & aliquid de termino ad quē: nec est inconueniens, q cōtraria sunt simul in eodem fm idem sui, remissa tamen & refracta, et sic erit in illo alterabili quod totum simul alterabitur. illa enim pars aquæ, quæ tota simul calefiet, poterit habere simul, & fm idem caliditatē remissam & frigiditatē remissam, & sic non valebit ibi ratio Arist. vt videtur.

Ad primā forte dicēdum, quòd per transmutationem p se intelligiī transmutatio successiua & continua: & ideo ista transmutatio dr̄ per se transmutatio, quę per se habet successionem continuā, & talis est transmutatio, quæ est fm formā habentem latitudinē, dico habere latitudinē, quæ habet multitudinē suppositorū vel graduū eiusdem speciei specialissimæ differentiū fm magis perfectū & minus perfectū, ut caliditas & frigiditas et hmōi qualitates,

H quæ intenduntī & remittunī. Sed trāsmutatio illa, quę nō habet per se talē successionem continuā, sed solū per accidens rōne transmutationis pcedentis, dr̄ trāsmutatio per accidens: & talis est transmutatio, quæ est fm formā non habentē latitudinem, et vlr oīs transmutatio, inter cuius terminos nō est aliquod mediū, sicut est generatio & corruptio & illuminatio & hmōi, vt cōiter asseriī: et sic intelligiī dictum Commen.

Transmutatio p accid.

Ad secūdū Responsio.

Ad secundū dubiū dicunt aliq, q impoīe est aliquod alterabile simul & fm idē sui habere aliqd de termino à quo & aliqd de termino ad quē ipsius alterationis, sed hoc necessario est fm diuersa sui. Et hoc vr̄ intelligere Arist. hic, & illud videtur velle Commentator plane in Octauo huius in illo cap. Rationabiliter aūt intendentibus. vbi sic loquitur, illud, ex quo transmutaī & ad quod trāsmutaī, sunt opposita necessario, & vtrumq; eorū est in parte transmutabili alia ab illa in qua est reliquū, & hoc est cōe omni trāsmutationi. Vult ergo

Cōmentator,

Commentator, q terminus à quo est in vna parte transmutati: & terminus ad quem est in alia. Sed mihi videtur, q hoc nõ est omnino clarum, immo in alteratione videtur possibile esse, q terminus à quo, & termin⁹ ad quẽ sint simul in alterabili & fm idẽ sui, sicut dicebatur in dubitatione, cum ignis calefacit aquam. Constat enim, q ignis dominatur & obtinet super aliquam partem aquæ, tñ, & illã totam simul calefacit, i. non prius tpe vnã partem q̃ aliam, immo in eodem instanti, in quo vna incipit calefieri & alia, & in eodẽ tpe, in quo vna calefit & alia, sicut in eodem tempore in quo mouetur vna pars continua motu locali, & alia. Intelligamus ergo illam partẽ aquæ, quæ simul tota calefit igne præsente: & accipiatur aliqua pars illius partis, aut in illa est sola caliditas, aut sola frigiditas, aut ibi ẽ simul caliditas & frigiditas fm esse remissa. si diceretur, q in illa parte esset frigiditas & nihil caliditatis, tunc illa pars est sub termino à quo ipsius calefactionis, & per consequens illa non calefit in tempore illo: sed ponebatur q tota aqua, cuius est illa pars, simul calefiebat modo prædicto: & sic sequitur cõtradictio, & sequitur, q aliquod totum mouetur simul fm omnes suas partes, & tamen fm aliquam sui partem quiescit. Illud. n. dicim⁹ quiescere, quod in aliquo tpe est sub aliqua forma non accipiẽs aliquam aliam partem. Si autem dicatur, q illa pars sit solum sub caliditate, & nihil penitus habet de frigiditate, tunc ipsa solum est sub termino ad quẽ, & sic nõ mouetur: cuius oppositum ponebatur. Sed aliquis posset hic cauillare dicendo, q, cum ignis appropinquat⁹ est alicui parti aquæ, in quam totam potest simul agere, ista tota pars per aliquod tẽpus est frigida solum, & nullo modo calida: sed frigiditas eius in tempore aliquo post primum instans appropinquationis remittitur & corrũpitur continue: & cum frigiditas tota fuerit corrupta, tũc statim inducitur caliditas in subiecto priuato frigiditate: sed tunc in tempore sequente, illa pars aquæ est solum calida nihil habens frigiditatis, & continue acquirit aliqua pars caliditatis post partẽ, quousq; sit perfecta caliditas: & in toto illo tempore quædam alia pars habet terminũ à quo, s. frigiditatem. Sed ista cauillatio cõcederet propositum. nam, si ista pars aquę, in quam totam ponitur simul agere ignis in quodam tempore, dum ignis eam trãsmutat & conceditur habere solam frigiditatem, ergo nõ habet partem de termino à quo, & partem de termino ad quem: & sic illa non cõcluderetur esse diuisibilis per illud medium, & hoc est quod volumus. Propter quod dico aliter ad præsens saluo meliori iudicio: & concedo, q ista ꝑpositio, mobile non potest simul esse sub termino à quo & sub termino ad quem fm idem sui, non est vera nisi in motu locali: sed trãsmutabile, dum alteratur, simul habet aliquid de termino à quo, & aliquid de termino ad quem fm idem sui, vt probatum est. Vnde puto, q ratio Arist. directe & immediate non probat hic nisi illud, quod mouetur localiter sit diuisibile: de isto enim verũ est, q dum mouetur non habet simul fm idem sui aliquid de loco à quo mouetur, & aliquid de loco ad quem mouetur: quia inintelligibile est q aliquod vnum & idem & fm idem simul sit in diuersis locis. Vnde oportet, q fm aliquid sui sit in parte loci à quo mouetur, & fm aliud sit in parte loci ad quem mouetur: proximum enim est assignare mobili locum proximum illi loco in quo erat antequam moueretur: locum dico proximum, qui non est aliquid illius loci in quo prius erat, licet non sit aliquis locus proxim⁹, qui sit aliquid illius loci in quo erat: quia diuisibilis est in infinitum. Sic igitur demonstratio Aristo. directe & immediate ostendit illud, quod localiter mouetur esse diuisibile non indiuisibile. Sed, q̃a omne quod mouetur aliquo alio motu proprie dicto est mobile localiter, vt satis manifestum est ex Octauo huius: quia motus localis est primus motuum, ideo ex consequenti habetur ex ista demõstratione, q omne quod mouetur proprie est diuisibile. Et vlterius, quia omne, quod transmutatur transmutatione per accidens, transmutatur transmutatione per se, ideo ex hoc vlteri⁹ scitur, q vniuersaliter se habet de eo quod transmutatur qualicunq; transmutatione. Et loquuntur Arist. & Commentator de transmutationibus & transmutabilibus existentibus extra animam sensibilibus aliquo modo. Ad illã auctoritatẽ Cõmentatoris in Octauo huius, cum ipse dicit, q illud, ex quo transmutatur aliqd est in parte transmutati alia ab illa, in qua est aliud quod transmutatur, potest dici, q verum est in illis transmutationibus, in quibus ipsum transmutãs non obtinet simul supra totum alterabile. verbi grã, cum vn⁹ paruus ignis appropinquatus est alicui magnæ aquæ, tunc caliditas recipitur in vna parte aquæ alia ab illa, in qua ẽ frigiditas. prius enim alterat vnam partem, in quam agit: &, cũ illa alteratur, aliæ magis distantes nondum alterantur: sed cũ perfecta est alteratio prioris & generata est caliditas sufficientis vigoris, tunc illa pars alterata alterat aliam partẽ, & sic consequenter quãdiu durat virtus. sed, cum ipsum alterans obtinet & dominatur super totũ alterabile, tunc simul & fm idem sui ipsum alterabile habet terminum à quo & terminum ad quem: remisse tamen et imperfecte, quoniam sic nõ videtur inconueniens contraria simul esse, quare non est contradicta. Aliter possem exponere illam auctoritatem. Ad cuius euidentiam est intelligendum, q quantumcunq; aliquod alterabile simul tempore alteretur ab alteratore, tamen, quia quodlibet alterabile est diuisibile, oportet q vna pars ei⁹ sit propinquior alterãti quàm alia: & licet in tali alterabili toto sit vterq; terminus aliquo modo, tamen in parte propinquiori ipsi alteranti est perfectior forma alterantis quam in parte remotiori: & i parte remotiori est fortior qualitas alterãtis quam in alia. Verbi gratia. Accipiatur aqua, quæ simul alteratur ab igne, quamuis in parte eius qualibet simul sint caliditas & frigiditas remissæ dum alteratur, tamen in parte propinquiori ipsi igni est caliditas perfectior q̃ in remotiori. Agẽs enim corporeum fortius agit in illud quod est sibi propinquius, vt manifestum est ad sensum: & in parte remotiori fortior & minus remissa est frigiditas. Et sic intelligendum est dictum Cõmentatoris, quòd terminus à quo, quantum ad gradum suum perfectiorẽ, est in parte transmutati alia ab illa in qua est terminus ad quem, quantum ad gradum suum perfectiorem. Terminus enim ad quem, quantum ad gradum suum perfectiorem, est in parte transmutati quæ propinquior est alteranti. Sed terminus à quo, quantum ad suum gradum perfectiorem, est in parte remotiori ab alterãte. Et in hac expositione lætatus sum cum laude Dei. sic dictum sit ad quæstionem, de qua parum inuenies ab alijs ordinarium: sed hoc erit initium inquisitionis. Et est aduertendum, q quamuis indiuisibile nõ possit moueri per se solitarie, vt bene probat Aristo. tamen bene potest moueri per accidens, s. inquantum est in aliquo subiecto quod mouetur, vt punctus in linea aut vnitas in vno.

ET sic procedit primum argumentum. Ad aliud dicendum breuiter, vt mihi videtur, q Arist. hic loquitur de transmutationibus & trãsmutabilibus realibus & sensibilibus, non autem de spiritualibus & indiuisibilibus. Intellectus autem & eius transmutationes vel mutationes non sunt sensibiles, nec per se, nec per accidentia inhærentia eis. Intellectus enim nec est calidus, nec frigidus, nec humidus, nec siccus, nec per se nec per accidens nec aliqua alia sensibili qualitate informat⁹ nec in aliquo sensibili per se, vt scitur ex Tertio de Anima: quare &c.

Ad aliam dicendum, quòd bene contingit in diuisibile moueri per accidens: quia per accidens cõpetit ei quòd sit in alio & in alio loco, scilicet inquantum illud, in quo existit est in alio & in alio loco: sed non sequitur, q moueretur per se & secundum se: quare &c.

In quo aũt primo mutatum est quod mutatũ est, necesse est atomũ esse: dico aũt primum &c.

Impugnatio.

Obiectio.

Responsio.

Alia rñsio ad secũdũ.

Quod mouet localiter est diuisibile.

Tex. c. 55.

Com. tr.

Forma alterantis pfectior est in proxima alterãti parte q̃ remota.

Indiuisibile pōt moueri p accñs.

Rñsiones.

Tex. c. 6.

Tex. c. 44.

QVAESTIO XIIII.

An id in quo primo aliquid mutatum est, sit Indiuisibile.



Væritur hic, Vtrũ illud, in quo aliquid primo mutatum est, sit indiuisibile. Arguitur primo quòd non. Quia illud, quod est mensura alicuius diuisibilis, non debet esse quid indiuisibile, pcipue si sit mensura alicuius diuisibilis continui. nullum enim continuum componitur ex indiuisibilibus, nec mensurat̃ indiuisibilibus, vt vult Aristoteles in isto Sexto: sed illud, in quo aliquid primo
Tex. c. 1. mutatum est, est mensura alicuius diuisibilis continui. probatio huius. nam illud, in quo aliquid primo mutatum est, est mensura illius ad quod aliquid primo muta
Tex. c. 44. tum est, vt manifestum est ex Isto Sexto: modo, illud, ad quod aliquid primo mutatum est, bene est diuisibile: contingit enim aliquid primo mutatum esse ad quantitatem continuam, aliter nullus esset motus ad quantitatem continuam. omnis autem quantitas continua est diuisibilis, vt patet in Isto Sexto: quare &c.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Arist. in litera.
Tex. c. 22.

CONCLVSIO.

Tempus, in quo aliquid primo mutatum est, indiuisibile esse oportet.

Dicendum breuiter, ꝙ illud tempus, in quo aliquid primo mutatum est, est indiuisibile. Et intelligit̃ illud, in quo aliquid primo mutatum est, in quo non est mutatum ratione vnius partis solum: & hoc probat Aristo. in litera sic, illud, in quo aliquid primo mutatum est, est diuisibile & habet partes: tũc, aut in qualibet parte mobile transmutatur, aut in vtraq; mobile trãsmutatum est, aut in vna transmutatur & in alia transmutatum est. si dicatur ꝙ in vtraq; parte transmutatur in toto, & ponebatur mutatum esse in illo, ergo simul mutatur & mutatum est, si autem detur ꝙ in vtraq; parte mutatum est, sequitur, ꝙ nõ primo mutabatur in toto: quia pars est prior toto. vnde quod mutatum est in parte alicuius prius mutatum est quàm quod mutatum est in toto: & sic esset aliquid prius ipso primo: quod est impossibile. si autem dicatur ꝙ in vna parte mutat̃ & in alia mutatum est, tunc non mutatum est primo in toto, vt supponebatur: quare &c. Ex hoc autem Arist. concludit, ꝙ omne, quod generatũ est, in instanti generatum est, & similiter quod corruptum est: quia generatum esse est terminus alterationis præcedentis: idem autem est terminare motum & mutatum esse. & ideo oportet ꝙ sit in instãti, & silr corruptum esse: & hoc verũ est de corrupto esse rei, q̃ habet esse diuisibile, ꝙ eius corruptũ esse debet esse indiuisibile: sed in stans fm esse, non oportet forte, ꝙ eius corruptũ esse sit in instanti primo, vt dicebat̃ in 4°. hu⁹.

Rñsiones. AD rationem in contrarium concedo maiorem, si sit mensura diuisibilis secundum ꝙ diuisibile est mensura alicuius continui, non secundum ꝙ est diuisibile non oportet: & sic est hic, nam quantitas secundum se non terminat motum, sed secundum ꝙ est coniuncta formæ naturali, & quantum ad aliquod esse perfectum vel imperfectum, & illud est indiuisibile, ut communiter dicit̃. Vel dicatur, ꝙ licet quantitas, quæ est terminus motus, sit diuisibilis fm se, tamen quãtum ad sui receptionem immobili est indiuisibilis: ita, s. ꝙ nõ prius tempore recipit̃ vna pars q̃ alia, sed tota simul: & ideo receptio ista est in indiuisibili, s. in instanti: quare &c.

Secundum igitur finẽ mutationis quod pri
Tex. c. 46. mum dicitur existit & est: contingit enim perfici mutationẽ & est mutationis finis, quod ostensum est indiuisibile esse propter id ꝙ finis est: quod secundum principium omnino non est: non enim principium est mutationis &c.

E

QVAESTIO XV.

An in motu sit Primum Mutatum esse à parte ante.



Onsequenter quæritur, Vtrum in motu sit primum mutatũ esse à parte ante. Arguitur ꝙ sic. Quia cuiuslibet cõtinui finiti oportet esse duo vltima, sicut est in linea, & superficie & hmõi. sed aliquis motus est quoddã continuum finitum, vt manifestum est in istis inferiorib⁹ motibus, qui incipiũt postq̃ mobile quiescebat & terminantur, ita ꝙ mobile quiescit: ergo &c. Itẽ, sicut se habet tempus finitum ad instans, sic motus finitus ad mutatum esse, per conuenientem similitudinem: sed cuiuslibet tpis finiti sunt duo instantia, s. primum & vltimũ, vt pa-
tet in Quarto huius: ergo cuiuslibet motus finiti debent Tex. c. 19.
esse duo mutata esse, vnum primum, & aliud vltimum:
F quare &c. Item, si motus non haberet primum mutatum esse à parte ante, sequeret̃ ꝙ esset interminatus à parte ante, & per consequens infinitus: quod est impossibile, vt patet ad sensum. Et patet consequentia, qa motus non terminatur à parte ante nisi per primum mutatum esse, sicut tempus non terminatur nisi per Istans.

OPPOSITVM determinat Aristoteles in litera.

CONCLVSIO.

Non est in motu accipere primum mutatũ esse, suscipiendo partem motus secundum quam aliquid mouet̃, tamen si quod indiuisibile, à quo motus initiatur, accipitur, non inconuenit, aliquod primum mutatũ esse in eo summi posse, quod pars motus minime est.

Ista quæstio est bene dubitabilis, sed dimissis verbis aliorum, quæ non euacuãt difficultatem quæstionis, dico præmittendo quasdam distinctiones prius positas. Vna est distinctio famosa. quia potest motus accipi
pro perfectione diminuta, quæ fluit, & hoc modo ẽ in tri Mot⁹ capit̃ tripliciter.
G bus generibus, vt visum fuit prius. Alio modo accipitur pro fluxu continuo, quo mobile dicitur fluere de vna parte perfectionis ad aliam, & sic est de genere quantitatis p se, vt puto. Alio modo accipit̃ motus pro receptione huius perfectionis coniuncta cum isto fluxu, & sic est de genere passionis. De primis duobus significatis est magis dubitatio: & viso de eis satis apparebit de tertio, quia receptio perfectionis currit cursu illorum quantum ad propositum. Alia distinctio est, quòd motus aliquãdo accipitur proprie pro mutatione diuisibili & temporali: & de hoc quæritur hic. Aliquando sumitur improprie pro mutatione indiuisibili, vt cum dicimus, quòd sensus est motus à sensibili & huiusmodi.

Tunc dico ad quæstionem, Primo, ꝙ, si accipiatur motus pro fluxu continuo, sic non est in ipso primum mutatum esse, intelligẽdo per primum mutatum esse primam partem illius fluxus continui, sicut videtur Arist. intelligere: & hoc est facile videre, quia in illo, quod est diuisibi
H le in infinitũ, non est pars prima: hæc manifesta. sed quodlibet continuum est diuisibile in infinitum. vnde iste fluxus continuus, qui dicitur motus secundum famosiorem acceptionem, est diuisibilis in infinitum, sicut & tempus
mensurans ipsum, vt patet in isto Sexto, quare &c. Se Tex. c. 86.
cundo dico, ꝙ, si accipiatur motus pro perfectione diminuta, quæ fluit, sic est distinguendum: quia ista perfectio vel est quantitas, sicut in motu augmentationis, & tunc non est dubium, ꝙ non est ibi prima pars: quia quãtitas continua est diuisibilis in infinitas partes eiusdẽ proportionis, ut probatum fuit prius: & in infinitis non est aliqd
primum, vt manifestum est, & habetur Secundo Meta- Tex. c. 8.
phy. Vel ista perfectio est ipsum vbi, siue locus, & sic nõ est ibi accipere primum, vt communiter dicitur: quia ipsum vbi est diuisibile in infinitum, sicut & locus, s. superficies. vnde mobile, quod mouetur per aliquod spatium semper prius tempore pertransit spatium minus quàm maius, & prius tempore est in loco minori q̃ in maiori.

Considerandũ

Considerandum tñ est, q, dum aliquod mobile mouetur, quod prius quiescebat, bene est assignare primum locum, in quem mouetur: loquendo de primo loco, qui nõ est aliqua pars illius loci, in quo quiescebat: sed non est dare primam partem loci, in quo separatur, immo quacũq; parte illius loci data, est dare priorem, à qua recedit mobile dum mouetur: & similiter tñ illo loco primo, qui nõ est aliqd illius loci prioris, in quo quiescebat non est assignare primam partem, in qua primo recipiatur vel ingrediat prima pars mobilis: quia tales partes sunt infinitæ: & hoc potest manifestari descriptione sensibili. sit enim A mobile, quod locatur, & B sit locus, in quo quiescit. Dico, q est bene accipere aliquem locum immediatum ipsi B: qui quidem locus non est aliquid ipsius B, & sit ille locus C, vt hic B C. tunc, cũ A mouebitur de B in C, non erit accipere primam partem ipsius B, quã primo dimiserat ipsum mobile, nec erit accipere primam partem ipsius C, quã primo intret ipsum mobile vel pars eius: quia hmõi partes sunt infinitæ, & in motu locali non est accipere primam partem ipsius vbi à parte principij. Si autem perfectio diminuta, quæ fluit, sit aliqua qualitas sensibilis, vt caliditas aut hmõi, tũc est magna difficultas, an sit aliqua prima pars illi⁹, quam recipiat primo mobile, & loquor de parte qualitatis, quæ dicitur gradus eius: non enim de parte qualitatiua, quam habet fm extensionem subiecti: quia de ista non est dubium, q non est dare primam, cum qualitas sit diuisibilis in infinitũ, sicut & magnitudo quã informat. De parte ergo, quę est gradus qualitatis, & forte est suppositum eius, vt prius tangebatur, est dubiũ difficile, vtrum sit aliqua prima in mobili. v.g. cum aliquid calefit, vtrũ fuerit aliquis primus gradus caliditatis receptus in mobili, qui qdẽ gradus sit perfectissimus & post ipsum sequuntur alij perfectiores: Et dicitur cõiter, q nõ est aliqs gradus huius qualitatis imperfectissimus, immo est processus in infinitum in talib⁹ gradibus. Cuius ratio potest esse, quia quantumcunq; sit aliqua pars ipsius alterabilis, quæ tota simul incipit recipere caliditatẽ, tñ vna pars illius partis est propinquior ipsi alteranti q̃ alia, & hoc in infinitum. medietas enim illius partis est propinquior alteranti q̃ ipsa tota, & adhuc medietas, ppinquior q̃ tota medietas, & sic in infinitũ. nunc autem agens corporeum perfectius agit in illud, quod ẽ sibi propinquius q̃ in remotius, vt videmus. quia quãuis corpus luminosum sit simul illuminãs omnes partes medij alicuius, s. in primo instanti suæ appropinquationis, tñ sine dubio perfectius illuminatur pars propinquior q̃ remotior. Similiter, cum ignis oppropinquatur aquæ, agit in aquam calefaciendo, quamuis in illo instanti, quo sufficienter est appropinquatus alicui parti aquæ, incipiat quęlibet pars recipere caliditatem, & habet aliquem gradum caliditatis: tñ pars propinquior ipsi igni perfectiorem caliditatẽ habet, q̃ pars remotior, & pars remotior habet minus perfectam: & sic est ibi infinitas quædã graduum simul existentium in diuersis partibus quantitatiuis illius aquæ.

Nõ dat prima pars loci à quo.

Tex. c.

Agẽs perfectius agit in passum propinquius.

Considerandum tñ, q in hoc est differentia quædam inter lumen & alias qualitates sensibiles, fm quas est alteratio: quia pars propinquior corpori luminoso, vt candelæ & hmõi, post q̃ in instanti recipit lumen, nõ magis fit luminosa in processu tpis q̃ prius: dummodo maneat in æquali distãtia ad corpus luminosum, & luminosum corpus maneat æqualiter luminosum, ut sic candela manens æque luminosa stet iuxta aliquam partem aeris per vnã horam in eadem propinquitate: ista pars non erit magis illuminata ĩ fine horę q̃ fuit in principio: sed in alijs qualitatibus est ẽ contrario. Nam eadem pars ipsius alterabilis, cum est æque propinqua alteranti, inuenitur calidior in fine alicuius temporis, q̃ prius in principio, dato q alterans maneat æque forte, vel forte minus forte: ita q in illa parte generatur vnus gradus illius qualitatis post alium. Et huius diuersitatis forte ratio est, quia lumini non est aliquod contrarium positiuum, caliditati autem

Lumen & qualitatis sensibiles differenter agunt.

Tex. c.

Tex. c.

Lumini nõ est aliqd cõtrarium positiue.

A bene est contrarium, & similiter in similibus.

Et est notandum, q fm istam positionẽ quodam modo est simile de qualitate fm quã est alteratio, & de quantitate continua. Nam sicut cuiuslibet speciei quantitatis continuę permanentis est aliquod indiuiduum maximũ, quo non est aliquod maius, nec potest esse ex parte naturæ, vel aliqua superficies est ita magna, q non potest esse maior, sicut vltima superficies conuexa cœli, & similiter de linea & corporeitate, vt tactum fuit in Tertio & tamẽ nulla istarum est determinata ad vltimũ totaliter, immo qualibet quantitate continua data in existente, minor potest dari: similiter caliditas est determinata ad gradũ perfectissimum simpliciter, quo non potest esse perfectior ex parte naturæ, sicut est caliditas ignis puri, & non est determinata ad gradum imperfectissimum simpliciter: immo quocunq; gradu caliditatis dato imperfecto est dare imperfectiorem, saltẽ in toto dum aliquid præcise calefit accidentaliter, vt dictũ est: & sitr est de alijs qualitatibus fm quas est alteratio proprie dicta: & hæc opinio cõis bene est apparens, nec dico ad præsens aliquid contra eam.

Qualitas ẽ determinata.

Caliditas ẽ determinata n gradus.

B

Sed aduertendum est vlterius, q licet in motu non sit dare primum mutatum esse à parte ante, intelligendo per primum mutatum esse partem motus fm quam aliquid mouetur, tñ si per primum mutatum esse intelligatur indiuisibile à quo initiatur motus, sic non est inconueniens in motu, qui est fluxus formæ, esse primum mutatũ esse: aliter enim iste fluxus non posset intelligi nouus & terminatus à parte ante, nisi fuisset aliquod ĩdiuisibile, ante qđ nihil fuit de illo, & post quod ẽ totus ille fluxus, & illud indiuisibile correspondet primo instãti temporis mensurantis illum fluxum finitũ: sed non potest proprie esse mutatum esse illius motus, qa ante ipsum nihil fuit ipsius motus, quod non est in mutato esse, nihilominus tñ illud est primum mobile, à quo initiatur motus. Et puto q hoc intelligit Commentator in Octauo huius super illud capitulum, Principium autem considerationis. vbi dicit sic. Sed prima pars in actu motuum qui fiunt siue fuerit trãsmutatio in loco aut in qualitate aut in quantitate fit subito, i. in instanti, non in tpe. & si non, tunc ante transmutationem inueniretur transmutatio, & non esset transmutatio noua omnino. Vult ergo plane Commentator, q. in motu nouo fuit prima pars, et illa fit in instanti, sed nõ intelligit primam partem quãtitatiuam ipsius fluxus: quia hoc expresse contradiceret Arist. & veritati. Nec potest intelligere primam partem illius perfectionis, qua generatur pars post partem: quia sine dubio hoc non posset esse verum in augmentatione per quam acquiritur aliqua quantitas cõtinua: & tñ ipse vult q hoc est in omni noua transmutatione. Vnde non videtur relinqui q ipse intelligat aliud per illam primam partem nisi primum indiuisibile à quo initiatur motus: & hmõi indiuisibile potest vocari pars prima inquãtum se habet quodammodo ad modum formæ: & hoc forte innuit Commentator in suis verbis, vbi dicit, prima pars ĩ actu, id est prima pars, quę se habet ad modum actus & formæ. sicut enim res nõ est antequam forma sit, & statim forma adueniẽte res habet esse, sic ante illud indiuisibile nõ erat ille motus, sic statim post illud indiuisibile sequitur motus. Quod si quis melius intelligat placet mihi.

In motu inuenitur primum mutatum esse.

C

Cõmẽ. 21.

D

AD rationes patet ex dictis. Omnes enim includunt, q in motibus aliquibus est primũ indiuisibile à quo initiatur motus, & illud non est pars motus, sicut instans non est pars tpis. Et quod accipitur in tertia ratione, q motus non terminatur nisi per mutatum esse, dicendum, q verum est à parte post, sed à parte ante bene terminat per aliquod, quod nõ est mutatum esse proprie respectu illius motus, sed est indiuisibile ante quod nihil erat actu de illo motu. sed remanet hoc dubium, q sicut fluxus formæ substernitur forma vel saltem fluxus à quo initiatur motus subijcitur indiuisibili formæ, s. sine gradu perfectiori. Forte dicendũ, q verum est de indiuisibile formę,

Rñsiones.

quod

quod possit per se subsistere, sed in isto continentur infinita, quæ sic possent per se existere sine alijs, quemadmodum de partibus quantitatiuis dicebatur.

Tex. c. 74. Quoniam autem omne quod mouetur in tempore mouetur ex quodam in quiddam.

QVAESTIO XVI.

An Localiter motum sit in aliquo codē loco per totum aliquod tēpus.



Væritur hic, Vtrum illud, quod mouetur localiter dum mouetur, sit in aliquo loco eodem per aliquod totum tēpus. Et arguitur quod sic. Quia illud, quod in aliquo toto tempore non mutat totum locum, videtur in tempore illo esse in eodem loco: hoc videtur euidens. sed aliquid dum mouetur non mutat locum totum, sicut quod mouetur localiter circulariter, vt dicitur 8 Octauo huius: quare &c. Item, sicut illud quod alteratur se habet ad qualitatem, sic illud quod mouetur localiter se habet ad locum, per conuenientem similitudinem: sed illud quod alteratur, est in eodem tempore sub eadem qualitate, verbi gratia, dum aliquid calefit per totum tempus calefactionis manet sub gradu vel parte caliditatis quam habuit in primo instanti temporis mensurantis istam alterationem, si enim ille gradus corrumperetur, aut erit corruptus in aduentu termini ad quē, quod est falsum, quia esset vel fuisset corrumpēs, quod nō est, nec ipsum alterabile, quia calefit, nec ipsum calefaciens, quia istud generauit illum gradum: & sic idem & fm idē esset causa contrariorum, s. generationis & corruptionis eiusdem. nec est dicendum quod ille gradus corrūpat seipsum, hoc enim statim esset ridiculum. quare &c. Preterea, in motu augmentationis mobile dum augmētatur in aliquo toto tempore manet sub eadem quantitate: ridiculum. n. esset dicere, q dū aliqd augetur quātitas quę præxistebat in ipso corrumpatur: vel quantitas quā acq sluit in tpe augmētationis corrūpat aduenieote termino augmentationis. quare sic in motu locali debet cōtingere, qa mobile p aliqđ tps maneat in codē loco dū mouet. OPPOSITVM vult Arist. hic.

Tex. c. 76.

CONCLVSIO.

Motum localiter nō est in aliquo eodem loco p aliqđ totū tps.

Dicendum primo, q illud, quod mouetur localiter dum mouetur, non habet esse in aliquo loco per aliquod totum tempus, sed in quocunq; spatio sibi equali est solum in instanti eodem mouetur continue. Et hoc breuiter probatur ratione Arist. in litera, quia si hoc esset, sequeretur q simul quiesceret & moueretur: quod est impossibile. Et probatur consequentia, quia illud dicitur quiescere, quod codē modo se habet nunc vt prius, modo, in quolibet tempore est prius & posterius, vt patuit: ergo io tempore illo codē modo se habebit quantum ad locum nunc sicut prius, & sic quiescet, & ponitur moueri in tempore isto continue, & per consequens in qualibet eiusdē parte: ergo simul mouebitur & quiescet. Et eadem ratione dicendū, q illud, quod alteratur, dum alteratur, non habet aliquā partē qualitatis, quæ acquiritur in aliquo tempore sine acquisitione alicuius alterius partis, immo in quolibet instanti acquirit aliā & aliam partem. sed vtrum prima pars remaneat adueniente secūda, bene est dubiū, & de hoc fuit prius aliquid tactum. Similiter autem intelligo de motu ad quantitatem suo modo.

AD primam rationem cum dicitur, illud, quod nō mutat locum &c. Verum est, si totum nullo modo mutat locum, &, cum dicitur, q corpus circulare quod mouetur localirer totum non mutat locum. Dico, q verum est, q ipsum totum non mutat locum fm subiectum: sed bene mutat locum fm formam, & partes eius mutant locum & fm subiectū & fm formā. Et potest intelligi mobile totum mutare locum fm subiectum, quando ipsum totum mobile in vno tempore vel in vno instanti est in aliquo loco totaliter diuerso ab illo in quo prius erat, ita quod nihil illius mobilis prius erat in illo loco. sicut cum animal procedit localiter, manifestum est q mensuratiore motus est in aliquo loco, in quo nihil eius erat ante ipsum motum, sed erat totaliter diuersus locus. mobile autem quod mouetur circulariter non inuenitur in vno tēpore, vel in vno instanti in aliquo loco, in quo nihil erat prius de ipso, immo in quocūq; loco inuenitur in aliquo tēpore, in illo eodem prius erat aliquid ipsius. Sed tamen mutat locū fm formam, quia partes eius mutant locum fm subiectum & fm formam, & hoc est ipsum totū mutare locum fm formam. Quod autem partes eius mutēt locū fm subiectum, patet: quia pars in vno tempore inuenitur in vno loco, in quo prius non erat, nec fm se totam nec fm aliquid sui. sicut Sol, cum est in oriente, supponitur tali parti terræ, cui non supponebatur cum erat in occidente & huiusmodi. Et forte hoc est ipsam partem mutare locum fm subiectum, mutare autē locum fed'm formam est habere aliquam proprietatem & distantiam respectu alicuius partis, circa quod reuoluitur mobile. Ad aliam rationem dico q alterabile non habet eandē qualitatem in aliquo tempore dum alteratur, sed non habet eam præcise & sine acquisitione alterius, quia sic quiesceret: sed continue acquirit aliam, & aliam, & acquisita posteriori remanet prior, vt communiter imaginantur plures. Vel si dicatur q adueniente parte posteriori deficit prior, tunc diceretur q prior corrūpitur ab illa, quæ aduenit in tempore sequente illud instans in quo generabitur, illa enim est perfectior q̄ præcedens, & habet quandam contrarietatem ad eam, sicut excellens ad diminutum. Sed de quantitate non est bene manifestum qualiter corrumpatur, sed de hoc non plus ad præsens.

Mutare los cū secūdus formam.

Mutare los cū secūdus subiectum.

Quæstionum Ioannis de Ianduno super Sextum de physico Auditu, finis

QVAESTIONES LIBRI SEPTIMI DE PHISICO AVDITV.



Mne quod mouetur necesse est ab aliquo moueri. Si quidē igit ī seipsō non habet principium motus, manifestum est q ab altero mouetur &c. Tex. c. 1.

QVAESTIO I.

An Aliquid moueatur à seipso.



Væritur hic primo. Vtrum aliquid moueatur à seipso. Arguitur primo quod sic. Quia quod mouetur à principio intrinseco mouetur à seipso: hæc videt manifesta. sed aliquid mouetur à principio intrinseco, quia natura est principium intrinsecum, multa autem mouentur naturaliter, vt patet in ista scientia. ergo &c. Item, quod intelligit seipsum mouetur à seipso: quia intelligere est moueri ab intelligibili, vt patet Tertio de Anima. sed aliquid intelligit seipsum, s. quælibet substantia immaterialis & præcipue prima, quia, vt habetur ex Tertio de Anima, in separatis à materia idem est intelligens, & quod intelligitur. quare &c. Item, omne quod mouetur, & non mouetur ab alio, mouetur à seipso: sed primum mouens mouetur, & non mouetur ab alio: hoc probatur primo, quia primum mouens mouetur: quia quod est intrinsecum mobili mouetur: hoc est manifestum. Vnde motis nobis mouentur omnia, quæ sunt in nobis. sed motor primus est intrinsecus primo mobili. aliter enim primus motus non esset naturalis, quia hæc est dispositio causæ agentis in rebus naturalibus

Tex. c. 2. Tex. c. 15.

Cōmen. 1. Comē. 11.

naturalibus, s. quod est in re, vt Commen. dicit super Quintū Metaphy. capitulo de principio. ergo primus motor, cum sit agens motum, in separatis enim à materia idē est mouens s̄m finem & s̄m agens, vt vult Commē. in Duodecimo. ergo ipse primus motor est intrinsecus mobili, & sic mouetur ad motum mobilis. Quod autem nō moueatur ab alio, manifestū est: quia sic nō esset primus motor, & sic eēt prim⁹ motor & nō primus motor. ergo &c.

OPPOSITVM Aristo. vult in litera, & similiter Cōmentator. volunt enim q; omne quod mouetur ab alio mouetur, quod autem mouetur ab alio non mouetur à seipso, nisi diceretur, q; aliquid est aliud à seipso, quod est impossibile.

CONCLVSIO.

Per se non Primo aliquid à seipso moueri potest, at per se primo impossibile est.

AD euidentiam quæstionis est intelligendum primo, q; aliquid moueri à seipso potest intelligi dupliciter. Vno modo per se primo, Alio modo per se non primo. Tunc dico ad quæstionem duo. Primo, q; nihil mouetur à seipso per se primo, Secundo q; aliquid bene mouetur à seipso, licet non primo. Primum ostēditur per demonstrationem Arist. in litera. Ad cuius intellectum præsupponenda sunt aliqua. Primo, q; omne quod mouet est diuisibile: & loquimur de motu proprie dicto, qui est actus imperfectus cum potentia, & fluxus continue ad complementum: & hoc patet ex Sexto hui⁹, vbi demonstratum est, q; omne q̄d mouetur est corpus. Illam autem demonstrationem ad præsens non resumo propter breuitatem. Secundo suppono, q; nihil prohibet conditionalem seu propositionem hypotheticam esse veram, cuius antecedēs est simpliciter impossibile. vt si asinus volat, asinus habet alas, & hoc est manifestum cuilibet sani capitis. Et addo hoc s̄m Commentatorē, Cū aliqua conditionalis seu hypothetica est vera, quantumcunq; eius antecedens sit impossibile, omne illud est falsum, ex quibus sequiꝭ destructio & falsificatio illius hypotheticæ. Verbi gratia, Si diceremus q; aliquod volatile est per se retentibile in aere, ex hoc sequeretur istā esse falsam, si asinus volat asinus habet alas, vt exemplificat Commentator. Vnde oportet iudicare illud esse falsum, scilicet q; aliquod volatile sit per se retentibile in aere. Similiter siquis poneret, q; omne animal est quadrupes naturaliter, ex hoc sequitur q; hæc sit falsa. si aliquis est homo naturaliter solum habet duos pedes; & tamen hęc cōditionalis est vera & necessaria. Et ideo iudicandum eēt illud esse simpliciter falsum, s. q; omne animal est quadrupes. similiter autem & in alijs. Tertio accipio, q;, cum aliqua dispositio debetur alicui subiecto per se primo, nō oportet eam remouere ab ipso, si remoueatur à quocunque alio. verbi gratia, risibilitas inest homini primo, & constat q; non remouetur ab homine, per hoc q; remouetur ab asino. similiter autē & in alijs. Quarto accipio, q;, si pars alicuius mobilis quiesceret, quodcūq; sit illud, ipsum totum non moueretur per se primo. ita, q; licet in aliquibus mobilibus impossibile sit partem quiescere, sicut in corpore cœlesti, tamen hæc conditionalis est vera. si alicuius mobilis pars quiescat, illud mobile nō mouetꝭ à seipso primo. & hoc probatur: quia, si pars alicuius mobilis quiesceret, & illud mobile moueretur, tunc non moueretur nisi ratione partis, s. ratione illius partis quæ non quiesceret: quod autem inest alicui ratione vnius partis, & non alterius non inest ei primo, vt patet ex Primo Posteriorum, & manifestum est cuilibet intelligēti. Et potest cōfirmari: quia nihil potest alicui perfectius inesse q; per se & primo. si igitur aliquid inexistens alicui ratione partis vnius & non ratione alterius inesset per se & primo, tunc ita perfecte inesset ei, sicut si inesset s̄m oēs partes: quod est absurdum. His præintellectis demonstratio Arist. potest dupliciter formari, primo ostensiue sic, omne illud, quod quiesceret, si aliquod alterum quiesce-

Oē qd mouetur est diuisibile. Tex. c. 32.

Cōditionalis est q̄n vera cuius añs est falsum.

A ret, mouetur ab alio vel nō mouetur à seipso per se & primo: hæc patet ex tertia suppositione. sed omne quod mouetur quiesceret si quoddam aliud quiesceret, ita scilicet q; non moueretur per se & primo: hoc patet ex alijs trib⁹ suppositionibus præmissis. ergo &c. Item, potest formari inducēdo ad impossibile, si aliquid moueretur à seipso per se & primo, tunc non oporteret q;, si pars eius quiesceret & ipsum quiescere, id est non moueri per se & primo: sed hoc est falsum: ergo & primum. falsitas consequētis est manifesta ex suppositione quarta, & consequentia manifesta est ex tertia: quia, cum aliqua dispositio &c.

Item, potest formari ostēsiue sic, illud est falsum & impossibile, ex quo sequeretur destructio hypotheticæ veræ & necessarię: hoc patet ex adducto in secunda suppositione. sed, si aliquid moueretur à seipso primo, sequeretur ex hoc falsitas conditionalis, quæ simpliciter est necessaria & vera, s. huius conditionalis, si cuiuscunq; mobilis pars quiescat illud mobile non mouetur per se & primo. **B** Quod autem hæc sit vera probatum est s̄m quartam hypothesim: sed q; sequitur eius destructio manifestum est ex tertia suppositione. His autem suppositionibus intellectis & sic formata demonstratione Aristot. faciliter soluuntur quædam obiectiones, quas aliqui induxerunt contra verba Aristotelis. dicit enim Aristoteles, q; parte quiescente quiescit totum. cui obijcit Galenus, vt recitat Commentator, qui dicit, immo possibile est totum moueri per se, dato q; vna eius pars quiescat. nam vna parte mobilis quiescente, adhuc aliæ possunt moueri: & sic illud mobile dicitur moueri ratione partis & per se. Itē, videtur Aristo. supponere vnum falsum, s. q; cuiuslibet mobilis pars posset quiescere. Hoc autem est falsum pro corporibus cœlestibus, quæ necessario mouentur & s̄m se totum & s̄m partes. Ad primum patet ex dictis, Nā per se accipitur dupliciter. Vno modo prout distinguitꝭ contra pure per accidens, & sic illud quod inest ratione **C** partis bene inest p̄ se. Alio modo accipitur per se ꝓprie, pro eo q; est primo: & sic illud quod inest vni parti & nō alteri non inest ei primo. sic autem intellexit Aristo. q; si alicuius mobilis pars quiescat totum quiescit, id est non mouetur primo, & sic iste non intellexit sermonem Ari.

Obiectio prima. Comen. 3.

Obiectio secunda.

Ad primū

Ad aliud etiam solutum est. Nam & licet in aliquib⁹ mobilib⁹ partes nō possint quiescere, s. in perpetuis, tamē hęc cōditionalis est vera, si talis mobilis pars quiesceret, totum nō moueretur primo, vt dictum est, & sic sine dubio intellexit Arist. nō enim dixit ponatur pars illius mobilis quiescere, sed dixit parte quiescente quiescit totum, & hic sermo habet vim conditionalis. nam vt dicūt Grāmatici ablatiuus absolutus potest exponi per si, vel dū, vel quia, ita q; sensus est, si pars quiesceret, in quocunque mobili, quiesceret totum modo prædicto. quare &c.

Ad secūdū

Ablatiu⁹ absolutus aliqua coniunctione exponitur.

Item, Commentator ponit aliam solutionem ad istam rationem, q; pars corporis cœlestis potest considerari dupliciter. **D** vno modo inquantum est corpus, & sic non est ei impossibile nec repugnat ei quiescere: quia tunc omni corpori repugnaret quiescere. alio modo potest considerari inquātum est tale corpus, i. nec graue, nec leue. & sic impossibile est ipsum quiescere. & ideo Arist. ponit illud, quod est possibile s̄m q; est possibile, non s̄m q; impossibile: quia constat de corpore s̄m q; est corpus, q; est mobile, & non de corpore s̄m q; est talis naturæ determinatæ. Sed contra hæc, est dubitatio fortis. quia propositio redditur impossibilis simpliciter non solum, quando prædicatum repugnat subiecto ratione generis, sed cum repugnat ratione differentię specificæ. vt ista est simpliciter impossibilis, homo est irrationalis, quia irrationale repugnat homini ratione differentiæ specificæ, licet non repugnat ratione qua animal. Et si poneretur q; homo eēt irrationalis, sequitur inconueniens, s. q; opposita simul erunt in eodem. Et sic diceretur in proposito, q; parti corporis cœlestis repugnat quiescere ratione differētię proprię, & ideo est īpossibile simpliciter ipsam quiescere, &

Corpis cœlestis ps cōsideral dupliciter.

Dubitatio.

non

non debet poni in esse. Et forte adhuc potest saluari illa solutio Commentatoris, non enim intendit Commentator, q, cum aliquid est impossibile ratione differentiæ specificæ, & possibile ratione generis, q illud deberet poni in esse sine omni inconueniente consequente, sed intendit, q, si ponitur in esse ex eo solo posito in esse, non sequitur impossibile, vt, si ponatur q sit irrationalis ratione qua animal, ex hoc solo non sequitur aliquod impossibile, sed si sequeretur, erit propter quoddam aliud. Similiter, cum in omni mobili sit partem quiescere idem q corpus, ex hoc q poneretur quiescere ratione qua corpus, non sequitur aliquod impossibile. Vnde relinquitur, q impossibile sequens, s. q illud non sit primo motum ex se, & sic primo motum, sequitur ex eo q ponitur moueri per se, & primo ex se, cum eo q pars eius possit quiescere, & sic sequitur, q adhuc sunt incompossibilia. Sed si illud non est nisi fuga teneatur prima solutio quæ est verissima.

Obiectio. Obuiauerunt tamen quidā posteriores expositores satis subtiliter, vt mihi videtur. Nam per illam rationem probaretur non solum q nihil moueretur à se primo, sed q nihil potest moueri primo, arguendo sic. illud, quod quiesceret, si aliquod alterum quiesceret, non moueretur per se & primo: sed omne quod mouetur quiesceret, si quoddam alterum nō moueretur: quare &c. Maior patet per illam suppositionem cum aliqua dispositio &c. Et minor apparet. Nā omne quod mouetur habet partes, & si pars quiesceret, totum quiesceret. ergo &c. Item, per tertiā suppositionem probaretur q triangulus non habet tres. Primo, quia, si non haberet tres, remoueretur à triangulo si remoueatur à quodam altero, s. à figura, vt dicitur Primo posteriorum. Similiter probaretur, q risibilitas non inest homini primo, quia remoueretur ab homine, si remoueretur ab aliquo alio, s. si remoueretur ab animali: quæ omnia sunt incōuenientia manifesta, quare &c.

Solutio. Ad illa & ad omnia igitur est respondendum consimiliter. Ad quod est considerandum, q ista tertia suppositio sic debet intelligi. Cum aliqua dispositio inest alicui subiecto primo, non sequitur eam remoueri ab illo per remotionē ab alio: dum modo istud aliud sit extraneū & diuersum ab alio respectu illius dispositionis. vt homini respectu risibilitatis est extraneus asinus. Et ideo, si risibilitas remouetur ab asino non sequitur eā ab homine remoueri, sed, si illud aliud non sit extraneum subiecto respectu illius dispositionis, tunc per remotionem ab illo alio remouetur à subiecto primo, sicut patet in exemplis obiectionum. Modo dico, q ei, quod mouetur absolute, non est extraneum habere partes respectu huius, quod est moueri: immo hoc est ei necessarium, cum omne quod mouetur sit diuisibile. sed ei, quod ponitur moueri per se & primo à seipso, extraneū est omnino habere partes. Quod sic patet. quia, si aliquid habens partes moueat seipsum per se & primo, tunc quælibet pars seipsam mouebit per se, & sic vnum & idem simul & s̄m idem erit mouens & motum s̄m eundem motum: & vlterius erit in actu & in potentia simul & s̄m idem & respectu eiusdem, vt deducit Arist. in Octauo huius: quæ omnino sunt impossibilia manifeste. Vnde manifestum est, q pars est quoddā extraneum ei quod mouetur per se & primo à seipso. Propter quòd, si aliquid moueretur à seipso & per se primo, non deberet remoueri ab eo per remotionem eius à parte. sed vt dicebatur, pars non est quid extraneum ab eo quod mouet respectu huius quod est moueri, immo est ei necessarium & per se. Et propter hoc, si moueri poneretur remoueri à parte eius, quod primo mouetur, bene sequeretur illud non moueri primo, & ideo non valet illa obiectio. Per idem ad alias duas instantias. Aliquibus tamē non placet ista respōsio: quia s̄m hoc melius & breuius probasset Aris. nihil moueri à seipso primo, p hoc, s. q idē & s̄m idē esset in actu & in potentia. Et forte cōcedendum est hoc, sed istā demōstrationem posuit in Octauo huius, Vel dicatur, q, si risibile remoueretur ab aīali, E non remoueret̄ s̄m q est aliud ab homine, sed s̄m q idē. Sciendum tn̄, q non est aliquid primum motum per negationem cuiuslibet prioris moti, sed primum per se & seorsum subsistens bene est. Et est aduertendum, q, si bene consideretur aliquid moueri à se primo, implicat contradictionem: quia ex hoc ipso quòd ponitur moueri, sequitur ipsum habere partes, vt patet ex Sexto huius: & ex hoc, q ponitur ipsum moueri à seipso per se & primo, sequitur ipsum non habere partes, vt ostensum est: & sic includit contradictoria. Vtrum autē demonstratio Ari. sit demonstratio propter quid, vel quia, dubitatio est, & videbitur statim post. Tex. c. 12.

AD primam rationem, cum dicitur, illud quod mouetur à principio intrinseco &c. potest dici, q tale bene mouetur à se non primo, sed ratione partium, ita q vna pars eius est mouēs, & alia est mota, & hoc bene est possibile. Et ista potest esse secunda conclusio positionis cum eius ratione, vt sic arguat̄, illud, cuius vna pars mouet & alia mouetur, mouet seipsum per se ratione partiū F per se non primo: hæc est manifesta. sed in aliquo mobili, ita est, q vna pars eius est per se mouēs, & alia per se mota, vt in animali anima est per se mouens, & corpus est p se motum. ergo &c. Ad aliam dico, q non est ad propositum: quia nos loquimur de motu, qui differt realiter à substantia mobilis, & de motu, qui est à corpore vel à virtute in corpore, vt Commentator dicit in Octauo huius. in omni enim tali motu mouēs & motum sunt diuersa, vel s̄m esse, s. q esse vnius non est esse alterius, vel s̄m diffinitionem quidditatiuam, vt in animalibus, quæ sunt hic, vt dicit Commen. in Octauo huius. modo, intelligere, quo substantia separata ens actu de se intelligit seipsam non est huiusmodi motus continuus, quæ est actus imperfectus, cum tendentia ad vlterius complemētum, nec est motus essentialiter distinctus à substantia mobilis, sed solum est motus æquiuoce, quantum ad modum G nostrum significandi aut intelligendi. Ad aliam cum dicitur, omne quod mouetur &c. Istam concedo, & nego minorem, quantum ad primam partem eius. Et, cum probatur, quia primus motor est intrinsecus primo mobili: dico, q non est ei intrinsecum s̄m substantiam & esse, ita s. q esse eius sit idem quod esse mobilis, sed solū est intrinsecus ei secundum appropriationem naturæ, scilicet q natus est mouere tale mobile immediate & non aliud, & tali velocitate & non alia, & vno motu cōtinuo non pluribus, & tale intrinsecum potest esse secundum se, quare non valet ratio &c.

QVAESTIO II.

An ad Hoc Arist. demonstratio sit Demonstratio Quia, uel, Propter Quid.



NVnc quæro, Vtrum illa demonstratio Aristo. sit demonstratio propter quid, vel quia.

H Arguitur primo quòd demōstratio propter quid auctoritate sancti Thomę.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Cōmen. Auerroi, qui dicit, q hæc demonstratio est de genere demonstrationum, quæ dicūtur signa, & tales sunt demonstrationes Quia. Cōmen. 2.

CONCLVSIO.

Aristotelis demōstratio, qua nihil à se ipso moueri probat, non propter quid, sed quia demonstratio est.

AD quæstionem est intelligendum, q Sāctus Thomas, qui in omnibus aut pluribus in quibus potuit conatus fuit contradicere Commentatori, dicit, q illa demonstratio Aristo. est propter quid demonstratio. Ad cuius euidentiam est intelligendum, q mouere seipsum nihil aliud est q̄ sibiipsi eē causa motus. Et vt melius sit ad propositum & euidentius, moueri à seipso primo nihil est aliud quàm sibiipsi esse causam eius, quod

Moueri à se ipso.

quod est moueri. Ex quo sequitur, ꝙ illud idem, quod est causa, quare aliquod mobile non est sibiipsi causa motus est causa ꝙ non mouetur à seipso: modo vlterius accipit, ꝙ illud, quod est sibiipsi causa alicuius, debet esse primo tale, vel oportet, ꝙ illud ei primo conueniat, vt ignis, qui primo est calid⁹, est sibiipsi causa caliditatis. Ex quo vult habere vt puto, ꝙ illud, quod est causa, quare alicui mobili non insit primo moueri, est etiam causa, quare illud mobile non sit sibiipsi causa motus, & ꝑ consequens quare non moueatur à seipso primo, eo ꝙ ista duo vltima eadem sint realiter, vt suppositum est. Modo, vlterius ipse supponit, ꝙ omne mobile habet partes: & hoc habetur ex Sexto huius, & semper motus totius dependet ex motibus partium, & diuiditur in eas, vt patet ex Sexto huius. Hoc autem vltimum, s. ꝙ motus totius dependet ex motibus partium, est causa, quare motus non debetur ipsi mobili primo, & per consequens hæc est causa, quare ipsum mobile non est sibi causa motus, & vlterius est cā, quare non mouetur à seipso primo ꝑ suppositionem præmissam. Cōcludit igitur iste homo, ꝙ Arist. ostēdit causam, quare nullum mobile mouet seipsum, vel non mouetur à seipso, quia non potest esse mobile, cuius motus non dependeat ex motibus suarum partium, vnde ista esset demonstratio propter quid sm eum, illud, cuius motus dependet ex motibus suarum partium, non mouetur à seipso, sed omnis mobilis motus dependet ex motibus suarum partium, ergo &c. Et hoc quod est motus totius dependet ex motibus partium erit mediū causale demonstratiuum huius accidentis, quod est non moueri à seipso primo. Et dicit, ꝙ est simile, vt si ostenderetur, ꝙ nullum diuisibile est primum ens, per hoc, ꝙ esse cuiuslibet diuisibilis dependet ex partibus. Vnde innuit ꝙ esse rei diuisibilis dependet ex partibus est causa & huius, s. ꝙ nō sit primum ens. Sed re vera salua reuerentia huius hominis, ipse inaniter laborat contra Commentatorem, sicut & in omnibus alijs philosophicis, in quib⁹ ei obijcit Quāuis enim ista esset demonstratio propter quid, quam ipse inducit, tamen Aristo. in litera non vtitur illa demonstratione, sed longe alia. Ad probandum enim, ꝙ omne quod mouetur ab alio mouetꝰ, aut ꝙ nihil mouetur à seipso primo, quod idem est. non innititur huic medio, ꝙ motus cuiuslibet totius dependet ex motibus suarum partium, vt manifestum est intuenti literam per totum, sed innititur huic medio, ꝙ parte quiescente, s. si quid quiesceret totum non moueretur primo, & sic non bene se habet ille homo in hoc. Et si quis dicat, ꝙ motum totius dependere ex motibus partiū est causa in hoc ꝙ si pars quiesceret totum quiesceret, ex hoc habeo propositum, s. ꝙ ista sunt diuersa, & ꝙ non est eadem demonstratio quæ innititur et fundatur super ambo hæc. Et ideo dico breuiter sm Commentatorem, ꝙ ista demonstratio non est demonstratio propter quid, quia omnis demonstratio ꝓpter quid est per causam eius, quod concluditur, Primo Posteriorum, sed ista demonstratio non procedit ꝑ causam eius, quod demonstratꝰ in ea, vt patet inspicienti. demonstrat enim Aristo. ꝙ omne, quod mouetur ab alio mouetur per hoc, ꝙ, si pars quiesceret, totum quiesceret, hoc autem, s. ꝙ si pars quiesceret totum quiesceret nō est causa quare aliquid mouetur ab alio, nec etiam est causa propria quare nihil mouetur à seipso primo. vnde manifestum est, ꝙ ista non est demonstratio propter quid. Ex hoc relinquitur ꝙ sit demonstratio quia cum omnis demonstratio sit propter quid, vel quia, Primo Posteriorum: tales autem demonstrationes vocat Commentator demonstrationes per signa. quare &c.

Tex. c. 32. *Tex. c. 33.* *Notandū.*

Perspicuus quidē est & efficaciter beatus thomas in mas le dictum auerrois impingat.

Cōtra.

Rñsiones. Vide Grassiadeum in pñti loco. q. 4.

AD auctoritatem sancti Thomæ. dico, ꝙ ipse forte non intellexit demonstrationem Aristote. esse demonstrationem propter quid, prout Aristot. eam format in litera. Sed, quia ex dictis Aristote. potest accipi causa illius accidentis modo prædicto, motus enim partium est causa motus totius & causa quare toti non inest moueri à seipso primo. Sed Commentator intelligit illam esse demonstrationem à signo secundum illum modum, secundum quem Arist. ponit eam in litera. Et si dicas, ꝙ immo intentio Thomæ est, ꝙ illa demonstratio prout iacet in litera est demonstratio propter quid. dico, ꝙ ego non credo ei in hoc, sicut nec in alijs conclusionibus philosophicis in quibus contradicit Commentatori, sed magis credendum est Commentatori in illis quæ debēt probari demonstratione, & hoc dictum sit. Quod autē hæc demonstratio non sit demonstratio propter quid, sic est videre. Cum enim aliqua affirmatio est causa alicuius negationis, non oportet vniuersaliter ꝙ affirmatio opposita illi negationi sit causa negationis illius affirmationis, verbi gratia, aliquid esse rationale bene est causa quare non sit hinnibile, sed esse hinnibile non est causa huius negationis, scilicet non esse rationale. Vnde, si argueretꝰ sic, omne quod est rationale non est hinnibile, sed omnis homo est rationalis: ergo nullus homo est hinnibilis. eēt demonstratio per causam. Sed si argueretur sic. Nullum hinnibile est rationale: sed omnis æquus est hinnibilis: ergo nullus equus est rationalis, non esset demonstratio ꝑ causam, sed per signum: similiter est in ꝓposito. Quòd enim aliqua passio insit alicui subiecto primo, hoc est bene causa, quare non remoueretur ab eo per remotionem à quocunq; alio, sed non op..tet ꝙ è cōuerso, affirmatio sit cā negationis: s. passionem remoueri ab ipso subiecto per remotionē ab alio, sit causa quare nō insit illi subiecto primo. Vnde, si argueretur sic, homo est risibilis primo: ergo ab homine non remoueretur risibile per remotionem ab alio. hæc esset demonstratio per causam: sed, si diceretur è conuerso, risibile remouetur à Socrate per remotionem ab aliquo alio, ergo risibile non inest primo Socrati non esset per causam, sed per signum. Et sic est in terminis Aristo. ꝙ enim moueri remoueretur à toto si remoueretur à parte, hoc non est vere causa, quare moueri nō insit primo ipsi toti, quamuis si primo inesset toti hoc bene esset causa, quare non remoueretur ab eo per remotionem ab ipsa parte, & sic non est demonstratio ꝓp quid.

Sed si quod mouetur primum sm locum & corporalem motum est necesse tangi & continuum esse mouenti, sicut videmus in omnibus hoc contingere: erit enim ex omnibus vnum ipsum omne aut continuum esse &c. *Tex. c. 8.*

QVAESTIO III.

An ex Omnibus Mobilibus fieri possit vnum Continuū.



Væritur hic, Vtrum ex omnibus mobilibus possit fieri vnum continuum. Arguitur primo ꝙ non. Quia ex illis nō potest fieri vnum continuum, quorum vnum est corruptibile, & aliud est æternum: hæc est manifesta. sed aliqua mobilia sunt corruptibilia, vt ista inferiora, quia habent materiā qua aliquid potest esse & non esse, aliqua vero sunt perpetua, vt corpora cœlestia, vt patet in Commen. Primo Cœli & Mundi: quare &c.

Item ex contrarijs non fit vnum continuum: vt ex albo & nigro non fit vnum. Sed aliqua mobilia sunt contraria adinuicem: vt ignis: aqua: aer: & terra. ergo &c. *Tex. c. 1.*

Item cōtinuum est cuius motus est vnus, Quinto Metaphysi. Sed ex omnibus mobilibus nō potest fieri vnū habens vnum motum: quia vel ille motus esset circularis, & sic periret motus rectus: quod est inconueniens. vel esset motus rectus: & sic nihil moueretur circulariter. ergo &c. Item illud est impossibile quod nunquā fuit nec est nec erit, hæc est euidens, sicut necessarium est quod semper fuit & est & erit semper. Sed nunquam hoc fuit nec est nec erit ꝙ ex omnibus mobilibus fiat continuum, quia tunc aliquando moueretur vno motu: quod est ridiculum. quare &c.

OPPOSITVM videtur velle Arist. in litera. loquēs

enim

enim de mobilibus corporalibus dicit sic, Erit enim ex omnibus ipsum totum vnum aut continuum, hic igitur contingens accipiatur &c.

CONCLVSIO.

Ex omnibus mouentibus & mobilibus vnum fieri continuum impossibile est.

AD quæstionem est considerandum, quod intentio Arist. in capitulo præsenti est demonstrare ꝙ est aliquis primus motor, ita ꝙ non est processus in infinitum in ipsis mouentibus. Et potest ratio sic abbreuiari, si procederetur in infinitum in mouentibus, ita ꝙ hoc mobile moueretur ab aliquo motore, & ille motor ab alio mouente, & sic in infinitum, sequeretur ꝙ motus infinitus posset esse in tempore finito: sed hoc est impossibile manifeste. & probat consequentia, supponendo duo per se manifesta. Primo, ꝙ possibile est aliquod mobile moueri in tempore finito, vt A mobile potest moueri in vna hora. Secundo supponendum est, ꝙ, cũ aliquod mobile mouetur à motore, simul mouetur motor & mobile, vt, si baculus mouetur à manu, simul mouetur manus & baculus: similiter autem & in alijs. Si ergo aliquod mobile mouetur ab aliquo motore in determinato tempore, & motor eius mouetur in eodẽ tempore, similiter motor illius motoris in eodem tempore mouebitur. & similiter de omnibus illis motoribus & mobilibus, ita ꝙ A mouebitur ab ipso B, & B à C, & C à D. & hoc in illo tẽpore in quo mouetur A, & ille motus omnium illorum mobilium est infinitus, cum illa mobilia & mouentia ponantur infinita. & sic sequitur inconueniens prædictũ, s. ꝙ motus infinitus est in tempore finito, quod est impossi.

Sed aliquis posset respondere huic rationi, ꝙ motũ infinitum alterius & alterius mobilis esse in vno tempore finito non est inconueniens. & hoc bene sequitur ex illa positione: esset autem inconueniens motum infinitum vnius & eiusdem mobilis esse in tẽpore finito: & hoc nõ sequitur ex isto posito. Et Arist. fortificãdo rationem dicit, ꝙ accipiatur ex omnibus mouentibus & mobilibus fieri vnum continuum: tunc habebitur inconueniens manifestum, scilicet quod motus infinitus vnius & eiusdem mobilis erit in tempore finito.

Opio pria — Contra hoc igitur insurgit quæstio proposita. Vtrum ex omnibus mouentibus & mobilibus possit fieri vnum continuum, & est multum dubitabile & difficile, quid de hoc sit asserendum. Dixerunt autem quidam ꝙ non fuit intentio Arist. ex omnibus mouentibus & mobilibus posse fieri vnum fm rei naturam et veritatem, ita s. ꝙ aliquando sit factum aliquod vnum continuum ex omnibus eis, sed intelligit, ꝙ hoc est minus impossibile q̃ motum infinitum esse in tempore finito, ita ꝙ motum infinitum esse in tempore finito est maius impossibile q̃ ex omnibus illis fieri vnum continuum, ꝙ motus mensuratur tẽpore, & sic fieri motus infinitus fieret in tempore finito, sequitur, ꝙ motus infinitus esset finitus, & sic vlterius sequitur, ꝙ esset finitus & non finitus: quod est manifeste impossibile q̃ ex omnibus mouentibus & mobilibus fieri vnum. Modo, regula est, ꝙ ex minus impossibili non sequitur maius impossibile, & ideo illud impossibile non videt̃ sequi ex hoc ꝙ ponitur ex omnibus illis fieri vnũ, sed sequitur ex hoc ꝙ ponitur esse processum infinitũ in mouentibus & mobilibus, vel saltem principalius sequitur ex hoc q̃ ex illo. Sed istud, licet sit subtiliter dictũ, tamen non placet alijs, & forte non sufficit, quia in syllogismo ducente ad impossibile debet accipi falsum, ꝙ ponitur ab aduersario cum aliquo vero manifesto & cõcesso, vel saltem demonstrato vel demonstrando, vt patet in Primo Priorum. Cum igitur in illo syllogismo Arist. ducente ad impossibile accipiatur vnum falsum ab aduersario, s. ꝙ nullum sit primum mouens, & sit processus in infinitum, reliquum quod assumitur debet esse verum, & non impossibile, vt videtur.

Ex minus ĩpossibili nõ sequit̃ maius impossi. Improbõ.

Alia opio. — Et ideo dicunt alij aliter, & dicunt, ꝙ Arist. accipit ibi continuum pro contiguo,

E sicut & in Primo Meteororum accipit cum dicit, est autẽ ex necessitate continuus iste mundus lationibus superioribus, vt omnis virtus gubernetur inde. Hoc autẽ manifestum est nõ esse ad propositum. quia, si poneretur solum ex omnibus mouentibus & mobilibus fieri vnũ cõtiguum & non vnum continuum, tunc cum hoc staret ꝙ illa mouentia & mobilia essent plura & diuersa, & sic totus ille motus esset alterius & alterius mobilis. Et nõ est inconueniens motum infinitum esse in tẽpore finito, dũmodo sit alterius & alterius mobilis. vnde & in litera dicit Arist. ꝙ sic quidem videtur demonstrari propositũ, non autem demonstratur, s. nisi ponatur ꝙ sit motus infinitus vnus in tempore finito. Et ideo alij dicunt aliter, ꝙ ista mobilia & mouentia possunt considerari dupliciter. Vno modo fm quod sunt quanta & continua. Alio modo quantum ad proprias naturas & determinatas sibi, quibus sunt talia. Primo quidẽ modo est possibile ex omnibus mobilibus fieri vnum continuum, & non repu- F gnat eis inquantum sunt quanta, quod bene sunt vel fiãt vnum continuum: quia tunc repugnat omnibus quantis seu corporeis, & sic intellexit Aristo. Secundo tamẽ modo, s. ratione naturarum specialium non est possibile: & hoc modo probant rationes inductę.

Reprobõ.

Opio tertia

Et istã solutionem ponit sanctus Thomas in istis verbis. Sed dicendum quod alio modo accipitur contingẽs & possibile cum demonstratur aliquid de genere. et cum demonstratur de specie. quia cum agitur de specie, oportet accipi vt impossibile omne illud cui repugnat vel genus vel differentia speciei, ex quibus ratio speciei constituitur. cum vero agitur de genere, accipitur vt contingẽs omne illud cui non repugnat ratio generis, licet ei nõ repugnet differentia cõstituens speciem. sicut si loqueretur de animali possem accipere vt contingens, ꝙ omne animal est alatum, & si descenderem ad considerationem hominis, impossibile esset hoc animal esse alatum. Quia igitur Aristo. loquitur hic de mobilibus & mouẽtibus nõ- G dum applicando ad determinata mobilia, omne aũt continuum vel contiguum indifferenter se habet ad rationẽ mouentis & mobilis: ideo accipit vt contingens, ꝙ omnia mobilia sint continua adinuicem: quod tamen impossibile est si mobilia considerentur fm suas naturas determinatas. Consimilem solutionem autem dabat Commentator in præcedenti capitulo contra obiectionẽ, qua dicebatur ꝙ in aliquibus mobilibus pars nõ potest quiescere. Ad hoc enim dicit Commentator, ꝙ pars alicuius mobilis potest considerari dupliciter. Vno modo inquãtum est corpus, alio modo inquantum ad naturam determinatam talis mobilis, vt cœli aut ignis. Et primo modo põt pars cuiuslibet mobilis qescere, vel ei non repugnat, Secundo autem modo bene repugnat ei.

Improbõ.

Contra hanc autem solutionem obijcit iste expositor auctoritate Auicẽ. quia propositio est simpliciter impossibilis, quãdo prædicatum repugnat subiecto ratione dif- H ferẽtię specificæ, licet nõ repugnet ei ratione generis. verbi gratia, hæc est simpliciter impossibilis, homo est irrationalis, quia repugnat homini ratione formę proprię, licet non repugnet ei ratione qua animal. modo, ergo cum parti alicuius mobilis repugnet quiescere ratiõe propriæ naturę est ei ĩpossibile simpliciter, quamuis ex natura cõmuni generis ei non est impossibile & non repugnet. Et istam obiectionem ipse expositor non soluit, hæc aũt obiectio est similiter contra eum, quia ipsis mobilibus repugnat ratione naturarum propriarum fieri vnũ continuũ, quamuis ex parte qua mobilia sunt, vel corpora vel quãta non repugnat eis, & sic propositio est simpliciter impossibilis, dicẽs, ꝙ ex omnibus mobilibus fiat vnum. Et sic ex eius dictis destruitur ista responsio, quam assignat, & est mirabile quare ille homo non soluit istam dubitationem, cum sit contra eius responsionem manifeste: & forte magis placuit ei apparenter contradicere & obijcere Commentatori q̃ soluere dubitationem, quæ est contra

Obiectio.

Friuola est assimulatio

tra suam positionem quam soluendo sustineret dictũ Cõmentatoris. Item illa responsio non videtur sufficiens. quia, si omnia mobilia possent fieri vnum continuum ratione qua quanta, vel corpora, vel mobilia, ita q ratiõe, qua corpora sunt haberent potentiam ad hoc q ex ipsis fieret vnum continuum, tunc illa potentia esset ociosa p totum tempus æternum: quia nũquam ex his fieret vnũ continuum, & sic nunquam ex ipsis reduceretur ad actũ illa potentia, quasi esset ociosa in æternum, quod est impossibile, sicut habeẽ ex multis locis in Philosophia Arist. quare &c. Et confirmatur. quia potentia ad continuitatem, quã tu ponis in omnibus mobilibus, aut est apta nata attingere suum finem, s. ipsam continuitatem in omnibus mobilibus aut non. si sic, ergo illa potentia est maniter. quia nunquam attingit illum finem in omnib⁹ mobilibus, cum nunquam omnia mobilia sint vel fiant continua siue vnum. si non est nata attingere illum finem in omnibus mobilibus: ergo non debet poni in esse, q omnia mobilia sint vnum continuum, vt manifestum est, & sic semper sequitur inconueniens, vt videtur. Bene tamen verum est, q mobilibus, vnde mobilia sunt, vel vt corpora sunt, non repugnat fieri vnum continuum: quia omnis repugnantia proprie est ratione alicuius oppositionis: nunc autem mobilitas & corporeitas nullam habet oppositionem ad continuitatem, vt manifestum est: & ideo ipsis mobilibus vnde mobilia sunt, vel vnde sunt corpora, non repugnat per se fieri vnum continuum. Sed non sequitur ex hoc, q habeant aliquam potentiam positiuam sm q mobilia sunt vel corpora ad hoc q fiant aliquod vnum continuum. Et est simile, cõstat enim, q materia prima nullam habet potentiam ad quantitatem infinitam, vt demonstratum fuit in Tertio huius. & tamẽ ipsi composito materiali ratione materiæ & per materiam non repugnat habere magnitudinem infinitam: quia ipsa materia de se nullam habet oppositionem ad magnitudinem infinitam. vnde, cum omnis repugnãtia directe et per se sit ratione alicuius oppositionis, vt suppono, videtur, q ipsi composito ratione materię non repugnat magnitudo infinita: similiter est in proposito. quare &c.

Hęc est intẽtio B thomę vñ pȝ q hic author inaniter cõtra eum nititur.

Tex. c. 60.

Verum est, q aliqui nituntur soluere illam obiectionem. Cum dicitur, quando prædicatum repugnat subiecto ratione differentiæ proprię, Propositio est simpliciter impossibilis, dicunt, q verum est sic simpliciter intelligendo, i. ratione principalioris partis, quia ipsa differentia est principalior genere, sed non est simpliciter impossibilis, i. vniuersaliter ratione omnium, quæ sunt in ipso subiecto, immo potest remanere possibilis ratione alicuius alterius, hominem igitur esse irrationalẽ, hoc est simpliciter impossibile, i. ratione principalioris, quod est in ipso homine, sed nõ simpliciter, i. totaliter, & ratione omnium, quæ sunt in homine, immo est possibile ratiõe qua animal. Sed istud non videtur securum. quia, si homo ratione qua animal haber potentiam ad essendum irrationale, vt hinnibile, sequitur, q ista potentia sit ociosa per totum tempus æternum, quia nunquam homo est hinnibilis ratione qua animal, & sic illa potentia erit frustra, quia frustra est quod est aptum natum attingere aliquẽ finem, & nõ attingit Secundo Physicorum: actus autem est finis potentię. Item, si homo in eo q animal habet potentiam ad esse hinnibile vel irrationale, tunc, si poneretur irrationalis inquantum animal, nullum sequitur inconueniens: possibile enim posito in esse nullum sequitur impossibile, Primo Priorum. sed istud est falsum. quia, si homo in eo q animal esset irrationalis, cum homo in eo quod homo sit rationalis, tunc simul in eadem materia, s. in corpore hominis esset anima rationalis & anima irrationalis, & huiusmodi talia, quod reputatur impossibile, vel in eodem corpore, s. humano esset anima, quam cõsequitur risibile, & anima quam consequitur hinnibile, qd quidẽ est impossibile, s. si poneretur q homo in eo quod animal esset hinnibile. Et propter hæc omnia mihi videtur dubium dictum Aristo. in hac parte. potest tamen exponi sm duos modos. Vnus modus est q ipse non dicat hoc sm opinionem & intentionem propriam, qa hoc est impossibile sm naturam rei, sed ipse accipit hoc secundum opinionem & expositionem illorum, cum quibus ipse arguit ibidem. scilicet qui dicerent, quod non sit aliquod primum mouens.

Solutio obiectionis.

Reprobõ. Non habet potẽtiã possibilẽ ad hoc vide thomistas. Tex. c. 62.

Ad hanc enim positionẽ sequitur necessario, q ex omnibus mobilibus posset fieri vnum continuum, quod sic est videre. Si procederet in infinitum in mouentibus & mobilibus, ita q omne mouens moueretur ab alio in infinitum, mouens nullum esset immobile: hoc est manifestum. & si nullum esset mouens immobile, nullum esset mobile perpetuum. Detur enim q sit mobile perpetuũ, oportet q moueatur à motore immobili, cũ motor, qui mouetur, nõ moueat mobile perpetuũ, vt patet in Octauo huius. si igitur nullum esset mouẽs immobile, & si nullum esset mobile perpetuum, tũc ipsum cœlum esset eiusdem naturæ cum aliquo istorum inferiorum, cum omne corruptibile sit de natura alicuius istorum inferiorũ: modo, si cœlum esset eiusdem naturę cum aliquo istorum inferiorum, multo fortius ista elementa inferiora essent eiusdem naturę adinuicem: quia magis differt cœlũ ab istis inferioribus elementis, q̃ elementa adinuicem, sicut motus circularis perpetuus existens magis differt à motu recto q̃ duo motus recti: quorum nullus est perpetuus, differunt abinuicem. ergo ista inferiora essent eiusdem naturæ adinuicem cum cœlo. Ex talibus autẽ potest fieri vnũ continuum, vt manifestum est, sicut ex duabus aquis & huiusmodi. ergo ad illam positionem, s. q in infinitũ procedatur in mouẽtibus & mobilibus, necessario sequitur q ex omnibus illis potest fieri vnum cõtinuum. Et ideo Arist. arguens contra illam positionem accipit illud tanquam concessum: & ex hoc cum aliquo assumpto deducit ad impossibile manifestum, s. ad hoc q motus infinitus vnius & eiusdem mobilis possit esse in tempore finito, & hoc est bene conueniens. q cum aliquis arguit contra aliquam positionem ad destruendum eam accipiat illa quæ oportet concedi, tenendo illam positionem, secũdum hoc igitur contradictio erit disputatiua non demonstratiua simpliciter, & hic est vnus modus. Alius modus est, Ad cuius euidentiam considerandum, q, cũ aliqua propositio hypothetica est vera & necessaria, licet eius antecedens sit impossibile, oportet cõcedere illud esse falsum, ex quo sequitur destructio illius conditionalis, vt declaratum fuit prius, & sic etiam, cum aliqua conditionalis sit impossibilis, oportet illud iudicare esse falsum ex quo sequitur illam hypotheticã esse veram. verbi gratia, ista hypothetica est falsa impossibilis, cum hoc q suũ antecedẽs est impossibile, si homo est asinus homo est risibilis. vnde omne illud, ad quod sequitur esse eam verã, debet iudicari esse impossibile, sicut, si diceretur, q omne animal est risibile, tunc sequitur q si homo esset asinus q ipse esset risibilis, & ideo oportet illud esse impossibile, scilicet q omne animal sit risibile. modo, ista hypothetica est falsa & impossibilis, cum hoc, q suum antecedens est impossibile, s. si ex omnibus mobilibus fieret vnũ cõtinuum, tũc motus infinitus fieret in tempore finito: hoc enim non sequitur, sicut non sequitur, si homo esset asinus, q ipse esset risibilis: & hoc manifestum est parũ etiã exercitatis in Philosophia Arist. & ideo oportet illud iudicare esse falsum & impossibile. ex quo sequitur huiusmodi conditionalem esse veram: modo, sine dubio, si esset processus in infinitum in mouentibus & mobilibus, necessario sequitur istam esse veram, q, si ex omnib⁹ mobilibus fieret vnum continuum. tunc motus infinitus fieret in tempore finito, vt manifestum est consideranti prędictam deductionem Arist. Dicemus igitur non esse intentionem Aristo. q ex omnibus mobilibus possit fieri vnum continuum, nec cõtingit hoc ponere in esse simpliciter & absolute, sed, q si hoc poneretur, adhuc ex eo

Condõnalẽ veraȝ vel falsaȝ quid sequitur.

non

non sequitur q motus infinitus fieret in tempore finito, sed sequitur ex alio posito ab aduersario, s. ex eo quod ponitur esse infinita mouentia & mobilia. Argueretur ergo quasi sic colligendo demonstrationem Aristo. Si procederetur in infinitum in mobilibus & mouentibus, tunc sequitur, q, si omnia essent continua, q motus infinitus posset fieri in tempore finito, ita q sequitur istam hypotheticam esse veram, si ex omnibus mobilibus fiat vnũ continuum, tunc motus infinitus fiet in tempore finito: sed hoc est falsum impossibile. Nam quantũcunq; poneretur p impossibile, q ex omnibus mobilib9 fieret vnũ, non deberet inde sequi q motus infinitus fieret in tempore finito. ergo & illud est impossibile, s. q mouentia & mobilia procedant in infinitum. ergo &c. Et istos duos modos exponendi literam Aristo. in hac parte considera diligenter: & si sint sufficientes, redde gratias Deo supremo. si non, inquire meliores: quia mihi non apparent meliores ad præsens.

E

Tex. c. 9. Rões pcedũt vñs suis visis pdictis, et tu cõsidera p te. F

Primum autem mouens non sicut quod est cuius causa, sed vnde est principium motus est simul cum eo quod mouetur. Simul autem dico, quia nihil ipsorum medium est motus &c.

QVAESTIO. IIII.

An In motu Locali mouens & motum simul sint.



Ic quæritur primo, Vtrũ in motu locali mouẽs sit simul cum moto. Arguitur primo q non, quia remouens prohibẽs mouet graue in actu, vt vult huic Arist. sed ipsum remouens prohibens non est simul cum graui per totum motum, vt manifestum est ad sensum, cum. n. aliquis remouet columnam detinentem lapidem sursum, & graue mouetur deorsum, illud remouens nõ est simul cum graui per totum motum, ergo &c. Item motores corporum cœlestium mouent ipsa corpora cœlestia. sed

G

Tex. c. 22. illi non sunt simul cum corporibus cœlestibus. quia illa
Tex. c. 79. dicuntur esse simul, quæ sunt in eodem loco Quinto hu-
Tex. c. 76. ius. Intelligentia autem mouens cœlum non est in loco, cum sit sine magnitudine, vt patet ex isto Octauo quare &c. Item, cœlum mouet omnia ista inferiora, quæ mouentur localiter, vt patet ex isto Octauo & ipsum nõ est simul cũ eis, cum elementa sint intermedia. ergo &c.

Tex. c. 17. Tex. c. 3. OPPOSITVM arguitur auctoritate Aristo. Item ratione quia causa & causatum sunt simul, Secundo huius & Quinto Meta. sed mouens est causa moti, ergo &c.

CONCLVSIO.

Mouens actu & mobile actu simul sunt tempore, vt mouens propinquum & mobile non sunt simul in eodem loco primo, sed sunt in eodem loco, quasi positiue, i. sicut forma suo inhærens subiecto.

Aliqua mouẽtur localiter duobus modis.

AD quæstionem est intelligendum, q sicut dicit Arist. in litera, Eorum, quæ mouentur localiter quædam mouentur à se, sic intelligendo q habẽt vnam partem mouentem, & aliam motam, vt animalia animam & corpus sm Cõmentatorem hic: alia vero mouentur ab alio, ita, s. q motor non est intrinsecus moto, vt forma subiecto, & hoc est quatuor modis, sm q sunt quatuor mot9 locales ab extrinseco motore vnus est Pulsio, alius Tractus, alius Vectio, & alius Vertigo. Pulsio quidem est motus, quo aliquod corpus mouet aliud corpus à se ad aliud, ita quod ibi ipsum mouens, s. pellens est sicut terminus à quo, & habet duas species, sm Aristot. in litera, s. impulsionem & expulsionem. Impulsio quidẽ est cum mouens ei quod mouet non deficit, i. cum ipsum mouens, quod incipit talem motum, concomitatur mobile per totum tempus motus: sicut aliquis manu sua elõgat aliquid à se semper tangendo ipsum. Expulsio vero proprie dicitur, cum expellens deficit, i. cum expellẽs nõ concomitatur mobile siue expulsum per totum tempus motus, ita q moueatur cum eo, vt cũ aliquis proijcit lapidem vel emittit sputum vel aerem quem inspirauerat, ita q sputio & expiratio sunt quædam expulsiones.

H

Pulsio.

Impulsio.

Expulsio.

Tractus. Tractus vero est motus, quo aliqđ corpus mouet aliud corpus ad se, vel ad alterũ quasi ad se: ita q in tali motu mouens est quasi terminus ad quem, inquantum appropinquat mobile ad seipsum, vel ad alterum quasi ad se. Trahens enim aliquando est naturale, ita q non voluntariũ, & hoc semper mouet ad se cum trahit: aliquãdo vero est voluntarium, & tunc aliquando mouet ad se, & aliquando vtitur alio tanquam seipso, & sic trahit ad ipsum, vt innuit Commentator.

Vertigo. Vertigo autem est motus cõpositus ex expulsione & tractu. illud enim, quod mouet motu illius vertiginis, pellit aliquid ipsius mobilis & aliqđ trahit, vt forte cum aliquis vertit rotam, qua trahit aqua de puteo, vbi enim pars superior rotæ trahitur & alia pars inferior ad manus pellitur.

Vectio. Sed vectio est proprie cum aliquid mouetur ad motum alterius, quod quidem alterũ pellitur vel trahitur vel vertigine ducitur. vt cum quis trahat nauem, & aliquid sit contentum in illa naui, tunc illud dicitur vehi: & siquis proijceret vas, in quo continetur vinum, tunc illud vinum vehitur: & siquis vertit rotam & homo insideret super illam, tunc ille vehitur. vnde Arist. dicit, q illud, quod vehitur, non mouetur secundum se, sed sm accidens. In eo enim quod est in eo quod mouetur aut super illud quod mouetur mouetur ipsum quod vehitur, & subdit, q vehens mouetur, aut pulsum aut tractum aut vertigine ductum.

Dubitatio. Sed hic est vnũ dubium, quia, si aliquod animal mouet seipsum, vt æquus, vel asinus, aut huiusmodi, quodcunq; illud, quod sedet super ipsum vehitur, vt homo sedẽs super equum ambulantem vehitur ab ipso equo, & tamen equus non pellitur neq; trahitur nec vertigine ducitur, cũ omnes isti motus sint motus ab alio, vt dicit in litera. & animal mouetur à se, vt etiam patet in Octauo. ergo falsum videtur dicere Aristo. quando dicit, q vehens mouetur. Tex. c. 18.

Forte dicendum, q licet animal vehens sm se totum non moueatur pulsu nec tractu, tamen aliqua pars ipsius, vel aliquæ partes mouẽtur pulsu aut tractu. vnde in Tertio de Anima dicit, q omnia pulsu & tractu mouentur, supple animalia vel ordinatiua motus processiui. vnde vna pars est pellens & alia pellitur & vna trahens & alia trahitur aliquo modo, vt habet videri ibidem. Tex. c. 11.

Motus cordis est cõpositus ex motu dilatationis & cõstrictionis. Motus enim cordis est compositus ex motu dilatationis & motu cõstrictionis, & in motu dilatationis aliqua pars pellitur & elongatur à media parte cordis, in motu constrictionis illę partes exteriores attrahuntur ad ipsum medium parietẽ cordis. Et sic intelligendi sunt isti motus.

Mouens est duplex. Vlterius considerandum, q mouens est duplex. s. mouens remotum, & mouens propinquum. Mouens propinquum est inter quod & mobile, non est aliud mouẽs, vt manus mouens baculum lapidem, vel aerem sine motore intermedio. Mouens vero remotum est inter quod & ipsum mobile est aliud mouens propinquius mobili, vt cum manus mouet baculum, & baculus lapidem & manus est mouens remotum. similiter autem & in alijs huiusmodi.

Esse simul quomõ intelligitur. Item intelligendum, q aliqua intelligũtur esse simul dupliciter. Vno modo simul tempore. alio modo simul sm locum. Et adhuc simul sm locum potest intelligi dupliciter. Vno modo positiue, s. q sit simul in eodem loco pꝓpinquo, vt anima simul est cum corpore, & vniuersaliter forma inhærens cum suo subiecto. Alio modo quasi priuatiue, & sic dicitur esse simul cum alio qđ est ei contiguum, ita q inter ipsa nõ est medium aliquod neque plenum neque vacuum.

Tunc dico ad quæstionem tria. Primo, quod mouens actu & motum actu sunt simul tempore. Quod sic probo, Illa, quorum est vnus actus, qui non potest esse nisi existente vtroq; illorum, sunt simul tempore, sed mouentis actu & moti est vnus actus, qui non potest esse nisi sit mouens & mobile: ergo &c. Maior est manifesta. postq; enim aliquorum est vnus actus in vno tempore existens

vel

[A] vel in instanti, & ille non pōt esse nisi sit vtrunq; illorum oportet ꝙ vtrunq; illorum sit in eodem tempore cū alio, vel in eodē instanti, & sic sunt simul. & Minor apparet. [Tex. c. 18.] Nam mouentis actu & moti est vnus actus, scilicet motus, vt patet in Tertio Physico. & iste actus siue sit in tēpore, vt motus continuus, siue sit in instanti, vt indiuisibilis mutatio, non potest esse nisi sit mouens actu & motum actu, vt manifestum est cuilibet intelligenti: motus enim non solum est motus à motore & conseruatur, sed similiter motus est actus mobilis: ideo non potest esse nisi sit mouens & motū, ergo mouēs & motū sunt in illo tēpore vel in instanti, in quo est motus: ergo sunt simul tēpore. Vel formetur ratio sic & melius, Illa, quæ sunt in eodem tempore vel in instanti, sunt simul tempore: hæc est manifesta. sed mouens & motum s̄m actum sunt huiusmodi. cum enim motus vnus sit in vno tēpore vel in instanti, & motus non potest esse nisi sit mouēs & mobile: manifestum est, ꝙ in eodē tēpore vel in instanti in quo [B] est motus, & mouens & mobile. ergo &c. Itē, aut mouens & mobile sunt simul, aut mouens est in aliquo tempore, in quo nō est mobile, aut è conuerso. Si primo mō dicatur, hoc est quod volo. si dicatur secundo modo, s. ꝙ mouens actu est in aliquo tempore, in quo non est mobile, sequitur, ꝙ motus sit sine mobili: qđ est impossibile, quia non potest esse mouens actu nisi sit motus: & sequitur necessario, ꝙ motus esset sine mobili: qđ est impossibile, quia motus est actus mobilis, inquantum mobile & hmōi. ergo &c. [Conclusio secunda.] Scđo dico, ꝙ mouēs & mobile ꝓpinquū nō vr̄ sunt simul, s̄m locū, scđo mō essendi simul, s. ꝙ sint in vno loco ꝓprio, quia duo corpora non possunt [Tex. c. 9.] simul esse in eodē loco, Quarto huius. sed mouens propinquum & motū aliqū sunt duo corpora, vt manifestū [Conclusio tertia.] est ad sensum: quare &c. Tertio dico, ꝙ oē mouēs ꝓpinquum est simul cum mobili tertio modo simultatis. Dico in motu locali, quia oē, qđ mouetur localiter, vel mouetur ab alio vel à seipso: sed in mobilibus talibus mouēs [C] ꝓpinquū est simul cū moto isto modo: ergo &c. Maior patet ꝑ diuisionem sufficiētem. Et minor apparet. primo quidem, ꝙ in motu quo aliquid mouet̄ à seipso mouens sit simul cū moto manifestū est, quia ibi tale mouens est aīa, & motū est corpus s̄m Cōmētatorē: aīa autem simul est in corpore, ita ꝙ nullū est mediū inter ipsa neq; plenū neq; vacuū. Et vt magis vniuersaliter dicamus, in ol moto ex se mouens est intrinsecū aliquo modo. quod nō esset si inter ipsa esset aliquod mediū siue plenum siue vacuū. In illis aūt motibus mouens est simul cum moto, s. in pulsione & tractione &c. non enim aliquid impelleret aliud à se ad aliud, nisi esset ei appropinquatum & tāgens ipsum aliquo modo. dico tanq̄ pellens propinquum. Similiter in tractu, nunq̄ enim aliquid moueret aliud ad se vel ad aliud quasi ad se tanq̄ mouens propinquum nisi esset contiguum. vt homo per manū suā non traheret aliquid ad se nisi manus aliquo modo tangeret ipsum, & sic [D] in motu pulsionis & tractionis mouēs propinquū simul est cū moto. Vertigo aūt composita est ex istis duobus: vn̄ idē iudiciū est de ea & de istis quantū ad hoc. Vectio aūt est motus, quo aliquid mouetur per accidēs, s. ad motum alterius: quod quidē alterum mouetur vel pulsione, vel tractione, vel vertigine. Vnde, si in illis motum est simul cū mouēte & è cōuerso, & in isto. quare &c. De mouente aūt remoto dicunt aliqui, ꝙ vr̄ non est simul cum moto: quia inter ipsum & motum est aliquod mediū. & si hoc intelligitur de mouente remoto corpore, tūc est verum ꝙ inter ipsum et suū mobile bene est corpus mediū, vt inter coelū & terrā & huiusmodi. Si vero intelligit̄ de mouēte remoto incorporeo, tunc sine dubio inter ipsum & mobile non est proprie aliquod corpus mediū, qa corpus nō est medium nisi inter corpora, cū sola corpora occupēt locū: sed bene etiā inter ipsum primū mouēs remotū incorporeū & suū motū est alius motor medius, q est ꝓpinquior in natura ipsa mobili q̄ sit mouens remotum,

[A] Circa dicta sunt dubitationes quædam. Prima est de motu proiectionis, quæ est quædam species pulsionis, s. [Dubitatio prima.] expulsio, quia ibi manifeste videtur ꝙ mouens & motū non sunt simul. quia, cum homo proijcit lapidem manu sua, vel cum aliquo instrumento, vt, cum arcu proijcit sagittam, aut alio huiusmodi, manifestum est, quòd ipsum proijciens non est simul cum mobili proiecto, nisi solum ante principium motus. non enim insequitur ipsum proiectum vsque ad finem motus, vt patet ad sensum. quare &c. [Tex. c. 113.] Item, sensibiliter apparet, ꝙ quidam lapis, qui dicitur magnes attrahit ferrum de longinqua distantia, & non est ibi simul lapis cum ferro. quare &c. Item, aliud est dubium, quia Aristo. in Secundo de Anima, in capitulo de Tangibili, ostendit, ꝙ inter duo corpora solida, id est firma & fixa existentia in aere vel in aqua oportet esse necessario aerem medium, aut aquam. Ponamus igitur, quod homo manibus suis attrahit ad se aliquod [B] aliud corpus, vt lapidem aut nauē, oportet inter illa corpora esse aerem medium, & sic non sunt simul, cum illa solum dicantur simul esse, quorum nullum est medium, nec plenum, nec vacuum, vt dictum est. Nec est dicendum, ꝙ ille aer interceptus inter manus & nauem vel lapidem vel lignum sit trahens propinquum ipsius lapidis aut ligni. Ridiculum enim videretur esse: ꝙ ita paruum corpus & insensibile, vel quasi traheret vnum ita magnum corpus & tam graue sicut est lapis aut ferrum, aut lignum. ergo videtur quòd in motu tractus mouens non est simul cum moto.

[Rñsio ad primum.] Ad primum istorum dico breuiter, ꝙ in motu proiectionis, licet primum proijciens, vt manus aut arcus non sit simul cum moto proiecto, tamen mouens propinquū semper est ibi simul: quia motus proiectionis s̄m Aristo. [Tex. c. 85.] Octauo huius. fit hoc modo, quòd ipsum primum proijciens, vt arcus aut manus mouet ipsum proiectum, & simul cum eo mouet aliquam partem medij, s. aeris vel aq̄, [C] & illa sic mota tenet virtutem mouendi cessante primo proijciente. In corporibus enim talibus interminatis, s. in aere & aqua potest contingere ꝙ recipiūt virtutem mouendi postquam fuerint mota cessante motu primo. vt dicit ibi Aristo. & Commentator: & tunc illa pars sic habens virtutem mouendi adhuc mouet lapidem & quandam aliam partem, cum hoc dando illi alteri parti virtutem mouendi, & illa mouet lapidem, & cum hoc quandā aliam partem, & sic cōsequenter. Et semꝑ pars posterior recipit virtutem mouendi debiliorem q̄ prior: & sic tandem peruenitur ad partem aeris, quæ mouet̄ à pręcedente, sed nullā habet virtutē mouendi proiectū, nec aliā partem, & tunc cessat motus proiectionis, & lapis s̄m naturam suam descendit deorsum. & sic patet, ꝙ in motu proiectionis mouens propinquū est simul cū moto. Mouēs vero primum, s. primū proijciens non est simul ꝑ totum illū motū, & de isto dicit Cōmentator, ꝙ ipsum mouens [D] mouet proiectū, non quia tangit, sed quia tetigit. Et quāuis aer sit vnigeneū corpus, & similiter aqua, tā non est impossibile ꝙ vna pars recipiat prius aliquam virtutem mouendi q̄ alia, & ꝑ illam virtutē receptā mouebit aliā. & sic semper vsq; ad aliquā partē, quæ recipiet virtutem ita debilem, ꝙ non dabit alteri virtutem mouendi, sed solum mouebit illam. Vtrum autem iste motus proiectionis sit continuus, bona difficultas est, sed habet locum in Octauo huius, & hic nō. Et etiā bene est difficile, quid sit illa virtus motiua, quā retinet pars aeris cessante primo, [Ad secūdū. Attractio ē duplex.] proijciente, & sic de alijs, & de hoc alibi. Ad aliud dicit Commentator, ꝙ attractio dicitur dupliciter. Quædam enim est attractio, in qua trahens mouetur cum ipso tracto, & hęc est attractio vera, de qua Aristo. hic loqtur. & in ista semper oportet, ꝙ trahens propinquū sit simul cum tracto. Alia est attractio æquiuoce vel improprie dicta, in qua ipsum trahens cum trahit non mouetur motu locali, sed quiescit, vt magnes attrahit ferrum, & hęc quidē attractio non est proprie attractio, de qua Ari.

loquitur. nam attractio est motus ab alio & non à se, mo E do, cum magnes trahit ferrum ipsum ferrum quodammodo mouet seipsum ad magnetē, vt dicit Commentat. quod ipse declarat. quia ferrum non mouetur ad magnetem nisi acquisiuerit ab ipsa aliquam qualitatem, quā nō habebat prius, & huius signum est: quia, cum magnes fricatur ab allio oon mouetur ferrum ad ipsam: per hoc nō videtur esse propter aliud, nisi quia per ipsam frication impeditur ab alteratione aeris. Et signum est, quia ferrū non mouetur ad magnetem, nisi fuerit in aliqua debita distantia non nimis magna. Et hęc omoia significant, ꝙ lapis confert virtutem ferro aliquā, qua mouet seipsum ad magnetem: & sic ille motus non proprie est ab alio corpore localiter mouente ipsum immediate, & idem resumit Commenta. in Octauo huius: quare non valet illa instantia. Tertium vero est mihi difficile aliquantulum, sed mihi fere sufficit id mouisse. posteriores inquisitiōes inueniant. Diceret aliquis, qn̄ ille aer, qui est medius inter duo corpora solida, quorum vnū trahit alterū vel pel F lit, ille dico est aer trahens propinquū illius corporis, aut etiam pellēs ipsum. Et tu dicis, hoc est ridiculum, ꝙ tam paruum corpus moueat ita magnū corpus, sicut est ferrū, aut lignū, diceret, ꝙ huiusmodi corpus, quāuis sit paruū quātitate, tn̄ est magnū ſm virtutē, cum motū est ab alio fortis virtutis. Et hoc est videre i motu terrę, vbi ſm Arist. in Tertio Meteororū. spiritus interceptus infra terram paruus existens respectu terrę mouet vnā magnam partē terrę & multū grauē. & similiter de alijs corporib⁹ subtilibus. Aliter dicunt aliqui, ꝙ intētio Aristo. fuit inter mouens & mobile non esse aliquod medium notabilis & manifeste quantitatis, tn̄ bene concederet ibi esse mediū immediatū & insensibile, quasi pp paruitatē aut cū difficultate sensibile. Aliter dici potest, & forte melius, ꝙ inter mouēs propinquū & ipsum motū nō est mediū per se & necessario requisitū ad motum, sed tn̄ potest ibi esse mediū, quod non est necessario requisitū ex parte motus, sed coocurrit propter aliā cām, s. quia duo corpo G ra in aere & aqua non possunt non esse humectata in suis extremitatibus humiditate aerea aut aquea. & sic necessario intercipitur inter ea aliqua portio aeris aut aquę, vt ibi dicit Aristo. sed hoc non exigitur p se ad motū, ita, s. ꝙ sine ipsa non fieret motus, immo sine tali medio æque bene fieret motus localis. Et forte ista est vera solutio.

Comen. 5. [margin, at "stantia. Tertium vero"]

Ferrū mouet seipsum ad magnetem. [margin]

Rñsiones.

AD primam rationem dico, ꝙ remouens prohibens non est causa propinqua motus totius grauis aut leuis, sed, cum prohibēs est remotum, tunc ipsum graue diuidit medium & mouet, & ipsum medium motum mouet graue, & illud simul est cum graui: similiter autem in leui. Vtrum autem graue moueat seipsum pure per accidens, & nullo modo per se, inquirendū est in Octauo huius. Ad aliā dico, ꝙ motores corporū cœlestium non sunt simul cū ipsis corporibus cœlestibus isto mō simultatis, s. ꝙ sint in eodē loco proprio cum eis, sicut bene arguebat. sed sunt simul sic, ꝙ inter eos & corpora cœlestia H non est aliquod medium, quo distent ab eis nec plenum nec vacuū, & sic intelligitur. Ad aliam dico, ꝙ cœlum non mouet ista inferiora nisi sicut mouens remotum, & non vt propinquum et propriū: ideo non est cōtra dicta.

Tex. c. 11. [margin, at "ius. Ad aliā dico"]

Tex. c. 11. At vero neq; alterati neq; alterantis nullum est medium: hoc autem ex inductione manifestum. in omnibus. n. accidit simul esse alterans quod vltimum est, et primum quod alterat &c.

QVAESTIO V.

An Alterans & alteratum sint simul.



Onsequenter quæritur. Vtrū alterans sit simul cum alterato. Arguitur primo ꝙ nō. quia Sol alterat ista inferiora ad caliditatem & siccitatem, vt manifestum est, & tn̄ iste Sol non est simul cum ipsis inferiorib⁹, quare &c. Item, sensibile alterat sensum, vt patet Secundo de Aīa. sensibile enim mouet sensum & nō mouet ipsum motu locali, neq; motu augmentationis, aut diminutionis, neq; motu generationis, & corruptionis, ergo relinquitur ꝙ motu alterationis. sed sensibile non est simul cū sensu, vt manifestū est: color enim, cum videtur nō est simul cum visu, nec tangibile cum tactu, cum semper sit ibi medium extraneum inter tangibile & tactū, ſm Ari. in Secuodo de Anima. ergo &c. Itē, imagioatio vnius hominis alterat corpus alterius, vt videtur manifestū p fascinationes, quibus vnus homo alterat corpus alterius & transmutat imaginationem suam ad aliquam malā dispositiooem, vt dicitur de quibusdam vetulis maleficis, sed imaginatio vnius non est simul cum corpore alteri⁹, vt maoifestum est. ergo &c.

T. c. 17. & 51 [margin]

Tex. c. 11. [margin, at "Itē, imagioatio"]

OPPOSITVM arguitur auctoritate Arist. in litera.

CONCLVSIO.

Alterans propinquum simul est cum alterato, non autem alterans primum, seu remotum.

INtelligendum breuiter, ꝙ de alterante distinguendū est, quemadmodum distinguitur de mouente localiter, s. ꝙ est alterans propioquū, inter quod & ipsum alterabile non est aliquid aliud alterans, & est alterans remotum, inter quod & suū alterabile est aliquod alterās. Intelligēdū est etiam, ꝙ duplex est alteratio. vna est, quæ est permutatio de vna qualitate ad aliam qualitatem cōtrariam, ita ꝙ non solum acquiritur aliqua qualitas in alterabili, sed etiam remouetur vel abijcitur qualitas contraria inexistens in eo. vt cum ignis calefacit aquam, & sic in similibus. & hæc vocat alteratio proprie dicta. alia est, quæ est mutatio ad aliquam qualitatem sine abiectione contrarij præexistētis in passo. vt corpus luminosum præsente diaphano ipsum alterat illuminando, non tamē abijcit aliquā qualitatē pręexistentem contrariam: qa lumini nihil est contrariū pprie. & consimilis alteratio contingit in oībus virtutibus aīę cognoscitiuis, aīę dico hu- G manę, sicut patet ex. 2. & 3. de Aīa. & dicit alteratio īproprie dicta, q̄ est salus & perfectio. Primā etiā vocāt aliqui alteratiooē corruptiuā, Secundā vero pfectiuā, & bene.

Tex. c. 57. [margin]

Tex. c. 57. [margin]

Tunc dicendum, ꝙ alterans remotum non est simul cum alterato, quia inter ea est aliquod medium, quod patet cum ignis calefacit parietem mediante aere. Secundo dico, ꝙ alterans propinquum est simul cū alterato primo modo simultatis, ꝙ inter ea noo est medium aliquod nec plenum nec vacuum. Et hoc probat Aristo. in litera hac ratione. Omnis alteratio vel est alteratio sensus, vel alteratio alicuius rei alterius, quæ non habet sensum. alteratio autem, quæ fit in alijs rebus, est similis alterationi sensus, cum omnis alteratio fiat ſm qualitates sensibiles, vt ipse supponit, & post declarabitur. Sed alterans propinquum in alteratiooe sensus est simul cum alterato. quod patet, quia sensibile immutat medium, & medium immutatum immutat sensum. vnde, cum ipsum sit simul cum sensu, i. contiguum ei, sequitur intentum. verbi gratia co H lor immutat aerem, & aer immutatus īmutat oculum. similiter autem & in alijs. sit ergo ratio talis, Omnis alteratio vel est alteratio sensus, vel alicuius alterius rei carentis sensu. Sed in alteratione sensus, & in alteratione alterius rei, alterans propinquum est simul cum alterato: In alteratione quidem secundum sensum. quia sensibile alterat medium, & ipsum medium alteratū alterat sensum, in alijs alterationibus similiter: quia omnis alteratio est similis alterationi sensus, cum omnis alteratio fiat secundum qualitates sensibiles, à quibus sensus alteratur. Sic potest ordinari ratio Aristot. Item, hoc potest probari aliter. Ponamus, quòd ignis alteret aquam, ita ꝙ, ipsa aqua sit immediatum alteratum, inter quod & ignem non sit aliquod medium alterabile ab igne, nec aliquid aliud alterans: tunc quæro, vtrum ignis sit simul cum aqua, ita ꝙ inter vltimam supficiem aquæ, & vltimā superficiem ignis non sit aliquod medium, aut sit ibi aliqđ

medium

medium.si primo modo, habetur ,ppositum: quia idem debet esse iudicium de quocunq; alterante propinquo et alterabili.si sit aliquod medium,aut illud est plenum aut vacuum.non est dicendum, sit vacuum,quia impossibile est esse vacuum, vt demonstratū est in Quarto Physicorum.si dicatur, quod illud medium est plenū aliquo corpore sensibili. aut illud medium est naturæ ignis, aut aquæ,aut de natura alicuius alterius corporis naturalis. non est de natura ignis,quia tunc esset propinquius alterans ille ignis qui ponebatur alterans propinquum,et sic esset alterans propinquum & non propinquum. nec de natura aquæ,quia sic illa aqua intermedia esset ,ppinquius alteratum illa,quæ ponebatur propinqua.Si vero diceretur, illud corpus intermedium esset aliquod aliud corpus naturale,aut esset corpus simplex, aut mixtum,& quodcunq; illorū demonstretur,oporteret illud prius pateretur ab igne ipsa aqua,quæ distaret ab igne:& sic illa non esset propinquum alteratum ab igne, cuius oppositum ponebatur. Et,si quis diceret illud intermedium nihil omnino patitur ab igne,& tamē ignis agit in aquam illo existente intermedio, tunc quantuncū que ignis distaret ab aqua per aliquod medium posset agere in ipsam cuius oppositum patet ad sensum. non esset enim aliqua ratio,quare ignis posset agere in aquam existente tali medio nihil passo: quin eadem ratione posset agere in ipsam existente quantuncunq; magno corpore inter ignem & aquam. Causa enim,propter quam ignis potest agere in aquam mediante aliquo corpore paruo, & non mediante magno,non est nisi, quia illud paruum corpus potest pati ab igne & non magnum corpus. vnde,si posset ignis agere in aquam mediante paruo corpore penitus nihil passo ab igne,eadem ratione posset agere in aquam mediante corpore magno penitus nihil passo: & hoc est manifestum impossibile.

Rñsiones. AD primum dicendum, Sol non est propinquum alterans ista inferiora,sed alterat ea mediantibus orbibus inferioribus & elementis inferioribus.nec oportet orbes intermedij calefiant à Sole,vt dicit Alexan. super Primum Meteororum,sed sufficit, aliter transmutentur ab ipso,f. recipiant lumen ab ipso:& hæc nō est alteratio corruptiua,quia talem non recipiunt corpora cœlestia,Primo Cœli & Mundi,sed solum alterationem perfectiuam.Nec est necessarium semper medium inter mouens & motum moueatur illo eodem motu, quo mouetur vltimum motum,vt videmus,,cum vrinale nouum & clarum exponitur radijs Solis,& ponitur stupa ad partem posteriorem incenditur stupa & inflamma tur mediante vrinali,& tamen ipsum vrinale non inflāmatur,sed aliter transmutatur,f. quia illuminatur & reflectitur ibi lumen:& sic in multis alijs. Ad aliam dico, sensibile non alterat sensum sicut alterans propinquum.sed alterans propinquum est ipsum medium alterarum. Ad aliam de imaginatione,considerandum, imaginatio in actu aliquando facit aliquam alterationē in corpore ipsius imaginantis. sicut sensibiliter apparet, cum aliquis fortiter imaginatur venerea,fit quædam calefactio circa membra genitalia intantum aliqn mouetur mēbrum virile,& erigitur sine imperio rōnis,vt etiā tangit Arist.in Tertio de Aia,capitulo,de mouēte autē. & hoc est pro tanto,quia spēs rei delectabilis quodāmō habet virtutē rei delectabilis,& similiter de tristabili, vt Arist. docet in de Causis motus animalium. Imaginatio igitur facta i actu p spēm rei delectabilis pcipue,si sit fortis imaginatio & diu continuata,& corpus sit dispositū sufficienter,inducit aliquā dispositionem in ipso corpore imaginantis,puta caliditatē, vel frigiditatem, vel hmōi, & ibi alterans bene est simul cum alterato propinquo, quia puto, talis alteratio fit per hunc modum,quia spiritus existentes in organo imaginatiuę virtutis alterātur ab actu ipsius imaginationis habente quodāmodo virtutē ipsius rei,q imaginaf, & illi spūs calefacti calefaciunt

Mediū nō sp mouet motu vltimi moti.

A alios vel alias partes corporis quousq; perueniatur ad illa membra. Et forte per consimilē modū contingit, mulier imaginās leprosum in actu coitus concipit leprosum quia tunc ipsa fortiter timet concipere leprosum,& spiritus retrahuntur ad interius,& congregantur, & calidita te sua excessiua calefaciunt semen,& sic disponitur ad leprā. Sic igitur aut simili modo cōtingit imaginatio aliquius facit aliquam alterationem in corpore imaginātis.

Sed vtrum imaginatio vnius habet transmutare & alterare corpus alterius difficile est. Dicunt tñ aliqui sic, & attribuitur Auicen.quod probatur experimento sic, quia quędam mulier imaginabatur camelum cadere in foueā,& ipse cecidit in illā.& ita dicunt cōtingere in multis alijs. vnde dicunt de quibusdam vetulis maleficis, respicientes puerū,& imaginantes ipsum interficere,interficiunt,aut faciunt infirmari manifeste. Sed hoc nō bene videtur possibile.quia,si imaginatio alicuius transmutaret corpus alterius,aut ipsa aliquid ageret in mediū,qđ B est inter corpus imaginantis,& alterū corpus,aut nihil. si diceret ageret aliquid in ipsum mediū extrinsecū, hoc non vr̄ esse,nisi per spūs emissos ab organo imaginatiōis ad exterius,non est aūt verisimile bene, spūs deseruientes imaginationi,vel etiā alij spūs exñtes in corpore imaginantis, possint protendi & diffundi p tm̄ spatiū et habere tantam virtutem alteratiuā, vt obtineant supra corp⁹ alterius aīalis. Si aūt diceretur, ipsa imaginatio agit in corpus alienū,nihil agendo prius penitus in medium,tūc quantuncunq; distet illud aliud corpus,imaginatio poterit agere in ipsum. vt si quis imaginaretur aliquid existēs Romę,posset agere in illud, quod videt absurdū. Et adhuc dato imaginatio vnius ageret in corpus alterius p spūs emissos & transmutantes aerē intermedium,nō habetur ex hoc, alterans non sit simul cum alterato, imo cōtrariū. De hoc aūt non multum certus sum, quid est tenendum. Quod aūt dicitur de experimento illo pōt dici,,si hoc contingit,hoc fuit a casu,& nō p se causatum C ab imaginatione,& est simile sicut aliquo imaginante coruscationē vel tonitruū, & ipse putaret hoc esse causatū ab imaginatiōe sua:hoc enim ridiculū videret. Qđ an tē dicitur de vetulis fascinantibus infantes, potest dici, , si hoc est,nō est pp imaginationē proprie et per se,sed hoc forte contingit per istū modum : quia in corporibus taliū vetularū sunt quidā humores corrupti & venenosi, à quibus resoluuntur quidam fumi subtiles quasi per totum corpus. sed,quia oculus est pars corporis multū porosa, vt dicitur, in anatomia, ideo spāliter illi fumi exeūt p oculos magis, vnde,cum illa vetula diu & fortiter aspicit faciem pueri, illi fumi subtiles perueniunt ad faciē ipsam pueri, & ad puerum mediante aere,& attrahuntur à puero per inspirationem cum aere,& isti peruenientes ad interiora inducunt aliquā malā qualitatem, & sic interficiunt vel infirmant puerū passibilem existentem. Dicere tur ergo, hoc non facit imaginatio p se & ,pprie,sed for te cōcomitatur per accidens actus imaginandi.,si ima D ginatio p se concederetur,hoc facere modo prædicto, adhuc alterans propinquum simul esset cum alterato, & sic nihil contrapositū. Quod tñ imaginatio sit causa multarum alterationum in corpore imaginantis, hoc nō est impossibile, vt tactū est. Et huius ratio potest capi ex illis, qui vocantur Amorchereos. Adeo enim fortiter & continue imaginantur rem amatam & concupiscunt, ipsi incidunt in ægritudines magnas, & cum difficultate sanari possunt,nisi habeant quod concupiscunt. quod non cōtingeret,nisi in eorum corporibus alteratio fieret ab imaginatione in actu. De hoc ego bene possem narrare aliquas historias de ista materia,sed eas dimitto ,ppter breuitatem,& quia non sum hic Poeta.& sic de isto.

Opinio.

Improbō.

Rñsio ad rōnes opinionis.

Pro fascina tōe puerorum vide Albertū magnum in li. apprehensionis c.1.tract.1. & in aliis locis.

Quoniam autem quæ alterantur &c. Tex.c.14.

Aliorum enim maxime si aliquis intelligat in figuris & in formis & habitudinibus & Tex.c.15.

horum remotionibus & acceptationibus videtur quòd est alterationis; non est autem: neque in his &c.

QVAESTIO VI.

An Circa Quartæ Spēi Qualitates ipsa fiat alteratio.



Væritur hic primo, Utrum alteratio sit ad qualitates de quarta specie qualitatis. Arguitur primo ꝙ sic, quia ad quancunque qualitatem est transmutatio: ad illam est alteratio. Nam alteratio non est aliud nisi transmutatio ad qualitatem Quinto huius, & in prædicamentis. Sed ad qualitatem de quarta specie est trasmutatio, vt patet ad sensum. Cera enim figure circularis trāsit ad figuram quadrangularem & ē conuerso. Item omnis transmutatio aut est generatio vel corruptio vel augmētatio vel diminutio vel motus localis vel alteratio, hæc est sufficiens diuisio secundum Aristo. Sed transmutatio ad qualitatem de quarta specie qualitatis non est generatio nec corruptio vt manifestum est: nec augmētatio neq; diminutio: quia istę sunt ad quantitatem. Quantitas autem non est qualitas nec ē conuerso, nec motus localis: quia iste est ad vbi: & qualitas non est vbi: vt manifestū est. ergo relinquitur ꝙ est alteratio. Item transmutatio ad qualitates sensibiles est alteratio secundum Arist. hic. Sed qualitas de quarta specie qualitatis est qualitas sensibilis, figura enim est in quarta specie qualitatis: & figura est vnum de per se sensibilibus, vt patet in Secūdo de Tex. c. 24. Anima. quare &c.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Aristo. & Commentato. in litera.

CONCLVSIO.

Non est proprie & per se ad tales qualitates alteratio, sed per accidens & impropriè.

Quarta spēs qualitatis. AD quæstionem est intelligendū, ꝙ quarta species qualitatis est forma, & circa hoc aliquid cōstans figura secundum Arist. in prędicamentis. sed hęc duo, prout sunt quarta species qualitatis, non differunt abinuicem essentialiter & quidditatiue, sed sm rationem & modum. Nam vna & eadem qualitas, s. circulatio vel triangularitas dicitur forma per comparationem ad interiora, præcipue per comparationem ad formam rei substantialem, quam consequitur, & dicitur figura per comparationem ad exteriora sicut cōiter dicitur. Aliā differentiam assignat Robertus super Prædicamenta. Ad Spēs qualitatis inquo fundantur. cuius intellectum est considerandū, ꝙ quarta species qualitatis in hoc differt ab oībus alijs speciebus: quia ipsa fundatur per se & immediate super quantitatem. Vnde & Commen. vocat eam qualitatem in quantitate. Aliæ vero qualitates vel non necessario fundantur super quantitatem, vel non directe & per se respiciunt quantitatē. Prima enim species qualitatis potest esse in aliquo non quāto, sicut omnes habitus intellectuales, qui ponitur in prima specie qualitatis, sunt in intellectu, qui est sine magni Tex. c. 6. tudine, vt patet in Tertio de Anima. Secundo vero species qualitatis, s. naturalis potentia & impotentia consequitur formam substātialem rei naturalis, vel ipsam materiam. Tertia autem species, s. qualitatis sensibilis, quæ est proprium sensibile alicuius sensus, vt calor, aut frigus & huiusmodi, licet non sint nisi in substantijs corporalibus & magnitudinem habentibus, vt satis patet ex libro de Sensu & Sensato, tamen non ita directe & per se respiciunt ipsam quantitatem sicut figuræ, quę sunt in quarta specie. Cuius signum est, quia istæ qualitates caliditas & frigiditas & huiusmodi magis possunt intelligi sine quan Qualitas sū datur in qūti tate. titate ꝗ̄ circulatio & triangulatio & rectitudo & curuitas & huiusmodi. Dicit ergo iste Robert⁹, ꝙ aliqua qualitas fundatur in quantitate dupliciter. Vno modo in ipsa tota substantia quantitatis. Alio modo in terminis ip E sius vel in quantitate ratione suæ terminationis. Primo modo est forma, sicut rectitudo curuitas & huiusmodi: quæ sunt in tota substantia quātitatis. secundo vero modo magis est figura, & ideo dicitur, ꝙ figura est, quæ termino vel terminis clauditur, sicut circulatio fundatur in corpore terminato vna superficie, vel linea, & triangularitas in corpore sic terminato, vel superficie sic terminata, & similiter in alijs.

His visis dicuntur ad quæstionem duo. Primo, ꝙ ad qualitates, quæ sunt in quarta specie qualitatis non est alteratio per se & propriè dicta. Secundo dicitur, ꝙ ad eas est alteratio per accidens & impropriè dicta. Primum probatur primo rationibus Aristo. in litera. Prima ratio eius est, omnis qualitas ad quam est alteratio denominat ipsum subiectum: sed qualitates de quarta specie non denominant subiectum, ergo &c. maior patet inducendo. caliditas enim ad quam est alteratio, s. calefactio denominat ipsum calidum: & frigiditas frigidum, & albedo al- F bum. & similiter de alijs. Et minor apparet. ęs enim vel aurum non dicitur figura puta triangulus vel quadran- Obiectio. gulus vel circulus, & sic de cæteris. ergo &c. Sed contra istam rationem est dubium: quia licet iste qualitates de quarta specie in abstracto nō denominēt sua subiecta: tamen in concreto bene denominant ea, quamuis non dicatur est figura tñ dicitur figuratum vel triāgulatum vel quadrangulatum. similiter autē & in alijs. Modo ad hoc ꝙ ad aliquam qualitatem sit alteratio nō requiritur nec consequitur ꝙ ipsa denominet subiectū in abstracto: sed in concreto: nō enim bene diceretur lignum est caliditas sed calidum vel frigidum. Diceretur ergo ad rationem Arist. cum dicitur, omnis qualitas &c. Verum est in ab Solutio. stracto: sed in cōcreto vt dictum est: & hoc bene sufficit.

Aliqui volunt soluere efficaciam huius rationis p istū modum: dicunt enim ꝙ aliqua qualitas potest denominare subiectum dupliciter, Vno modo per modum pas- G sionis dependentis ab agente, vt cum dicitur ęs est calefactum vel frigefactum. ibi ly frigefactum. dicit frigiditatem vt est recepta in subiecto ab agēte frigefaciēte. Alio modo qualitas potest denominare subiectum magis absolute & per modum qualificantis & non vt ab agēte inducta, vt calidum & album & huiusmodi: quæ dicunt qualitates per modum informantis, & qualificantis sua subiecta absolute, id est, nō per modum passionis, nec vt sunt inducte ab agēte: & primo modo qualitatis de quarta specie denominant sua subiecta, vt cum dicimus ęs est figuratum vel triangulatum aut huiusmodi & non secūdo modo. Diceretur ergo ꝙ qualitas ad quam est alteratio debet denominare subiectum, nō solum per modum passionis inductę ab agente: sed absolute per modū quali Improbō. ficantis. Qualitas aūt de quarta specie nō sic denominat sua substantia, sed sub modo passionis vt ab agēte est vt dictum est. Hoc aūt nō videt oīno sufficiēs: quia iste qualitates de quarta spē nō solū denominēt subiecta illo mo H do quo istī dicūt: sed modum vel sub modo passionis vt inducta est ab agente: sed alio modo, s. absolute p modū qualificantis & informātis subiectū: ita bene sicut & alie qualitates. Non enim solum ęs dicitur triangulatū. sed dicitur triangulare: & non solum dicitur circulatū sed circulare, & similiter linea non solum dicitur curuata sed curua, & non solum dicitur rectificata sed recta, similiter autem & in alijs. Et hæc indubitanter sunt denominationes quibus subiecta denominanī ab istis qualitatibus nō per modum passionis inductę ab agente, sed absolute & per modum qualificantis, sicut & in alijs contingit. Et sic nō videt sufficere nisi forte diceretur ꝙ licet in lingua latina sint huiusmodi denominatiōes vsitatę: tñ in idiomate gręco forte non sunt vsitatę. nec est remotū aliquē modum loquendi esse famosum & consuetum in vno idiomate & non in alio, vt patet p Cōmentatorē in principio huius capituli, sic igitur nos dicamus. Et hoc forte signauit Cōmentator cum dixit istam rationē esse pbabilem,

quia

quia innititur modo denominationis & significationis istarum qualitatum. Item probat Aristo. alia ratione: quia nihil alteratur, cum accipit suam perfectionem propriam: alteratio enim præsupponit ꝙ ipsum alterabile sit ens actu & perfectum in sua natura: et in hoc alteratio differt ab ipsa generatione. Sed, cum aliquid accipit figuram propriam in rebus habentibus formas proprias accipit suam perfectionem propriam simul, vt dum animal accipit suam formã substãtialem accipit suam propriam figuram, & similiter planta, cuius ratio est: quia inter omnia accidentia propria figura maxime & propriissime videtur consequi formam substantialem in animalibus & plantis: & ideo diuersitas specifica in ipsis nullo certiori iudicio per posteriora accipitur ꝙ̃ per figurarum diuersitatem. In rebus autem artificialibus similiter multis figura propria est eorum essentialis perfectio sm ꝙ sunt in talibus speciebus: ideo nihil proprie alteratur accipiendo figuram propriam, ergo &c. & ista ratio videtur specialiter cõcludere de illis qualitatibus, quæ sunt proprię figurę aliquarum specierum. Sic autem non est de qualitatibus sensibilibus proprijs, vt est calor & frigus & hmõi: nõ enim simul, dum aliquid accipit perfectionẽ propriã, solum, tũc accipit caliditatem, aut frigiditatem, aut huiusmodi: immo potest aliquid accipere caliditatem antequã accipiat formam ignis. similiter aũt & in alijs. simul autẽ dum accipiat formam substantialem hominis accipit figurã, & non prius nec posterius figurã dico propriã. Sed est attendendũ, ꝙ in rebus habentibus figuras proprias, sicut sunt animalia & plantę, simul dum aliquid accipit formã substantialem propriam accipit & figuram ꝓpriã illius speciei: sed in aliquibus rebus inanimatis, quæ non habent figuras proprias, non oportet ꝙ dum accipit figuram propriam aliquam, ꝙ accipiat formam substantialem nouam. potest enim aqua manens aqua accipere aliquã figuram, quã prius nõ habebat, & similiter aer, ista enim corpora figurantur sm figuram continentis, vt satis patet in Quarto Meteororũ: & ideo dicuntur interminata, & similiter cera & huiusmodi mollia multa: & ideo ratio videtur esse quasi particularis, nisi vlterius adiũgatur ꝙ simile est iudicium de vna figura & de alijs. Tũc ostenditur secũdũ, ad illud enim est alteratio per accidẽs, cuius acceptio & remotio consequuntur alterationem proprie dictam: hæc videtur manifesta, sed acceptio figurę et remotio consequitur alterationem proprie dictam: cum enim calefit & rarificatur contingit, ꝙ accipit aliã figurã ꝙ̃ prius, sicut sensibiliter videmus, cum aliquod lignum prius existens rectum, si ponatur ad ignem, contingit ꝙ incuruatur, & maxime manifestũ est in pergameno, qđ, cum super calefit, incuruatur: similiter aũt & in alijs multis. & cum aliquid infrigidatur inspissatur & ingrossatur & accipit aliam figuram & minorem. quare &c.

Et est intelligendũ propter obiectiones, ꝙ duplex est alteratio quãtum spectat ad propositũ. Quædã est alteratio proprie: & est, cum aliquod subiectũ continue acquirit partem post partem, vel gradum post gradũ alicuius qualitatis: & hęc sm modũ communem loquẽdi dicitur alteratio proprie dicta pro tanto, quia, magis consuetum est & vsitatum hoc nomen alteratio accipi pro tali transmutatione, eò ꝙ frequẽtius cõtingit rebus & est notior. contingit enim frequentius res permutari de calido in frigidũ, & è conuerso, & de humido in siccum, ꝙ̃ accipere de nouo figuram propriam. nomen autem dicitur accipi proprie cum sumitur pro illo quod est magis notũ & cõsuetũ, vt dicebatur in Quarto huius: & talis alteratio nõ est ad qualitates de quarta specie qualitatis tanꝗ̃ ad terminos proprios & per se, & si fuerit, hoc est per accidẽs. Alia est alteratio magis large dicta, quæ est acquisitio cuiuscunq; qualitatis de nouo, quæ non erat in subiecto, & hæc alteratio bene est ad quartã speciẽ qualitatis, & hoc probant rationes in principio quæstionis inductæ.

Ad tertiam dico, quòd alteratio proprie nõ est nisi ad qualitates sensibiles, quæ sunt sensibilia propria. Quantitas autem non est sensibile proprium, sed commune, vt habet videri in Secundo de Anima. Et quod Arist. dicit in Primo de Generatione, quòd alteratio est permutatio de vna qualitate ad aliam remanente eodem subiecto, verum est per se vel per accidens, vel proprie vel improprie.

Manifestum est autem, quia quod est alterationis non est in his quæ fiunt, neq; enim habitibus, habitus enim &c. Tex. c. 17.

QVAESTIO VII.

An Ad Qualitates Primæ Speciei contingat alteratio.



Onsequenter quęritur, vtrum ad qualitates de prima specie qualitatis sit alteratio.

Arguitur primo ꝙ sic, quia ad quancunque qualitatem est transmutatio, ad illam est alteratio, cum alteratio sit transmutatio de vna Qualitate ad aliam, vt patet in quinto huius, & in Primo de Generatione: sed ad qualitates de prima specie est trãsmutatio, vt manifestum est: & probatur, quia contingit aliquam qualitatem de prima specie qualitatis fieri in subiecto de nouo, sicut sanitatem in corpore, & scientiam in anima: hoc autem nõ potest contingere sine transmutatione. ergo &c. Item, ad omnem illam qualitatem est alteratio, quæ acquiritur in aliquo cum abiectione contrarij: hæc recipitur pro manifesta, sed qualitas de prima specie qualitatis acquiritur cum abiectione contrarij, quia contingit quòd aliquis habens habitum falsum & erroneum reducitur ad scientiam, quæ est verus habitus, & tunc ibi oportet ipsum habitum falsum corrumpi, vt manifestum est. Similiter contingit, quòd aliquis habens habitum vitiosum reducatur ad virtutem. sicut aliquis illiberalis reducitur ad liberalitatem, vel è conuerso, & ibi oportet illum malum habitum corrumpi. ergo &c. Item, si in anima intellectiua est alteratio necesse est esse ad primam speciem qualitatis: sed in anima intellectiua est alteratio: ergo &c. Maior probatur, quia, si intellectus alteratur non videtur alterari, nisi ad habitum intellectualem, vt patet cuilibet intelligenti: habitus autem intellectualis est in prima specie qualitatis, vt etiam conceditur, & habetur ex Prædicamentis. & Minor probat, quia cõstat, ꝙ intellectus mouetur ab intelligibili mediante phãtasmate, vt habet in Tertio de Anima, aut ergo mouetur motu locali, quod est impossibile: quia tali motu non mouetur nisi corpus vel res in corpore: intellectus autem non est corpus nec res in corpore, vt patet ex Tertio de Anima. aut mouetur motu generationis & corruptionis, quod est impossibile: quia intellectus est perpetuus, vt patet in Secundo de Anima. aut motu augmentationis & diminutionis, quod est impossibile: quia nihil augmentatur aut diminuitur nisi corpus aut res in corpore: ergo relinquitur, quòd intellectus mouetur à phantasmatibus motu alterationis: quare &c. Item, ad albedinem & nigredinem est alteratio, vt manifestum est, sed albedo & nigredo sunt de prima specie qualitatis: quare &c.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Arist. & Commentatoris in isto capitulo.

CONCLVSIO.

An habitus, qui sunt in parte hominis corporali & sensitiua, & appetitiua, seu intellectiua nõ contingit proprie & per se alterationem, esse, sed per accidens.

AD quęstionem est intelligendum, ꝙ qualitates de prima specie qualitatis sunt habitus & dispõnes. Habitus autẽ quidã sunt corporis, vt sanitas, & ęgritudo, & pulchritudo, & turpitudo, & huiusmodi. Et quidã sunt habitus animæ, & isti sunt duplices: quia quidam sunt in parte animę intellectiuę, & isti dicũtur habi-

Marginalia (left): Suscipit tia propriam, figuras, siue artificiala, siue natura lia sint, non quaquã alteratur. — Pro Rñsio nib° nota.

Marginalia (right): Tractat° de Pluralitate formarũ. — Tex. c. 12. — Tex. c. 21. — Tex. c. 10. — Tex. c. 6. — Tex. c. 21. — Prima spẽs qualitatis.

Letters in margin: A, B, C, D

tus Itellectuales, & sunt quinq; fm Aris. in Sexto Ethi. s. intellectus, sapientia, scientia, prudentia, & ars. Alij autē sunt habitus in parte opposita, siue in appetitu, & isti dicuntur morales, et sunt omnes virtutes morales. sicut fortitudo, magnanimitas, liberalitas, magnificentia, māsuetudo, & aliæ virtutes, de quibus tractat Aristot. in libr. Ethico. Vlterius memorandum est, quòd duplex est alteratio, vt prius dictum est.

Tunc dico ad quæstionem. Primo, q ad habitus corporis non est alteratio ꝓprie dicta p se & proprie. Quod sic probat Aristo. Nam ad illa, quæ sunt ad aliquid, non est alteratio proprie & per se, vt patet ex Quinto huius. (Tex. c. 10.) sed isti habitus corporis sunt ad aliquid, sicut sanitas, & ægritudo, & pulchritudo &c. Sed contra istam rationem statim potest dubitari: quia essentię prædicamētorū sunt impermiste, vt dicitur in Primo Poste. cum igiř istæ qualitates sint in prima specie qualitatis, quō sunt ad aliquid? Ad hoc dicitur cōiter, q istę qualitates possunt considerari dupliciter, vno modo quantum ad suas essentias, & sic sunt in genere qualitatis, nō relationis: alio modo possunt considerari quantum ad aliquas proprietates consequentes eas, & sic sunt ad aliquid: sicut ipsam sanitatem consequitur quidam respectus ad bene operandum opera naturalia, & similiter de alijs suo mō. Sed istud non sufficit. quia, si istę qualitates pro tanto essent ad aliquid, & ad eas non esset motus, quia in ipsis fundātur q̄dam relationes, & sic sunt ad aliquid quantum ad ꝓprietates consequentes eas, tunc similiter ad qualitates de tertia specie qualitatis non esset alteratio, sicut ad caliditatē frigiditatem & huiusmodi. Nam vnaquęq; istarū qualitatū est principium actiuū vel passiuū, & hoc est esse ad aliquid fm proprietatē consequentē, etiam quælibet talium est contraria alteri, & contrarietas est quędam relatio, vt manifestū est. ergo &c. Et ideo dicendū est aliter. Ad cuius euidentiā considerandū est, q isti habitus corporis, quamuis fm essentias suas sint entia absoluta & nō ad aliquid, tñ consequuntur immediate quasdam relationes & fundantur in ipsis relationibus, sicut in dispositionibus & pręparationibus sine quibus non possunt esse. Verbi gratia. sanitas consequitur immediate cōmensurationem seu proportionem debitam calidorū, frigidorū, humidorū, & siccorū adinuicem & ad continens, s. aerem, fm Commētatorem, vel totum corpus fm alios, & fundatur in ea tanq̃ in dispositione seu preparatione corporis, sine qua nō pōt esse sanū. Similiter pulchritudo in quadam proportione membrorū adinuicem cum debito colore correspondente & habitudine ad dispōnem laudabilissimā animalis. similiter aūt, & in alijs suo modo. &, (Alteratio ē ad habitus corpis per accidens.) quia istę qualitates immediate consequuntur hmōi relationes, ideo ad eas non est alteratio proprie dicta & per se, sicut neq; ad relationes illas. Erit ergo ratio Aristo. sic intelligenda. ad illud, quod est ad aliquid vel fm essentiā vel fm consecutionem immediatam & necessariā, nō est motus, proprie dictus & per se: sed isti habitus corporis sunt huiusmodi, vt manifestū ē ex dictis, ergo &c. Et est attendenūd, q licet alteratio proprie dicta non sit per se ad istas qualitates, s. ad habitus corporis, est tamē ad eas alteratio quodā modo per accidens. Nam acceptio & remotio sanitatis consequitur alterationem proprie dictā, verbi gratia calefactionem, aut frigefactionē, & alias huiusmodi, vt manifestum est per experientiā, vt sciūt Medici. Secundo dicendum, q ad habitus qui sunt in parte appetitiua, s. ad virtutes morales non est alteratio proprie dicta per se primo. Quia nihil alteratur dum accipit perfectionem propriam: sed virtus propria est perfectio propria: ergo nihil alteratur dum accipit propriam virtutem: & sic fm virtutem propriam non est alteratio. (Tex. c. 18.) Maior probatur, quia motus nō est ad illud vel fm illud, qd est indiuisibile: & dico motus proprie dictus, qui est continuus. sed omnis propria perfectio inquantum huiusmodi est indiuisibilis, sicut caliditas in summo secūdum qd

E est propria perfectio ignis, s. quantum ad gradum perfectissimum, est indiuisibilis. similiter autem & in alijs. & Minorem declarat Philosophus in litera, quia vnūquodque tunc maxime perfectum est cum attingit propriam virtutem: hoc manifestum est, hoc autē non esset nisi virtus propria vniuscuiusq; esset perfectio ꝓpria ipsius. ex quo apparet, q virtus moralis est propria perfectio ipsius appetitus. Item, vnūquodq; tunc est maxime fm naturā, cū habet propriā virtutē: hoc est manifestū. hoc aūt nō esset nisi virtus esset propria perfectio illius, cuius est propria virtus. ergo &c. (Dubitatio.) Sed aliquis dubitaret hic contra illam propositionem Aristo. vnumquodq; tunc maxime perfectum est cum attingit propriam virtutem. quia, si hoc esset verum, sequitur, q virtus esset maxima perfectio illius cuius est virtus, nihil enim est maxime pfectum formaliter nisi per maximam perfectionem, sed tunc consequens est falsum, quia tunc virtus humana esset fœlicitas humana, cum nihil sit maxima perfectio & F nobilissima hominis, nisi fœlicitas, vt patet i Primo Ethico. quare &c. Ad hoc potest responderi, q aliquod esse maxime perfectum potest intelligi dupliciter. vno modo fm actum. alio modo fm potentiam propinquissimā. Primo modo non est verum quia vnumquodq; &c. sed secundo modo bene. Cum enim aliquid habet virtutem propriam est in potentia propinquissima ad actum, q est eius maxima perfectio, & hoc sufficit. Et est aduertendum, q licet ad ipsas virtutes morales non sit per se alteratio proprie dicta, tamen ad eas est alteratio quodāmodo per accidens. (Alteratio ē ad virtutes morales p accidens.) Nam ad acceptionem virtutis moralis, in appetitu sensitiuo requiritur aut totalis remotio passionum secundum Stoicos, aut saltem moderatio, seu modificatio earum secundum Aristo. Hoc autem declarandum est in scientia morali, s. in Secundo Ethico. Modo, dicunt aliqui, q ista remotio passionum vel earum modificatio est quædam alteratio: ad ipsas enim passiones, cū G sint in appetitu sensitiuo, qui est in organo corporali, est alteratio, vt dicunt. Sed sine dubio, si intelligatur, q in appetitu sensitiuo sit alteratio proprie dicta & per se ad passiones illas, hoc est falsum: quia sicut sensus mouetur à sensibili in instanti, & non motu proprie dicto, vt patet in Secundo de Anima, & omnes concedunt, sic appetitus in instanti mouetur ab appetibili cognito sub ratiōe boni vel mali: & talis mutatio appetitus à bono vel malo cognito vocatur passio, vt habetur ab Eustratio in Secundo Ethico. vbi dicit, q passio est motus in appetitu partibili sub phantasia boni vel mali: & ideo non credo, q remotio passionum aut modificatio earum, quæ requiritur ad acceptionem virtutis sit alteratio proprie dicta, sed improprie, sicut & aliæ immutationes potentiarum animæ à suis obiectis. bene tamen verum est, quòd ista moderatio passionum potest bene consequi aliquam alterationem corporis proprie dictam. (Cur aliqui moderate vel immoderate irascuntur.) cum enim aliquis moderate calidus est & non excessiue, præcise in corde H & circa cor, tunc ipse magis moderatę irascitur, & si quis est multum excellenter supercalefactus à corde, aut à sanguine, difficile aut impossibile est ipsum moderari iram. vnde homines cholerici sunt magis irascibiles, & iracundi cæteris. Vnde, si in homine cholerico debet refrenari & moderari ira, necesse est eius corpus fieri, scilicet minus calidum aliqualiter, & propter hoc bonum est cholericis abstinere à cibarijs acute caliditatis, ex quibus generatur sanguis multum calidus, & spiritus. Similiter, si quis habet corpus multum exiccatum interius, difficile est ipsum moderate appetere potum, & fieri temperatum seu sobrium. Vnde, si ista passio debet moderari, necesse est corpus fieri minus siccum, & similiter in cæteris. Moderatio igitur passionum (quæ si frequenter fiat consequitur acceptionem virtutum) requirit & præsupponit aliquam alterationem propriam, Propter quod possumus dicere, q acceptio virtutis quodammodo consequitur alterationē corporis mediate, vt

dictum

dictum est. Tertio dicẽdum, ꝙ ad habitus intellectuales non est alteratio per se, & proprie. quod Aristot. dupliciter ostendit in litera. Primo, quia ad illud, quod est ad aliquid, non est per se alteratio, & vniuersaliter neque motus, vt patet ex Quinto huius. nunc autem scientia est ad aliquid, & hoc ipse accipit in litera dicens, Sciẽs enim ad aliquid maxime dicitur. Et tunc dubitatur, sicut prius, quomodo scientia, cum sit in genere qualitatis, potest esse ad aliquid, cum coordinationes prædicamentorum non sint permistæ, secundum Aristo. Et dicunt aliqui, ꝙ scientia secundum suam essentiam non est ad aliquid, sed secundum suam proprietatem consequentem, quæ est conformitas. scientia enim est habitus verus, i. conformis scibili, & vniuersaliter habitus intellectualis est conformis intelligibili. sed hoc nõ sufficit, sicut arguebatur prius, & ideo dicendum, ꝙ licet scientia secundum suam essentiam sit ens absolutum et in genere qualitatis, tamen consequitur & præsupponit relationem quãdam, sine qua non potest accipi nec conseruari in intellectu, s. habitudinem phantasmatis, seu cognitionis ad intellectũ possibilem, ita ꝙ habitus intellectualis alicuius rei nõ potest esse in intellectu, nisi præsente eius phantasmate & intellectu agente: & statim cum phantasma terminatũ rei intelligibilis est in virtute phantastica, i. in virtute cogitatiua propria homini, fit in instanti sine omni motu continuo habitus intellectualis in intellectu. Et hoc signauit Aristo. in litera, vbi dicit, secundum nullam enim potentiam, motus supple, motu continuo & temporali factum est in nobis, ꝙ scientię, s. intellectualis habitus rei scibilis, sed cum extiterit, i. præsens fuerit quoddam, s. phantasma, seu cognitio phantastica ipsius rei scibilis. & hoc est quod innuit cum subdit, ex ea enim, quæ secundũ partem experientiam accipimus vniuersalem sciẽtiam. Experientiam autem quæ sm partem vocat cognitionẽ indiuisibilem seu particularem ipsius rei scibilis qua habita statim fit in intellectu habitus vniuersaliter repræsentans ipsam rem scibilem: quia igitur scientia consequitur immediate talem habitudinem phantasmatis ad intellectum: ideo non est ad eam alteratio proprie dicta: sicut. n. ad habitudinẽ non est motus proprie dictus per se & proprie immediate, sic nec ad illud, quod consequitur habitudinem. Aliam rationem ponit Aristo talem: anima intellectiua humana accipit scientiam seu sapiẽtiam & prudentiam in quietatione et residentia: hoc autem non esset si ad istos habitus esset motus vel alteratio ꝓprie dicta, ergo &c. Maiorem propositionem ponit Aristo. in istis verbis, In quietari enim & residentia fit sapiens & prudens. Et ad huius maioris intellectum, considerandũ est, ꝙ à principio natiuitatis hominis vsque ad aliquod tempus posterius, sunt in humano corpore multi motus corporales, s. fluxus humorum & spũum, & etiam multę passiones, i. inclinationes appetitus sensitiui ad quædam delectabilia prosequẽda, s. ad cibos & venerea: & isti motus corporales excessiui, quibus humiditates fluunt in organis virtutum sensitiuarũ impediunt verum iudiciũ de sensibilibus & retentionem specierum. Similiter autẽ vehementes passiones, vt ira & concupiscentia & huiusmodi inclinationes, quibus inclinatur homo ad opera inhonesta impediũt verum iudicium, tam de agibilibus ꝙ̃ de speculabilibus, ita ꝙ corpore sic disposito, anima intellectiua non bene potest iudicare de speculabilibus, neq; de agibilibus. Sed ista perturbatio motuum corporalium et passionum aliquando in posterum sedatur vel per naturam, vel per bonam consuetudinem. per naturam quidẽ, quia humidum superfluum paulatim resoluitur à calore naturali corporis continentis, & sic remittitur motus & fluxus humidi, qui impediebat ordinatam cogitationem & retentionem imaginum. Per laudabilem autem consuetudinem, qua homo frequentat bonas electiones, sequendo doctrinam bonam & rationem bonorum, mitigantur passionum vehementię & moderãtur, & hoc voluit Aristo. signare in isto suo verbo breui, cum dixit. In quietari enim à motibus corporalibus, & residẽtia à vehementijs passionum fit anima sapiẽs & prudens. & Cõmentator dicit ibi bona verba exponendo illud verbum Aristo, Statur autem & pausatur &c. Dicit ibi Commẽtator, ꝙ Aristo. intendit per naturam ætatem, & ꝑ alias res, consuetudinem & exercitium. Exercitium enim largitur naturæ hominis præparationem, quæ non esset ante, & non esset remotum, vt virtus moralis operetur in hoc & maxime castitas: & sic patet maior, s. ꝙ anima accipit &c. & Minor apparet. Si enim sciẽtia acquireretur per alterationem proprie dictam & temporalem, tũc nõ statim esset in intellectu remotis impedimentis, s. motibus corporalibus & passionibus, immo necesse esset tempore ad eius generationem, sicut remotis impedimẽtis quæ impediunt ignem à calefaciendo aquã nõ statim fit aqua perfecte calida, sed indiget tempore, eò ꝙ caliditas per alterationem nata est acquiri: similiter autem & in alijs.

Tex, c. 19.

Alia respon sio.

Tex, c. 20.

Passiones impediunt cogitationes.

Exercitium quo ad virtutes conferat.

A

B

Sed aliquis posset hic dubitare rationabiliter contra maiorem propositionem. Non enim videtur verum, ꝙ intellectus statim accipiat prudentiam & sapientiã quietatis motibus corporalibus & sedatis passionibus, immo possibile est, & frequenter contingit, ꝙ homo est bene dispositus sm corpus, nec habet in suo corpore motus excessiuus, neq; etiam passiones nimium vehemẽtes, & tamen non est sciens neq; prudens, vt patet in multis popularibus hominibus, & in literatis. Ad hoc potest dici, sicut innuit Commentator, ꝙ ista ratio nõ est nisi probabilis, & non omnino necessaria. Videt aũt hæc ratio procedere supposita opinione Platonis, qui posuit, ꝙ anima à principio semper habet scientiã rerum sm habitum, ita ꝙ creator creat eam perfectam omnibus habitibus scientiarum: sed in pueritia impeditur à recta cõsideratione ꝑ multiplices & excessiuos motus & vehementes passiones, quæ cum sedantur & quietantur, considerat anima ea, de quibus habet habitus à principio: et sic sequitur, ꝙ ad scientiam non est alteratio, cum ipsa præexistat in anima ante sedationem passionum & quietationem motuũ. sicut etiam, si aliquis habens scientiam dormiat & ꝑ vaporem somni impediatur à cõsideratione, iterum postea consideret, non dicimus ipsum alterari ad scientiam, vt Arist. exemplificat. Et istud signauit Commentator ibidẽ, cũ dixit, & intendit ꝙ sciẽtia est à pueritia in actu, supple sm Platonem. Sed accidentia patibilia & vniuersaliter humor, vt dixit Plato impediunt puerum: & ideo assimilauit ipsum dormienti & infirmo & ebrio. Est igit̃ hęc ratio probabilis eò ꝙ procedit ex aliquo dicto Platonis & autoritate, licet non oĩno sit necessaria. Iste enim fuit modus Arist. ꝙ ipse vsus fuit aliqñ opinionibus aliorum ad probandum suam intentionem anteq̃ eas improbasset, sicut patet scientibus libros eius. Vel posset maior ꝓbationis Aristo. conditionari & glosari sic, anima humana pręsentibus ei phantasmatibus & facta quietatione & residentia, fit sapiens & prudens in instanti: quod non esset &c. Et sic ratio esset quasi demonstratiua. Nã, si scientia fieret per alterationem proprie dictam et continuam, tunc sedatis passionibus & quietatis motibus corporalibus & phantasmatibus pręsentibus non statim & in instanti acciperetur scientia, sed successiue & cõtinue pars post partem. sicut igne existente calefactibili, & remotis alienis impedimentis, calefactibile non statim accipit cõpletam caliditatem, sed successiue & continue partem caliditatis post partem. similiter autem & in alijs.

An sedatis Passionibus minus fiat sapiens ac prudens.

Cõmẽ. 20.

C

D

AD primam rationem patet ex dictis, concludit enim ꝙ ad huiusmodi qualitates est alteratio aliquo modo, sed non per se & proprie. Similiter ad secundam dico, ꝙ alterationem proprie dictam non sufficit acceptio vel acquisitio vnius qualitatis cum abiectione contrarij, sed requiritur ꝙ illa qualitas sit partibilis, ita ꝙ vna pars eius continue posset acquiri post aliam donec perficiatur & sit in actu, ꝙ, si deficiat, non est alteratio proprie

dicta, de qua loquimur. Qualiter autẽ virtus moralis generetur in appetitu sensitiuo, vtrum tota simul, aut pars post partem, bona inquisitio est, sed magis habet locum in Secundo Ethi. Ex his tamẽ quæ dicta sunt hic videtur consequi, ꝙ non acquiritur continue pars virtutis post partem, quia sic esset vera & propria alteratio, nisi quod aliqui dicũt, ꝙ ad hoc requirit aliud, s. ꝙ qualitas sit sensibilis, quæ acquiritur, & subiectum sit per eam sensibile. Sed puto, ꝙ ad alterationem proprie dictam bene sufficeret continua acquisitio vnius partis post aliam partẽ illius qualitatis ad quam est alteratio: ibi enim esset verus motus. Ad aliam dico, ꝙ intellectus bene alteratur ab intelligibilibus, sed non alteratione proprie dicta, scilicet continua & successiua, sed improprie dicta alteratione, quæ est indiuisibilis numeratio ad perfectionẽ ad quam erat in potentia: quam quidem perfectionem accipit totam simul & non continue vnam partem post aliã partem: & ideo non est contra dicta, quare &c.

Sic & circa motum.

Tex. c. 29. QVAESTIO VIII.

An Genus sit in Vna Natura si an Generis forma, eadem sit cum forma specifica secundum substantiam.



Væritur circa istud capitulum, Vtrum genus sit in vna natura. Et quia difficultas huius quæstionis specialiter prouenit ex identitate vel diuersitate formæ generis ad formã speciei, ideo quærã sub ista forma. Vtrũ forma generis sit eadem essentialiter ſm suam substantiã cum forma speciei, aut diuersa, & præcipue in generibus aut speciebus de prædicamento substantiæ. Verbi gratia, Vtrum Sor. per eandem formam substantialẽ sit homo & animal, aut per aliam & aliam realiter & ſm se. similiter autẽ & in alijs. In antiquis codicibus sic legitur, hanc autem quæstionem quæras inter sophismata, & sic ista quæstio solum hic annectitur gratia doctrinæ. Videtur primo ꝙ sit eadem: quia, si forma substantialis generis esset alia realiter à forma substantiali speciei, sequitur ꝙ genus non prædicatur essentialiter de specie prædicatione dicente, hoc est hoc: sed hoc est falsum ſm omnes dicimus enim, homo est animal & corpus & substantia, & probatur consequentia, quia pars essentialis non prædicatur de suo toto prædicatione dicente, hoc est hoc. vnde & Commentator dicit in Septimo Meta. ꝙ dicere, qđ animal est anima, est falsum, et ipsum esse animatũ est verũ. modo, si forma generis est diuersa à forma speciei, tũc genus erit pars speciei, cum ipsum pertineat ad substãtiã et essentiam speciei, & nõ erit tota eius essentia, ergo &c. (Cõm. 21.)

OPPOSITVM arguit. Illæ formæ sunt diuersæ, inquantum vna est realiter prior alia. idem enim non est realiter prius seipso, vt manifestũ est. sed forma generis est prior realiter forma speciei: nam dicit Aristo. in de Generatione Animalium, ꝙ embryo prius viuit vita plantæ quàm vita animalis, & vita animalis prius quam vita hominis. ergo, cum non viuat nisi habeat animam, prius habet animam vegetatiuam quàm sensitiuam, & sensitiuã prius quàm intellectiuam.

CONCLVSIO.

Non est vna secundum substantiam ac rationem Generis ac speciei natura, siue forma.

DE ista quæstione fuerunt, & sunt opiniones multum diuersæ. Sed ad præsens propter breuitatem sic procedam. Primo probabo illam partem, quæ est mihi probabilior Secundo congregabo difficultates, quæ sunt contra illam, quarum quædam sunt demonstrationes aliorum. Tertio soluam illas difficultates secundũ posse meum. Primo quidem probo rationibus & auctoritatibus, quòd forma generis est diuersa realiter & secũdum se à forma speciei & è conuerso, vt forma animalis

E à forma hominis, & forma corporis à forma animalis, et sic de similibus.

Pro prima ratione suppono tria, primum est, omne qđ inest homini per formam, qua est animal, inest homini secundum quod est animal: & hæc licet sit manifesta cuilibet intelligenti & bene disposito, tamen propter iuuenes & inexercitatos potest ꝓbari sic, illud, quod inest homini per formã qua est animal, inest per se, quia forma, qua est animal, pertinet ad substãtiam & essentiam hominis. Aut ergo inest homini ſm quod homo primo vel secundum quod animal primo. si diceretur ꝙ illud, quod inest homini per formã qua animal insit homini ſm quod homo primo, ita quod primo insit homini, hoc est falsum, quia sensus inest homini per formam qua est animal, & non inest homini ſm ꝙ homo ita ꝙ primo, quia tunc inesset oibus alijs per naturã hominis, quod est impossibile, ergo relinquitur alterum membrum, s. ꝙ illud, qđ inest homini per formã qua est aĩal, insit ei ſm ꝙ aĩal, ita ꝙ (Primũ præsuppositũ.)

F animali primo. Et confirmatur ista propositio remouendo quandam cauillationem. Ad hoc enim, ꝙ aliqd insit homini ſm ꝙ est aĩal, aut sufficit ꝙ insit ipsi homini per formam qua est aĩal, aut requiritur ꝙ insit ipsi homini per formam qua est animal cũ virtute sensitiua, à qua sumitur nomen & intellectus animalis, per diuisionẽ sufficiẽtem. Si dicatur primo modo habeo propositũ meũ. si dicatur secundo modo, hoc esset inconueniens. quia illa virtus, à qua sumitur conceptus animalis, inest homini ſm ꝙ aĩal, puta sensus, vt dicit Arist. in de Sensu & Sẽsato, prope principium, & non inest ei per quandã aliam virtutem, quia tunc esset quæstio de illa, & iretur in infinitum. Relinquitur ergo, ꝙ illud inest homini ſm ꝙ animal, quod inest homini per formam, qua est aĩal. Itẽ, si diceretur illo modo, ꝙ, si aliquid debet inesse homini ſm ꝙ est aĩal, oportet ꝙ insit ei ſm se & per formã aĩalis & ꝑ virtutem aĩalis, hoc non stat: quia illud, quod inest alicui per aliquod medium, nõ inest illi primo & per se: modo,

G illa virtus est quoddam accidens, vt conceditur ab oibꝰ, ergo quod inest animali per illam virtutem non inest ei simpliciter ꝓmo, nec similiter inest homini, ſm ꝙ aĩal primo. Secundo suppono, ꝙ omne quod inest homini ſm ꝙ aĩal inest oĩ aĩali: & hoc quasi conceditur ab omnibus, sicut illud, quod repugnat homini ſm ꝙ aĩal, repugnat oĩ animali. Tertio accipio, ꝙ, si esset eadẽ forma substantialis, quæ dat esse hoĩem & esse aĩal, hoc non põt esse ſm diuersos modos, sed oportet ꝙ hoc sit ſm eũdem modũ, vel nõ ſm aliũ & alium modum. Nam, si vna forma substantialis daret esse hoĩem & esse aĩal ſm alium & alium modum, quæro de illis modis. aut illi modi sunt substantiæ, aut accidentia, per sufficientẽ diuisionem. si diceretur ꝙ sunt substantiæ, aut materia, aut compositum, aut forma. non est dicendũ, ꝙ sint materia, quia materia nõ dat esse formaliter ratione materiæ, vel per materiã, nec similiter compositũ. ridiculũ. n. esset dicere, ꝙ eadẽ forma da- (Scđm præsuppositũ.) (Tertiũ præsuppositũ.)

H ret esse hoĩem & esse aĩal ratione diuersorum compositorũ formaliter. si vero dicitur, ꝙ illi modi sunt formæ substantiales diuersæ, tunc vna forma dat esse hoĩem & esse animal ſm diuersas formas substantiales: quod est ridiculum, melius enim esset statim concedere, ꝙ diuersæ formæ substantiales darent ista esse. Si quis aũt diceret, ꝙ illi modi sunt quædam accidentia, hoc est inconueniens: qa tunc forma substantialis daret esse substantiale ſm accñs & ratione accidẽtis formaliter esse enim hominem est esse substantiale, & similiter esse animal. Et sequitur, quòd ista essent accidentalia: quia illud esse, quod datur per aliquod accidens formaliter, est esse accidentale. Et si quis cauillaret, quòd vna & eadem forma substantialis indiuisibilis secundum substantiam dat esse hominem & esse animal secundum diuersos modos, qui sunt accidentia, non tamen principaliter dat esse hominem & esse animal per illos modos, sed dispositiue, ita ꝙ illi modi sunt dispositiones, per quarum vnam dat esse hominem, &

per

per aliam dat esse animal, istud non sufficit intellectui, quia esse hominem & esse animal est vnum esse substantiale & indiuisum realiter, vt dicūt isti: & ideo, quicquid est dispositio ad vnum & ad alterum, nec est possibile ꝙ aliqua dispositio disponat ad esse hominem, & nō ad esse animal, nec ē conuerso, postꝗ̄ sunt vnum esse substantiale indiuisum. vnde non est aliqua ratio, quare illa forma daret esse hominem sm unum istorum modorum & non sm alium. Obiectio. Sed cauillabis, ꝙ esse hominem & esse animal, licet sint vnum esse substantiale realiter, tñ differunt sm rationem: & ideo forma poterit dare vnum istorum esse sm vnum modum, & aliud sm alium modum. Responsio. Hoc itere nihil est, quia ante omnem conceptum nostrum, oportet ꝙ forma hominis det esse hominē & esse animal: & ideo differentia conceptus vel rationis nihil facit ad hoc ꝙ forma illa det esse hominem sm vnū modum, & animal sm alium distincte. Remanet igitur illa propositio uera, s. ꝙ, si eadem est forma substantialis, quæ dat esse hominem, & quæ dat esse animal, hoc nō est per diuersos modos ꝙ, si quis hoc fingeret, quæratur de illis modis, per quorum vnum dat esse hominem proprie, & per aliū dat esse animal, & q̄ño sint priores istis esse, aut posteriores, & semꝑ habebitur inconueniens contra sic fingentem.

Argumētū. His suppositis, si quis asserat eandem esse formam substantialem qua homo est homo, & qua animal ē animal, arguam ei sic, omne quod inest homini per formam qua est animal, inest homini sm ꝙ animal: per primam suppositionem, & per consequens inest omni animali per secundam. Sed omne, quod inest homini per formam, qua est homo, inest ei per formam qua est animal, per suppositionem aduersarij, qui concedit ꝙ eadem est forma, per quā aliquid ē homo & animal: ergo omne quod inest homini per formam qua est homo, inest homini sm ꝙ animal, & per consequens omni animali. Tunc sumo istam conclusionem, omne quod inest homini per formam qua est hō, inest omni animali: sed risibile inest homini per formam qua est homo, cum insit ei primo: ergo risibile inest omni animali, & sic inest asino: quod est impossibile: ergo aliquod præmissorum, & non aliud nisi illud, quod cōcedit aduersarius, s. ꝙ eadem est forma, quæ dat esse hominem & esse animal. ergo illud est impossibile, ex quo sequitur impossibile, vt patet ex Primo Priorum. Responsio. Sed cauillabit quia dicendo ad maiorem, illud, quod inest homini ꝑ formā qua est animal inest homini sm quod est animal. Verum est si inest homini per formam qua est animal vt per illam est animal: sed, si alio modo non oportet. Et ad minorem, cum dicitur, ꝙ omne quod inest homini ꝑ formam qua est animal, verum est, sed nō illo modo quo hō per formam est animal, sed alio modo: risibile enim inest homini per formam qua est animal, non vt per illam est animal, sed vt per illam est homo. Impugnatio. Cōtra hoc est tertia suppositio. quia, si eadem est forma, quæ dat homini esse hominem, & esse animal, hoc non potest esse sm diuersos modos, vt probatū est: immo hoc necessario est sm eundem modum, vel non sm alium & alium modum: vnde non est ad propositū ibi reduplicare, vt per illam est animal, vel vt per illam est homo: quia ista non sunt diuersa, vt patet diligēter considerāti. Et hæc est prima ratio, quā si quis vult soluere, rogo vt dicat ad propositiones, & ad formam rationis, ne euasio apparens putetur esse vera solutio. Item aliam rationem adiungo, cuius fere virtus est eadem cum priori. Illud, cui aliquod accidens reale inest tali modo reali q̄uo non inest formę hominis proprie, nec formæ asini, & sic de cæteris formis specierū, nec omnibus simul, illud dico est realiter diuersum ab omnibus istis proprijs formis: hanc recipio pro manifesta. Si enim aliquid esset idem penitus realiter & essentialiter cū alio & ē conuerso. Omne accidens reale, quod inest vni illorū aliquo reali modo, debet inesse alteri: sed aliquod accidēs reale inest formæ animalis tali modo, quo nū inest formę hominis nec asini, & sic de cæteris, nec oībus istis simul.

A verbi gratia, sensus inest formę animalis primo & per se: & hoc suppono ad præsens, & non inest formæ hominis primo, quia sic inest omnibus alijs per formam hominis sm regulā Arist. in Primo Poste. nec formæ asini primo propter idem, nec omnibus similiter: quia sic inesset cuicunq; inesset propter omnes istas formas similiter: quod est ridiculū. ergo forma animalis est diuersa à formis proprijs suarum specierum. Et idem intelligo de quolibet genere & speciebus eius per se & proprijs. Nota. Obiectio. Sed aliquis cauillaret, ꝙ perseitas & primitas non sunt modi in essendi reales, sed sm rōnem solum: & ideo non valet ratio. Responsio. Hoc est friuolum, quia ille est modus realis, q̄ esset præter omnem operationem nostri intellectus. hoc est manifestum. sed circūscripto opere nostri intellectus, adhuc risibilitas inesset homini primo & per se, & habere tres, triangulo primo. accidens enim inesse subiecto primo, vt hic loquimur, est ipsum inesse non per alterum & alteri per ipsum, vt patet ex Primo Poste. ꝙ sine dubio contingeret homine non intelligente. B Præterea, Si perseitas & primitas, quibus accidēs reale dicitur inesse subiecto per se primo, essent solum entia rationis, essent ficta, sicut cōcludit Cōmentator de tempore in Quarto Physi. hoc autem est absurdum. Pręterea, Si humanus intellectus faceret triangulum, hoc est primo, ita ꝙ hæc passio non inesset subiecto suo primo nisi per intellectum, quæratur quis est ille intellectus? vel practicus, an speculatiuus? non speculatiuus, quia operatio eius non trāsit in rem exteriorem, & sic primo hoc, s. habere tres non esset in triāgulo, quod est ridiculum. Com. 97. Si dicas ꝙ est intellect⁹ practicus. per artē, aut per prudentiam? & si per artem, per quā artem mecanicam: & est derisio in hoc dicendo. Item, ad hoc, ut aliquod accidens insit subiecto primo, sufficit ꝙ illud subiectum inquantum illud habet causam propriam illius accidentis in sua substātia, vt patet ꝑ Lincon. in Primo Post. Modo, circūscripto omni opere nostri intellectus, adhuc C subiectū aliquod haberet in se causam præcisam, seu propriam sui proprij accidentis, ut manifestum est: ergo &c. & hæc sit secūda ratio. Item, arguo ratione antiqua, Illę formæ non sunt eadem forma essentialiter, quarum vna remanet altera corrupta: hæc est euidens. sed remota forma specifica specialissima remanet aliqua forma generalis: quod probo, quia remanet idem accidens numero determinatum. Verbi gratia, Ponamus, ꝙ homo viuēs habeat cicatricem, non est dubium, ꝙ corpus mortuum habebit cicatricem: & si quidem illa cicatrix est eadem numero cū ꝑcedente, necesse est ꝙ maneat aliqua forma substantialis eadem numero cum præcedente. Nā in istis generabilibus & corruptibilibus subiectum accidentis determinati est corpus cōpositum ex materia & forma, sm intentionem Cōmentatoris in principio Secūdi de Aīa, Com. 4. & eiusdem numero accidentis terminati vult esse vnum numero subiectum compositum ex materia & forma: ergo manet ibi eadem forma numero. D Si quis autem dicat, ꝙ non est cicatrix eadem numero cū cicatrice priori, tunc quæritur, quid generauit illam secundam cicatricē? Et aliqui respondent, ꝙ virtus coeli existens in continēte. Sed hoc est derisorium, quia, si istud sufficeret, tunc esset facile assignare causas omnium accidentium naturalium: quia statim posset responderi quærenti causam agentem, ꝙ est virtus coeli, & non oporteret quærere causas agentes proprias: quod est contra Aristo. & Commentatorē in Primo Phy. & in Secundo. Aliqui vero respōdent, ꝙ generans, quod generauit cadauer, aut formam substantialem immediate consequētem animam hominis in materia generauit cicatricem in illo corpore, sustinentes sup illud dictum Commentatoris, ꝙ generans formā dat omnia consequentia ad formā. Sed hoc non potest sufficere. hoc enim verum est, ꝙ generās, quod dat formam, dat omnia accidentia per se & necessario consequentia illam formam. vt generans ignem, generat leuitatem & caliditatem, & generās hominem generat risibilitatem, & sic

in

in similibus. Sed non est necesse ꝙ generans formam det omnia accidentia, quæ possunt inesse formæ sequenti, & quæ non per se consequuntur illam formam, vt generans hominem non semper generat crispum, aut curuum, aut hmôi. modo, cicatrix non est per se accidens consequens formam per se cadaueris ante formam, quæ consequitur in materia post animam, quia sic inesset omni tali formę, quod est falsum. multa enim cadauera sunt sine cicatricibus. & ideo fatuum videtur, ꝙ illud generans generat cicatricem, quod generauit illam formam. Præterea. Sicut omnem cicatricem præcedit vulnus, ita aliam & aliã cicatricem numero debet præcedere aliud & aliud vulnus numero: si ergo post cicatricem corporis viui generabitur alia cicatrix numero in mortuo, oportet igitur præcedere aliud vulnus: & quid agit illud uulnus difficile est dicere, etiam si fingendi licentia detur. Item, virtus illius generantis, quod corrumpit hominẽ, & generat cadauer, non est maior: nec magis ordinata in operando ꝗ̃ virtus, quę erat in homine viuente, hoc est bene manifestum, tñ multoties virtus, quæ erat in homine viuente, non potuit facere cicatricem reuniendo partes corporis, nisi cum adiutorio artis: immo tale & tantum vulnus est aliquãdo, ꝙ si dimitteretur naturæ moreretur homo, quomodo ergo est verisimile, ꝙ illud quod corrumpit hominem & generat cadauer ita faciat cicatricem.

Generans formã non dat oĩa accidentia quæ p̃tinẽt illi formæ, sed ea q̃ per se insunt.

Quæritur hic pro solatio, quis ferrauit equũ mortuũ. hoc est dicere, quis illa noua foramina fecit: alia vero ab illis quæ fiunt in pede viuo: forte fuit vnus faber spiritualis: vel illud agens quod agit omnia immediate, vel hmôi truffa est. Remanet igitur, vt videtur, eadem numero forma substantialis, quę prius: & sic erant plures formæ substantiales in corpore viuo: quare &c. Itẽ, adduco vnã rationem, quam tãgit Albertus super Quartum Meteo. cuius solutionem non perficit ad plenum. Si esset eadem forma substantialis animalis vt animal & vt mistum est, statim cum animal esset mortuum esset putrefactum: cuius oppositum videtur ad sensum. Et probo cõsequentiã, quia putrefactio est propria corruptio misti: quia mistũ ſm ꝙ mistum non potest esse corruptum simpliciter nisi sit putrefactum. ergo, si animali mortuo statim corruptũ est mistum quod erat in animali, tunc statim est putrefactum: quod est absurdum. Quòd si hæc ratio est demonstratiua bonum est, si non, pero ꝙ eius solutio manifestetur secundum intentionem Aristo.

Auctoritates Arist. quibus pbat genus habere aliã formã à forma speciei.

Hæc sit quarta ratio principalis: tunc adducam auctoritates pro ista parte. Prima auctoritas est Aristo. in Secundo Metaphy. cap. de Statu. in Prædicamentis. vbi ipse volens ostendere, ꝙ non est processus in infinitũ in causis formalibus, probat ꝙ nõ est processus in infinitum in prædicamentis in quid essentialiter ordinatis, quæ sunt partes definitionis. Et in hoc manifeste dat intelligere, ꝙ multitudo prædicatorum in quid essentialiter ordinatorum est ſm multitudinem formarum. Item, Aristo. in Septimo Metaphy. cap. illo, nunc autem inquantum, in analyticis de definitione ostendit causam vnitatis definitionis compositæ ex genere & differentia: & videtur esse causa, quam ipse assignat: quia inter omnes partes talis definitionis sola vltima, s. vltima differentia, habet rationẽ formæ & actus vltimi, & omnes præcedentes sunt in potentia ad eam: & hoc est quod dicit Commentator ibidẽ. Et intendit per hoc, ꝙ genus in re nõ existit in actu sicut materia: & ꝙ illud, quod est in actu, est differẽtia vltima: modo, si forma generis esset eadem cũ forma speciei, tũc genus non esset in potentia respectu differentiæ, quæ est forma speciei: & ipsum genus in re esset in actu, sicut & differentia. Siquis autem dicat, vt quidã fingũt ꝙ Arist. loquitur ibi de definitione pro cõceptu explicito definiti composito ex conceptu generis & conceptu differentiæ, hoc non est verum. primo hoc est contra Commentatorem in principio capituli, vbi dicit, quomodo differẽter Logicus & Philosophus prim⁹ considerãt de definitione.

Tex. c. 10.

Tex. c. 42.

Antipophora.

E. Logicus enim considerat de definitione ſm ꝙ est instrũm, quod ducit intellectũ ad intelligere quidditates rerũ, Philosophus aũt Primus ſm ꝙ signat quidditates rerum.

Item, si Arist. ibi loquitur de definitione pro cõceptu, non haberet dicere, ꝙ hmôi definitio sit vnũ ens simpliciter & per se: quia ex diuersis actibus, quorũ vnũ nõ est de essentia alterius, non constituitur vnum per se: isti autem cõceptus sine dubio sunt diuersi actus: quare &c. Itẽ, Arist. loquẽs de genere, quod est pars illius definitionis, dicit ꝙ ipsum genus non est præter generis species, aut si quidem vt est materia ante est. modo, si ipse loqueretur de genere pro conceptu generali, istud non esset verum: quia hmôi conceptus bene est sine conceptibus specierum. cũ ergo posset itelligi ſm se absq; qualibet sua specie, nec cõceptus ille est sicut materia ad conceptum differentię valde improprie, & ſm similitudinem: vnde relinquitur, ꝙ ipse loquitur ibi de genere pro re, quæ ponit in definitione: & hoc etiam apparet manifeste intelligenti inspicienti

F verba Commentatoris ibidem. Dicit enim ibi, sicut allegatum est, intendit p hoc quòd genus non existit in re in actu &c. ecce. enim in re & non in intellectu. Pręterea, Arist. loquitur ibi de illis partibus definitionis, quæ prædicantur essentialiter de specie definita, sicut & ipsa definitio prædicatur essentialiter de definito: modo, concept⁹ intellectuales generis non prædicãtur essentialiter de specie: quare &c. Vult ergo Arist. ꝙ in hmôi definitione ipsum genus, quod est res, est in potentia respectu differentiæ, & differẽtia ens actu vel actus: & hoc plane dicit Cõmentator ibidem in principio capituli sic, & causa in hoc est, s. ꝙ definitio est quid vnum: quia vltima differẽtia in definitionibus est differentia, quæ continet formam, per quam est vnum actu & ens in actu. Differentiæ aũt, quæ sunt ante vltimam differentiam, sunt existẽtes in definito potentia: modo vnum & idem non est in potentia ad seipsum: ergo &c. Sed aliqui sophisticant ꝙ Arist. accipit ibi

G genus, vt stat sub modo communi potẽtiali. Hoc autem nihil est, quia sicut ex diuersis modis essendi non fit vnũ per se, sic ex re, vt stat sub vno modo, nõ fit vnum ex ea, vt stat sub alio modo. verbi gratia ex animali, vt stat sub sensu, non fit vnum cum seipso, vt stat sub ratiocinari: qđ est modus differentię. similiter autem & in alijs. Vnde, si bene inspiciatur nullo modo verus est sermo Aristo. simpliciter & proprie, nisi accipiendo genus pro ipsa re, & similiter differentiam, ita quod res importata nomine generis est in potentia ad formam, quam significat. patet ergo intentionem fuisse Arist. ꝙ genus habet aliam formã à forma speciei. Auctoritates Auerrois sunt satis multæ. primo, in Primo Phy. dicit, ꝙ definitio est quoddam vniuersum distinctum per elementa, ex quibus componitur species & sunt genus & differentia. Vult igitur ꝙ species est cõposita ex genere & differentia: quod non esset, si forma generis esset eadem cum forma speciei. Nec valet, si quis dicat, ꝙ ipse loquitur ibi de specie pro cõceptu intellectuali, ita ꝙ intelligat conceptum speciei esse cõpo

Auctoritates Auerrois.
Com. 1.

H situm ex conceptu generis & conceptu differentiæ: quia ipse loquitur ibi de specie, quæ definitur per genus & differentiam, & quæ significatur nomine speciei primo. Cõstat autem, ꝙ species pro conceptu nõ definitur sic, ꝙ genus & differentia prædicentur essentialiter & in quid de ipso concepto. Conceptus enim hominis non est animal rationale, & conceptus circuli non est figura. & hoc bene patet per exemplum, quod subiũgitur: est enim exemplũ de specie pro re. Item, ostensum est alibi, ꝙ conceptus speciei non definitiuus est simplex, non compositus proprie ex conceptu generis & differentiæ: vult igitur Commentator, ꝙ species realiter est cõposita ex genere & differentia. Et hoc etiam signauit Porphyrius in Libro de Vniuersalibus, vbi dicit, ꝙ sicut statua cõposita ex ære, tanquam ex materia, & ex figura, tanquam ex forma, sic homo est compositus ex animali, tanquam ex materia, et ex rationali tanquam ex forma. Alia auctoritas Commentatoris

A mentatoris est in Erroribus Metaphy. vbi dicit, q materia prima recipit formam vniuersalem, & post, mediante
Com. 17. forma vniuersali recipit formas alias, vsq; ad indiuiduales: tales autem formæ non sunt vna forma essentialiter,
quarum vna recipit materia mediante alia: quia nihil recipit se, nec est causa alicuius in recipiendo se, vt dicit Cō
Com. 37. mentator in Secundo de Anima, cap. de visibili. Item
parum post hæc verba dicit Commen. q genus est unū in vna forma media inter actum & potentiam: mediū autem est aliud essentialiter ab vtroq; extremorum, & per potentiam intendit materiam primam, & per actum differentiam, & formam specificam: ergo &c. Item, com-
Com. 10. mentator in Tertio Metaphy. dicit, q impossibile est aliquid prædicari prædicatione generis de rebus habentib[9] formas diuersas, quæ non communicāt in vna forma numero. Illa autem forma una numero, in qua communicāt species, de quibus prædicatur genus, non uidetur esse nisi forma generis: quæ est vna numero priuatiue eò q nō habet in essentia sua multitudinem formarum indiuidualiū
B à quibus est proprie multitudo numeralis: sed est in potētia ad eas, quia nulli formarum specificarum conuenit.

Com. 16. Item in Quinto Metaphy. capitulo de Substātia, dicit Commen. quòd anima est forma in ente actu, hoc autem non esset, nisi corpus in quo est anima, haberet aliam formam substantialem ab anima. Et huic coniungēdum est
Com. 22. quod dicit in Quarto Cœli & Mundi, q lapis componitur ex grauitate & materia prima, & è conuerso de animalibus, quæ cōponuntur ex corpore & anima. Modo, si ipsum corpus, ex quo componitur animal, nullam aliā formam substantialem haberet præter animam, q̄uo esset è contrario de cōpositione animalis ex corpore & anima, & de cōpositione lapidis ex grauitate & materia prima. nullo vtiq; modo esset cōtrario. Necesse igitur est fm Cō mentatorem q in animali est forma alia præter animam,
Com. 21. & maxime: quia ipse vult in Octauo huius, q animal est
C diuisibile in motorem actu, s. animam, & mobile actu, s. corpus, & propter hoc mouet seipsum: graue autē in animatum non mouet seipsum, licet sit diuisibile in formam & materiam, quia vt dicit, materia prima proprie nō mouetur. Si igitur corpus, quod est pars animalis, non esset alia substantia præter materiā, quæ est motor in animali, ipsum vtiq; animal non plus diuideretur in motum actu q̄ lapis aut hmōi inanimatum: quod est contra Commentatorem plane. Vult ergo Commētator, q in animali est alius actus substantialis præter ipsam animam, per quem quidem actum substātialem corpus habet q sit ens actu aliquo modo, & mobile actu: & sic tātum habetur ab eo q, non est inconueniens in eadē substantia esse plures formas substantiales. Sed aliqui extorte & impertinēter exponunt verba Commētatoris, per corpus & animam intelligi diuersas partes quantitatiuas animalis: quarū vna est mouens, s. cor, aut proportionale: q̄a in eo est principaliter virtus motiua, & alia pars est mota, s. residuum cor-
D poris, in quo est potētia ordinata ad recipiendum motū. hoc sine dubio est contrarium verbis & sententiæ Commentatoris in multis locis. In Octauo Phy. Primo capi-
Com. 24. tulo, mouentium igitur & eorum quæ mouētur, dicit sic, nullus enim dubitat q animal mouetur ab anima, & q anima est motor, & corpus est motū. Sed latet de existentia motoris, hoc videlicet q̄uo est distinct[9] à mobili. Modo, si per animam intelligeret partem aliquam quantitatiuam, vt cor, aut hmōi, non esset verum quod dicit: quia cuilibet manifestum est q vna pars quantitatiua corporis est extra aliam, & q vna non est alia, licet sint coniunctæ fm continuitatem vel contiguationem & contactū.

Item, parum post in eodem Commento dicit Cōmentator sic, Motorem enim in animalibus esse distinctum à moto per definitionem, est manifestum per se, sed ignotū est, vtrum distinguatur aut non distinguatur in esse: modo, si motor primus intrinsecus in animalibus esset pars quantitatiua, tunc non esset ignotum hoc, vtrum motor
A sit distinctus in esse: quia manifestū est q vna pars quantitatiua corporis, licet sit continua alteri, tamen vna non est alia: & esse vnius non est esse alterius. Item, euidentius patet in alio commento super illam partem, amplius q̄n & continuum: vbi sic loquitur Commentator, mo-
tor enim debet esse distinctus à moto aut fm definitionē Com. 10.
& esse simul, sicut in alijs quæ mouenī ab extrinseco: aut fm definitionem tantum, sicut in habentibus animas: anima igitur, quę est motor in eis, distinguitur à corpore, qd̄ est motum fm definitionem, licet non distinguatur fm esse, s. quia impossibile est corpus esse sine anima, & animā sine corpore nisi æquiuoce: ex quibus verbis manifestū est q Commētator non intelligit per animam ipsum cor animalis, in quo primo & principaliter est anima: quia ipsum cor bene potest esse sine alijs partibus, cum sit prius tempore formatum ante alias partes, vt scitur ex de Generatione animalium: sed intelligit ipsam formam corpo
B ris animalis, quæ est principium primum mouens intrinsecum, vt etiam patet ex Tertio de Anima, & demonstratum est in de motibus animalium. Item Commen
tator in Quinto Metaphy. cap. de Parte, dicit sic, Illa, ex Com. 31.
quibus componuntur definitiones signātes quidditates cuiuslibet rei, dicūt partes definiti & definitionis: & ideo genus dicitur pars formæ, & ideo dicit, q genus est pars formarum specierum. Forma enim speciei diuiditur in genus & differentiam, s. in formam, quæ concipitur conceptu generali & confuso, & formam, quæ concipitur conceptu determinato & proprio: & isti conceptus accidunt formis, & ideo dicit Commentator ibidem, q esse genus & differentiam est accidens, quod accidit eis. Istis rationibus & auctoritatibus poterit aliquis sustentari in ista positione.

Quòd non sint plures Formæ in composito, tum rationibus, tum Auctoritatibus Aristotelis & Auerrois arguit.

C NVnc restat videre dubitationes contra prędictā Dubitatio
positionē. Prima dubitatio potest esse, si in vno de Pluralitate
indiuiduo essent plures formæ substantiales, tūc tate formarum.
illud indiuiduum non esset ens per se vnum: quod est inconueniens. Et patet consequētia, quia quælibet illarum formarum daret ei esse, & vnum esse: quare &c. Et confirmatur: quia sic dicēdo, vnum ens concederetur esse plura entia, cum concedatur habere plures formas substantia-
les. Item, si sic, tunc generatio indiuidui substātiæ esset Arg. 2.
alteratio, cum esset circa subiectum ens actu per formam
præcedentem. Item, si esset alia forma substātialis, per Arg. 3.
quam Socra. est homo & animal & viuens, tunc generatio Socratis non esset vna, eò q ibi acquirerentur plures
formæ substantiales. Item, fm illam positionem, tunc Arg. 4.
in generatione non fieret resolutio vsq; ad materiam primam, cum ponatur remanere aliqua forma substantialis eadem numero, quæ prius s. forma substantiæ, & corpis:
D hoc autem videtur esse inconueniens: quare &c. Item, Arg. 5.
anima videtur esse actus corporis &c. hoc autem non esset si in corpore cuius actus est anima esset alia forma substantialis: quia illa alia forma esset actus prior anima: qua
re &c. Item, omnis forma vnita materiæ mediantibus Arg. 6.
dimēsionibus dat esse corpori prout corpus est genus animalis: hæc videtur manifesta: sed forma animalis est forma vnita materiæ mediantibus dimensionibus, vt vult Commentator in de Substantia orbis: ergo forma animalis dat esse corpus: quare nō oportet esse aliam formam, qua homo sit animal, & qua sit corp[9], & similiter de alijs.

Item, si forma, qua homo est corpus, est diuersa à for- Arg. 7.
ma qua est substantia, aut est diuersa numero, aut specie, aut genere, per sufficientem diuisionē in proposito: sed nō est dicendum primum, quia sic corpus & substantia, quę dicuntur de homine, essent diuersa numero: quod est absurdum. Nec est diuersa specie, quia tunc istæ formę deberent cōuenire in aliquo vno genere, sicut forma hominis

& asini,

& asini, quæ sunt diuersę sm speciem: modo, non est dare genus, in quo conueniunt, quia, cum substantia sit genus generalissimum, non est aliquod genus: quia talium vnũ non continetur sub alio, etiam si essent diuersæ sm genꝰ, tunc essent in diuersis prædicamentis: quod est falsum.

Arg. 8. Item, si forma generalis maneret corrupta forma specifica, vt dicitur in tertia ratione, tunc vnũ indiuiduum esset sub diuersis speciebus: quod videtur impossibile. Et patet consequentia, quia ipsum corpus vnum & idem indiuiduum numero, quod priꝰ fuit sub specie hominis, ponitur, postea esse sub specie cadaueris: quod est absurdũ.

Arg. 9. Si sic, tunc forma propria speciei esset accidens: quia aduenit enti in actu &c.

Auctoritates Arist. ꝙ nõ sint plures formæ substãtiales in vno indiuiduo.

Auctoritates sunt multæ, quæ videntur contradicere huic positioni. Prima Arist. dicit in Secundo Poste. ꝙ, æquiuocationes latẽt in vniuersalibꝰ: quod pro alio non videtur, nisi quia forma generis est eadem cum forma specierũ, & non vna natura sm se. Itẽ, si genus est quid vnum pręter omnes formas specierum, tunc in genere fierent cõparationes: quod est cõtra Arist.

Tex. c. 31. in Septimo Phys. Et probaẽ consequentia, quia pro alio non negatur fieri comparationem in genere, nisi quia genus nõ est quid vnum in diuersis speciebus. Illud autem, in quo aliqua comparantur, debet esse vnum in illis. si ergo genus est quid vnum per vnam formã realiter diuersam ab omnibus formis proprijs specierũ, fieret vtiq; in ipso & esset comparatio specierũ. Item in Septimo Metaphy. cap. nunc autem inquantum in analetycis &c. Dicit Arist. ꝙ genus non est pręter generis species. Item, parum post in eodem capitulo dicit, ꝙ in substantia non est ordo: qualiter enim oportet intelligere hoc quidem prius, illud vero posterius: hoc autem contingeret, si forma generis esset prior q̃ forma speciei, vel è conuerso, sicut tenet positio prædicta, quare &c. Item, genus diuiditur per differentias, vt vult Arist. in Secundo Poste. et Quinto Meta. & Commen. in Quinto Meta. hoc autem non esset, si genus esset aliud ab ipsis differẽtijs. sicut etiã materia non diuiditur per formas, quia est aliud ab eis.

Item, si genus esset in vna specie, ita deberet esse in omnibus, sicut patet ex prima ratione huius positionis: modo, non est sic in omnibus speciebus, quia formæ specierũ sunt aliæ à formis generalibus, probo per Commentatorem in Quarto Coeli & Mundi, vbi dicitur, ꝙ, lapis

Com. 22. componitur ex grauitate & materia prima: & sic vult, ꝙ in lapide non est alia forma substantialis præter grauitatem, & præter formam substantialem, quam consequitur grauitas. Vnde in lapide est forma substãtiæ & corporis, & non est diuersa realiter à forma propria lapidis, vt videẽ:

Com. 71. & ad idem valet, quod dicit in Quarto Phy. cap. de vacuo, ꝙ in elemẽtis motor est in potẽtia, & motor in actu, cum sint composita ex materia prima & formis simplicibus, & motor est forma, & res mota ẽ materia. Videtur igitur, ꝙ in istis speciebus, s. elementis, vt igne, terra, & hmõi ꝙ forma specifica non est alia à forma generali: quare nec in alijs. Præterea, In idem vadit, quod dicit in

Com. 15. Quinto Meta. ꝙ anima est forma in ente in actu, è cõuerso de formis simplicium: ergo vult, ꝙ formæ simplicium non sint formæ in ente actu, quod contingeret, si in ipsis forma specifica esset aliud à forma generali, quia esset forma in ente actu, s. in composito ex materia & forma generali. Item, Secundo de Anima vult, ꝙ subiectũ formę substantialis non est ens actu, nisi per formam illam. Itẽ in tractatu de Substantia Orbis Commẽtator habet pro inconuenienti, ꝙ aliqua forma substãtialis in materia pręcedat dimensiones: quia illa esset incorruptibilis, vt dicit, & multa alia inconuenientia adducit contra hoc. Modo, sm istam positionem videtur, ꝙ forma substantię præcedat dimensiones, & est incorruptibilis. & similiter forma corporis: quod est genus animalis. Itẽ, in eodem dicit, ꝙ impossibile est vnum subiectum habere nisi vnam formam. Item, Arist. in Primo Phy. dicit, ꝙ materia prima est illud, in quo, si aliquid corrũpitur, abibit vltimũ:

E quod non esset, si in morte animalis remanet eadẽ forma substantialis, s. forma corporis, aut aliqua alia, sicut asserebatur tertia ratione positionis. Item, sm istam positionẽ anima vegetatiua, & sensitiua, & cogitatiua in homine, vt hinnibilis in equo, sunt diuersæ animæ. Et similiter vnum animatum habet plures animas: quod videẽ esse contra Arist. in Primo de Anima. cap. de Erroribus, & in Secundo capitulo, potẽtiarum autem animæ: ibi. n. vult, ꝙ sicut figura posterior cõtinet priorem in potẽtia, vt tetragonus continet trigonum, & pentagonus continet tetragonum, sic anima posterior continet priorem in potentia, vt sensitiua vegetatiuam, & intellectiua sensitiuam. Modo, si istæ essent diuersæ substantię aiæ, tunc posterior non contineret p̃cedentem in potentia: quare &c.

Nihil põt eẽ ens actu p formã generalẽ sine forma perfectiore.

Propter solutiones omnium istarum rationum, & auctoritatum, consideranda sunt aliqua fundamẽta. Primo considerandum est, ꝙ ponentes istã positionem recte ipsam intelligentes, non ponunt ꝙ forma generalis sit talis

F forma, per quam aliquid sine forma perfectiori possit esse ens actu simpliciter. forma enim, qua aliquid est animal, non est talis forma, per quã aliquid possit esse ens in actu simpliciter præter omnem aliam formam, perfectiorem: immo est quædam forma imperfecta & potentialis, quæ nunquam potest esse in materia, nisi sit ibi aliqua forma specificans & determinans eam ad speciem determinatã. Sicut igitur materia prima, quamuis sit alia natura realiter ab omni forma, vt demonstratum est in Primo Phy. & hoc concedunt omnes: non tamen potest existere separata ab omni forma simul, sic forma animalis, vnde animal est, licet realiter sit alia forma propria hominis vnde homo: & similiter ab alijs formis nunquam est actu separata ab omni forma specifica & propria. nunquam enim est aliquod animal, quod nec sit hõ, nec asinꝰ, nec hmõi. Et ideo dicitur cõiter, & accipitur in Quarto Topi. ꝙ nihil est in genere, quod non sit in aliqua eius specie. Nunq̃ enim forma animalis esset in materia nisi sequaẽ alia for-

G ma perfectior dans esse specificũ, immo semper relinquit in materia potentia ad formam perfectiorẽ, & sic ipsa est potentialis & diminuta respectu formæ specificæ, quamuis in seipsa sit quidã actus dans esse materiæ. Et hoc pulchre signauit Lincon. in Primo Poste. cap. de Per se. vbi dicit, ꝙ genꝰ est causa speciei, sicut forma materialis, vel sicut materia formalis. & hunc sermonẽ dicit alias se confirmaturum ratione & auctoritate. Est aũt vtrunq; hoc vnum aliquo modo. genus enim quãtum ad suam formã est sicut forma materialis pro tanto, qa eius forma est imperfecta & diminuta respectu formæ vltimæ specificæ, et disponit materiam ad receptionẽ formæ vltimæ. Vnde mediante ipsa materia recipit formam specificã, vt dicit Commen. potest etiam dici materia formalis pro tanto, quia non est sola materia, nec sola forma cõis, sed totum compositum ex materia & forma cõi: quare respectu materiæ est aliquis actus & forma, licet respectu formæ specificæ magis habet rationem dispositionis substantialis.

H Per hoc soluitur quædam oppositio, quæ posset hic fieri. cum enim forma animalis, vnde animal, sit forma perfectior & nobilior q̃ forma propria cuiuscunq; elementi, vt ignis, aut aer aut hmõi, & tamen forma elementi det esse simpliciter absq; alia forma perfectiori necessario cõsequente in eadẽ materia: videtur, ꝙ similiter forma animalis multo fortius debet dare esse simpliciter, pręter omnem aliam formam substantialem perfectiorẽ consequentem in corpore. Dicendum, ꝙ non est verũ, quia quantumcũq; forma animalis, vnde animal, sit simpliciter perfectior, & nobilior q̃ forma ignis, ipsa tamen de sui natura est sicut præparatio & dispositio ad aliam formam perfectiorem & indeterminata ad diuersas formas proprias, & nulli contrariatur nec sm se, nec sm suas dispositiones proprias: sic autem non est de forma ignis, aut aeris, aut hmõi: quare &c. Vlterius est attendendum, ꝙ multũ refert aliquid vniri enti, quod est in potentia, & vniri enti

Dupl'r vniẽ aliqd enti ĩ potentia.

quod

quod est in potentia fm quod in potentia. Nam vnumquodq; accidens terminatum in istis generationibus & corruptionibus vnitur composito ex materia & forma, fm Commentatorem in Secundo de Anima, & per consequẽs vnitur aliquo modo materiæ, quæ est de se ens in potentia, ita q materia non sit principalis ratio recipiendi hoc modo accidens. vnde non valeret istud argumentum, caliditas aduenient ligno vel lapidi necessario aduenit materiæ primæ, quæ est in potẽtia de se: materia enim non est in composito nisi in potentia, vt vult Commentator in Secundo de Anima. i. q in composito ipsa non est ens actu de se, ergo caliditas est forma substantialis: quia caliditas aduenient ligno & eius materiæ non vnitur ipsi materiæ fm q est in potentia pura, ita q ipsa substantia materiæ sit principalis ratio recipiendi caliditatẽ & substandi caliditati. Similiter dico è conuerso ad propositũ, q multum differt aliquã formã vniri ei, quod ẽ ens actu, & vniri ei fm q est ens actu. põt enim aliqua forma substantialis perfectior vniri materiæ habenti formã aliquã substantialem minus perfectã, & sic vnietur enti in actu, sed non fm q ens in actu, ita s. q illa forma præexistẽs sit principale receptiuum vel subiectum illius formæ, sed recipiet formam illam ratione qua est ens in pura potentia de se & subiectum primum. non enim putandum est, q, cum aliqua materia recipit formam, et forma perficit materiã, quod ipsa materia fiat essentialiter illa forma, & natura materiæ fiat natura formæ, immo remanet ipsa substantia materiæ, quæ quantum est de se, est ens pure potẽtia, & non actus: vnde Commentator, sicut statim allegabatur, dicit in Secundo de Anima, q materia nõ est in cõposito nisi in potentia, i. nisi cum ens in potentia quãtum est de se: bene tamen verum est, q materia est actu in cõposito, componendo ly actu, cum esse in composito: sed ipsa in composito non est ens actu, componendo ly actu, cum ly ens, immo est ens potentia. Si enim materia existens in composito esset essentialiter ipse actus seu forma, tunc compositum nõ haberet diuersas partes essentiales, postq materia esset eadem res cum forma & è conuerso, & sic compositum nõ esset compositum: quod est impossibile. Cum igitur in composito remaneat essentia materię diuersa à forma, potest aliquid aduenire composito & in ipso recipi ratione materiæ principaliter, & nõ ratione formæ nisi dispositiue, ita, q compositum subijciatur alicui principaliter fm materiam & dispositiue fm formam præcedentem, & hoc est multum tenẽdum: quia p hoc faciliter tolluntur argumenta, quæ aliqui putant demõstrationes contra pluritatem formarum prius positã. Considerandum etiam vlterius, q fm istam positionem talis est ordo & pluralitas formarũ in vno indiuiduo, nã sunt plures formæ substantiales ordinatę realiter, fm suas substantias diuersæ, ita q vna non est alia, nullam tñ contrarietatem habẽtes inter se, sed vna est propter aliam, sicut dispositio & præparatio subiecti ad eã. Verbi gratia. in Socrate est vna forma substãtialis imperfectissima & potentialis & propinquissima materiæ, quæ dat esse substãtiam acto, & eam cõsequitur ista proprietas vel accidẽs, quæ est actu subsistere: à qua proprietate dicĩ accipi conceptus confusus substantię. Alia est forma, qua Socra. est corpus: & istam consequuur hoc accidens, quod est substare trinę dimensioni. Vlterius est alia forma, per quam est animatum, & eam consequitur virtus nutritiua, & deinde alia, per quam est animal: & istam consequitur virt⁹ sensitiua, à qua animal dicitur animal fm nominationem postmodum est alia forma, per quam est homo: & istam consequitur ratiocinatiuum aut aliquod hmõi alterum. & post illam formam substantialem specificam forte nõ est aliqua alia forma substantialis perfectior, & oẽs aliæ sunt accidentia. Et ob hoc dicĩ, q species est tota substantia indiuiduorum. Et Aristo. dicit in Secundo Poste. q in eadem specie sunt multæ differentiæ, sed non fm substantiam, neq; per se. essent autem in eadem specie multæ

Com. 60.

Com. 78.

Vniri enti actu & vniri ei dẽ secundũ q ẽ ens actu differunt.

Com. 78.

Ordo formarum substãtialiũ i vno supposito.

A differentiæ fm substantiam & per se, si quodlibet indiuiduum haberet formam substantialem propriam superadditam formæ speciei. De hoc autẽ est alibi perscrutandum, s. in quæstione de principio indiuiduationis. Et forte inter formam, qua Socrates est corp⁹, & inter illã qua est animatum, bene est media forma, s. qua est mistum. oẽ enim animatum est mistum, sed non conuertitur. vnde, si mistum prædicatur essentialiter & in quid de Socrate, nõ est remotum quin sit genus aliud à prædictis, & forte est accidens eius proprium vel aliquid hmõi. Sed quicqd sit de hoc, oportet esse tot formas substãtiales diuersas in Socrate quot sunt prædicata in quid ordinata in linea prędicabili, quæ prædicantur de ipso essentialiter & in quid.

Numer⁹ formarum substãtialiũ i vno supposito

Est autem vlterius consyderandum, q sicut videĩ velle Auicen. in Quinto suæ Metaphy. cap. de assignãda differentia inter genus & materiam. Genus potest accipi dupliciter. Vno modo pro composito ex materia & forma communi, quæ pertinet ad essentias specierum. Alio B modo pro cõposito forma vltima specifica, & omnibus substantijs præcedentibus, sub ratione formæ generalis. verbi gratia. animal potest mihi dicere totum compositum ex materia & forma cõi omnib⁹ animalibus, s. anima sensitiua: vel potest accipi pro toto composito ex forma specifica cum omnibus formis prioribus & materia prima. & primo quidem modo genus est quodam modo materia speciei, & secundo modo est tota essentia speciei, significata tñ & intellecta sub ratione communi & generali. Sicut enim ponentes esse vnam formam substãtialem speciei & omnium generum suorum dicunt, q nomen generis significat totum cõpositum ex materia & forma, sub ratione tñ cõi sumpta à modo vel virtute cõi, sic ponẽdo formas diuersas potest poni rationabiliter, q ipsum nomen generis significat totum compositum ex forma specifica, & omnibus substãtijs prioribus, sub ratione tñ accepta à forma cõi, vel à virtute consequente formam cõ- C munem. verbi gratia, animal signat compositũ ex forma specifica sub ratione sumpta ab anima sensitiua, vel à sensu, & non significat aliquam formam specificam sub propria rõne. & ideo non dicitur significare ipsas species: & hoc etiam modo genus non est quid vnum in diuersis speciebus quantum ad formam vltimam: quia forma specifica non est vna diuersarum specierum, sed plures. Hoc igitur totum compositum ex forma vltima siue specifica: & omnibus præcedentibus est prædicabile in quid de multis speciebus & multis compositis non existẽs realiter ab eis aliud, & quod cõiter nominaĩ genus. Et de genere primo modo dicto loquitur Lincoñ. in Primo Poste. capitulo de Per se, auctoritate præallegata, quod illud genus vel est forma materialis speciei &c. De isto etiam intelligendum |q.| ipse dicit ibidem q quidditas speciei essentialiter & non per accidens egreditur à quidditate generis & differẽtiæ, s. sicut compositum à suis partibus essen D tialibus. His prætm ellectis, tentandum est soluere dubitationes superius adductas.

Gen⁹ accipitur dupli͡r.

AD primam dico breuiter, q, si quælibet illarum formarum generalium daret esse simpliciter p se & seorsum sine omni alia forma perfectiori, tunc indiuiduũ non esset ens vnum per se. sed non est ita vt præmissum fuit prius, immo omnes formæ generales pręcedentes formã specificam sunt potẽtiales & imperfectæ respectu formæ vltimæ. Ipsa autem forma vltima, quę est actus perfect⁹, dat esse actu & esse vnum toti præcedenti, quare non valet. Et quod dicitur confirmando, vnum ens erit plura entia, hic potest dici, q non sequitur, quia ipsum indiuiduũ non est quælibet illarum formarum, nec est quodlibet illorum compositorum communium, sed est constitutum ex omnibus illis: & non est inconueniens vnum ens esse compositũ ex multis & pluribus entibus, dummodo sint adinuicem per se ordinata, sicut ens in potẽtia ad actum: sicut est in proposito: quare non valet. Per idem ad secundum, si in generatione indiuidui subijceretur ens actu

Rñsio ad rõnes pbantes formæ vnitatem i cõposito.

Ad secũdã

rõne

ratione qua ens actu & per unam formam indiuidualem, tunc esset alteratio: sed nō est ita, immo illud ens actu subijcitur generationi substantiali ratione partis potentialis, quæ est in eo principaliter & similiter ipsi formæ generatæ. Et in istis solutionibus gauisus est animus meus cum laude Dei.

Ad tertiū, Ad aliā dico, ꝙ immo generatio indiuidui, vt Socra. bene est vna: qa non est nisi vna forma substantialis propria ipsius. sed ipsam generationem illius formę bene præcederēt quædam aliæ aliquo modo prioritatis. vnde dico, ꝙ, si per generationem Socratis intelliguntur omnes transmutationes, quibus acquiritur substantia Socratis, nullum est mihi inconueniens istas non esse vnam generationem penitus indiuisam. sed, si per generationem Socratis intelligatur transmutatio, qua acquiritur forma propria substantialis Socratis, sic vtiq; est generatio vna & indiuisa.

Ad quartū, Resolutio ad materiā primam fit duplex. Ad aliam dico, ꝙ in generatione et corruptione fieri resolutionem vsq; ad materiam primā, potest intelligi dupliciter. Vno modo, ꝙ nihil remaneat in corrupto idem numero cum eo quod fuit prius, & hoc est impossibile fm Commen. qui ponit dimensiones, saltem fm se remanere easdem numero in materia corrupti & generati, vt patet in de Substātia orbis. Alio modo potest intelligi ꝙ fiat resolutio vsq; ad materiā primam ita ꝙ de præcedentibus nil remaneat tāquam subiectū principale formæ, quæ acquiritur: & hoc modo verum est ꝙ fit resolutio vsq; ad materiā primam. & hoc signat Arist. in Primo de Generatione, capitulo de Alteratiōe, vbi dicit, ꝙ, cum transmutatur hoc totum in hoc totum, nullo sensibili & nullo ente actu remanēte, vt subiecto eodem, tunc est generatio. Non igitur vult Arist. & in corruptione cum aliquid corrumpitur & aliud generatur fiat resolutio vsq; ad materiam primam, ita, ꝙ omnia præcedentia corrumpantur præter materiam primam, sed ꝙ nihil remanet tanquam principale subiectum eius, quod generatur nisi ipsa prima materia: & sic possum⁹ dicere, ꝙ, cū unus moritur, resoluitur in corpus compositum ex materia & forma corporis, tamen illud compositum non est illud, s. quod fit resolutio principaliter nisi ratione materiæ primæ, quæ est ens pure potentia, sicut etiā non fuit subiectum generationis viuētis principaliter nisi ratione materiæ primæ.

Ad quintū, Ad aliā cum dicitur, anima est actus primus &c. potest dici, ꝙ anima est actus primus nō simpliciter, sed In generatione actuum, qui sunt proprij animato, potest autē actus alius cōmunis prior esse ipsa anima. Aliter posset dici, ꝙ, cum dicitur anima est actus primus corporis, ꝙ ibi accipitur corpus pro toto composito ex materia & forma corporali: & quamuis in isto composito sit quidā actus prior anima, tamen ille actus est pars essentialis illius compositi & non super additus illi cōposito, anima vero est actus primus superadditus illi cōposito, vel eductus de potentia illius compositi, & non pars essentialis illius compositi, s. corpis absolute, licet sit pars essentialis corporis animati. Et vt sit ad vnum dicere, aīa est actus primus corporis, sicut sui primi perfectibilis, nō sicut pars essentialis sui totius, quare &c.

Ad sextū, Ad aliam dico, ꝙ nego maiorem, immo ante illam formā, qua homo est corpus, est alia forma substantialis qua est substantia: nec est aliqua necessitas, ꝙ omnis forma vnita materiæ mediantibus dimensionibus sit illa forma, per quam est corpus. Dicam igitur, ꝙ alia est forma substantiæ, vnde substantia, & alia corporis, vnde corpus: & tñ vtraq; inest materiæ mediantibus dimensionibus. Sed differunt, quia forma substantiæ consequitur primo & immediate hoc, quod est subsistere, & formam, qua est corpus, consequitur corporeitas. Dicerent autem nonnulli, ꝙ eadem est forma, qua homo est substantia, & qua corpus; quia substantia non est genus superius ad corpus, imo substantia, quæ est genus, est idem quod substantia corporalis. substantia autem in communi ad substātiam corpoream & incorpoream non est genus nisi fm analogum & non vnius rationis vniuocæ, & sic oporteret dicere, ꝙ substā-

E tiæ incorporeæ non sunt in prædicamēto directe, nisi forte sicut principia & quasi per reductionem: sed de hoc nō determino ad præsens.

Ad septimum diuersa secūdum spēm dicūtur multipliciter. Ad aliam potest dici, ꝙ forma substantiæ & forma corporis sunt formæ diuersæ fm speciem. Sed diuersa fm speciem multipliciter dicuntur fm Aristo. in Quinto Metaphy. cap. de Diuersa specie. vno modo dicūtur aliqua diuersa specie, quæ sunt finales vltimæ species, quarum definitiones sunt diuersæ, vt homo & equus, & talia bene cōueniunt in vno genere. alio modo dicuntur diuersa specie, quæcunq; in eodē genere existentia habent supple per se: & hoc modo istę formæ sunt diuerse specie: quia sunt in eodem genere sicut principia, sed non sunt diuersa specie tanquā vltimæ & finales species: quarum definitiones sunt diuersæ, & quæ recipiunt prædicationem generis vniuoce. Ad aliam cum dicit, ꝙ vnum indiuiduum &c. potest dici, ꝙ nō est verum: qa proprie loquēdo nihil est indiuiduum speciei nisi per formam indiuisibilem vltimam perfectam, & vnum indiui-

F duum per vnam talem formam: modo, Ipsum quod fuit sub anima, & quod postea est sub alia forma non est vnū per aliquam vnam formam vltimam & perfectam, sed p vnam formam generalem & potentialem indifferentem ad multas, quare &c.

Ad octauū Spēs dicit duo. Aliter potest dici & bene, ꝙ per speciem possunt intelligi duo, quantum spectat ad propositum, vno modo species dicit mihi quoddam prædicabile in quid, quod est tota substantia indiuidui. alio modo species dicit formam seu actum. Modo, unum indiuiduū nunquam potest esse sub diuersis speciebus, primo modo sumendo speciem. Sed secundo modo possibile est vnum singulare & vnū numero successiue esse sub diuersis formis. Corpus igitur vnum singulare erit sub diuersis formis successiue, sed neutra istarū erit prædicabile in quid de illo dicens totam eius substātiam, & ideo ista ratio parum valet.

Ad nonum Ad aliam, cum dicitur, ꝙ tunc forma propria speciei est accidens, dico, ꝙ nō sequitur. Et, cum pro-

G batur, quia adueniat enti actu, dico, ꝙ licet adueniat ei quod est actu, non tamen adueniet ei fm quod est actu, ita ꝙ prima & principalis ratio recipiēdi ipsam formam specificam substantialem & propriam sit ipsa forma præcedens, immo ipsa essentia materiæ primæ, quæ remanet in illo composito. Et istam solutionem capio ex verbis Cōmen. in Secundo de Anima, vbi allegatur ista regula, ꝙ subiectum formæ substātialis non est aliquid actu, fm ꝙ est subiectum ipsius formę, ita ꝙ per naturam, per quam est subiectum principaliter, non est aliquod ens actu, nō tamē negat, quin per aliam naturam posset esse ens actu, immo hoc est necessarium, quod habet hic concedere, cū ipse ponat formam misti aduenire materiæ habenti formas substantiales elementorum, vt patet in Tertio Cœli & Mundi. Com. 4. Item, potest dici, ꝙ subiectum formæ substantialis non est aliquid ens actu. verum est actu perfecto & vltimato, sed potest esse ens actu imperfecto & po-

Com. 67.

H tentiali, quo mediante saltem vt dispositione recipit actū specificum. & hoc sonat cum eo, quod dicit in erroribus Metaphy. vt allegatum est prius, s. ꝙ materia prima recipiat formas vniuersales, & mediantibus formis vniuersalib⁹ recipit formas alias &c. Et istæ sunt solutiones sufficientes, vt puto: licet multi non consyderātes totam intentionem Commen. multum sustententur super ista auctoritate.

Ad auctoritates Arist. Modo est dicendum ad auctoritates, quæ videntur istam positionem reddere improbabilem. Ad primam cum dicit Arist. ꝙ æquiuocationes latent in vniuersalibus. Dico, ꝙ hoc est verum, non ꝙ forma generis nō sit vna fm se in diuersis speciebus, & alia realiter à formis proprijs specierum, sed pro tanto, quia diuersitas specierum siue formarum propriarum specificarum aliqualiter occultatur, & latet propter vnitatem ipsius formæ cōmunis, ratione cuius significantur & intelligūtur ipsę species, ita, ꝙ propter vnitatem illius formæ & proprietatis eius putantur omnes species solum habere vnam formā & vnam naturam & non diuersas: & sic in vniuersalibus

præcipue

præcipue in generibus latent æquiuocationes, & non videntur esse æquiuocationes, i. diuersitates specierum cum sint. Et ad idem exponendum est illud Arist. in Septimo Physi. q iuxta genera latent multa, non quia forma generis sit realiter ipsæ formæ specierum nõ diuersa ab eis ẜm se, sed quia propter vnitatem & indifferentiam illius formæ cõis, in qua conueniunt omnes species, putãtur non habere diuersitatem per se in naturis: & sic latet & occultatur earum multitudo iuxta vnitatem generalis formæ, vt quia omnes species animalis conueniunt in anima sensitiua, quæ est vna de se, putantur ipsæ species animalis esse vna natura inter se, & nõ sic apparet, nec manifesta est earum diuersitas, sicut si non conuenirent in aliquo vno communi, vnde, si bene diligenter consyderetur inuenitur, q auctoritas est recte pro ista positione. Illam tamen literam Septimi Physi. & signat hæc ratio. exponit Commen. longe aliter ad aliam sententiam, quam cõiter eapo natur: & ẜm eius expositionem in nullo est cõtra positionem istam, sed illam expositionem prætermitto propter breuitatem, & quia non est indigens: sed bonum est ut tu videas eam. Ad aliam auctoritatem cum dicit Aristo. in Septimo Physi. q in genere non fiunt comparationes, potest dici, q hoc non est pro tãto, quia ipsum genus nullo modo sit vnum in diuersis speciebus, sed quia non est vnum ẜm speciem specialissimam, sed ẜm vnitatem generalem & potentialem. Ad propriam autem comparationem requiritur vnitas specifica eorum, quæ comparãtur ẜm magis & minus & æquale. Nã forma non recipit magis & minus proprie nisi illa, quæ eadem ẜm speciem saluatur sub gradu perfectiori & minus perfecto. Itẽ, potest dici, q Arist. accipit ibi genus prout dicit totum cõpositum ex forma vltima, quæ non est una in diuersis speciebus, & omnibus præcedentibus pertinẽtibus ad essentiam speciei. In isto autem composito non fiunt comparationes. propter hoc forma vltima non est quid vnum ẜm se, sed diuersa in diuersis speciebus. Vel dicendum est, q pro tanto non fit comparatio in genere, quia licet sit vnũ ẜm se in diuersis speciebus, tamen forma generis non est eadem essentialiter cum formis proprijs specierũ, immo diuersa. Ad hoc autem q aliqua duo proprie comparentur ẜm magis & minus & æquale, requiritur q sit vnum ẜm se in illis, & sit idem cum formis proprijs illorũ, vt in duobus albis albedo est eadem ẜm se. species enim vna natura vult esse ẜm Themistium in Procemio de Anima. & cum hoc ipsa albedo est eadem essentialiter cum forma huius albi & illius, nec est alia albedo realiter in hoc albo ab illa, qua est hoc album. Modo, quãuis animal sit vnũ ẜm se in homine & asino vnitate generali, tñ forma & natura animalis, vnde animal, nõ est eadem essentialiter cũ forma propria hominis, nec est forma propria asini. vnde non est verum dicere, q homo per id q est homo, sit magis animal aut minus animal aut æqualiter animal ꝙ asinus, nec cum asino: quia homo per id, quod est homo formaliter, non est animal. & ideo nec magis nec minus nec æqualiter est animal, per id quod est homo. Sed hoc albũ per id idem quo formaliter est album est albius alio min⁹ albo, s. per albedinem. similiter autem & in alijs, quæ proprie comparantur. & in hac solutione gaudebit gaudens animus meus cum laude Dei. Ad aliam, cum Arist. dicit, q nihil est gen⁹ &c. Dico, q ipsemet statim soluit cũ subdit, aut siquidem est in materia, aut est bene. itaq verum est, q genus, quod est cõpositum ex materia & forma generali tantum, aut nihil est, aut est vt materia: & hoc est verum pro parte vltima: est enim vt materia, inquantum est in potentia ad formam vltimam. Item potest dici, q sic intelligit Philosophus genus non esse præter generis species, s. ẜm subsistẽtiam separatum à speciebus, sicut posuit Plato, aut sequebatur ad eius positionem. Sic enim ex genere & differentia non fieret vnũ per se & simpliciter in diuersis: quia ex diuersis substantijs per se subsistentibus non fit quid vnum inesse. Et ideo dixit Arist.

A Volens ostendere modum vnitatis definitionis compositæ ex genere & differentia, q genus non est præter generis species, s. per se subsistentes seorsum à formis specierũ, & si est præter generis species, s. essentialiter diuersum à formis proprijs specierum, tunc est vt materia, & sic pro positio Aristo. verissima est. Et ista forte fuit auctoritas, qua Lincon. proposuit confirmare illud suum dictum, q gen⁹ est materia formalis, vel forma materialis, vt expositum fuit prius. Ad aliud, cum dicitur, q in substantia non est ordo, possum dicere multipliciter. vno modo, q hoc verũ est in substãtia, quæ est actus vltimus speculi de finitæ: iste enim actus vltimus non est diuisibilis in duo, quorum vnum sit prius, & ali⁹ posterius. & sic in ipso nõ est ordo, qui est inter prius & posterius. Sed non vult dicere Philosophus, q nullo modo sit ordo inter partes substantię definiti, hoc est manifeste falsum. Omnes enim cõcedunt, q genus est prius in definitione ꝙ dña. Itẽ, potest dici, q in substãtia non est ordo partium per se & seorsum subsistere potentium, sicut Socra. & Pla. per se subsistunt: quia ex talibus diuersis non fit vnũ ens per se, sed bene est ordo inter ea, sicut inter actum & potentiam. & hoc non intendit Arist. negare.

B Ad aliam patet dici, q genus diuiditur per differentias, i. diuersa esse & diuersa recipit à differentiis non pro tãto, quia forma ipsius sit idem cum formis differentiarum proprijs. Vel dicatur, q illud est verum de genere pro toto composito ex vltima differentia & omnibus præcedentibus pertinentibus ad substãtiam speciei significato & intellecto sub ratione generali: istud enim compositũ prædicatur de multis cõpositis, & diuiditur in ea. Sed, si sumatur genus pro cõposito ex materia & forma potentiali, solum hoc non diuiditur in species nisi sic, q diuersa esse recipit à diuersis formis proprijs specierum. Ad aliam dico, q multum fuit mihi difficilis auctoritas illa, qũo lapis cõponitur ex forma simplici & materia prima, tamẽ potest sic exponi,

C q lapis potest consyderari dupliciter, & sic est intelligendum de alijs grauibus & leuibus inanimatis. Vno modo potest accipi quantum ad suam totam substãtiam, & sic non est solum compositus ex vna forma & materia. sed habet formas substãtiales plures ordinatas, per quarum primam est substãtia, & per aliam est corpus, & p aliam lapis. Alio modo potest consyderari lapis inquantum est subiectũ mobile motu locali recto, & sic in ipso non sunt nisi duo principia motus, s. materia, & forma, ut ipse vult in Quarto Physi. & res mouẽs est forma, & res mota est materia, ita q in ipso non possunt distingui duæ substantiæ, quarum vna sit in actu mobilis prdprie motu recto, & alia proprie mouẽs, quia sic moueret seipsum proprio motu sicut animal. Quamuis igitur in lapide præter formam propriam, qua est lapis sit forma, quæ est substãtia, & forma qua est corpus, tñ hoc accidit ei ẜm q est mobilis motu recto, quia, si non haberet nisi vnam formam, s. formam, qua lapis est, & materiam corporalẽ, adhuc mo

D ueretur motu locali recto. E contrario est autem de alali. nã ad hoc q moueat seipsum motu locali processiuo aut alio tali motu non recto, necesse est q sic compositum ex anima, & quadam alia substantia actu, per quam est actu mobile tali motu. Nec est dicendum, q animal sit compositum ex corpore & anima, accipiẽdo corpus & animam pro diuersis partibus quantitatiuis animalis: hæc. n. non est intentio Commentatoris, sicut ostensum fuit prius, et alias probabitur Deo dante. Per idem ad aliam auctoritatem de Quarto Phy. & ad illam de Quinto Metaphy. forma enim simpliciũ, prout ipsa simplicia sunt mobilia motibus rectis, non sunt formæ in ente actu, imo ipsa corpora elementalia sic sumpta, sunt cõposita ex formis simplicibus & materia prima. Ad aliã patet ex dictis. verum enim est, q subiectum substãtialis formæ non est aliquod ens actu per illam materiã, per quam est subiectũ: & hoc est quod dicit Commen. ibidem. & addit ẜm q est subiectum formæ substantialis bene potest esse ens actu

per

per aliquam aliam naturam superadditam, s. per aliquam formam substantialem præcedentem, qua mediante tanquam præparationem recipit aliam formam substantialem: & hoc nullum est inconueniens. nõ enim recipit illã formam substantialem principaliter ratione formæ præcedentis, sed ratione suæ essentiæ, quæ est ens in potentia pure receptiua. Ad aliam potest dici, q Commen. habet pro inconuenienti, q aliqua forma specifica aut indiuidualis sit in materia ante dimensiones, & q sit æterna & incorruptibilis, sed de forma cõi & generali non est inconueniens ipsam esse æternæ materiæ, si nullum habet contrarium nec sm se, nec sm suas dispositiones. Modo, si esset idem iudicium de dimẽsione interminata & de dimensione terminata: cum dimensio terminata præsupponat formam specificam & indiuidualem, sic etiam dimensio interminata talem formam præsupponeret: & sic illa forma determinata & specifica esset incorporalis: quod ẽ impossibile. Quòd autem ista sit intentio Commen. manifestum est inspiciẽti verba eius. dicit enim sic, vnde putauit Auic. q dispositio trium dimensionum in materia simpliciter non terminatarum est dispositio dimensionũ terminatarum. Quapropter dixi necessario primam formam existere in materia antequam dimensiones existãt in ea. patet igitur, sm recitationẽ Commen. sicut dimensiones terminatę termino proprio alicuius speciei præsuppont formam substantialem specificam illius speciei, sic & dimensiones interminatæ præsupponũt eam: & sic sequitur necessario talem formam esse incorruptibilem, sicut habet determinari ibidem, & sic illud dictum in nullo est contra nos. Nam, si concedimus formam aliquã coæternam esse materiæ, s. formam substantiæ & formam corporis, non dicimos istas esse formas specificas, nec indiuiduales, sed formas generales & potẽtiales, quibus nihil est cõtrarium: quare &c. Ad aliam, cum dicitur, q vnum subiectum &c. dico, q Commen. sic intelligit, q vnum subiectum &c. si illa forma esset de essentia materiæ sm q est materia: & hoc est verissimum. Si enim materia, sm q est materia, haberet aliquam formam substãtialem de sui essentia, tunc reciperet aliam, ratione illius formæ: & p consequens ratione qua ens actu simpliciter. & sic omnis forma, quæ reciperetur esset accidentalis. & propter hoc vult ibi concludere Commen. q materia nõ habet aliquam formam substãtialem de sui essentia, sicut patet inspicienti. hæc igitur cõditionalis est vera, q, si materia prima haberet aliquam formam de sui essentia non reciperet aliam substantialem, quia vnum subiectum impossibile est habere nisi vnam formam substantialem: qa omnes aliæ reciperentur in materia, sm q est ens actu.

Com. 63. Et ad istam intentionem dicit idem Cõmen. in Primo Phys. q, si materia prima sm q est materia prima haberet aliquam formam sibi propriam & de sui essentia, quã tumcunq; illa esset diminuta & imperfecta nullam aliam formam substantialem reciperet, & generatio esset alteratio: quod est impossibile. ergo impossibile est omnino, q materia habeat aliquam formam, quę sit sua essentia, vel de sua essentia sm q materia. Sed non vult negare Commen. q materia prima non possit habere plures formas substantiales ordinatas, quarum tamen nulla est de eius essentia sm q materia, immo sibi cõtradiceret in multis locis aliĳs, vt patet scientibus commenta sua. ponit. n. formas substantiales elemẽtorum refractas remanere in misto, vt patet ĩ Tertio Coeli: & q materia prima primo recipit formas vniuersales, & mediantibus formis vniuersalibus recipit formas alias vsq; ad indiuisibiles, vt prius allegabatur: quare &c. Et in ista solutione gaudebat animus meus cum Dei laude. Ad aliam patet ex dictis, in solutione quintæ, s. rationis, nisi sit resolutio in materiam primam, ita q ipsa sola remaneat tanquam subiectũ principale formæ generatæ, vt dicebatur. Ad aliam concedo, q anima sensitiua, cogitatiua, & vegetatiua sunt diuersæ animæ sm suas substantias, & non solum sm suas

Com. 67.

Aĩa vegetatiua q̃ sunt diuersę aĩę.

E potentias seu virtutes: & concedò potẽtiam vegetatiuã, & sensitiuam, & cogitatiuam, & intellectiuam pertinere ad diuersas substantias animæ. uerum est tamen, q semp vna istarum præsupponit aliam, s. perfectior minus perfectam, vt sensitiua uegetatiuam: & hæc est intencio Arist. in Secundo de Anima. non enim dicit Arist. q anima posterior includit priorẽ, sed q animatum perfectius includit minus perfectum, vt in sensitiuo est vegetatiuum potentia, i. sicut pars potentialis & imperfecta respectu sensitiui. & similiter sensitiuũ in intellectiuo quoquomodo. Et q hæc sit intentio Arist. patet ibidem. dicit enim sic. similiter autem se habent ei q de figuris, & quæ sm animã sunt, s. quantum ad præsuppositionẽ. Semper enim in eo, quod est communius, est in potentia quod prius est in figuris & inanimatis. Ecce, quod dicit in animatis & non dicit in animalibus. & subdit, vt in tetragono quodlibet trigonum est, & in sensitiuo vegetatiuum. volo igitur q animatum anima sensitiua includit vegetatiuum in potentia,

F idest sicut ens in potẽtia in ipso: quia imperfectum est respectu eius, vt pluries dictũ est. Et si vis referre ad animas, dicendo, quòd anima prior est in posteriori potentia, hoc bene verum est, sicut ordinatum in finem est in suo fine. hic autem est vnus modus essendi, vt patet in Quarto huius. anima igitur vegetatiua & eius potentia est in sensitiua, non sicut in subiecto, q sit subiectum potentiæ vegetatiuæ, sed sicut in fine, ad quem ordinatur, sicut minus perfectum ad perfectius: & similiter sensitiua & eius potentia intellectiua tanquam in suo fine; & hoc bene signauit Arist. in litera cum dixit, quibuscũq; enim inest ratiocinatio corporalium his & reliqua omnia, s. reliquæ omnes animę concedo igitur animam vegetatiuã, sensitiuam, & intellectiuam tres esse substantias ordinatas, ita q vegetatiua est sicut præparatio ad sensitiuã, & sensitiua ad cogitatiuam, & cogitatiua ad intellectiuam: & hoc non puto inconueniens. Et quod videtur q Arist.

Tex. c. 23.

Vna aĩa est præparatio ad aliam.

G in erroribus de anima habet pro impossibili, q plures sunt animæ in vno animato, sine dubio verũ est plures diuersæ sm speciem specialissimam, & distinctæ loco & subiecto, sicut sequebatur ad positionem, contra quos ipse ibidem arguit. Dicebant enim quidam, q anima est harmonia, i. proportio commistionis. Et Arist. concludit, q, cũ in diuersis partibus loco distinctis sint diuersę proportiones etiam sm speciem specialissimam. Alia enim est complexio carnis et alia ossis, ideo sequebatur, sic animas esse diuersas, qd est impossibile. Nos uero non ponimus istas animas diuersas sicut formas vltimas specialissimas, nec loco & subiecto distinctas, sed in omni parte corporis animati est substantia animæ vegetatiuæ, & sensitiuæ ordinata modo prædicto. Et ideo in nullo auctoritates Arist. sunt contra istam positionem, si bene inspiciatur.

SCio tamen q dominus Alber. sup Tertium de Aĩa. in sua vltima digressione multum indignãter loquitẽ contra istam positionem, & sustẽtatores eius in Pri

Obiectiões d. Alberti magni.

Rõ prima.

H mo capitulo de Anima. de erroribus in vltima digressiõe & dure reprehendit eos. Sed sine dubio rationes eius, quibus conuincit putatiue huius positionis falsitatem, nõ videntur in totum substentabiles, & excellẽtes, q in eis debeat gloriari. Vna enim de suis rationibus est, quęrimus quid sit vniens istas substantias in corpore vno, & quicquid sit illud, hoc esse est aliud ab istis: & potius substantia & actus corpis q̃; ista tertia. Oportet enim vnius perfecti sm substantiam vnam esse perfectionem. Et huic respondeo breuiter, q vniens istas formas in corpe vno, vniens dico effectiue est ipsum generans educens eas de potentia materiæ, formaliter autem vnitę sunt corpori se ipsis, sicut & quęlibet alia forma seipsa formaliter est vnita materiæ, sunt tñ ordinatę adinuicem modo prędicto: & ideo debilis est hæc ratio. Secunda eius ratio est, q separatorum sm substantiam vnum per intellectum nõ est in alio: & sic vegetatiuum per intellectum non erit in sensitiuo: neq; sensitiuum in intellectiuo. Hęc autem ratio

Responsio.

Rõ secũda

facilis

facilis est: quia separatorum fm substantiã, quorum vnũ non est pars substãtiæ alterius, vnum per intellectum nõ est in alio, vt sunt asinus, & homo. sed separatorum, id est diuersorum secundum substantiam, quorũ vnum est pars alterius, vnum per intellectum bene est in alio. nunc autẽ ipsum sensitiuum est pars substantiæ vegetatiui, & vegetatiuum sensitiui. verum est tamen q anima vegetatiua nõ est pars sensitiuæ, neq; sensitiua rationalis propriẽ homini, & ideo bene vellem, q anima sensitiua nõ includit vegetatiuã in suo intellectu rationali, nec è conuerso, nec rationalis sensitiuam: habent tñ istæ formæ ordinem adinuicem, & vna quodammodo dependet ab alia, sicut ordinatum in fine habet esse à suo fine. Addit tñ vlteri⁹, q, si sensitiua est dispositio ad rationalem, aut est dispositio vltimata, aut non vltimata. si vltimata, tunc semp ad ipsam sequitur rationale, & sic omne sensibile erit rationale, sicut oẽ risibile est rõnale. Si autem nõ est vltimata, tunc oportet q aliquid additum ei faciat eam vltimatam, & sic aliquid erit inter sensibile & rationale: quod ultimarẽ sensibile, quod iterum absurdum est, ut dicit. Et iterum omnis dispositio est aliquid de genere accidentium, vt asseritur.

Rõ tertia.

Rõ quarta.

Responsio Ad tertiũ.

AD primam istorum dico, q anima sensitiua non est vltimata dispositio ad rationale, sed pter hanc requiritur dispositio accidẽtalis propria homini, vt, ppria complexio, quã anima propria hominis requirit in corpore, & sic inter sensitiuam & rõnalem nõ est aliqua dispositio substantialis vltimãs sensitiuam. Quod aũt ipse dicit, q omnis dispositio ẽ de genere accidẽtium, cuius salua pace sua, q hoc est falsum: nec probat hoc rõne, nec auctoritate, forma enim specifica & vltima intãtum diuersa est à natura materiæ primæ, q natura non potest peruenire ab ipsa materia prima ad talem formam nisi præparet formis substãtialibus imperfectis & potẽtialibus, quæ quodammodo cõueniunt cum materia & quodammodo cũ forma vltima. Cõueniunt. n. cum materia prima inquantum sunt potẽtiales & imperfectæ, & ad aliud ordinatæ: & cõueniunt cum forma vltima, inquantũ dant aliquod esse & distingũt compositum ab aliquo alio. formã enim substantię distinguit cõpositum à materia prima, quæ de se formaliter nõ est aliquod ens actu, & sic de cæteris suo modo. Præterea. Commen. Auer. in Primo Physi. dicit, q quædã sunt transmutationes in dispositionibus substantialibus, quibus mutaẽ nomen & definitio. Et idẽ dicit in Tractatu de Substantia Orbis. quare igit dicemus non oẽm dispositionem esse de genere accidẽtis? Vlterius accipit, q istæ substantiæ habent vnionem fm actũ, & quærit, quæ sit causa istius vnionis: & breuiter dico, q, si loquiẽ de actu secundo, qui est operatio, sic habent diuersitatẽ. actus enim vegetatiuæ est nutrire, & act⁹ sensitiuæ est sentire, & sic de cæteris. Si vero loquiẽ de actu primo, dico, q istæ tres substantiæ non sunt vnitę adinuicem, nec ad subiectum p aliquem actũ alium ab omnib⁹ ipsis, sed quælibet earum p seipsam est vnita materiæ, ita tñ q vna disponit ad aliam, vt sæpe dictũ est prius. videẽ autem q ipse loquiẽ de vnione actũ secundorum, quia quęrit de vnione actionum, & actio videẽ dicere actũ secundum. Et tunc manifestum est cuilibet intelligẽti quidem dicendum, q istæ substantiæ non habent vnionẽ actionum, ita q actio vnius sit actio alterius. Manifestũ enim est, q actio vegetatiuæ non est actio sensitiuæ, nec actio sensitiuæ est actio rationalis. Istæ tñ actiones sunt p se ordinatæ adinuicẽ, & sunt vnitæ in una substantia cõposita pp vltimam & perfectissimam, quæ est finis omnũ aliarum, sicut & ipsæ formæ sunt vnitæ in vno subiecto propter vltimam formam specificam. De ordine aũt generationis istarum formarum, an in eodem instanti generenẽ, an vna post aliam fm tempus. Et vtrum per primam rationem huius positionis concluderetur cœlum habere diuersas formas substantiales & speciem de genere accidentis esse compositã ex formis diuersis, indiget consyderatione diligenti. Et si quis diceret oẽs istas formas simul generari, & concederet cœlum habere plures formas substantiales & subiectum alterius rationis à materia prima subiecta priuationi. Et concederet speciem de genere accidentis esse constitutã ex diuersis principiis: quorum vnũ est in potentia respectu alterius, quæ forte contracta nullam diceret dignitatem. Sed hic volo finẽ facere, vsq; quo de nostris sociis aut contemporaneis, qui sunt alterius opinionis, soluerint nostras rationes: & positionem prędictã dignum ducant improbare. Quòd si nullus eorũ rationes illas aut positionem illam improbare voluerit, signũ erit, q ex illis demonstrationibus conuicti sunt acquiescere veritati, & hoc est quod volumus.

Ad quartũ.

Com. 63.

Rõ quinta. Responsio

AD rationem in principio quæstionis adductam. Dico breuiter, q, si accipiatur genus pro composito ex materia & forma generali, sic non prædicatur in qd & in recto de specie, sed in obliquo: & hoc modo accipit Porphyrius, cum dixit hominem esse compositum ex anima li & rationali. Si vero accipias genus pro composito ex forma vltima & omnibus præcedentibus pertinentibus ad esse vnius speciei, sub ratione tamen sumpta à forma communi, vel à modo essendi consequente formam communem, sic bene prædicatur de specie in recto & in quid: & hoc modo debet intelligi. hæc autem distinctio, licet non omnino sit consueta & famosa, tamen credo q nulli dignitati repugnat, immo cõsonat veritati. Et ambo ista significata comprehendit Arist. in Tertio significato generis, Quinto Metaphy. capitulo de genere. vbi dicit, q aliud vero materia. cuius enim differentia & qualitas est hoc est falsum q dicimus materiam. Genus enim primo modo dictum est materia speciei secundum rem, licet nõ omnino primam. Et genus secundo modo dictum est materia speciei secundum rationem, inquantũ conceptus alicuius speciei compositus est conceptu generalis & conceptu dr̃æ. Si quis vero non acceptet istã distinctionem, iustum est vt eam remoueat rõne demonstratiua: & non p verba blasphemiæ, aut derisionis: sicut cõsueuerunt aliqui qui reputant fictitia omnia illa, quæ non sunt eis consueta: quamuis non possint ea rationibus debilitare.

Rñsiones principalis quæsiti.

Tex. c. 11.

Quæstionum super Septimum de Physico Auditu, finis.

QVAESTIONES LIBRI OCTAVI DE PHYSICO AVDITV.

Vtrum autem factus sit aliquando motus cũ nõ esset prius, & corrumpitur iterum sic, quòd moueri nihil sit &c. Tex. c. 1.

QVAESTIO I.

An Aeternitatem Motus quærere ad Naturalem Philosophum spectet.



CIrca istum Octauũ Primo potest quæri, Vtrum quæstio de æternitate motus pertineat ad Philosophum Naturalem. Arguitur primo q nõ: quia problema: de quo neutro modo opinatur, non pertinet ad Naturalem: sed ista quęstio est problema, de quo neutro modo opinamur, vt patet p Philosophum in Primo Topicorum, quare &c. Item, ille effectus non pertinet ad Naturalem, cuius causa non pertinet ad Naturalem. (siquidem eiusdem scientiæ est cõsyderare causam & eius effectum, vt patet ex Primo Posteriorum:) Sed causa motus æterni non pertinet ad Philosophum Naturalem, quia illa causa est substantia separata à materia, vt patet in isto Octauo, & talis pertinet ad Philosophũ Primũ, vt patet i Duodecimo Meta. quare &c. Itẽ, illa quæstio non pertinet ad Naturalẽ, de qua non Tex. c. 14. Tex. c. 41.

potest haberi aliqua certitudo: hęc est manifesta, quia scientia est habitus certus, vt patet ex Primo Posteriorū. sed de ista quæstione nō potest haberi certitudo, quia dependet à voluntate Primi Motoris. quare &c.

OPPOSITVM arguit auctoritate Arist. in hac parte.

CONCLVSIO.

Quærere motus Æternitatem ad Naturalem Philosophiam pertinet.

Conclusio Responsio. DIcendum, quod ista quæstio pertinet ad Philosophū naturalem. Quod sic probatur, quæstio de passione naturali, quæ per naturalia principia terminari potest, pertinet ad Naturalem: hęc est manifesta ex Primo Posteriorum: sed hæc est huiusmodi. motus enim est passio naturalis, & similiter eius æternitas, vt manifestū est: quia motus est à natura, cum natura sit principiū motus & quietis &c. & potest terminari per principia naturalia, scilicet per principia ipsius motus, scilicet mobile & mouens, vt sunt debito modo consyderata, vt patet per Philosophum in isto Octauo & videbit post. Sed notandū, quod non est simile de entitate motus, & de eius æternitate. Nam de esse motus absolute manifestum est & nō est dubium bene dispositis: & ideo non oportet de ipsius esse inquiri, nec demonstrando ipsum esse motum, præcipue quia non docetur neque addiscitur nisi illud, quod, cū primo concipitur, apparet nobis dubium, vel apparet falsum. vt dicit Linconiensis in Primo Posteriorum. prope principium. Æternitas autem ipsius motus nō sic est manifesta, immo magis est dubium & occultum, an ipse sit æternus. & aliqui Philosophorum putauerunt ipsum incœpisse postquam non fuerat. ergo &c.

Rāsiones. AD primam rationē potest negari maior: quia potest esse, quod de aliquo problemate, de quo neutro modo opinamur, sed habemus cognitionem perfectā: & sic pertinebit ad Scientiam Naturalem vel ad aliam. vt de hoc quæsito, an triangulus habet tres angulos &c. non opinamur aliquam partem, sed scimus. quare &c. Aliter dicunt aliqui, quod de isto problemate neutro modo opinamur per rationes Logicas, quia ad vtranque partem sunt rationes logicæ æque fortes, sed per rationes naturales bene opinamur vnam partem, scilicet affirmatiuā. Vel dicatur, quod problema, de quo neutro modo opinamur propter defectū rationum ad vtranque partem, nō pertinet ad Philosophū Naturalem, vt vtrum astra sint paria vel imparia. Sed, si neutro modo opinamur propter magnam difficultatem, sic potest pertinere ad scientiam: & sic de isto. Et potest dici vlterius quod hoc dicit Arist. exemplificādo. De exemplo autem nō requiritur verificatio, sed manifestatio, vt dicit Commentator in Secundo de Anima. quare &c.

Com. 67. Suba imaterialis consyderatur à Phys. Com. 81. Com. 22. Ad aliam nego minorem. &, cum dicitur, quod causa perpetui motus est substantia separata, quæ pertinet &c. Dico quod substantia immaterialis potest consyderari dupliciter. per Commen. in Primo huius, & Secundo. Vno modo quantum ad suum esse absolute, & sic pertinet ad Naturalem. nullus enim Philosophus pōt demonstrare substantias abstractas esse nisi Naturalis, vt ipse dicit ibidē. Alio modo quantum ad quidditatē suam, & sic pertinet ad Metaphysicum, & non ad Philosophum Naturalem, vt dicit Commen. in Secundo huius. Item, substantiæ separatæ possunt consyderari vt motores sunt, & causæ agentes, & sic bene pertinent ad Philosophum Naturalē: alio modo, vt sunt causæ formales & finales, & sic eas cōsyderat primus Philosophus, vt dicit Cōmen. in. 12. Meta.

Com. 51. Supponit enim primus Philosophus pro constāti, tanquam demonstratum à Philosopho Naturali, quod est aliquod ens immateriale, & declaratur quod istud est antecedens substantiam sensibilem, & quod est eius principium secundum formā & secundum finem. & quamuis primus motor sit idem realiter motor & forma exemplariter & finis, tamen differt secundum rationem. à quo autem sumatur huiusmodi differentia rationis, utrum ex aliqua diuersitate ex parte rei & quomodo, multa difficultas est, sed pertinet ad primum Philosophū

E & non hic. Ad aliam dico, quod immo potest haberi certa cognitio de isto quæsito per principia per se nota, vt videbitur post. Et, cum probatur, quia de eo, quod est à voluntate, non est certitudo, potest dici quòd verum est si est à voluntate mutabili, cuius scilicet desiderium sequatur intellectum: qui quandoque intelligit & quandoque non. sed, si est à voluntate immutabili, cuius desiderium sequitur intellectum separatum existentem non oportet esse incertum, & sic est in proposito. Voluntas enim primi motoris est immutabilis sicut & sua substantia. quare &c. Et de eis quæ sunt à voluntate mutabili, dummodo sint semper aut in pluribus nihil prohibet esse certitudinem aliquam, licet non sit ita perfecta vt de rebus æternis omnino. quare &c. Quæ mutabiliter volumus incerta sunt, quæ autē immutabiliter maxime certa.

F Consyderandum igitur de hoc quomodo se habet. præ opere enim est non solum ad naturę consyderationem scire veritatem, sed ad scientiam de principio primo.

QVAESTIO II.

An Perpetuitatis motus Cōsyderatio ad Primi Principij intelligentiam necessaria sit.



Onsequenter quæritur, Vtrum consyderatio perpetuitatis motus sit necessaria ad intelligendum primum principium esse. Arguitur primo quod non, quia illud non est necessarium ad aliquid, sine quo illud potest esse: hoc est manifestum Quinto Metaphysicæ. sed inuestigatio primi principij potest fieri sine consyderatione perpetuitatis motus. quod apparet dupliciter. Primo auctoritate Auicen. in Octauo suæ Metaphysicæ. vbi inquirit principium primum esse nullam faciens mentionem de perpetuitate motus. Itē, ex hoc quod omnia entia causata fuerunt facta de nouo: & ex nihilo arguitur potentia infinita cuius est reductio de infinita distantia, quæ est inter ens & nihil: & huiusmodi potentia infinita est primū principium. ergo &c. Item, consyderatio finiti non videtur esse necessaria ad consyderationem infiniti, seu inuestigationem: quia inter medium & illud quod inquiritur per medium debet esse proportio. finiti autem ad infinitum nulla est proportio. Nunc autem motus est finitus, cum omnis motus sit ex quodam in quoddam, primum autem principium est infinitum, vt patet in Octauo isto. quare &c. Item, consyderatio motus non videtur esse necessaria ad illud, quod est omnino sine motu: sed primus motor est omnino sine motu, vt patet in isto Octauo est enim omnino immobilis & per se & per accidens. Itē, si sic, tunc motus pertinet ad Metaphysicum, cū ipse habet consyderare Primum principium, vt patet in Duodecimo Metaphysicæ. consequens autem est falsum: quia idem non pertinet ad Philosophum Naturalē, & ad Metaphysicum, & iam motus pertinet ad Philosophum Naturalem, vt patet in Secundo huius: quare &c. Tex. c. 18 Tex. c. 6. G Tex. c. 45. Tex. c. 71. H

OPPOSITVM arguitur auctoritate Aristo. hic. videtur enim velle quòd ista quæstio de perpetuitate motus est necessaria ad scientiam de Primo principio. & idem dicit Commentator apertius. dicit enim quòd Diuinus accipit prima principia esse à Naturali, & nullam viam habet ad demonstrandum principium motus nisi accipiat ipsum pro constanti à Naturali. Et quod existimauit Auicen. quòd Diuinus debet consyderare vel demonstrare primum principium esse, falsum est. Et via eius, quam finxit se tenuisse, & qua vsus est in Libro suo. Et similiter Algazel sequens ipsum fuit via tenuis, & non est demonstratiua aliquo modo. & in Primo huius dicit, quòd Auicenna peccauit maxime cum dixit, quòd Primus Philosophus demonstrat primum principium esse: & processit in hoc in suo libro & in sua scientia diuina per viam quam existimauit esse necessariam Com. 8. Com. 83.

& essentialē

& essentialem in illa scientia. Et peccauit in hoc peccato manifesto: certior enim sermonũ, quibus vsus est in hoc, non pertransit ordinem sermonum probabilium. Et in secundo dicit Commentator. Primus autem motor impossibile est, vt declaretur nisi per signum naturale. Via autem, qua processit Auicen. in probãdo primũ principiũ, est via loquẽtium: & sermo eius semp inuenitur medius inter Peripateticos & loquentes. per peripateticos autẽ intelligit demonstratores, & loquentes forte vocat illos, qui asserunt sic esse sine omni ratione sufficienti, vbi etiã non est euidentia alicuius dignitatis.

Com. 21.

CONCLVSIO.

Perpetuitatis motus consideratio necessaria est ad intelligendum Primum Principium Esse.

DE quæstione est intelligẽdum, ꝙ Auicen. in Octauo suæ Metaphysicæ nititur demonstrare primũ principium esse per ratiocinationem, in qua non vtitur ipso motu æterno tanq̃ medio. Et videtur rõ eius talis esse, per primum principium ipse intelligit ens ex se, & supponit, vt manifestum est, ꝙ multa sunt entia, quæ habent esse ab alio. Tunc argueretur, quia demonstrato aliquo ente, quod habet esse ab alio, quæritur de illo alio, an sit ens ex se, idest non ab alio, aut ab alio. si ens ex se, habetur propositũ: si ens ab alio, quæritur de illo alio, & sic de Tertio, & reuertitur in infinitum. Vel oportet, ꝙ concedatur esse aliquod ens ex se, & hoc vocat primũ principium, quod est Deus. quare &c. Istam tamen rationem non ponit omnino in hoc ordine & sub hac forma, sed sic potest colligi propter breuitatem & breuiloquiũ. hunc autem processum dicunt aliqui esse per viam possibilis & necessarij, pro tanto forte, quia ipse accipit in eodem capitulo, ꝙ omne ens, possibile est non esse de se, & ipsum primum est omnino necessarium esse. vnde in fine illius capituli dicit sic. Omnis res, excepto primo, ẽ postquam non fuit ens quantum est in se. Et in sequenti capitulo dicit, ꝙ stabilitum est aliquid quod est necessario esse. quare &c. Et forte hæc est vna via, de qua Commen. dicit in oĩbus auctoritatibus præallegatis.

Opio Auicenne.

Dicunt tamen aliqui opponentes contra istum processum, ꝙ non est sufficiens: quia supponit non esse processum in infinitum in causis, & hoc nondum ipse demonstrauit, & ideo non valet. Et indubitanter isti prætẽdunt vel se esse mendaces, vel non vidisse librum Auicen. quia ipse in isto eodem capitulo multum pulchre probat ꝙ nõ sit processus in infinitum in causis finalibus & formalib⁹, & incipit capitulum sic. Quod finitæ sint causæ iam patuit ibi &c. verum est tamen ꝙ in Primo Libro ipse fecerat quãdam ratiocinationem ad probandum aliquid esse necessariũ simpliciter, in qua supponebat non esse processum in infinitum in causis: quia alibi demonstrauerat aut demonstrare proponebat.

Prima. Improbatio.

Item, aliter dicunt aliqui istam viam esse insufficientem. quia ipse accipit ibi ens ex se per priuationẽ causæ efficientis. & multa entia sunt entia ex se isto modo, s. per priuationem causæ efficientis, Primum autẽ principium est vnum ens: & ideo ista via nõ ducit ad primum principium simpliciter.

Secunda. Improbatio.

Sed in hoc etiam videntur isti deficere ab intentione Auicen. Non enim apparet ibidẽ ex suis verbis, ꝙ ipse intelligat ens ex se illud quod caret causa agente, immo per ens ex se magis videtur intelligere illud qd̕ à nulla causa dependet omnino. & ideo isti non satis improbant illam viam per istam.

Tertia. Improbatio.

Sed fortassis insufficientia illius rationis ex hoc cõuincitur, quia per Primum principium, si sufficienter intelligitur, debet intelligi ens omnino immobile & separatũ ab omni magnitudine & causa omnium entium aliorum. Et hoc non habetur per illam ratiocinationem. quare non est sufficiens. Dicendum ergo breuiter, ꝙ consyderatio perpetuitatis motus est necessaria ad intelligẽdum primũ principium esse. & hoc aliqui probãt sic, Illud, per quod conuincitur esse aliquis motor æternus & immobilis omnino & per se & per accidẽs sine omni magnitudine & causa omnium aliorum, est necessarium ad inuestigationem primi principij: hæc est manifesta per se. sed per motum æternum & continuum conuincitur talis motor, vt patet in isto Octauo, quare &c. Sed hæc ratio non bene concludit intentum, licet sit vera cõclusio. Nam ad hoc ꝙ aliquod medium iudicetur esse necessarium ad demonstrationem alicuius conclusionis, non sufficit ꝙ per illud medium illa conclusio demõstretur, sed requiritur ꝙ per nihil aliud possit demonstrari, sine illo: quia necessarium est illud sine quo non, vt patet in Quinto Metaphysicæ. capitulo de necessario. Nunc autem ipsi in ista ratione non ostendunt ꝙ per aliquod aliud q̃ per motum circularem non conuincit̃ tale ens, & ideo non sufficit omnino.

Mediũ necessariũ quale debet eẽ

Tex. c. 6.

Propter quod aliter potest argui ad propositum sic, Illud est necessarium ad inuestigationẽ primi principij, per quod conuincitur esse ens ęternum immobile omnino & incorporeum: & causa aliorum entium, & sine quo non potest tale ens inuestigari: hæc est euidens. sed motus primus æternus & continuus & vniformis est huiusmodi. Nam cum motus necessario fit à motore, vt manifestum est ꝑ se, primus motus debet esse à primo motore, & motus æternus ab æterno motore, & motus continuus & vniformis habet esse à motore eodem modo vel non diuersimode se habente ad mobile, & sic est immobile omnino: quia omnis motor, qui mouetur diuersimode se habet ad mobile in principio motus, & in fine secundum aliquem modum. debet igitur primus motor esse immobilis omnino, & per consequens debet esse sine magnitudine: q̃a, si esset in magnitudine, necessario moueretur vel ꝑ se vel per accidens. Corpus enim non mouet nisi moueatur aut prius, aut simul cum mouet. Item, ꝙ ipse primus motor sit separatus à magnitudine Arist. demonstrat in fine Octaui huius ex perpetuitate motus. Sed demonstratio illa videtur post & difficultates, quæ contra eam sunt. Sufficit autem ad præsens scire ꝙ ex motu perpetuo necessario conuincitur esse primum principium.

Tex. c. 86.

Primũ principiũ ꝓbaẽ ex solo motu ꝑpetuo.

Et ꝙ non possit inuestigari per aliquod aliud, non est omnino facile probare, tamen sic potest probari ad præsens. Nam, si motor primus inquireretur per aliquid aliud tanquam ꝑ medium q̃ per motum æternum, illud aliud aut est substantia aut accidens: sed non potest inuestigari per esse alicuius substantiæ. probatio, quia aut inuestigaretur per esse substantiæ generabilis & corruptibilis immediate, aut per esse substantiæ æternæ. nõ per esse generabilis & corruptibilis: quia per istã non probatur immediate esse nisi generans & materia. generans autem potest esse corpus & transmutabile, quæ repugnãt primo principio: nec potest inuestigari per esse substantiæ æternæ immediate: q̃a substantia æterna non est manifesta esse nisi per motum æternum, nec est manifestum substantiam sempiternam esse dependentem ab aliquo alio, & indigere aliquo alio ad sui perpetuitatem. Et ideo ex eius permanentia nõ est ponere aliquid aliud permanens, At dicit Commen. Duodecimo Metaphysicæ. commento. 30. igitur per esse substantiæ non cõuincitur primum principium esse sine motu. Nec est dicendum, ꝙ per aliquod aliud accidens conuincatur: quia illud accidens aut esset perpetuum, aut generatum ꝙ corruptibile: non secũdo modo, quia per esse talis accidentis non concluditur immediate nisi causa trãsmutabilis, quæ quandoq; mouet, quandoq; non. nec est manifestum quòd tale accidens, quod quãdoq; est quandoq; non dependeat immediate ab ente æterno. Si dicatur quòd per accidens æternum, illud accidens est permanens, aut successiuum: non accidens permanens, sicut est dimensio aut aliquid huiusmodi. quia esse talis accidẽtis non est manifestum depẽdere nisi subiecto perpetuo. primum autem principium non debet esse principium alicuius accidentis, cum sit sine magnitudine, quę est subiectũ primum accidentium sensibilium, secũdum Commen. in de Substantia Orbis. ergo per esse accidens sempiterni et sensibilis & permanentis non cõuincitur primum princi

pium esse. Si aūt dicatur q conuincitur esse p esse accidentis perpetui successiui, nullum aliud est hmōi nisi motus & tempus: tps autem non potest immediate ducere in notitiam motoris primi, nisi mediante motu æterno, eò q tps est passio motus, vt patet in Quarto Physi. ergo &c.

Te. c. 110. Patet igitur ex ista diuisione q tale ens, s. æternum, immobile, omnino separatum à magnitudine conuincitur p esse motus æterni, & nō per esse alicuius alterius causati entis. Item, per ipsum conuincitur q sit causa aliorum entium: quia sicut motus ad motum, sic motor ad motorem. nunc autem primus motus est causa aliorum motuū, vt patet in isto Octauo: ergo & prim⁹ motor est causa omnium aliorum motorū: & per consequens mobiliū, & motuum, & formarum, saltem causa remota.
Tex. c. 14

Sed in quo genere causę se habet primum principiū ad alia entia & pcipue ad entia æterna, alia difficultas ē & magna, sed de hoc alias. Sufficit autem nunc esse monstratum, q per motum æternum, & non per aliquod aliud ens potest cōuinci sufficienter primum principium esse, intelligendo p principium primum ens æternum, immobile omnino p se & per accidens, sine omni corporeitate & magnitudine, & causam cęterorum entium.

F

Cōtra Auicennam. Via aūt, qua incessit Auicen. ad probādum primā causam esse per ens ex alio & ens ex se, paruam & debilem notitiā dat de primo principio respectu huius ratiocinationis præmissæ, quæ colligitur ex verbis Arist. Et propter hoc Commen. dicit illā viam Auicen. esse tenuem & non omnino esse demōstratiuam supple sufficiēter ad cognoscendas conditiones primi principij. Modo, quantum ad hoc non transcendit ordinem sermonum probabilium, quia s. non largiť cognitionem sufficientem de primo principio, non q propositiones, in quibus sustentatur, sint solum probabiles, imo sine dubio videntur esse necessariæ. necessarium. n. est nō esse causas infinitas, & necessarium est si est ens ex alio, q sit aliquod ens ex se, & est necessariū primum principiū, & ipse solum esse ex se p priuationem vel negationē causæ omnis.

G

Considerandum ēt, q ex illa conclusione, quā demonstrat Auicen. forte concludi possunt oēs aliæ conditiones primi principij, quas Arist. inquirit p motus cōditiones. Ex hoc. n. q est aliquod ens ex se, i. nō dependens ab aliqua causa in quocūq genere causę, necessario sequiť q nō mouetur: quia, si moueret ab aliquo motore p se, ille motor esset simpliciter ens nobilius et perfectius. vel saltē necesse esset esse aliquem motorem nobiliorem illo. omni. n. mobili est aliquod ens nobili⁹ simpliciter & perfectius, & per consequens aliquid esset causa finalis illius entis: quia semp in essentialiter ordinatis pfectius habet rōnem finis ad minus perfectum, & sic illud ens dependeret à causa finali, sed ponebať à nulla causa dependere. ergo &c. Itē sequitur, q illud ens sit omnino sine magnitudine: quia, si haberet magnitudinem, tūc esset mobile: quod est impossibile. Et patet consequentia, quia omne corp⁹ est mobile, vt satis manifestū est. Et vlterius, oporteret illud ens esse causa omnium aliorum: & nunc istud ens esset perfectius alijs omnibus. quia detur, q aliquid est perfectius eo, tunc aliquid est causa eius, saltem vt finis. sed propositiones istius deductionis nō omnino sunt per se notæ, nec forte bene possent probari nisi reducendo ad motum perpetuum.

H

Rñsiones. AD primam rationem patet ex dictis. Nā per rōnem Auicen. non conuinciť principium primū sufficiēter notificando ipsum, vt patet ex dictis. Sed quod addiť, q ex nouitate omnium entium &c. dico, q oīa entia esse noua, i. incepisse esse postq non erant, non potest esse principium physicum ad demonstrandū istam conclusionē: quia hoc nec est per se notū, nec potest concludi ex sensibus, nec ex aliquo concluso ex sensibilibus, immo oēs, q de Natura locuti sunt, conuenerunt in cōtrario huius, Dicentes q ex nihilo nihil fit, vt dicit Arist. in Primo hu⁹. Dico ēt vlterius, q, si concederētur oīa entia causata fuisse facta & producta ex nihilo, i. post nihil, adhuc per hoc

E non conuincereť esse aliqua causa intransmutabilis, nam agens intransmutabile omnino non causat immediate aliquem effectū de nouo sine aliqua trāsmutatione pcedente, dico sm Philosophiā & videbitur post. Verū est igiť, q, si oīa entia causata essent noua indigerent aliquo innouatore, sed non sequiť ex hoc, ergo illud primum principiū est omnino intransmutabile. Ad aliā rationem, cum dř. consyderatio finiti &c. dico, q est verū si omni modo sit finitum: modo, motus primus, quāuis sit finitus sm velocitatem, est tñ infinitus sm duratione, vt probatum est hic, & hoc sufficit ad inuestigādum motorē infinitum sm duratione. Vtrum aūt sufficit ad inquirēdum motorem vigoris infiniti, videbiť post, si Deus voluerit. Ad aliā cum dř consyderatio motus &c. Dico, q aliqd esse sine motu potest intelligi dupliciter. Vno modo q nō habet in se motum, nec habet habitudinē ad ipsum motū, sicut causa & principium. & sic esset maior vera, & minor falsa. Alio modo quia non sit subiectum motus, nec p se neq per accidens. & tñ habet habitudinem ad motum. & sic maior est falsa, & minor vera. Aliqd esse sine motu dupliciter.

F

Ad aliam potest dici, q non sequiť, q motus pertineat ad Metaphysicum. Et, cū probať, quia primū principium pertinet ad Metaphysicum. ergo illud, p quod inuestigatur. dico sicut prius, q primū principium, quātum ad suā quidditatē, & inquantum est causa sm formā et sm finem bene consyderatur à Metaphysico, & nō à Naturali, sed quantum ad esse absolute consyderatur & demonstratur ab ipso Naturali, et Philosophus primus accipit ipsum esse à Philosopho Naturali pro constanti, vt docet Commentator in Duodecimo Metaphy. & prius allegabatur. quare &c.

QVAESTIO III.

An Motus sit Aeternus.



G

COnsequenter quæritur, Vtrū motus sit ęternus. Arguitur primo q non. quia omnis transmutatio, quę est inter terminos finitos, est finita & nō æterna: hęc est manifesta. sed oīs transmutatio est inter terminos finitos, quia omnis transmutatio est inter contraria, vt patet in Primo huius, & contraria sunt finita, quare &c. Et cōfirmatur, quia oīs transmutatio, quæ habet terminū, est terminata, & p consequēs finita & non perpetua: sed oīs motus habet terminos. nam oē quod mouetur, mouetur ex quodam in quoddam, i. ex aliquo termino in aliquem terminum. ergo &c. Tex. c. 41.

Itē, sicut in minori mundo, sic debet esse in maiori mundo, p conuenietem similitudinē: sed in minori mūdo, s. in animali perfecto, incipit motus postq non erat, ut patet, cum animal surgit de somno: incipit. n. moueri cum prius non moueretur, vt vř ad sensum. ergo & in maiori mundo, s. in toto vniuerso. sic est q motus in ipso incipere potuit postq non erat.

H

Item, si motus fuisset ab æterno, tunc Infinita essent pertransita: qa ante istā reuolutionem fuit alia reuolutio, & ante illam fuisset alia, & ante aliam, alia & sic in infinitum. & sic vnaquæq earum fuerat pertransita. quare &c. Item, si motus esset æternus, tunc esset aliquid maius infinito: quod est impossibile, vt patet in Tertio huius. & probať consequētia: qa reuolutiones Lunæ sunt plures q reuolutiones Solis, cū Luna reuoluatur quolibet mense in suo circulo, & Sol semel in anno. Tex. c. 40.

Itē, si sic, tunc essent actu infinita entia simul: quod vř impossibile ex huius Tertio. & probať consequentia, quia, si motus fuit ab æterno, & mundus, sm Arist. hic, &, si mundus fuit ab æterno, semp fuit species humana in aliquo suorū suppositorum, vel aliquibus: qa totū non est perfectum sine suis partibus essentialibus, et sic oportuit infinitos homines pcedere: quia nullus eorū potuit esse ab æterno, cum oēs sint corruptibiles. & sic vlterius, cum quilibet homo habuerit suū intellectū, & intellectus quilibet remanet post mortē cum separentur ab alijs, sicut perpetuum à corruptibili Secūdo de Aīa. sic sequiť, q nunc psentialiter sunt infiniti intellect⁹. ergo &c. Tex. c. 50. Tex. c. 21.

Item,

Item, quod est productum ab alio, non est æternũ: sed motus est productus ab alio: ergo &c. Maior probatur. quia quod est productum ab alio accipit esse post non esse: quia non potest simul esse & non esse. ergo oportet ꝙ accipiat esse post non esse, & nullum tale est æternum, qa æternum est semper. Et cõfirmatur. quia quod ab alio accipit esse, de se potest non esse: aliter enim nõ acciperet esse ab alio. quod aũt de se potest nõ esse est corruptibile, & nullũ corruptibile potest perpetuari, vt habeť Primo Cœli & Mundi. & sic patet maior. Et minor patet. nam motus est productus à mouente. Item, non diceret motus esse æternus, nisi quia est productus à voluntate impermutabili: hæc est manifesta ſm Arist. sed propter istã causam non potest dici æternus, qa quod reperitur in voluntate permutabili, potest reperiri in voluntate impermutabili. sed voluntas permutabilis potest incipere motum nulla permutatione facta in ipsa. possum enim velle ire ad scholas post triduum & ire in tertia die, me nõ mutato in voluntate. ergo similiter voluntas æterna potuit velle ab æterno nunc incipere motum, & ipsum motum nunc incipere, ipsa non mutata. quare &c.

Tex. c. 20.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Arist. hic. & Cõmen. quia probant motum esse æternum. Et arguitur ratione. Quia causa æterna sufficiens ad suum effectum & ad ipsum determinata, & nihil expectans in futurum agit suum effectum ab æterno: sed primus motor est huiusmodi. est enim causa æterna & sufficiens, cum nulla sit diminutio in ipso, & causa determinata. quia, si ipsa est indeterminata esset in potẽtia & non in actu puro, vel purus actus: quod est absurdum, et nihil expectat in futurum cũ sit omnipotens, ergo &c.

CONCLVSIO.

Motus est Æternus.

AD dictam quæstionem dicit Arist. & Commen. ꝙ motus est æternus. Ad cuius probationem supponit Arist. ꝙ motus est actus mobilis: hoc aũt ẽ est per se notum, & ab omnibus concessum. & istam definitionem motus, vt dicit Commen. nõ induxit ad probandum potẽtiam esse ante actum: quia hoc non est propriũ motui ſm ꝙ est mot⁹, sed facto nouo, ſm ꝙ est factum nouum, ſ. vt potentia et posse moueri p̃cedat ipsum tp̃s. Sed induxit istã definitionẽ motus ad declarandum ꝙ motus est in moto: qm̃ omnis perfectio necesse ẽ vt sit in re quæ perficiť, & motus ẽ endelechia mobilis. Ex hoc tñ, ꝙ motus est in moto, consequitur ꝙ ipsum motum siue mobile sit prius motu. Nam illud, in quo aliquid est, prius est eo quod est in eo aliquo modo. Vnde & Aristo. dicit in Primo huius, ꝙ subiectum prius est prædicato, i. accidente existente in ipso. mobile igiť prius est ipso motu. Sed dicit vlterius Commen. multum subtiliter, ꝙ mobile pręcedere motum ſm tẽpus contingit duobus modis. Quorum vnus est, vt illud in quo est potentia tp̃e præcedens motum idem numero sit post motum actu, vt contingit cum animal moueť motu ambulationis, quod prius non ambulabat. potentia enim tp̃e præcedens motum ambulationis præfuit in illo animali eodẽ numero, quod prius non ambulauit. Alio modo cõtingit ꝙ mobile præcedat motum, sic, ꝙ potentia prior motu non est in illo eodem actu ente, quod postea mouetur ſm actum, sed in materia ex qua generabať ipsum motum, sicut contingit cũ ignis generatus est statim enim incipit moueri postq̃ non mouebať, & potentia ad hunc motum p̃cessit ipsum motum ſm tempus, sed in illo eodem igne, qui tunc mouetur. nõ enim fuit tp̃s aliquod, in quo iste ignis existens actu ignis non moueretur sursum remoto impedimento, sed potentia ad hunc motum tp̃e prior, eo quod p̃cessit in materia ex qua generabatur ille ignis, puta aqua vel oleum vel lignum vel aliquod hm̃oi talium. Propter quid aũt hoc cõtingat, ꝙ in ipso igne ſm actum remoto impedimẽto potentia ad motum non p̃cedit tp̃e ipsum motũ, sed statim cum generatus est incipit moueri nisi aliquid ꝓhibeat, ali

Tex. c. 8.

Tex. c. 12. Mobile pręcedit motũ tempore.

A

B

C

D

bi perscrutandum est, ſ. in Quarto Cœli & Mundi, & forte diceť post. Tñ autem ad præsens sufficit, ꝙ vlr mobile est prius ipso motu vel ſm tp̃s vel ſm naturam. Vnde & Arist. cõcludit in fine hui⁹ particulæ, quare prius oportet esse combustibile q̃ combustum, & combustũ q̃ cõburi. Ex hoc procedit Arist. quasi sic. Si motus incœpit esse postq̃ nullũ erat motus, hoc oportet esse altero istorũ modorũ, aut ꝙ mobilia sunt facta, aut ꝙ sunt æterna: per diuisionem sufficientem. siquidẽ dicatur, ꝙ mobilia sunt facta: tunc, cum mobile sit prius ipso suo motu, vt dicebatur necesse est factionẽ ipsius mobilis p̃cedere illum motum. Constat autem, ꝙ factio mobilis, vel est quidã motus, vel consequitur motum. & sic ante motum primum erit alius motus prior: quod est impossibile per se. Si quis autem diceret ꝙ factio primi mobilis fuit primus motus ante quem non p̃cessit aliquis alius motus. Contra hoc ẽ; quia factio siue generatio substantiæ non potest esse primus motus, quia necessario p̃cedit motus localis, vt patet in sequentibus huius libri. p̃cipue, quia ipsa generatio proprie dicta nõ est motus, sed terminus alterationis motus, vt satis habeť ex Primo huius. alteratio aũt nõ potest esse primus motus, vt oẽs concedunt. Et si aliqs dicat, ꝙ factio ipsius mobilis non fuit motus nec terminus motus, quia non fuit generatio nec factio vniuoce dicta cum generationibus & factionibus, quæ nunc apparẽt, sed solum factio æquiuoce dicta, quæ est creatio ex nihilo. Cõtra istud non arguo aliter, nisi quia nõ potest talis productio ꝓbari nec manifestari ꝑ aliqua apparentia sensui, nec mediate, nec immediate: nec hm̃oi productio rerũ contingit frequenter nec vt in pluribus. Et ideo Philosophi Naturales, & vlr Philosophi ꝓcedentes ſm humanum medium, nõ viderunt hm̃oi productionẽ. Vnde sicut Arist. dicit in Primo huius, Oẽs, qui locuti sunt de Natura, conueniunt in hoc, ꝙ ex nihilo nihil fit. habent autẽ tenentes istã productionem ignotã Philosophis cõcedere, ꝙ factiones & productiones sunt æquiuoce termino existẽte vniuoco. Terra. n. creata & terra generata sunt eiusdẽ speciei specialissimæ. Silr autem & in aliis rebus generabilibus & corruptibilibus, si fuerũt creatæ ex nihilo. Nesciuerũt ergo Arist. & Commen. ꝙ motus primus incœperit esse de nouo, & cum hoc ipsum mobile fuerit factum. Si vero dicatur ꝙ & motus incœpit, & mouẽs & mobile vel mouentia & mobilia sunt ab æterno, cõtra hoc primo loquitur Arist. ꝙ hoc est irrationabile, & ab insciẽtibus dictũ. Sed quia istud nõ sufficit, ideo procedit vlterius ratione. si enim fuerit mouens & mobile motu non existente, & postea incœperit motus, oportuit ipsum mobile quiescere prius. quies enim est priuatio motus ĩ subiecto apto nato moueri: priuatio autem alicuius habitus non potest esse in subiecto apto nato ad illum habitum nisi ab aliqua causa: oportuit igitur præexistere aliquam causam illius quietis in illo mobili, & illa causa manẽte maneret quies in ipso, & sic oportuit illã causam quietis remoueri anteq̃ inciperet motus. remotio autem illius causę quietis de nouo vel fuit quidam motus, vel sequebatur motum: & sic iterũ redit in idem quod prius, ſ. ꝙ ante motum primum est aliqs motus: quod est impossibile, qa sic primus motus non esset primus motus, cũ primum sit ante quod nihil est. Sed aliqs cauillaret hic dicendo, ꝙ mouens est duplex: quoddam est mouens ꝑ naturam, & aliud est mouens ſm intellectum & voluntatẽ. Et differũt ista. qa mouens ſm naturam solum, non mouet ſm cognitionem & appetitum animalem, sicut ignis calefacit sine cognitione & appetitu animali. Mouens autem ꝑ intellectum & voluntatem mouet per cognitionem & appetitum alicuius finis, scilicet aut suiipsius, vt in separatis à materia, vt dicit Commen. in Duodecimo Metaphysicæ, aut alicuius alterius, vt in generabilib⁹ & corruptibilibus. Itẽ, mouens per naturam proprie & per se non facit nisi vnũ, p̃cipue in subiecto vno & eodem numero & eodem modo disposito, mouens vero per intellectum & volũtatem

Tex. c. 58

Tex. c. 8. Responsio.

Tex. c. 36

Creatio nõ põt ꝓbari.

Tex. c. 11.

Tex. c. 7.

Obiectio.

Com. 10.

potest facere cõotraria, vt Medicus p suam medicinã facere potest sanitatem & ægritudinem. Tunc diceret cauillator, q mouens fm naturam vnum & idem existens non mouet nunc, cum prius non moueret, nisi remoueat prius causa quietis præexistens in mobili, sed mouẽs per rõnem & intellectum vnum & idẽ potest esse causa motus & quietis successiue absq; remotione alicuius causæ quietis.

Tex. c. 8. Responsio, Istã cauillationẽ remouet Arist. in litera. Quia aut hmõi mouens & mobile, quæ ponuntur ęterna semp fuerunt sibĩnuicem propinqua & sufficiẽter disposita ad mouere & moueri, aut non. si quidem dicaf, q ambo ista semp fuerunt sibĩnuicem propinqua, & hoc quidẽ in dispositione, in qua natum est mouere unum, alterum autẽ in dispositione, in qua natum est moueri: tũc qua ratione qua nunc mouet, & illud mouet eadẽ ratione ab æterno. Si vero dicatur secundo modo, s. q non semper erant propinqua sufficienter, aut q mouens non habuit dispositionem, qua natum est mouere, aut q mobile non habuit dispositionẽ, qua natum est moueri, tũc oportuit ista appropinquari, vel dispositionẽ acquiri in altero eorũ, uel in ambobus: & hoc est impossibile sine motu, & sic idem quod

Tex. c. 9. prius. Et confirmat Arist. valde subtiliter, qa relatio non potest de nouo esse actu in aliquo, nisi aliqua transmutatione facta in ipso aut in altero, ut si aliqd nunc est duplũ, quod prius non erat duplum, oportet q aliqua trãsmutatio facta sit in ipso, aut in altero aut in vtroq;. Si igit hoc quidem est mouens fm actum: & prius non erat mouẽs, & hoc motum fm actum, & prius non erat motum: cum mouens actu & motum sint in capitulo ad aliqd, vt dicit Commentator: necesse est aliquã transmutationem pcedere istã, quæ ponebatur prima, quod est impossibile. Et hæc quidem est prima rõ Arist. tota & perfecta. Sed vlte

Com. 8. rius Commentator confirmat istã rationẽ contra loquentes suæ legis. mouens. n. per virtutem rõnalem & voluntatem nõ incipit mouere post quietẽ, nisi quia nunc appetit actu aliquid, quod prius non appetebat eo modo quo nunc appetit: & hoc est manifestum cuilibet intelligenti. si ergo primus motor p virtutem rõnalem incepit morũ post quietem, necesse fuit q appeteret mouere cum prius non appetebat: & hoc non potest contingere nisi aliqua transmutatione facta in ipso vel in alio, & sic idem quod prius. Præterea. Si primus motor nunc incipit mouere & nõ prius mouebat, aut æternaliter voluit mouere, aut non voluit mouere. si non voluit æternaliter mouere, & nunc vult mouere, tunc aliqua innouatio facta est in ipso: quod est impossibile, quia sic non esset primus motor. Si ab æterno voluit mouere, cum ipse cum sua volũtate mouendi sit per se & immediate causa motus, oportet q ab æterno fuerit motus, siquidem causa per se & immediata simul est cum suo causato, vel causa existente, est suum causatum.

Romo uet tacitã obiectionem. Sed dices, q ipse prim⁹ motor ab æterno habuit istam voluntatem, q nunc inciperet motum & non prius, & sic nulla innouatio facta est in eo: quia sicut nũc vult incipere motum, sic ab æterno voluit nunc incipere motum. Sed istud non est ad propositum: quia nõ quęro, an primus motor ab æterno voluit mouere nunc, sed absolute, vtrum ab æterno voluit mouere vel non. oportet enim alterum istorũ concedere, cum sit diuisio fm contradictionẽ. Et si dicas absolute, q ab æterno voluit mouere, tunc ab æterno mouit, vt prius, & si non ab æterno voluit mouere & vult mouere, tunc est diuersificatus & innouatus, quod est impossibile. quare &c.

Secũda rõ Aristo. Tex. c. 10. Alia quidem ratio principalis Aristo. sumitur ex parte tpis: & supponit ibi duo. Primum est, q prius & posterius nõ sunt tpe non existẽte. Aliud est, q quodlibet nũc est medium inter duo tẽpora & simul est principiũ vnius tpis, s. futuri, & finis seu terminus alterius, s. pteriti. Tunc arguit. si tps est æternum, motus est æternus, hæc consequentia statim apparet, quia tps aut est ipse mot⁹, aut accidens p se ipsius motus, s. numerus eius, vt inquisitũ est in Quarto huius: & quodcunq; eorũ sit, manifestũ est, q,

E si tps est æternum, & motus est æternus. Nam per se accidens non est sine suo subiecto, sed tps est æternũ. hoc probatur dupliciter. Tps est ęternum. Primo, qa generatum est quod nunc est & prius non fuit: si ergo tempus est generatum, tunc verum est dicere q ipsum tps est & prius non fuit: prius autẽ & posterius non sunt sine tpe, vt manifestum est per se: ergo tps fuit anteq; fuit generatum, & omnino anteq̃ fuit: quod est impossibile.

Obiectio. Sed aliqui cauillãt contra Arist. q cum dicitur, non esse tpis fuit prius q̃ eius esse, ibi ly prius, dicit differentiam tpis imaginati, non autem differentiam tpis veri, vt cum dicitur, extra cœlum nihil est, ibi ly extra, dicit differẽtiam loci imaginatã non veram.

Remotio obiectiõis. hoc non valet: quia illa conclusio est falsa. Ad cuius intellectum necessarium est intelligi falsum et impossibile, hãc habeo pro manifesta: sed tps esse generatum de nouo non potest intelligi nisi imaginetur aut intelligaf falsum & impossibile. s. temp⁹ fuisse ante primum tps: quia omnis generati, non esse prius est tpe suo esse.

Extra cœlũ nihil est. F Nec est simile de eo quod dicitur, extra cœlum nihil est: quia non est sensus q nõ esse alicuius sit extra cœlum, sed q nullum ens est qd non includatur in cœlo. Vnde Aristo. dicit q omnia alia sunt in cœlo, cœlum autẽ non amplius est in alio. Ad hoc ergo, quod intelligatur magnitudinem mundi esse finitã, non est necessarium intelligere aliquam differẽtiam loci esse extra cœlum, sed ad intelligendum tempus esse finitũ & factum, necessarium est intelligere aut imaginari tempus fuisse ante primum tempus. ergo &c. Item, si tempus est finitum, oportet q hoc sit per instãa siue nunc: nihil enim est ipsius tẽporis nisi nunc. modo, ex hoc arguit, si tempus est finitum & incœpit esse omnino, sequitur, q fuit aliquod nunc, quod fuit principium tpis futuri, & nõ fuit terminus temporis præteriti, s. illud primum nunc, a quo ponitur tempus incipere: hoc autem est impossibile, p secundam suppositionem. ergo & primum. Sed aliqui sophisticant hic, quia instans semper comparatur ad tps,

G sicut punctus ad lineam. Constat autem, q in linea aliqs punctus potest esse principium, ita q nõ terminus, vt manifestum est de linea recta, in qua unus punctus sic est terminus lineæ, q nõ est principium alicuius alterius partis illius lineæ, aliter. n. non esset linea recta finita: quare &c. hoc non valet, quia tempus primo & principaliter consequitur motum primum, vt patet ex Quarto huius, & oẽs concedunt. Primus autem motus est motus circularis, ut demonstratum est in isto Octauo, & motus circularis est in magnitudine circulari, vt notum est. ergo instãs in tpe assimilatur puncto in linea circulari: nunc autem in linea circulari quilibet punctus est principiũ & finis diuersarũ partium eiusdẽ lineæ, vt manifestum est p se. ergo similiter instans

Te. c. 110. Tex. c. 71. Instans tpis assimilatur pũcto in lineæ circulari.

Et confirmaf ex hoc ratio, Nam sicut se habet punctus in linea circulari ad partes lineæ circularis, sic se habet mutatũ esse in motu circulari ad partes motus circularis, & ipsum nunc in primo tempore ad partes eius, per conuenientem similitudinem: & tu cape sub hac mi-

H norem conuenientẽ.

Remotio obiectiõis tacitæ. Sed sophisticabis, q non est simile: quia punctus in linea circulari est aliquid permanens, sed instans non est permanens neq; fixum: hoc nihil est, quia ex eo q punctus in linea est permanens, bene habetur, q ipse potest bis sumi vel accipi manẽs idem & vnum numero sub vtraq; acceptione: & ex hoc q ipsum instãs non est stans sed fluens, bene sequitur q nõ potest bis accipi, ita scilicet q sit vnum & idem numero maneat sub vtraq; acceptione. Sed ex hoc non habetur, quin ipsum instans vniuersaliter sit terminus & principium & finis, quemadmodum pũctus in linea circulari est terminus & initium vniuersaliter. quare &c.

Com. 11. Item, Cõmen. arguit sic: aut ipsum instans est aliqd demonstratum, i. quod potest existere sine motu, aut non est demonstratum, ita s. q non potest existere sine motu. Si diceretur, q ipsum instans est aliquid demonstratum & permanens, ita q potest existere sine motu, hoc sine dubio est destruere naturam tpis & motus. nam instans dicitur, quasi non stans.

Vnde,

Vnde, si ponatur instans permanens & quiescens, remo uetur natura instantis, & p consequẽs natura tpis & mo tus. si vero instans non potest esse sine motu, tũc necessario ante ipsum erat mot⁹, & post ipsum erit motus: & sic habeř propositum, & ipse nõ declarat istã consequentiã, quãuis sit occulta multis. sed forte sic intelligenda est, qa, postq̃ instãs non potest esse in aliquo sine motu, necessarium est, q in quocunq; subiecto est instans, q illud moueatur. Oẽ enim in quo est motus moueř, & oẽ quod mo

Tex. c. 46. uetur prius mouebař, vt patet in Sexto huius. ergo oẽ in quo est instans, prius mouebař. quare &c. Itẽ, aliquis potest sic inquirere de instanti, cũ instans sit principium & terminus tpis, utrum hoc inest instanti p se, aut pure p accidens. si p se, igiř competit omni instãti, & sic illud qđ prius. Si pure p accidẽs, hoc vř omnino irrationabile: qa oẽ principium & terminus tpis competit oĩbus instantibus, exceptis duobus, si aliqua excipianř. ridiculum autẽ vř, q dispositio, quæ inest alicui enti pure p accidens, & nullo mõ per se, insit omnib⁹ suppositis illius speciei pter q̃ duobus, hoc enim vř in alijs rebus, nec potest demonstrari sic esse in instãtibus. quare vř fictitium sic ponere.

Motus erit perpetu⁹ à parte post. Istis quidem rõnibus fuit Arist. coactus, & suus Commentator ponere motũ non incœpisse, postq̃ omnino nõ fuerat. Et silř probatur, q non deficiet sic, q moueri nihil sit, i. q contingat nihil moueri in posterũ. si. n. motus omnino deficeret, sequiř, q post ultimum motum esset aliqs motus, quod est impossibile. Et probař consequẽtia, qa, si motus deficit, aut mobile remanet æternum, aut corrũpitur: & si remanet æternum, & silř mouens. hoc est irrationabile, sicut prius dicebař: & probatur. Nam, si mot⁹, mouens, & mobile manent æterna, & tñ cessat motus, necessario est fieri aliquã causam quietis in mobili: priuatio enim nõ est de nouo in subiecto, habitus. n. est ex aliqua causa noua. Illa igiř causa, cum sit generata, est corruptibilis, & oẽ corruptibile corrumpeř, vt habeř ex Primo Cœli. ergo illa causa iter̃ corrumpetur, & eius corruptio non est sine motu: ergo post motum postremum erit motus. Item, si mouens primum est ęternum, silř primum

Tex. c. 109. mobile, & tñ motus deficeret, aut ipsum mouens primũ est omnino eiusdẽ dispositionis ad mouendum, sicut erat prius, & silř mobile ipsum est eiusdẽ dispositionis ad moueri, aut non. si sic, non est rõ quare prius mouebat & nõ posterius, immo necessario mouebit, quia posita causa p se propinqua & immediata, dum est huius causa, oportet esse eius causatum. si vero dicař, q non sunt eiusdẽ dispositionis, hoc quidem ad mouere, hoc aũt ad moueri, tunc oportet, vel q primũ mouens sit innouatũ, quod est impossibile, vel q primũ mobile sit alteratum aliqua alteratione corruptiua. nunq̃ enim contingit & aliquod mobile, quod prius erat aptũ & idoneũ moueri ab aliquo motore, postea sit ineptum & indispositũ ad moueri, nisi per aliquã alterationem factã in ipso, vt manifestum est cuilibet intelligenti: & sic primũ mobile erit alteratum aliqua alteratione corruptiua, s. per quã corrupta erit dispositio eius, quã habebat ad recipiendum motum: q est omnino impossibile. quia cœlũ non est alterabile alteratione corrupti

Tex. c. 20. ua, ut patet ex Primo Cœli & Mundi. Siquis aũt diceret, q ipsum primũ mobile corrumpereř, tunc sequereř sicut prius, q post vltimũ motum erit alius motus. Nã in reb⁹ corruptibilibus corruptio mobilis non necessario est simul cũ defectu motus. põt. n. manere calefactibile postq̃ non amplius calefit, & animal, postq̃ non moueř motu processiuo. sic igitur post ultimũ motũ erit alius motus: qđ est impossibile. Itẽ, si primum mobile ponereř corrũpi, hoc

Primũ mobile ẽ incorrupobile. est impossibile manifestum: qa corpus non corrumpiř immediate nisi à corpe: quod igitur esset corpus illud, quod corrumperet immediate sphærã ultimam, quæ est primũ mobile, non esset assignare rõnabiliter. quare &c. Et confirmat Cõmentator, q primum mobile non sit corruptibile: qa, si esset corruptibile, haberet corrũpens, & oporteret illud esse corpus, vt vř supponere Cõmentator, tũc

A ergo illud corrumpẽs vel est corruptibile vel incorruptibile. Si incorruptibile, tũc est prius illo corpore, quod ponebař primum mobile: quia semp perpetuũ prius est corruptibili. si vero sit corruptibile, tunc est aliquid corrumpens primum ipsum: & quærař de illo corrumpente, vt prius, & reuertiř quæstio, aut oportet cõcedere, q primũ mobile est incorruptibile, & constat multo fortius de primo mouente: & sic argueret, q primum mouens semper mouebit, & primum mobile semp mouebiř, vt prius deducebař. quare &c. Et est aduertendum, q oẽs istę rõnes specialiter & principaliter probant æternitatẽ primi motus. q enim ante primum motum sit alius motus, hoc specialiter est inconueniens pro primo motu primi mobilis: & ideo rõ probans motum non incœpisse deducendo ad istud inconueniens, q ante primum motũ esset alius motus, specialiter & principaliter conuincit æternitatẽ motus primi. Quod ẽt dicitur, q, si mouẽs & mobile sunt ab æterno, motus non potuit incipere oĩno, principaliter &

B specialiter habet veritatẽ de primo mouẽte & primo mobili. & in illis habet maxime locum deductio Arist. & remotio cauillationis quã ipse ponit in litera de mouẽtibus p naturam & intellectũ. Secunda ẽt rõ principalis, specialiter et principaliter & simpliciter pbat motum primũ esse æternum: qa sustentař super æternitatẽ tpis, & cõstat q tps primo & principaliter consequiř motum primũ, ut patuit in Quarto huius. quare &c. Et ideo voluit Cõmẽ. q Arist. hic intendit pbare æternitatẽ motus primi, supple principaliter, & non æternitatẽ motus sm genus, nisi forte ex consequenti. Itẽ, ad principale, oĩs effectus nouus est posterior causa ęterna, ita s. q aliquod tps pcessit, in quo nouus effectus non fuit: hæc patet inducendo, & probař, q ad nouitatẽ effectus nõ sufficit q causa æterna pcedat ipsum sm naturã vel perfectionem. nã, si cœlũ esset perpetuũ, adhuc Deus pcederet ipsum sm naturã, siue perfectionẽ, ut manifestũ est per se, cum cœlũ non esset

C nouum, & sic patet maior. sed motus cœli non est posterius tpe ipso motore, vt manifestum est, nisi sm tps aliqđ vno existente motus non erit quare &c. Soluẽdum est negãdo maiorem p instantiã propositam, silř posset dici, q motus cœli sm se totũ nõ est inter cõtraria, sed partes, vt motus ab oriente in occidens est quodam modo inter contraria solũ. Est ẽt considerandũ, q licet Aristo. & *Mot⁹ secundũ fidẽ incępit & terminabitur.*
Cõmen. sic dicunt motũ semp fuisse & forte, vt ostẽsum est, tñ dico, q sm fidem & veritatẽ, & hoc simpliciter determino & indubitanter confiteor, q motus incœpit esse & terminabiř, & non solũ motus habuit initiũ essendi, sed ẽt oĩa alia entia ab ipso primo principio, quod est Deus, fuerunt facta, postq̃ non erant, non quidẽ factione pprie dicta & vniuoca cũ factionibus, quæ nunc contingunt, s. p transmutationẽ et motum, sed factione oĩno æquiuoce dicta, sine motu & trãsmutatione sine subiecto pexistente: & sic ante primũ motũ non fuit aliqs motus: qa produ

D ctio ipsius mobilis nõ fuit motus, vt frequẽter sumiř: nec sequens motũ: nec habuit subiectũ prius, nec illi potẽtiæ pductiuę præsupponiř aliqua potentia receptiua, & ideo rõ Arist. nõ procedit. Motus ẽt terminabitur et remanebit motor et mobile in æternum pp hoc, q ipsum mouẽs primum mouet p voluntatẽ, et ideo potest destruere motum sine omni innouatione sui, et mobilis. Istam autẽ conclusionem non probo rõne demonstratiua, sicut nec alias, quas fide tenemus, et quas credendo mouemur. nec puto q sit possibile homini demonstrare eã ex principijs sensibilibus vel assumptis ex sensibilibus. Ratio ẽt de ipe soluitur, quia fuit instãs, quod sic fuit principium tpis, q non finis, et instans, quod non erit initiũ alterius tpis subsequentis. Et, cum dicitur contra hoc, q instans comparatur ad tempus sicut punctus ad lineam circularem, verum est imperfectam, sicut est semicirculus, aut aliqua huiõi: sed non sicut punctus ad lineam circularem perfectam. Et quod dicit Commentator, q instans non potest esse in aliquo sine motu, verũ est instans mediũ inter duo

prima instantia, sed duo prima aliud habēt. Et cum dicit, q̄ dispositio, quæ inest pure per accidens insit omnibus indiuiduis illius speciei p̄ter duobus, hoc est impossibile: & dico, q̄ nihil est impossibile apud Deū omnipotētem, & multa apparent hominibus impossibilia, quæ sunt possibilia s̄m Deum summum & benedictum: quare &c.

AD primam rationem, cum dicitur, omnis transmutatio &c. & cum dicitur, q̄ omnis transmutatio est inter contraria, verum est, preter motum circularem, vt dicunt aliqui. Sed motus circularis non est inter contraria, immo est ab eodem in idem, & idem non est sibijpsi contrarium. Ad aliā, cum dicitur, q̄ omnis transmutatio, quæ habet terminum &c. verum est terminata & finita s̄m terminos, & non secundum tempus. & sic potest esse æterna, sicut dicunt. Aliter potest dici, q̄ omnis transmutatio habens terminum est terminata. Verum est, vt habet terminum. &, cum dicitur, q̄ omnis transmutatio habet terminum, verum est vel secundum se totam, uel secundum partem: & sic est finita secundum partem, qualibet enim circulatio est finita, tamen totus motus circularis non habet vnicum terminum, sed infinitos successiue: & ideo secundum se totum non est finitus sed infinitus. Qualiter autem & propter quid motus circularis est infinitus & continuus, rectus autem non, inferius apparebit Deo dante. Ad aliam, cum dicitur, sicut est in minori mūdo &c. dico, q̄ simile est in hoc, q̄ sicut in minori mūdo est aliquod mouens & mobile aliquod, sic in maiori mundo. & sicut in maiori mundo primum mouēs est causa omnium motuū quoquo modo, sic in animali ipsa anima est principium & causa omnium motuum propriorū ipsi animato, vt Arist. docet in Secūdo de Anima: sed dissimile est in alio, quia in maiori mundo motor est perpetuus, in minori autem mundo non est perpetuus. Item, in animali motor est mobilis, saltem per accidens, in vniuerso autem motor est immobilis omnino. Et ad minorem dico per interemptionem, nunquam enim incipit moueri de nouo nullo motu præcedente in ipso, nec in alio. Et, cū dicitur, q̄, q̄ cum animal surgit de somno, ibi incipit motus in animali nullo motu præcedente. Dico, q̄ licet non præcedat ibi aliquis motus exterior saltem manifestus, tamen præcedit aliquis motus interius in corpore animalis, scilicet à calore naturali, vel à continente. Si enim animal dormiens debet expergefieri naturaliter, oportet q̄ calor naturalis corporis resoluat & consumat humiditatē facientem somnum, & q̄ spiritus mittantur ab interioribus ad exteriora: & hæc omnia sunt mot⁹ quidem, & sic illum motum præcedit alius motus. Item, si animal in vigilia penitus quiescat à motu locali, & postea incipiat moueri, oportet q̄ præcedat aliquis mot⁹ in ipso, saltem q̄ appetat moueri, cum prius non appetebat: & huiusmodi appetitus nouus reducitur ad aliquam factam trāsmutationem in corpore à continente, scilicet ab aere & à cœlo. Et hoc significauit Arist. in litera, cum dixit, nihil igit̄ prohibet. magis autem fortasse necessarium est in corpore multos fieri motus à continente. horum autem quosdā intellectum aut appetitum mouere, illum aūt totum iam animal mouetur. Et propter hoc dicit ibi commētator q̄ duplex est alteratio, qua non cessat animal moueri, quarum vna est à continente, scilicet ab aere & aqua & cœlo. alia est à calore naturali, nunquam enim cessat actio caloris naturalis, & cum cessat, tunc est mors, vt dicit. Sic igitur imaginat̄ Aristo. q̄ ipsum continens in quo viuit animal, immutatum à corpore cœlesti transmutatur corpus animalis. Et istorum motuum quidam perueniunt quodammodo ad intellectum facientes ipsum iudicare aliq̄d esse bonum & prosequēdum, aut malum & fugiendum: & tunc appetit⁹ appetit illud prosequi, aut fugere: & mouetur animal nisi aliquid prohibeat. v. g. cum continens est valde excessiue calidum propter præsentiam Solis & aliorum astrorum calefacientium, tunc contingit corpus animalis excessiue calefieri & exiccari, & tūc anima iudi-

Mot⁹ circularis est infinitus.

E cat potum frigidum esse bonum & iuuamētum, & appetitus appetit illud, & mouet animal ad hoc: & sic̄ in alijs suo modo. non tn̄ dico q̄ à talibus intellect⁹ necessitetur ad iudicandum, & voluntas ad volendum. Et de hoc inquiret̄ post. Sic igitur patet, q̄ illa rō, quamuis sit multū apparens, tn̄ supponit falsum, quare non valet. Ad aliā cum dicitur, infinita &c. Dico q̄ non valet, quia pertransitus est de extremo ad extremū. modo, nulla circulationum, ad quas peruenit̄, est extrema simpliciter, imo post quamlibet sequit̄ alia: quia non est rō quare motus circularis magis terminat̄ ad vnum vbi q̄ ad aliud. vnde, sicut in linea circulari quilibet punctus est terminus vnius partis lineæ & initium alterius, sic in motu circulari, vbi est natum esse initium vnius partis motus & terminus alterius: & ideo nulla ratio naturalis est quare motus circularis terminetur ad vnū vbi, & ab illo non incipiat circulatio, sed terminet̄ omnino mot⁹: oportet enim q̄ ad oē vbi terminet̄, quod est impossibile, aut ad nullū omnino terminetur.

F & sic est æternus. Et istam rōnem tetigit Arist. in isto Octauo, cap. q̄ aūt lationum circulariter. Et Commentator dicit ibi, q̄ illa causa non solum dat esse possibile, q̄ motus circularis sit perpetuus, sed ēt dat esse necessarium: quare &c. Ad aliā cum dicit̄, q̄ esset aliquid maius infinito, nego consequentiam. Et cum probat̄. Sic̄ circulationes solis &c. ibi dico, q̄ circulationes Solis & Lunæ possunt comparari ad totum tp̄s, & sic nō sunt plures vnius q̄ alterius: quia oēs sunt infinitæ. vel possunt comparari ad aliquod tp̄s determinatum, vt ad centū annos, aut ad aliquod hmōi quodcūq̄: & sic bene verum est, q̄ plures sunt circulationes Lunæ q̄ Solis ī suis proprijs circulis. quare non valet. Ad aliā dicunt aliqui, q̄ non est inconueniens infinitam esse actu multitudinē in rebus immaterialibus accidentaliter ordinatis, cuiusmodi sunt intellectus hominum, qui fuerunt vsq̄ nunc. Sed hoc nihil est, quia, cum in rebus materialibus nō possint esse simul

Tex. c. 71.

G infinita s̄m actum distincta ab inuicem s̄m esse, multo minus hoc est impossibile in rebus immaterialibus. Nā res immateriales sunt magis p̄pinquæ naturæ formæ, & res materiales materiæ: multo aūt plus magis actualis infinitas repugnat formæ q̄ materiæ, vt manifestū est cuilibet intelligenti. Nā finitas prouenit ex forma, & infinitas ex materia, vt patet in Tertio huius. quare &c. Et ideo diceret Arist. & Commen. q̄ intellectus immaterialis & abstractus non est plurificatus numeraliter, sed est vnus, vt habet videri Tertio de Aīa. Secundum fidem aūt & veritatem dico, q̄ homines infiniti nō p̄cesserunt, sed fuit primus homo, ante quem nullus alius p̄cessit: quare ratio falsum supponit. Et, si quæras, quis generauit primū hominem, dico, q̄ non fuit generatus aliquo homine, sed fuit creatus vel factus vel formatus à creatore, q omnia creauit, s. Deo. Ad aliā, cum dicit̄, q̄ productum &c. dicūt aliqui, q̄ verum est, si est causatum ab aliquo, vt aliq̄d ab agente. si aūt est causatum ab aliquo solum tanq̄ à fine,

Tex. c. 69. & 72.

H non oportet: & sic est de motu æterno, vt dicunt: motor enim æternus non est causa motus nisi in genere causæ finalis. Sed hoc est multum difficile, & ideo de hoc fiet quæstio specialis, vtrum. s. motus æternus dependeat à motore tanquam ab efficiente. Ad aliam, cum dicitur, non demonstretur motus esse æternus &c. dico q̄ potest concedi. Et, cum dicit̄, q̄ illa non est causa, falsum est. Et ad probationem dico breuiter ad præsens, q̄ agens per voluntatem per mutabilem nō agit aliquid de nouo immediate, nisi aliqua permutatio facta sit in ipso: & si ego nūc volo cras ire ad scholas, & cras nolo ire ad scholas, iste act⁹ volendi non est vnus & idē omnino formaliter, licet sit vn⁹ quodammodo radicaliter et materialiter. Aliud enim est formaliter velle cras ire ad scholas, & velle nunc ire ad scholas. sed cras igitur ire ad scholas est aliud formaliter ab eo quod est nūc ire ad scholas, & ideo non valet illud exemplum. De hoc etiam, quia difficile est & subtile, volo quæstionem specialem facere, & sic de isto.

QVAESTIO IIII.

An Motor Aeternus, & Intransmutabilis qui per Intellectum & Voluntatem mouet, & motum Nouum immediate causare ualeat, nulla transmutatione præcedente.



QVæritur hic gratia vltimę rationis. Vtrum motor æternus, intransmutabilis, qui mouet per intellectum & voluntatem possit immediate causare motum nouum nulla transmutatione præcedente. Arguitur primo quòd sic. Quia talis motor est omnipotens, quòd non esset, nisi posset &c.

OPPOSITVM arguitur, quia sicut se habet voluntas noua ad motum æternum, sic se habet voluntas æterna ad motum nouum, per conuenientem similitudinem. Sed voluntas noua non potest facere motum æternum, vt manifestum est. ergo voluntas æterna non potest facere motum nouum. Tex. 41

CONCLVSIO.

Primus Motor intransmutabilis existens, et si per voluntatem agat, motum nouum immediate agere nequit nullo motu præcedente.

AD quæstionem dicunt Arist. & suus Comment. ꝙ motor æternus est omnino intransmutabilis ꝑ se & per accidens, quò quantumcunq; agat ꝑ voluntatem, nō potest agere immediate motum nouum, s. nullo motu præcedente. Et ratio Aristo. patuit prius. nā, si huiusmodi motor ageret immediate motū nouū, nullo motu præcedente, aut ipsum mobile esset factum, aut æternum. si nouum & factum, tunc factio eius præcedit eius motum. sicut. n. mobile præcedit motum, sic factio mobilis, si ipsum mobile fiat præcedit factionem motus, & sic ante illum motum fuit alius motus. Et si dicatur, ꝙ ab agente factum fuit ipsum mobile nō factione, quę est motus vel transmutatio vel cum motu & transmutatione, sed factione æquiuoca, quæ est creatio sine omni motu & transmutatione, & sine subiecto præiacente, seu pręsupposito. Istud non voluit Arist. quia sm hoc potentiæ actiuæ non corresponderet potentia passiua aliqua, cum omnis potētia passiua sit in aliquo subiecto. Iterum, si ipsum mobile incoepit esse, aut prius potuit esse, aut non potuit. si potuit esse de se, illa potentia fuit in nihilo: qa nec in agente solum, quia potentia receptiua esse alicuius rei non est in agente, quod agit illam rem, vt manifestum est cuilibet intelligenti. ergo potentia receptiua ipsius mobilis fuit in aliquo subiecto pręexistente. Si vero diceretur, ꝙ ipsum mobile non potuit esse quantum de se est, tunc fuit impossibile esse, & nullū tale incoepit esse. quare &c. Tex. 40 & 72 Et si, dicatur, ꝙ mouens fuit æternum, & similiter mobile. contra hoc est ratio Arist. quæ superius inducebatur, & resumas eam si placet. ratio Arist. de relatiuis optime habet hic locum, & tu considera eam per te, quare &c.

Item, arguitur breuiter sic, si talis motor incipit mouere de nouo, aut aliquid aliud immediate agit de nouo, aut ipse ab æterno voluit mouere aut non voluit mouere ab æterno, hæc diuisio est sm cōtradictionem. Si ab æterno voluit mouere, ergo ab æterno mouit: quia eius volūtas, qua vult mouere, est immediata et per se causa ipsius motus. & tali causa posita, necessario ponitur causatum. Si dicatur ꝙ non voluit mouere prius, & nunc vult mouere, necessario facta est innouatio & transmutatio in ipsa voluntate eius. Non enim est intelligibile, ꝙ voluntas nunc velit mouere & prius non voluit mouere, nisi mutatio facta sit de non velle ad velle. Modo ponebatur omnino & totaliter intransmutabile. ergo &c. Obiectio. Sed aliqui cauillant hic, ꝙ ipse primus motor ab æterno voluit mouere in isto tempore determinato, & incipere motum in isto nunc, & ideo, cum incoepit motum in illo nunc, & voluit incipere motum in illo nūc, nulla mutatio facta est in sua voluntate. et exemplificant sic, aliquis potest velle ire ad scholas post triduum, et in fine tridui velle ire ad scholas: & sic, cum ibit ad scholas, non erit voluntas innouata, ꝓcipue, si continuaret actum volendi. Reprobō. Sed hoc non sufficit intentioni, quia sic dicendo non respondetur ad interrogationem. non enim quæro, an ille motor ab æterno voluit mouere in isto tēpore, vel incipere motū in isto nūc. sed, vtrum ab ęterno voluit mouere, & si sic, ergo ab ęterno mouit, aut ē conuerso. Si non ab æterno voluit mouere, & nunc vult mouere, ergo ista volitio est noua in eo: quod est impossibile. Nec valet exemplum eorum. Siqs vult ire ad scholas post triduum & in fine tridui vult ire ad scholas, quia non est eadem volitio formaliter, sed solum materialiter. Prius enim verū erat dicere, ꝙ ipse volebat ire ad scholas in futuro, & nunc vult ire ad scholas vel incipere in præsenti nunc. Sicut igitur ire ad scholas in futuro & ire ad scholas in præsenti, non est idem volibile formaliter, sed diuersum, vt manifestum est cuilibet, sic indubitanter non est idē actus volendi formaliter hic & ille. & ideo illud exemplum nihil valet. Item, dimittamus quærere de inceptione motus, & quæramus de ipso nunc, vtrum ab æterno voluit producere istud nunc, aut in aliquo nunc determinato, dico imediate. Si ab ęterno voluit absolute producere illud nunc, quare ab æterno non produxit, cum sua voluntas actualis sit sufficiēs cum omni quod vult facere, vt dicūt: Si autem voluit ab æterno producere illud nunc in determinato nunc, quæritur, vtrum in eodem nunc, aut in alio. si in eodem, hoc est absurdum. nihil enim producitur, nec est in seipso per se. si in alio nunc, quæritur de illo alio, & sic in infinitum. quare &c. Item, si primus motor nunc incipit mouere & prius nō mouebat, vel aliquid producere, quod prius non produxit, aut ab æterno ipse fuit eiusdem dispositionis, sicut est nunc cum actu produxit, aut non. si sic. ergo qua ratione nunc producit, ab æterno produxit: & sic nō de nouo. si non, ergo oportet aliquam transmutationem esse factam in ipso, sed hoc est impossibile, quia ponit omnino intrāsmutabilis, ergo &c. Item, Deus semper est & æternaliter fecit quod melius est & possibile, hoc est manifestū. sed melius est mouere, ꝙ non mouere, vt manifestum est. & probatur: quia vel mouere est melius ꝙ non mouere, vel ē conuerso, s. ꝙ non mouere est melius simplr, vel ambo sunt ęqualis bonitatis. si primo modo, habeo propositum. si secundo modo, inconueniens est: quia, cum modo, Deus moueat, non faceret quod melius est nec Tertio modo, quia esse semper est melius ꝙ non esse, sibi oppositum, & ideo mouere est melius ꝙ nō mouere. Et constat, ꝙ semper fuit ei possibile mouere, & nūquam impossibile fuit moueri vel motum esse: quia, si aliquando fuisset impossibile, nunquam fuisset. ergo ab ęterno debuit mouere. Comē. 15. Item, Commentator arguit supponendo fundamenta duo, per se, nota, quæ nullus pōt negare sm rationem interiorem, vt dicit. Vnum est, ꝙ primus motor est omnino intransmutabilis, & hoc cōcedebant ei loquētes suæ legis, cū quibus ipse disputat. Aliud est, quod agens per voluntatem non post poni sm durationem suum effectum, nisi ꝑꝑ defectū alicuius alterius, s. quod est necessarium ad esse, vel ad melius esse illius effectus, siue illud aliud sit tempus vel aliquod aliud quodcūque, quod non est in eius potestate. modo, ipse motor primus æternus non habet postponere sibi motum vel mouendum ꝑꝑ defectum eius, ꝙ non sit in eius potestate, vt dicunt, ergo non debet postponi motus sm durationem ipsi primo motori. Opinio. Sed dicunt aliqui, ꝙ ipse Deus voluit facere motum, & totum mundum de nouo ꝑꝑ seipsum, scilicet ad hoc, vt sua sufficientia manifestaretur in hoc, quia omnibus aliįs nō existētibus, ipse in seipso omnem sufficientiam beatitudinis habuit, & virtutis ad rerum productionem: & hoc sine dubio non est nisi persuasio rhetorica nullam certitudinē inducens. Nam sine motu & mūdi nouitate potest hominibus per rationem de-

mon

monstratiuam constare, q ipse Deus est sibijpsi efficiẽs,
sic q à nullo alio dependet tanquam à causa principali in
quocunq; genere, & q ipse est prima & nobilissima cau
sa omnium aliorum entium, fm aliquem modum. vnde
et Aristo, dicit in prooemio Meta, q totaliter optimum
eorum, quę in natura, Deus est, & in Duodecimo dicit,
Tex. c. 37. q ab ipso depẽdet coelum & tota natura. Et praeterea,
sicut ipse ponitur supra naturam pduxisse omnia de no
uo, sic potest poni q ipse potuit hominibus manifestare
suam sufficientiam, & hoc notificare, q ipse posset esse si
ne omnibus entibus, quamuis ab aeterno omnia causaue
rit, & sic nulla est necessitas post pnnendi sibi suum pro
prium effectum, vnde, cum simpliciter melius fuerit ip
sum mundum fuisse ab aeterno & hoc fuerit possibile ipsi
primo principio, & non repugnauerit ipsi mundo, & per
nouitatem mundi nullum apparens saluatur, quod non
possit saluari sine tali nouitate: rationabilius videtur, im
mo fortassis necessarium, ipsum fuisse aeternum, quã no
Opinio. uum &c. Sed aliqui profundius perscrutantes de secreto
diuinę voluntatis, dicunt, q ipse produxit mundũ de no
uo, vt manifestaretur, q ipse fuit solus alijs non existenti
Improbõ. bus, quod non potuisset fuisse factum nisi fuisset sine om
õibus alijs. Sed hoc nnn sufficit, quia per mundi nouita
tem aut manifestauit se fuisse prius in aliquo tempore, si
ne nmnibus alijs, aut manifestauit se fuisse, & esse priorẽ
fm naturam. Non primo modo, quia tempus non potest
esse sine omni motu, vt manifestum est omni intellectui,
nec motus sine mobili. Vnde per mundi nouitatem non
manifestauit se in aliquo tempore fuisse sine omnibus en
tibus, quia in tempore illo necessarium est fuisse motũ &
mobile. Si diceretur secũdo modo, s. q per talem nouam
mundi prnductionẽ manifestauit se fuisse priorem fm na
turam, ita bene manifestauisset hoc causando ęternaliter
ipsum mundum, & suam causalitatem notificando, quia
constat, q causa per se prior est natura q̃ causatum, quã
uis sit simul duratione &c. Sed aliquis posset rationabili
ter opponere, quia primus motor sic potuit pducere hãc
reuolutionem hodiernam non praecedentibus alijs, & sic
habetur, q de nouo potuit incipere motum, & sic nouũ
potuit praecedere reuolutiones praecedentes, & hoc vide
tur inconueniens, quia sequitur q ipsę reuolutiones ẽent
essentialiter ordinatę, quod videt irrationabile, tũ quia
indiuidua eiusdem speciei non sunt essentialiter ordinata,
tum quia in essentialiter ordinatis esset processus in infi
nitum, & forte dicendum, q ad hoc, q necessaria sint es
sentialiter ordinata non sufficit, q ad esse vnius eorũ fue
rit necessarium alterũ praecessisse, sed q ad esse vnius ne
cesse sit eẽ alterius simul, v. g. ad esse Sortis necessarium
est praefuisse infinitos homines ita, s. q Sol vel coelũ non
potuisset generare Sortem nisi praecedente aliquo ho
mine, nec illum nisi praecedente aliquo homine, nec il
lum, nisi praecedente alio in infinitum, & tñ isti homines
non dicunt essentialiter ordinati. Sed adhuc remanet
dubitatio, quia impossibile est reuolutionem ęternã non
praecessisse hodiernã: igitur necessarium est eam pręcessis
se, sed omnia necessaria sunt per se, Primo Posteriorum,
Tex. c. 75. & isto Octauo, & in Duodecimo Metaphy. igitur istę
Tex. c. 39. reuolutiones sunt per se ordinatę, & per consequens essẽ
tialiter. Dicendum, q aliqua esse essentialiter ordinata
non sufficit q vnum per se praecederet reliquum, sed ẽ cõ
tra, quia necessarin simul sunt. Alij dicerent, q reuolutio
nes sunt essentialiter ordinatę, nec est inconueniens in es
sentialiter ordinatis successiuis procedere in infinitũ, sed
in permanentibus: nec istae reuolutiones sunt indiuidua
Comẽ. 15. eiusdem speciei proprie, sed partes quantitatiuae vnᵘˢ to
tius enntinui, s. motus circularis coeli. Sed hoc contradi
ceret Commentatori in isto Octauo, & ideo dicatur pri
mo modo. Item, Commentator innuit talem rationẽ,
vnluntas noua non producit effectum nisi nouum: igitur
voluntas antiqua non producit nisi antiquum. Et confir
matur pp putãtes obstruere intellectum persuasionibus

E non necessarijs, ipsum enim primum principiũ fuisse alijs
non existentibus, non potest intelligi nisi altero istorum
modorum, aut q ipse fuit, quia alia nnn erant, ita q nõ es
se aliorum fuit causa esse eius, vt si diceremus, q Sole nõ
praesente, dies non est: & hoc est absurdum, quia non esse
aliorum non fuit causa esse, vt manifestũ est, aut ipse fuit
alijs non existentibus, i. q in aliquo tempore fuit dũ alia
non fuerunt, & hoc etiam est remotum, aut fuit alijs non
existentibus, i. q alia nnn erant, nec fuerunt sibi causa es
se, immo omnibus alijs fuit causa esse & prius natura eist
& hoc indubitanter patet hominibus etiam omnibus in
telligentibus manifestum esse sine nouitate motus. vnde
Arist. & alij philosophi, qui posuerunt motum esse ppe
tuum, & nondum bene sciuerunt ipsum primum princi
pium, quod est Deus esse non existentibus alijs, sic intel
ligendo, q alia nnn sunt ei, nec fuerunt causa essendi, et ip
sum est natura & dignitate prius omnibus alijs, quia alia
non erant, ita q non esse aliorum fuit, quare &c. Item
F arguitur ratione quadam, quã ponit Albertus sup Duo
decimn Meta. Nunquam essentia aliqua destruitur actu
suo essentiali: hanc recipit pro manifesta, sicut lux nunq̃
destituitur à lucere, & huiusmodi. sed mouere est actus es
sentialis primi motoris, Probatio, quia aut primᵘˢ motor
mouet per suam essentiam, aut per aliquod accidẽs. si pri
mo modo, ergo mouere est eius actus essentialis. si secun
do modo hoc esset impossibile, quia sic esset mouens per
accidens, & nullum tale est primum mouens, quia p ac
cidens nõ est naturaliter prius ipso per se, vt patet in isto
Octauo, quare relinquitur, q est mouens per essentiam
suam, & sic eius actus essentialis est mouere: quare nun
quam destituitur ipso mnuere. Sed contra hanc ratio
nem mouet quasdam obiectiões & soluit. Primo diceret
aliquis, q fm hoc primus motor nõ potest non mouere,
& sic est coactus ad mnuendum: quod est absurdum. Re
spondit hic & bene, q nõ sequitur, quia coactum est vio
lentum. Violẽtum autem est cuius principium est ab ex
G tra, vt patet in Tertio Ethicnrum. modo, ipsi primo mo
tori non est aliquod principium extrinsecum mouendi, si
cut nec essendi, & ideo non mouet vinlenter, nec cogitur
ad mouendum. Sed dices vlterius, saltem ipse erit obliga
tus ad mouendum, & non mouebit libere, quia non pote
rit oon mouere. Dicit, q hoc nihil est penitus: quia liberũ
est, quod est suijpsius gratia, vt patet in Primo Politicae.
modo, ipse primus motor mouet gratia suijpsius princi
paliter, connumerare enim bonitates suas per essentiam
summę libertatis est, & hoc facit primᵘˢ motor perpetuo
suo motu. Et ideo dicitur, q semper est in optima sua di Cõmẽ. 19.
spositione & fm seipsum, cum seipsum semper intelligat
& amet in quo est dilectio perfectissima, vt dicit in Duo
decimn Meta. & in comparatione ad alia entia, quibus Cõmẽ. 66.
perpetuo suas bonitates communicat per motum. vnde
& Commen. dicit super secundũ Coeli & Mundi, q om
ne, quod est pp se primaria intẽtione, est pp aliud secun
H da intentione, vel habet actionem pp aliud secundaria in
tentione, nisi esset illic aliqua natura non innata ad largiẽ Primũ prin
dum, vt dicit: sic igitur diceret Commen. & Aristo. Sed cipium po
dico fm fidem & veritatem & hoc indubitanter assero tuit incipe
& firmiter confiteor, q primum principiũ, quod est Deᵘˢ re motũ si
supremus, potuit incipere motum de nouo per suam vo ne praeuia
luntatem, & producere de nouo ipsum mobile. & alia en mutatiõe.
tia sine omni transmutatione praecedente, nec huiusmo
di conclusionis pono aliquam rationem demonstratiuã,
sed eam sola fide teneo, sicut & alia multa.

Ad rationes in contrarium. Ad primam dictum est
in praecedenti quaestione, q ipsum mobile fuit productũ
à primo rerum principio non quidem per motum & ex
subiecto, sed sine motu & sine subiecto. Et cum dicit q
potentiae actiuae &c. Verum est potentię actiuę agentis
particularis, quod non est causa totius entis, sed potẽtię
actiuę agentis, vel quod est prima causa totius entis, non
oportet correspondere potentiam passiuã in aliquo subie

ſto, & ſic eſt de potētia diuina. Ad aliam dico, ꝙ mobile non potuit eſſe potentia paſſiua materiæ. Sed qa ſibi non repugnabat eſſe, & cum hoc potuit eſſe potentia actiua agentis primi. Ad aliam dico, ꝙ primus motor ab æterno voluit mouere in tempore determinato et incipere motum in nunc. Et cum dicitur vlterius, vtrum abſolute voluit mouere ab ęterno. Dico ꝙ ſic, nec ſequitur ex hoc, ergo ab æterno mouit. Et cū dicitur quod cauſa &c. Verum eſt in cauſis naturalibus, ſed in voluntarijs non oportet. Ad aliam ſimiliter, nam ab æterno fuit eiuſdē & non alterius diſpoſitionis, nec tamē ab æterno mouit, ſicut non mouet: quia eſt agens per voluntatē. Ad aliā dico, ꝙ licet abſolute loquendo melius eſſet mundum & motum eſſe ꝙ̄ non eſſe, tñ ꝑꝑ aliquam cām melius eſt ipſum non fuiſſe ſemꝑ ꝙ̄ ſemper fuiſſe, ſed quæ ſit illa cauſa? Dico, quod ego neſcio iſtam cauſam ſufficientem, niſi illa cauſa ſit ipſemet Deus, qui eſt omnium cauſa: et ſi eſt aliqua ſpecialis & propria, cauſa nouitatis mundi, ꝓpter quam melius fuit ipſum eſſe nouum ꝙ̄ æternum, iſtā ſcit Deus ipſe: & forte quidam alij habentes intellectū magis eleuatū, ſed ego ignoro eam ad præſens ſicut & multorum effectuum naturalium cauſas neſcio de quibus tñ mihi conſtat quod habent eſſe in rerū natura. Ad aliā per idem. diuiſio. n. Commen. eſt ſufficiens de agente per voluntatem mutabilem, ſed agens per voluntatem immutabilem, quæ poteſt poſtponere ſuum effectum non propter defectum alicuius, quod non ſit in ſua poteſtate, nec ꝑꝑ aliquam aliam cauſam, ſed propter ſeipſum. Vñ nouitas motus & mundi non reducit ad aliquam nouitatē primi principij, quod eſt Deus, qui eſt cauſa propinqua & immediata. Ad rationem Alberti, dico, ꝙ eſſentia qua agit per naturam & non per voluntatem nunquam deſtituitur à ſuo actu eſſentiali, ſed, ſi agit per volūtatem, bene deſtituitur, & ſic eſt in propoſito. Primus enim motor mouet per voluntatem, ideo aliquando nō mouebat vel non ęternaliter mouebit. Et ſi dicas, ꝙ illud, quod debetur alicui per ſuam eſſentiam, debetur ei per ſe, & per conſequens ſemper. Modo, ipſi primo motori debeť moueri per ſui eſſentiam, quia per voluntatem ſuam & ſua voluntas eſt idem quod ſua ſubſtantia. Dicendum, ꝙ verum eſſet in rebus naturalibus, ſed in voluntarijs non tenet, & ſic eſt in propoſito. quare &c.

QVAESTIO V.

An Mot⁹ Aetern⁹ Depēdeat à Motore aliquo effectiue.

Conſequenter quæritur, Vtrum motus ęternus dependeat à mouente ſicut ab agēte ſeu efficiente. Et arguitur primo ꝙ non, quia, ſi ita eſſet, ſequeretur, ꝙ omne mouens eſſet agens: & hoc eſt inconueniens, ſm Ariſtot. (Tex.c.44.) in Primo de Generatiōe, ca. de Tactu. vbi vult, ꝙ omne agens eſt mouens, ſed non è conuerſo. Et probatur conſequentia, quia ꝙ omne mouens ſit agens, hoc nō habet inſtantiam niſi pro motore ſeparato à materia. iſte enim dicitur mouens & non agens, & iſte motor eſt, qui cauſat motum æternum, vt patet in iſto Octauo. ſi ergo motus æternus eſſet à mouente, ſicut ab agente, ſequitur, ꝙ dictum eſt, ſ. ꝙ omne mouens eſſet agens quare &c. (Tex.c.50.) Itē, agens debet eſſe contrariū ei in quod agit, vt patet in primo de Generatione, ſed motor, à quo cauſatur mot⁹ ęternus, non habet cōtrarietatem ad mobile, vt manifeſtum eſt cuilibet intelligenti, nec è conuerſo. ergo &c. Itē, nihil fit ab agente niſi per motum præcedentem, hæc videtur manifeſta inducendo in agentibus. ſed motus æternus non poteſt fieri per motum præcedentem, quia ante primum motum æternum nullus eſt alicuius motus por. (Tex.c.26.) ergo &c. Item, ſi ſic, tunc motus æternus non eſſet naturalis, quod eſt impoſſibile. Et probatur conſequentia, quia motor, à quo cauſatur motus æternus, eſt ſeparatus à mobili, vt patet in iſto Octauo & ſic, ſi ſit agens iſtum motum, tunc iſte motus erit ab agente extrinſeco & non

A intrinſeco: talis autem motus non videtur eſſe naturalis, quia natura eſt principium intrinſecum, vt patet in ſecundo huius. quare &c. (Tex.c.1.)

OPPOSITVM arguitur, omne quod reducit aliquid de potentia ad actum agit in ipſum, hæc videtur manifeſta per rationem agentis, quam ponit Commen. in Duodecimo Metaphy. (Com.18.) ſed motor, q mouet motu æterno, reducit aliquid de potentia ad actum, ſ. mobile, vt manifeſtum eſt. Ipſum enim mobile, vt mobile eſt, non eſt niſi in potentia receptiua reſpectu motus, & tale nō ducit ad actum ſe, vt patet ex Nono Metaphyſi. ergo relinquitur ꝙ à mouente. quare &c. (Tex.c.2.)

CONCLVSIO.

Motus æternus non eſt ab aliquo motore, ita ꝙ ab illo per motum proprie dependeat, non implicat tamen ipſum effectiue dependere à motore, ſicut lucere diaphani à præſentia corporis luminoſi.

B De iſto dixerunt aliqui, ꝙ motus æternus non eſt à motore tanquam ab agente, & hoc probaǹ per vnam talem rationem, qua etiam creditur demōſtrari de ſubſtantia æterna ꝙ ipſa non ſit cauſata ab agente. Et eſt ratio quaſi talis, Si ſubſtantia æterna depēderet ab aliquo agēte ipſa de ſe poſſet eſſe. ſi enim ipſa de ſe nō poſſet eſſe, tunc eſſet impoſſibilis, & ſi de ſe poteſt eſſe, poteſt etiam non eſſe, quia eadem eſt potentia contradictionis Nono Meta. Sed tale, quod de ſe poteſt non eē eſt (Tex.c.17.) corruptibile, & à nullo poteſt perpetuari, vt patet ex Primo Cœli & Mundi, (Tex.c.102) & ſic ſubſtantia æterna nō eſſet ęterna omnino. Similiter arguunt de motu æterno, ſi enim ipſe motus æternus dependeret ab agente, tūc de ſe poſſet eſſe, & per conſequens non eſſe, & ſic idē quod prius. Et ideo dicunt, ꝙ motus æternus non eſt à motore tāquam ab efficiente, immo vel dicunt, ꝙ actio & paſſio & motus non habent agens per ſe, & dicunt, hoc eſſe demōſtratum ab Ariſto. in Quinto huius. (Improbō.) Sed mihi videtur, ſalua reuerentia ſic dicentium, ꝙ ipſi dicunt contra Cōmē.

C & cōtra veritatē. Cōtra Cōmē. dñt manifeſte, ꝙ Cōmē. vult i Duodecimo Meta. ꝙ in ſeparatis à materia idē eſt cā mouens ſm agēs, & ſm finē. cōmen. 34. ibi in Cōmen. loquēs de mouente ſepato dicit ſic, & eſt mouēs, qa agit motū, et qa finis mot⁹. & i cōmē. 36. dicit ſic, intelligētię vero abſtractę, in eò ꝙ ſunt abſtractę, ſunt ꝑncipia eorū, quorum ſunt principia duobus modis, ſm ꝙ ſunt mouētes, & ſm ꝙ ſunt fines. idem habetur in tractatu de Subſtantia Orbis ex intentione. Et eſt etiam contra rationē, quia omni potentiæ paſſiuæ correſpondet potentia actiua, vt patet ex Quinto Meta. (Tex.c.17.) ſed cōſtat, ꝙ mobile, quod mouetur motu æterno eſt in potentia paſſiua ad motum æternū: ergo debet eſſe potentia aliqua actiua ipſius motus, & illa non eſt niſi potētia motoris, vt manifeſtū eſt: quia mobile non habet potentiam actiuam ſuꝑ ipſius, vt conceditur. ergo &c. Et ſiquis dicat, ꝙ maior eſt vera

D in potentia paſſiua remota ab actu, ſed de potentia coniūcta actui, non oportet ꝙ ei correſpondeat actiua & paſſiua, hoc nihil eſt, quia potentia paſſiua coniuncta actui, aut ſeipſa reducit ad actum, aut reducit ad actum ab aliqua alia potentia. & primum conceditur eſſe impoſſibile: ergo relinquitur ſecundum, & iſta potentia non eſt niſi potentia actiua, vt manifeſtum eſt. quare &c. Præterea, Quamuis mobile, quod mouetur motu æterno, non ſit in potentia remota ab actu reſpectu totius motus ſimul, ita, ſ. ꝙ ſimul ſit priuatum toto motu, tamen ipſum mobile habēs vnam partem motus continui perpetui, ſ. vnam circulationem, eſt in potentia, i. in potentia priuata actu, & remota ab actu reſpectu alteri⁹, & exiſtēs ſub illa altera eſt in potentia remota ab actu reſpectu alteri⁹, & ſic de omnibus, vt Sol, dum actu mouetur circulatione hodierna, eſt in potentia remota ab actu ad circulationem craſtinam, & cum mouebitur in circulatione craſtina erit in potentia remota ab actu ad aliā, & ſic in infinitum, & antequam moueretur iſta circulatione ſeu reuolutione

(Mobile æternū eſt in potentia reſpectu partiū motus.)

lutione hodierna fuit in potentia remota ab actu respectu eius, & sic de omnibus. vnde ipsum mobile, qd mouet motu æterno est in potētia remota ab actu respectu totius motus non simul, sed successiue, vt patet considerantu, & ideo necessario indiget potentia actiua. cum.n. respectu cuiuslibet circulationis sit aut fuerit in potentia remota ab actu, oportet ꝙ ad quamlibet circulationem successiue reducatur ab aliqua potentia, & non nisi à potentia motoris. quare &c.

Agēs est duplex. Tex. c. 57.

Sed est considerandū, ꝙ duplex est agens, vt habetur in Secundo de Aia. quoddam enim est agens remouens contrariū, quod præfuit in passo, vt, cum agit ignis in aquam remouēdo frigiditatem. similiter autem & in alijs huiusmodi, & tale debet eē cōtrarium aliqualiter ipsi passo, & communicare in ipso in materia cum ipso. Aliud est agens, quod non corrumpit contrarium, sed solum inducit aliquem actum, ad quem subiectum erat in potētia receptiua, sicut diximus, ꝙ corpus luminosum præsente diaphano agit in ipsum, & similiter sensibile in sensum. Modo dico, ꝙ motus æternꝰ nō est à motore tanꝗ ab agente primo modo, sed scd'o mō,

Rñsiones. De se posse esse intelligitur dupl'r.

AD rationem alterius opiniōis, cum dicitur illud, qd dependet ab aliquo agente de se potest esse &c. Dico ꝙ aliquid de se posse esse, potest intelligi dupliciter, quātum ad propositum. Vnomodo ꝙ in essentia sita habet aliquam partem, quæ sit in potentia ad eius esse, & hoc modo cōpositum ex prima materia & forma substātiali specifica de se potest esse. Alio modo intelligitur aliquid esse in potentia ad esse, nō quia in sua essentia sit aliqua pars habens potentiā ad eius esse, sed quia est in aliquo proprio subiecto, quod habet potentiam ad esse illius, & hoc modo potest dici, ꝙ forma substantialis pōt esse, quia ipsa est in subiecto, quod habet potentiam ad esse eius. Modo, cum dicitur, ꝙ esse causatum ab agente &c. verum est altero istorum modorum. Et cum dicitur, ꝙ illud, quod de se potest esse, potest non esse. Potest dici, ꝙ verum est, si de se potest esse primo modo, sed, si secundo modo, non oportet. modo, ipse motus æternus potest esse secundo modo, s. quia est in subiecto proprio, qd habet potentiam ad ipsum & ad eius esse, & non potest de se esse per partem suæ essentiæ, & ideo non potest de se non esse, nec sequitur inconueniens quod dicebatur. Sed si aliqua substantia æterna causaretur ab agente, oporteret ꝙ illa substantia composita haberet partem essentiæ sui esse, per quam esset in potentia ad esse, & etiā ad nō esse, & sic esset corruptibilis, & eius forma esset corruptibilis: quare non posset perpetuari ab aliquo.

De se posse nō esse itelligitur dupliciter.

Aliter potest responderi ꝙ aliqui de se posse non esse, potest dupliciter intelligi. Vno modo, quia habet à materia partem, quæ est in potentia ad eius non esse, & ad formam oppositam, sicut istæ substantiæ inferiores compositæ, & nullum tale potest perpetuari. Alio modo potest intelligi, ꝙ aliquid de se potest non esse pro tanto, quia quantum est ex parte sua, circunscripto quocunq; alio modo semp haberet esse, nec etiam ex parte sui subiecti potest esse, & tale nihil prohibet perpetuari, si dependet imediate ab æterno agente, & sic est de Motu cœli. Modo, cum dicit, omne quod producitur ab agente de se potest non esse, verū est altero istorum modorum. sed nō est necesse, ꝙ primo modo. Vel dicatur, ꝙ motus cœli bene potest non eē s'm quamlibet sui partem successiue, licet nō simul, & hoc sufficit ad hoc, ꝙ dependeat ab agente. perpetuatur autem per hoc, ꝙ vna parte deficiente, succedit alia, vt circulationem hodiernam succedit crastina, & sic semper, nec ꝑpetuatur s'm suas partes, ita ꝙ alia pars perpetuetur, vel omnes modo, prædicto.

Obiectio.

Et tu dubitabis, quia licet motus non habet de sua essentia partem, quæ habet potētiā ad suum esse, eò ꝙ est actus simplex, tamen ipsum motum, s. compositum ex mobili & motu habet partē, quæ est in potētia ad ipsum motum, s. ipsum mobile, & sic cōpositum istud potest non esse, & per consequens non potest perpetuari, sicut nec substātia composita, & ex quo

E sequitur, ꝙ motus nōn potest perpetuari, quia sic perpetuaretur compositum. Forte diceretur, ꝙ hoc non est simile, quia ipsum mobile subiectum motui nō facit quid vnum per se cum motu, sicut materia & forma sunt vnū in esse per se. Modo, cum dicitur, ꝙ illud non potest perpetuari, quod partem habet, per quam est in potentia ad esse, intelligendum est si ex illa parte cū alia fiat ens vnū per se. Vel potest aliter dici, cum dicitur. Omne quod dependet ab agente de se potest esse, verum est vel potentia coniuncta cum actu, vel potentia remota ab actu. Et cū dicitur, ꝙ omne de se potest esse, de se potest non esse, Verum est, si sit potens esse potentia remota ab actu. sed, si est potens esse potentia coniuncta actu, non oportet, modo, diceretur, ꝙ motus æternus de se potest esse potentia coniuncta actu, sed non potentia remota ab actu tota simul. vt dicebatur prius. nūquam enim est simul cœlum sine omnibus partibus motus. Sed sic dicendo remanet

F dubium, quia similiter posset aliquis dicere, ꝙ aliqua substātia æterna est ab agēte, & ꝙ ipsa de se est de potētia ad esse coniuncta actui, & sic non pōt non esse, & pōt perpetuari.

Ideo aliter dicunt aliqui, ꝙ motus cœli bene potest esse, & potest etiam non esse quantum est ex parte sui, vel quātum est ex parte mobilis vnde corpus, vel vnde mobile, sed ex parte motoris non potest non esse: & ideo absolute non potest non esse, propter quod nō potest poni non esse, vnde non sequitur aliquod incōueniens si ꝑpetuatur. sed, si substantia causata ab agente perpetuaretur, ipsa esset potens non esse absolute: quia substātia nō dependet ab agente in conseruari & in esse, sed solum in fieri. poterit: ergo poni non esse, et sic simul erit & nō erit cum ponaẽ æterna. Et adhuc diceret aliquis, ꝙ sicut motus dependet à motore & in fieri & in esse, quia suum fieri est suum esse, sic similiter substantia æterna depēdet ab agente suo in esse & in conseruari, & ideo non debet poni non esse, quamuis ex parte sua sit aliqualiter potēs non

Opinio.

G esse. Et sic omnia quæ dicerentur ad istam rationem, tenendo motum æternum esse ab agente, dicerētur ad eandem tenendo substantiam æternam esse ab agente, & si illa ratio valet ibi, valet etiam hic, vt videtur. Forte secunda solutio est omnibus alijs verior & efficacior, & forte est impertingens, i. non potest frangi neq; lædi. Cū enim dicitur, ꝙ illud, quod potest esse, potest non esse, quia eadem potentia est contradictionis, verum est de potentia contradictionis remota ab actu, sed de potentia coniuncta actui non est verum, vt videmus, ꝙ cœlum pōt esse quantum & non potest esse non quantum, & similiter de multis alijs modo, ipse motus æternus potest esse potentia coniuncta actui, & non remota ab actu omnino. Et si dicas eodem modo teneret ille, qui teneret substātiā æternam causari ab agente, & sic illa ratio non demōstrat substantiam æternā non habere efficiens, & ego ad præsens non reputo illam rationem demonstratiuam, nec vnquā vidi Commentatorem hoc dicere, licet aliqui attribuant

H ei. Bene tamen dicit Duodecimo Meta. ꝙ substantia possibilis de se esse & non esse, non potest perpetuari, & hoc verum est de substantia, quæ est possibilis potētia remota ab actu, talis enim substantia est simpliciter possibilis non esse, vnde potest poni nō esse, et sic, si esset perpetua, sequitur ꝙ simul possent esse & non esse, sed motus, licet sit possibilis de se potentia supple coniuncta actui, qui est in ipso mobili, & potest etiam nō esse s'm partes suas successiue, cum hoc potest ab alio perpetuari: & causa etiam in hoc est, vt dixi, quia esse habet ab alio, s. à motore, & quia est motor æternus, & intransmutabilis per se & per accidens, ideo perpetuatur motus. substantia vero, quæ de se est possibilis esse & non esse, non dependet immediate ab aliquo intransmutabili, sed ab aliquo transmutabili, quod quandoq; est in debita dispositione ad causandū & conseruandum ipsam substantiam, qñq; non. Considerandum igitur diligenter circa istud, ꝙ causa, quare motus, q est possibilis quoquo modo potest aliqñ ꝑpetuari

non

non est illa quam aliqui assignant & attribuunt cōsequē ri, s. quia potentia ad esse eius nō est in eius substātia, sed in aliquo alio, s. in subiecto suo. si enim hoc esset causa ꝑpetuitatis, tunc similiter forma substantialis siue generēs per se siue per accidens posset perpetuari in materia, quia potentia ad ipsam non est in eius substantia, sed in materia: immo causa illius est, quæ prædicta est, s. quia est immediate à motore intransmutabili, omnino & per se & ꝑ accidens, vt ibi tangit Commen. Remanet ergo ꝓdicta conclusio, s. ꝙ motus dependet à motore, sicut ab agēte.

Rōnes. AD rationes priores. Ad primam dicendum, ꝙ nō omne mouens est agens corruptiuum & alteratiuū alteratione proprie dicta, & hoc modo accipit ibi Arist. Sed omne mouens bene est agens perfectum, s. quod reducit aliquid de potentia ad actum. Et dico de mouente immediato, inter ꝙ, s. et mobile est aliquis motor medi⁹: quod dico, ꝑꝑ primum ꝓncipium, quod forte est aliquo modo mouens, vt finis, & non vt agēs. sed motor appropriatus mobili primo agit ipsum motum primum. Et si hoc verum est, tunc potest etiam saluari dictum Aristot. ꝙ non omne mouens est agens. hoc enim verū est de mouente primo, ꝙ non est appropriatum alicui mobili immediate, sicut videtur sentire Commen. in isto Octauo. & in Duodecimo Meta. & in de Substantia Orbis. sed de hoc videbitur in posterum. Per idem ad aliam, verum est ꝙ agens corruptiuum debet esse contrarium passo & conuenire in materia cum ipso, sed non oportet de agente perfectiuo solum. Ad aliud cum dicitur nihil &c. verum est ab agente quod agit de nouo. Sed ab agēte quod æternaliter agit bene potest aliquid effici non per motum præcedentem tempore ipsum factum, & istud videtur sentire Commentator in suo Tractatu de substantia Orbis. vbi dicit, ꝙ quoddam agēs præcedit suum actum natura & non tempore. Ad aliam dico breuiter, ꝙ motor abstractus est in mobili, non quidem subiectiue, sed sm appropriationem: & hoc sufficit ad naturalitatē motus. Et ad hoc quamuis mouens agens motum æternum non sit intrinsecum mobili sm esse, tn̄ principium præceptiuū ipsius motus bene est intrinsecum mobili vel non extrinsecum, & hoc videtur sufficere ad motum naturalem.

Obiectio. Item aliqui sic instant, omne quod est ab alio effectiue prius est non ens ꝗ̄ sit ens; sed motus æternus non prius est non ens ꝗ̄ sit ens. ergo &c. Ad hoc respōdent aliqui, ꝙ licet motus æternus non sit prius tempore non ens ꝗ̄ ens, tn̄ prius naturaliter est non ens ꝗ̄ ens, & hoc sufficit vt dicunt. Sed hoc nihil est, quia esse & ens naturaliter & sm naturam prius est ꝗ̄ non esse & non ens omnino. Aliter dicunt aliqui, ꝙ ad hoc ꝙ aliquid depēdeat ab alio, & tanquam ab efficiente vel agente, nō oportet ꝙ prius sit non ens ꝗ̄ ens, sed sufficit ꝙ ipsum non esset si quoddam aliud non esset, quod extrahit ipsum de potentia ad actū, & sic est de motu æterno. Vel dicēdum, ꝙ quamuis motus æternus non sit prius tempore non ens secundum totum ꝗ̄ ens, ita, s. ꝙ mobile in aliquo tempore priuatum sit motu æterno toto, tamen secundum partes sibi succedentes bene tamen prius tempore est non ens actu, quàm ens actu. Cum enim mobile actu reuoluitur vna reuolutione est in potentia ad aliam reuolutionem, & illa alia ad aliam, sed nondum est in actu simpliciter, & sic sufficit motum prius non esse ꝗ̄ esse.

Tex. c. 16. Cōtraria autem his non est difficile soluere.

QVAESTIO VI.

An Cœlum Agat in hominis Intellectum & Voluntatē.



QVæritur hic, vtrum cœlum agat in intellectum & voluntatem hominis. Arguitur primo ꝙ sic, quia Astrologi iudicant & prædicunt de illis, quæ fiunt ab intellectu & voluntate humana, vt aliquis pugnabit cōtra alium, vel conducet vxorem: & huiusmodi. sed hoc non possent facere nisi corpora cœlestia agerent in intellectū & voluntatem. nam per aliam viam non iudicant & prædicunt de talibus, nisi per aspectus corporum cœlestium, quos credunt mouere intellectum & voluntatē ad actus suos, quare &c. Item, illud, quod facit iudicare aliquid esse bonum vel malum, et illud appetere vel fugere, videtur agere in intellectum & voluntatem: hæc est manifesta. sed cœlum facit aliquid iudicare bonum & prosequēdum vel malum & fugiendum: & per consequens appetere illud, quādo enim solis est præsens vel propinquius nobis & calefacit nostra corpora, tunc iudicamus non esse bonum, sed malum nos calefieri ab igne, & illud fugimus, cum autem Sol est multum distans & facit frigus, tunc iudicamus bonum esse calefieri nos ab igne, et istud appetimus & prosequimur: et sic in multis aliꝭs huiusmodi quare &c. Item, quod agit in corpus aliquod, agit in formam corporis & in virtutes consequentes eā: hoc satis est apparēs, cum forma & virtus sint eo, cuius sunt forma & virtus. sed cœlum agit in corpus humanum, cuius forma est anima intellectiua, & virtutes eius sunt intellectus & voluntas. quare &c. Item, primū in quolibet genere est causa omnium aliorū, Secundo Metaphy. sed mutatio cœli est prima mutatio: ergo ipsa est cā omnium mutationum intellectus & voluntatis: quod non esset si non ageret in intellectum & volūtatem. Item, in somnis aliquādo contingit vere intelligere, vt patet ꝑ Aristo. in de Somno & Vigilia, & experiētia docet. hoc autem non contingeret, nisi cœlum ageret aliquid in animam intellectiuam. si enim non, quo causaretur tales intelligentiæ & prophetiæ de futuris? Item arguitur auctoritatibus Arist. dicit. in Primo Metaphy. ꝙ iste mūdus ex necessitate contiguus est lationibus superioribus, vt omnis eius virtus gubernetur inde, & cōstat ꝙ intellectus & voluntates sunt quædam virtutes hominis, qui est in isto mundo inferiori. quare &c. Item in Secūdo de Anima. dicit, ꝙ voluntas augetur ad præsens, i. incitatur ad agendum sm præsentis horæ dispositionem. dispositio autem horæ præsentis reducitur ad corpus cœleste, sicut ad causam, vt omnes concedunt, & subdit ibidem Philosophus. vnde eis, s. hominibus, semper sapere altera præstant: q. d. corpora cœlestia, s. dāt hominibus sapere, i. intelligere altera, i. alia & alia sm diuersos aspectus astrorum. Et parū post dicit, ꝙ talis est intellectus in terrenis hominibus, qualem ducit pater virorū deorūq;, i. Sol, vt exponitur ibidem. Et iterum in isto Octauo dicit Aristo. sic, nihil igitur prohibet, magis autē fortassis necessarium est in corpore multos motus fieri à continente. horum autem quosdam appetitum & intellectum mouere. quare &c.

Tex. c. 4. Tex. c. 150. Tex. c. 20

OPPOSITVM arguitur, quia, si sic esset, tunc actiōes nostræ quas operamur per intellectum & voluntatem, non essent meritoriæ, nec dignæ laude & honore vel vituperio: quod est absurdum, vt patet Tertio Ethicorum & probatur consequentia, quia illa, quæ facimus necessitati ab alio, non sunt meritoria nec demeritoria, vt manifestum est. si quis enim coactus & violentatus ab alio ꝑcutiat aliū manu mota per alium, nō est puniendus, vel si coactus ab alio exhibeat parentibus honorem, non est laudandus, & sic de similibus. modo, si cœlum ageret in intellectum & voluntatem nostram, tunc, cum cœlū necessario agat oē quod agit, nos necessario ageremus ea, q̄ ageremus, & non possemus non agere ea.

CONCLVSIO.

Cœlestia corpora per se nullo modo agunt in intellectum & voluntatem.

DE quæstione est intelligendum, ꝙ aliqui dicūt, & quasi communiter asseritur absolute, ꝙ cœlum nullo modo per se agit in intellectum & voluntatem nostram, & probatur duabus rationibus. Prima est, nullum corporeum agit in incorporeum: hæc recipitur pro vera & manifesta, sed cœlum est aliquod corporeū,

vt manifestum est, & intellectus est quid incorporeũ, vt patet ex Tertio de Anima, ergo &c. Item, si cœlũ ageret in intellectum, aut ageret in ipsam speciem intelligibilem, vel actũ intelligẽdi, vel vtrunq;: hæc diuisio est manifesta. sed non agit in aliquod istorum, nec ambo, probatio: quia omne, quod cœlũ per se agit est quid indiuiduũ corporeum & materiale, sed species intelligibilis & intelligentiæ sunt actiones vniuersales & abstractę, vt patet de Anima. ergo &c.

Tex. c. 19. & 6. & 4.

Improbō rationum.

Sed quicquid sit de conclusione ista. Istę tamen rationes non videntur esse efficaces, quia per eandem rationem probaretur, ꝙ nulla substantia materialis ageret aliquid in intellectum nostrum per se: quia si nullum corporeum per se agit in incorporeum, sed omnis substantia materialis est ens corporeum, sicut & cœlum. Et iterum substantia materialis, si ageret in intellectum, aut ageret speciem intelligibilem, aut intellectionem, quorum neutrum videretur ſm illam secundam rationem: quia species intelligibilis & intelligẽtiæ sunt act⁹ abstracti & vniuersales, & tales actus non fiunt per se ab agente corporeo et materiali, vt isti videntur concedere, quia, s. omne, quod cœlum agit sit quid indiuiduũ & materiale, & non videtur esse propter aliud, nisi quia ipsum cœlum est quid corporeum & indiuiduum: quare idẽ diceretur de qualibet substantia materiali, & sic nulla substantia materialis erit per se actiua in intellectum, quod tñ est falsum manifestum, quod omne per se intellectũ est per se actiuum in intellectũ aliquo modo sicut per se sensibile est per se actiuum in sensum, vt patet ex scientia de anima. Modo, substantia materialis est quid per se intelligibile, cum sit per se substantia & ens, quare &c. Et ꝑ idẽ videtur ꝙ conclusio, quam ponunt, s. ꝙ cœlum nihil per se agit in intellectum nostrum, non est omnino vera, q̃a omne per se intelligibile est per se actiuum in intellectũ, vt dictum est. sed ipsum cœlum est per se intelligibile, vt patet: quia est per se ens, & substãtia est per se scibile. quare &c. Propter quod aliter potest dici ad quæstionem, ꝙ cœlum non agit per se in intellectum nostrum, sic intelligendo, ꝙ per se faciat intellectum nostrum iudicare aliquid necessario esse bonum & prosequendum, vel malũ & fugiendum: nec similiter agit in voluntatem nostram per se sic, ꝙ faciat ipsam voluntatem necessario aliquid velle vel nolle. Et hoc probaretur ratione prius inducta, quia, si sic esset, actiones nostrę non essent laudandæ nec vituperãdæ, cuius oppositum vult Arist. in Tertio Ethi. & in multis alijs locis. & hoc etiam tenent omnes leges. Et patet consequentia sicut prius declarabatur.

Corpa cœlestia agunt ĩ animalia.

Sed considerandum, ꝙ quamuis cœlum non sic per se agat in intellectum & voluntatem, ꝙ necessitet istas virtutes ad suos actus (sic enim periret libertas humana, quæ dicitur esse nobilissima conditio voluntatis humanæ) tñ corpora cœlestia multas transmutationes faciunt in cõtinente, in quo viuunt animalia, & in corporibus etiam animalium, & ad istas transmutationes aliquoties consequitur iudicium intellectus de bono prosequendo, vel malo fugiendo, & similiter declinatio voluntatis ad prosequendum vel fugiendum. v.g. cum Sol & alia astra calefaciũt excellenter & excessiue ista inferiora, & corpus humanũ exiccant immoderate, contingit ꝙ intellectus humanus iudicat bonum esse remouere istum excessum. & non potest remoueri nisi per assumptionem alicuius frigidi, & ideo iudicat bonum esse accipere aliquod frigidũ & prosequendum, & voluntas tunc Inclinat in illud. Similiter autem de multis alijs transmutationibus, quas agunt corpora cœlestia. Et hoc plane docuit Arist. in litera præællegata: nihil enim prohibet magis, aut fortassis necessariũ est in corpore, supple animalis, multos fieri motus à continente, s. ab aere & cœlo. horum autem quosdam intellectum & appetitum mouere, nunq; tñ, vt dicitur, necessitatur intellectus ad iudicandum et affirmandum hoc esse bonum vel malum per quancunq; transmutationem factam in corpore, nec voluntas ad volendum, immo sem-

Tex. c. 20.

E per remanet in intellectu libertas ad iudicandum aliquid & voluntati ad volendum aliquid vel ad nolẽdũ illud, & hoc respectu ordinatorum in finem. v.g. quantuncunque corpus humanum sit excessiue infrigidatum, dũmodo remaneant virtutes distinctiuæ vel iudicatiuæ, adhuc non necessario iudicat intellectus, ꝙ bonum sit remouere illum excessum frigiditatis, immo potest non iudicare illud vel iudicare oppositũ, nec voluntas necessario vult illud, s. remouere frigus illud excessiuum & mortificatiuum, immo potest velle sustinere illud: sic autem est in alijs. Et ꝓp hoc dicit Ptolęmeus, ꝙ vir sapiens dominabitur astris, inquantum per suum intellectum potest iudicare aliquid esse bonum & faciendum, ad cuius oppositum inclinant corpora cœlestia quantum est de se. Et idẽ etiã vnus dixit versificator satis curialiter.

Vir prudẽs dñabitur astris.

Fac tibi fortunam, festina frangere lunam,
Sic contra factum faciet te cura beatum.

F Considerandum tñ est, ꝙ quamuis huiusmodi transmutationes non necessitent intellectum ad iudicandum, nec volũtatem ad volendum, vt tenet omnis doctrina, tñ indubitanter multi regunt opera suæ vitæ ſm inclinatiões factas à corporibus superioribus in generatiõe hominis, & post eius generationem, & si aliqui inueniuntur facere contraria eorum, ad quę inclinantur per actionem corporum cœlestium, isti sunt quasi pauci respectu aliorum, ꝙ enim aliquis habens à figura cœlesti vehementem inclinationem ad iram & luxuriam, sit mansuetus & tẽperatus perfecte, hoc est multum difficile & quasi rarum, licet sit possibile. Similiter autẽ & in alijs huiusmodi. Alia vero irrationalia, s. quæ non habent intellectum nec habitum intellectiuum, necessario sequuntur transmutatiões receptis à corporibus cœlestibus, & non habent libertatem faciendi cõtrarium: propter quod dicitur, ꝙ in actionibus, quas agunt, magis aguntur quàm agant, quia non habent dominium sui actus, vt tangitur in Secundo hu-
G ius. & in Tertio Ethicorum.

Rñsiones.

AD rationes tunc est dicendum. Ad primam, cum dicitur, ꝙ Astrologi &c. Dico, ꝙ Astrologi non iudicant de his, quæ fiunt ab intellectu humano tanquam sit necessarium talia contingere, nec actiones corporum cœlestium quibus disponuntur & inclinantur homines ad aliqua prosequenda vel fugienda, & illas inclinationes et dispositiones prosequũtur in multis, & ideo nõ valet cõtradictio. Ad aliud dico, ꝙ corpora cœlestia nõ faciũt intellectui apparere aliquid esse bonum, ita ꝙ necessario iudicet illud esse bonum, vel etiam malum, sed disponũt ad tale iudicium modo prædicto, semper enim tamen remanet intellectui libertas iudicandi de ordinatis ad finẽ, & voluntati libertas eligendi. De hoc tñ magis est considerandum Tertio Ethic. & cui virtuti istarum magis sic attribuenda libertas actionis. Ad aliud cũ dicitur, qđ agit in corpus &c: Arist. diceret concedendo maiorẽ loquendo de forma perficiente subiectum & dante esse formaliter, sed, si sit forma ſm alium modum, s. intrinsecus
H operãs & appropriata nõ vnita corpori ſm esse, nõ oportet. & sic diceretur de anima intellectiua, vt declaratum est in Tertio de Anima. Vel dicatur, ꝙ maior propositio habet veritatem de forma educta de potentia materiæ, & de eius virtutibus, sed forma, quæ non est educta de potentia materiæ, & habet virtutes nõ organicas, nõ oportet ꝙ agens in corpus agat in ipsam. sic autem est de anima intellectiua humana ſm fidem & veritatem, licet Arist. & Commen. nesciuerũt hoc. quare &c. Ad aliũ, dicunt aliqui, ꝙ mutatio cœli non est prima nisi respectu mutationum corporalium, non autem abstractarum, siue intellectualium. vnde mutatio cœli nõ habet per se ordinem ad mutationem intellectus & voluntatis. Sed hoc est difficile, quia certum est ꝙ primum principium est ꝑ se causa mutationis intellectus & voluntatis, & non est causa nisi mediante motu cœli ſm philosophos. Vnde relinquitur, ꝙ motus cœli sit causa per se istarum mutationum,

Mutatio cœli nõ est prima mutõ.

num, non tñ sequitur ex hoc, φ necessario eueniet, qa necessitas & contingentia effectus non consideratur ex causa remota, sed ex causa propinqua, quæ, si non est impedibilis, effectus est necessarius, & si est impedibilis, nõ erit necessarius. Ad aliam cum dicitur, in somnis fiunt verę intelligentiæ, potest dici, φ verum est, sed ibi nõ est necessitatus intellectus ad iudicandum aliquid, esse bonum vel malum, nec voluntas ad volendum. Qualiter autem hæ veræ intelligentiæ fiunt & prophetiæ, videndum est in de Somno & Vigilia. Ad hoc enim facit paucitas motuum exteriorũ, & bonitas virtutis imaginatiuę & subtilitas spirituum & aspectus cœlestis. Sed nõ plus de hoc ad præsens. Ad aliam dico, φ Arist. intelligit de virtutibus materialibus, φ omnes gubernentur à corporibus cœlestibus. Intellectus autem & voluntas sunt virtutes immateriales. quare &c. Vel dicatur, φ voluntas & intellectus reguntur à cœlo, sm φ cœlum disponit corpora humana, & facit in eis inclinationes ad operandũ, non tamen necessitando ad iudicandum & volendũ, vt dictum est. Omnes autem aliæ auctoritates sunt verba quorundam aliorum, qui putauerunt sensum & intellectum esse idē, vt patet in Secundo de Anima. & ideo nõ sunt ad propositum, quia etiam Aristo. improbat illam

Tex.c.21. opinionem ibidem. quare non valent.

Principium autem considerationis.

Tex.c.23. Neque enim augeri, neque diminui possibile est continue.

QVAESTIO VII.

An Augmentatio sit motus continuus.



Væritur hic, Vtrum augmentatio sit motus continuus, & loquor de augmentatione proprie dicta, quæ contingit rebus viuentibus. Arguitur primo φ sic. quia motus, qui est ad terminum continuum, est continuus, cum motus sit idem sm essentiam cum termino ad

Tex.c.11. quem, vt patet in Quinto, & Tertio huius. Sed augmen-

Tex.c.4. tatio est ad terminum continuum, s. ad quantitatem continuam. quare &c. Item, ille motus est continuus, qui est diuisibilis in infinitum, hæc est manifesta. nam diuidi

Tex.c.69. in infinitum soli continuo debetur, vt patet ex Tertio huius. sed augmentatio est huiusmodi. Est autem de specie termini ad quem. terminus autem ad quem est quantitas continua, s. magnitudo, hæc autem est diuisibilis in infinitum. quare &c. Item, motus extensus extensione temporali est continuus, hoc est verum, sed augmentatio est hmõi, contingit enim aliquid augeri per aliquod totum tempus, vt manifestum esse videtur. ergo &c.

Cōmē.22. OPPOSITVM arguitur auctoritate Aristot. in isto capitulo & auctoritate Commen. expressius, vult enim φ augmentatio non est motus continuus.

CONCLVSIO.

Augmentatio non sic simpliciter continua est, φ infinito tempore perpetua sit, sed forte continua est in toto aliquo tempore.

Pria opio. DE quæstione est intelligendum, φ sicut Aristot. tangit in litera, quidam dixerunt, φ omnia continue mouentur. Et videbant sic intelligere, φ omne, quod mouetur motu perpetuo, mouetur illo motu, licet non sit manifestum ad sensum, immo videtur ad sensum φ aliqua quiescant, & ex hoc sequitur, φ augmentatio esset motus continuus continuitate, quæ est perpetuitas durationis, sed hoc est omnino inconueniens, quia cõtradicit sensui. Sensus enim bene dispositus, & medio sentiendi bene disposito, & debita existente propinquitate sensibilis ad sensum, iudicat aliquid quiescere, quod prius mouebatur localiter, vt patet in lapide, cum ad terrã peruenit: & hoc satis est ad illius opinionis improbationem.

Comē.22. Experimentum enim sermonum verorum est vt cõcor-

Tex.c.22. dent rebus sensatis sm Commenta. hic. Et Arist. dicit, φ quærere rationē dimittendo sensum, est infirmitas & debilitas intellectus non potentis soluere sophisticam rationem contradicentem sensui: est tñ hoc contra naturæ distinctionem, qua dicitur, φ est principium & causa mouēdi & quiescendi. Alij vero dixerunt è conuerso, quod

Scda opio. augmentatio nullo modo est motus continuus. Nõ enim est motus continuus cõtinuõ ate, quæ est perpetuitas, qa ipsa est inter contraria, s. de quantitate imperfecta ad perfectam, nullus autem talis motus est simpliciter cõtinu⁹, vt Arist. demonstrat in isto Octauo nec est cõtinuus, ita

Tex.c.21. quod sit sine interruptione quietis medię. nam ad augmētationem requiritur φ calor naturalis animati sit ita fortis, φ possit conuertere de nutrimento plus φ̃ fuerit dissolutum: hoc autem non semper potest facere calor naturalis, immo aliquando est ita debilis, φ non sufficit forte ad restaurandum dissolutum. Item non est continuus eo φ extendatur extēsione temporali: quia sit motus simul sicut cauatio lapidis per casum vltimæ guttæ, sicut videtur velle Arist. in litera. Sed isti etiam deficiunt, quia om-

Tex.c.21. nis motus proprie dictus, prout distinguitur à mutatione indiuisibili, debet esse continuus aliqualiter, vt manifestũ est ex Quinto huius: sed augmentatio est huiusmo-

Tex.c.1. di motus proprie dictus: quare &c. Ad ratione ipsorũ dico breuiter, φ licet calor naturalis animati non semper sit sufficienter fortis, tamen potest esse fortis per aliquod totum tempus fortitudine sufficiente ad extēdendũ cõtinue ipsum augmētabile. nec istud probatur esse impossibile. Et ideo dico breuiter aliter ad quęstionem, sicut

Augmēta-tio intelligi-tur cõtinua tripliciter. innuebatur statim, φ augmentationem esse motum continuum potest intelligi tripliciter. Vno modo φ sit perpetuus simpliciter & vnus numero, continuitas enim motus accipitur vno modo pro perpetuitate ipsius & idētitate numerali, vt patet in isto Octauo. Alio modo potest intelligi φ augmentatio sit motus cõtinuus à primo principio vsq; ad vltimũ terminum, ita, s. φ aliquod augmentabile continue augmentetur sine quietis interruptione p totum tempus, à cuius principio incœpit augeri, & in termino cessabit augmentari, v. g. Si puer, qui prius non augebatur in principio vnius anni incipiat accipere quantitatem, et in fine illius anni acquisiuerit illam quãtitatem, posset aliquis putare φ necessario in toto illo anno continue augmentabatur sine quiete media, & sic per totũ, in cuius termino cessat acquirere suam quantitatem, & etiã hæc quantitas pp breuiloquium potest vocari continuitas totalis. Alio modo potest intelligi φ augmentatio sit motus continuus, ita φ per aliquod totum tps duret sine quietis interuentu, & hæc pōt vocari cõtinuitas ptialis.

Tunc dico ad quæstionem tria. Primo, φ augmentatio non est motus continuus primo modo, s. continuitate, quæ est perpetuitas, quia, si sic esset, tunc res augmentabiles non essent determinatæ ad maximam quãtitatē, sed hoc est falsum. quare &c. Falsitas consequentis appa

Tex.c.4. ret per Arist. in Secundo de Anima, vbi dicit, φ omniũ natura constantium &c. Est enim aliqua quãtitas ita magna, φ sub maiori non posset seruari: & sic de oibus alijs. Et hoc demonstratum fuit in Primo huius, & consequētia est euidens, si enim motus augmentationis esset perpetuus, cum per ipsum augmentabile ducatur ad maiorem magnitudinem, tunc quacunq; magnitudine data adhuc moueretur ad maiorem, & sic non esset determinatũ ad maximum, & quia maximum est illud quo non est maius, quare &c. Et hoc etiam potest probari per rationem prius adductam, quia nullus motus, qui est de contrario, est continuus & vnus numero, oportet enim φ mobile, cum peruenit ad vnum contrariorum, quiescat sub illo antequam incipiat redire ad aliud contrariorum, vt, si aliquod mobile perueniat de nigredine ad albedinem, oportet ipsum quiescere sub albedine, antequam vadat ad nigredinem, vt Arist. subtiliter demonstrat in litera inferius. sed dimitto pp breuitatem. Talis autem motus non est vnus numero continuus, inter cuius partes est quies media:

media: habemus ergo istam propositionē, q nullus motus, qui est inter contria, est continuus & vnus numero. Sed augmentatio est huiusmodi. est enim de magnitudine imperfecta ad perfectam, & hęc habent aliqualiter contrarietatem. quare &c. Et ad hanc intentionem dixit Comē. 25. hic Commen. q non est hic motus cōtinuus in veritate, nisi motus localis, qui est velocissimus motuū. Secundo dico, q augmentatio non est continua secundo modo continuitatis, s. continuitate totali. Cum enim aliquid incipit augeri fm aliquam quantitatem in principio alicuius temporis & in termino alicuius temporis acquisita est illa quantitas, non est necesse q in qualibet parte illius temporis fuerit acquisita aliqua particula illius quātitatis. vt, si in fine vnius anni aliquid inuenitur maioris quantitatis digitalis quā fuit in principio, non oportet q in qualibet parte illius anni acquisiuerit aliquā partem illius quantitatis digitalis: quia forte aliqua particula est in qua non acquiritur aliqua particula illius quantitatis: q & causa huius pōt esse debilitas caloris naturalis non F potentis extendere vel conuertere nutrimentum, aut potest esse defectus nutrimēti requisiti ad augmentationē. & hoc intellexit Commen. in tertio huius. & in isto octauo, vt patet inspicienti verba eius. In tertio quidem huius Comen. 7. sic loquitur, motus augmentationis & alterationis sunt plures motus, nō enī possumus dicere, q augmentū sit vno motu de initio augmenti vsq; ad finem, & impossibile est vt in toto tempore augmenti sit motus. Cū enim non comprehendatur à sensu motus, igitur augmētum de initio motus ad finem componitur ex pluribus motibus & pluribus quietibus. Et paucis interpositis subdit Commentator, q, si aliquid augetur in anno fm quantitatem digitalem, remotum est vt ille digitus diuidatur per partes omnes illius anni: quoniam minimum tempus sensibile non haberet ex eò partem sensibilem.

Item, aliam causam illius discōtinuationis videtur hic dare Commentator. Ad cuius euidentiam considerandum, q ad augmentationem requiritur vt materia nutri G menti transmutetur ad formam substantialem augendi, & sic ad augmentationē necessaria est generatio. vt verbigratia. Si caro dicitur augmentari, oportet q in materia nutrimenti generetur forma carnis. Vlterius videtur supponere Commenta. q antequā generetur caro maior carne minima, oportet generari carnem minimā, & hoc est manifestum per se. Et supponit etiam q generatio minimę carnis sit instanti. ex quo oportet eum instans non continuē instanti. vt patet in sexto, huius. & quarto ma Text. c. 67. Tex. c. 122. nifestum est, q illæ generationes carnium minimarum non continuantur adinuicem. Vnde videtur intendere Cōmentator, q augmentatio non omnino sit continua, saltem quantum ad generationē, quæ requiritur ad augmentationem, & hoc etiam videtur intendere Aristo. in litera. Vult enim q licet quantitas, quæ acquiritur per augmentationem sit diuisibilis in infinitum, tamē est deuenire ad aliquā partem, quæ tota simul acquiritur & nō H vna pars eius prius tempore q̄ alia, vt in augmentatione carnis deuenitur ad carnem minimā, quæ tota simul acquiritur & generatur, & non vna pars eius prius tempore q̄ alia, & exemplificat de cauatione lapidis ab vltima gutta, vt patet inspicienti literam & commentum.

Tertio dico, q augmentatio bene potest esse continua tertio modo cōtinuitatis, s. q per aliquod tempus durat sine quiete media. Quod probo, quia aliter augmētatio non esset verus motus prout distinguitur contra mutationem instantaneam: quod est omnino inconueniēs. & contra Aristo. aperte in quinto huius, vbi diuidit motū Tex. c. 7. proprie dictum in tres, s. in alteratiōe, loci mutationem, & augmentum & diminutionem. Dicam ergo, q augmentatio bene potest esse continua quadam continuitate partiali, ita, s. q durat per aliquod tempus sine quietis interuentu. Cum enim forma substantialis rei, quæ augetur, vt caro generata est in materia nutrimenti, tunc in E tempore consequente illud instans generationis potest naturalis calor viuentis extendere illud totum compositum ex carne generata & carne pręexistente: extendere dico extensione totius aliquod tempus, quāuis forte illud sit modicum & paruum. Et hæc extensio cōtinua est augmētatio proprie, prout distinguitur ab alijs motibus & mutationibus. De hoc autem plenius habetur in quęstione de augmento, quā ordinaui & communicaui, vbi etiam declaratus est modus fm quem fit augmētatio, & probatum est ipsam non fieri in instanti: & multa necessario ad hanc speculationem, quod si tu videris, puto q te non pęnitebit. Item, Aristo. dicit in primo de Gene Tex. c. 25. ratiōe, quod augetur necessario mouetur localiter: quod non esset nisi ipsa augmentatio aliquam continuitatē haberet. Sed contra istam vltimam videtur esse auctori Obiectio. tas Commen. in isto loco. dicit enim ista verba. Et cum Tex. c. 23. ita sit, sicut narrauimus, bene apparet q dictum Alfarabij in principio sui libri de entibus transmutabilibus, s. F quod in diffinitione motus virtualiter apparet continuatio, est sermo non verus, sed non apparet nisi in motibus localibus, de quibus dicitur hoc nomen motus principaliter, in alijs autem motibus in quibusdam possibile est, vt appareat continuo, s. vt partes eorum inueniantur nō distinctę abinuicem, & in quibusdam non apparet hoc: quia partes illorum non inueniuntur fm hunc modum. ergo videtur velle, q augmentatio non est continua aliquo modo. Ad hoc posset aliquis respondere dando Rñsio. Comē. 7. auctoritatem pro auctoritate, quia ipsemet Commen. dicit in tertio huius expresse, q ex diffinitione motus apparet continuatio motus, motus enim quando quiescit erit perfectio eius, quod est in actu. Propter quod dicunt aliqui, q Commen. sibijpsi contradicit in ista materia. Sed hoc absit à nobis dicere de ipso, quem putamus meliorem Philosophorum post Aristo. Dicam ergo, q intentio Commen. non est q augmentatio nullo modo sit continua, sed q non est continua ab initio quo augmen G tabile incipit augeri postquā nō augmentabatur vsq; ad finem. Et hoc manifeste sonant verba eius superius inducta, s. in motibus localibus, de quibus dicitur hoc nomē motus principaliter. Sed in motibus circularibus corporum cęlestium est continuitas fm istum modum, s. quod à principio circulationis vsq; ad finem eius, mobile semper continue mouetur. Similiter ignis hic existens, si non prohibeatur, postquā incępit ascendere, semper ascendit & continue mouetur vsq; ad finem, & sic nulla est contradictio in verbis Commentatoris subtiliter intellectis. Possumus etiam dicere, q Commentator intelligit augmentationem non esse continuam quantum ad generationem, quæ antecedit eam modo prædicto, quod in se nullam continuitatem habet. Et in ista manifesta concordia gaudeat animus meus cum laude Dei.

Rñsiones. Omnes rationes in principio quęstionis adductas concedo. probant enim motum esse continuum H aliqua continuitate, s. partiali, vt prius expositū est, sed non probant ipsum esse continuum, i. perpetuum & sine termino, nec continuitate totali, s. ab initio vsq; ad vltimum terminum. ideo &c. Ad auctoritatē Aristo. dico, q ipse intelligit augmentationem non esse continuam, i. infinitam à parte ante & à parte post, vt aliqui posuerunt, immo vult eam esse finitam à parte ante, quia fuit aliquod instans temporis, ante quod hoc augmentabile non augebatur, & est accipere aliquam quantitatē ita paruam, qua minor nō acquiritur actu & seorsum & finitam à parte post: quia peruenitur ad instans temporis, vltra quod non augmentatur hoc augmentabile, & ad quantitatem perfectissimam & possibilem. Auctoritas etiam Commentatoris non est contra positionem, vt manifestum est ex dictis,

Similiter autem & in alteratione qualibet. Tex. c. 21. Non enim si partibile in infinitum est quod

alteratur,

alteratur, propter hoc & alteratio & cætera.

QVAESTIO VIII.

An Alteratio sit diuisibilis in infinitum.

QVæritur hic, Vtrum alteratio sit diuisibilis in infinitum. Arguitur primo q̃ sic, quia quod est actus alicuius diuisibilis in infinitũ est diuisibile in infinitum: siquidem actus diuiditur diuisione eius cuius est actus, dũmodo sit actus dans esse. sed alteratio est actus alicuius diuisibilis in infinitum, s. alterabilis, quod est diuisibile in infinitum: oẽ enim quod moueť & per consequens quod alterať est corpus, vt demonstratũ est in Sexto huius, & oẽ corpus est diuisibile in infinitum Sexto huius, quare &c.

Tex. c. 32.
Tex. c. 32

Item, motus vere continuus est diuisibilis in infinitũ, Sexto hu⁹: sed alteratio ẽ hmõi, vt patet ibidẽ: ergo &c.

Tex. c. 3.

Item, oĩs motus ad formã suscipiẽtem magis & minus videť diuidi in infinitum: quia talis forma habet gradus infinitos sibi inuicem succedentes: sed alteratio proprie dicta est hmõi, vt calefactio & frigidatio, quare &c.

OPPOSITVM arguiť auctoritate Arist. i isto Octauo q̃ vult, q̃ alteratio multoties fit velox, & exponiť. i. tota simul. & idẽ dicit in de Sensu. contingit. n. aliquod totũ simul alterari: quod non esset si diuideretur in infinitum.

Tex. c. 21.

CONCLVSIO.

Quamq̃ alteratio, quæ forma fluens, vel eius est fluxus, diuisibilis sit in infinitum, Alteratio tamen non diuiditur in partes sibi inuicem succedentes in infinitum aliquo modo.

AD quæstionem est hic intelligendum, q̃ sicut tangit hic Arist. quidam putauerunt, q̃ omnia perpetuo & continue mouerentur. & videbantur intelligere sic, q̃ nẽ quod mouetur aliquo motu prius semper mouebatur & post semper mouebitur illo motu: ex quo sequebatur alterationem quamlibet esse perpetuã & infinitam. Contra hoc loquitur Arist. hic, dicens, q̃ nõ est uerum: non enim est necessarium, si illud quod alteratur est diuisibile in infinitum, q̃ propter hoc alteratio sit infinita, sed velox fit multoties. Item, motus quiesit ad contrarium non est perpetuus, sicut dicebatur prius: & hoc demonstrat Aristo. in litera. Modo, alteratio est de contrario ad contrarium, vt cum aliquid sanatur mutať in sanitatem & in aliud nullum per se, quare &c. Item, videmus sensibiliter, q̃ lapis non fit durior neq; mollior, sed manet sub eodem gradu mollicei & duriciei aliquo tpe, cũ pri⁹ mollificabatur aut indurabať vel postertus. ergo non diceretur continuo, i. perpetuo alterari: sed est inconueniẽs multũ & manifestũ ambigere. Propter quod dico aliter ad qõnem. Ad cuius euidentiam consyderandũ, q̃ alterabile, cum sit corpus, est diuisibile in infinitum: & hoc supponendum est in Sexto huius, & ex Libro de Lineis indiuisibilibus. Vlterius intelligendum, q̃ alteratio potest accipi dupliciter. Vno modo pro qualitate fluente cuius vna pars generatur post aliam, quousq; perficiať. Alio modo pro fluxu cõtinuo, quo ipsum alterabile fluit de vna parte ad aliam. Item, consyderandum est q̃ alterationem esse diuisibilem in infinitũ potest intelligi dupliciter. Vno modo quãtum ad partes ipsius alterabilis, sic s. q̃ pars minor ipsius alterabilis prius tpe recipiat formam ab alterante q̃ pars maior. Itẽ q̃ alterationis sint partes infinitæ potest intelligi de alteratione pro qualitate fluẽte & pro fluxu qualitatis. Tunc dico ad quæstionem tria. Primo, q̃ alteratio, quæ est qualitas fluẽs, est diuisibilis in infinitũ. quod sic probo, illius formæ sunt partes infinitæ, cuius aliqua pars acquiriť in quolibet instãti alicuius tpis: sed illius qualitatis, sm quã est alteratio, aliqua pars recipitur in quolibet instanti tpis. quare &c. maior est nota. Cum enim cuiuslibet tpis sint instantia infinita, vt patet in Sexto hu⁹, necessario alicuius qualitatis sunt partes infinitæ, cuius qualitatis aliqua pars acquiriť in quolibet instanti alicuius tpis. & Minor ẽt conceditur,

Tex. c. 12.
Alteratio capitur dupliciter.
Tex. c. 76.

A nam, cum aliquid continue alteratur in aliquo tpe ipsum alterabile in quolibet instanti illius tpis recipit aliquam partem illius qualitatis successiue: alteratio enim proprie dicta est generatio vnius partis post aliam partem illius qualitatis ad quã tendit alteratio, donec perficiatur & sit in actu, vt patet p Cõmen. Tertio huius. Vtrum aũt istarum partiũ prior remaneat adueniente posteriori, aut corrumpať, ita q̃ hæc pars sit supposita, bene dubiũ est, et, ut sum sint in Quinto intellige, q̃ non sunt in actu distinctionis, sed bene sunt in actu ṗsentialitatis. Sciẽdum tñ est, q̃ sicut illud, quod moueť continue localiter in quolibet instanti tpis in quo continue mouetur non est in spatio sibi equali nisi in potẽtia, vt patet in isto Octauo. sic, dũ aliqd continue alterať in quolibet instanti tpis in quo continue alterať non est sub gradu formæ, vel sub parte formæ, nisi in potencia. cum aũt terminatus est motus, tunc est actu sub aliqua parte qualitatis illius, vt patet in Sexto. Et p hoc patet solutio ad illud, quod posset dici. Posset. n. aliqs dicere, q̃ in infinitis non est vltimũ: & in istis gradib⁹ vel partibus formæ deueniť ad vltimum, cũ alteratio terminetur. ergo &c. Dicendũ, q̃ in infinitis sm q̃ infinita sunt non est primum, nec vltimum: mõ, partes qualitatis, quę sunt in potẽtia in alteratio, dũ continuo alterať sunt in potentia infinita: & ideo in ipsis non est accipere primã nec vltimã, sed partes, quæ sunt in actu, non sunt infinitæ, & ideo in ipsis est accipere vltimã aliquo modo. Et iste est sicut de linea recta finita, in qua sunt infinita puncta continuantia, & in eis non est primũ nec vltimum. Sed, vtrum sit dare primã partem illius qualitatis, multũ est dubiũ; de hoc aũt habet videri in Sexto vbi quæriť, an in motu sit primũ mutatũ esse à parte ante. Secundo dico, q̃ alteratio, quę est fluxus qualitatis continuus, est diuisibilis in infinitũ in suas partes. quia oẽ continuũ est diuisibile in infinitũ, vt patet. 6. huius: talis aũt fluxus est continuus, vt manifestũ est. quare &c. Tertio dico, q̃ alteratio nõ

Alteratio qd est.
Com. 7.
B
Obiectio.
Responsio.
Tex. c. 1.

C est diuisibilis in infinitũ sm partes alterabilis, sic intelligẽdo q̃ semp prius tpe vna pars, s. minor recipiat qualitatẽ agentis, q̃ pars maior. Quod sic probant aliqui. qa, si sic esset, tunc oĩs alteratio esset infinita à parte ante, & nunq̃ incœpisset: sed hoc ẽ manifestũ impoĩe, sensibiliter. n. apparet, q̃ ignis incipit calefacere aquã, cum prius non calefaceret eã: et hoc nõ indiget pbatione apud aliquẽ idoneũ philosophantẽ. sed consequentia probať. qa ipsum alterabile, cũ sit corpus cõtinuũ, est diuisibile in infinitũ in partes, quarũ vna est minor alia, i. quod quacunq; parte data cõtingit dare minorẽ, & illa minorẽ, & sic semp. hoc aũt patet in demonstratis in Sexto. Si igiť semp esset necessariũ, cũ aliqd debet alterari, q̃ pars minor alterabilis prius tpe altereť q̃ maior, adhuc pars illius tpis minoris, & sic semper, tunc in infinitũ esset tps alterationis, quod est impossibile. v. g. Sit aliquod alterabile decẽ pedum. si dicas, quod prius tpe necesse est alterari medium illius q̃ totũ, & adhuc prius tpe medium illius medij, & sic semper, & tunc nunq̃ perueniť ad partẽ, quin sit accipere minorem, dico existentẽ in toto, sequiť, q̃ nunq̃ peruenietur ad finem illius alterationis. Sed rõ forte adhuc non sufficit, quia videreť eodem modo pcedere de motu locali ad probandum, q̃ mobile non semper prius tpe pertransit partem minorem spatij q̃ maiorem. Et tñ dicit Arist. quod rationabiliter nanq; loci mutationes in medio prius attingunt: & idem habetur ex Sexto huius. Et ideo potest adduci alia ratio quæ tangebatur prius. Nam illud alterabile debet simul totum alterari modo præexposito sup quod totum obtinet ipsum alterans: hæc videtur manifesta. sed est accipere aliquã partem, super quã totam simul obtinet ipsum alterans, vt cum ignis obtinet super aliquã totam partem aquæ. ergo &c. Et si hoc non sufficit adducatur alia: qa ista pars debet simul tota alterari, sub qua minori non potest saluari qualitas sensibilis seorsum diuisim: hæc est euidens. sed aliqua pars alterabilis est ita parua, sub qua minori non potest saluari qualitas, ad

D
Rõ tertiæ cõclusiõis.
Alia ratio.

quam est alteratio: saluari dico seorsum & diuisim. quælibet enim forma naturalis est determinata ad minimum, Tex. c. 36. vt patet Primo huius. ergo &c. Maior propositio est manifesta: si. n. sit aliqua pars aquæ ita parua, q sub minori non potest seruari caliditas, tunc igne approximato sufficienter aut illa tota simul recipit caliditatē, aut vna pars eius prius tpe q̄ totum. si primo modo, habetur propositum. si secundo modo, ergo, cū pars sit minor toto, in minori poterat seruari caliditas: cuius oppositū ponebatur. & sic patet maior: minor aūt supponitur ex Primo hu⁹. Et hæc quidē rō forte est demonstratiua. non ergo putandum est alterationē esse diuisibilem in infinitum sm partes alterabilis, sic intelligēdo, q semper pars minor prius alteratur q̄ maior, immo peruenitur ad aliquā partem alterabilis ita paruā, q vna pars eius simul cum alia & non prius tpe incipit recipere ab agēte. Et hæc est plane intentio Arist. in isto loco, vbi sic dicit. Non. n. si in infinitū diuisibile est quod alteratur, ppter hoc alteratio supple est perpetua, sed velox fit multoties, i. simul modo pmisso. hoc idem ipse intellexit in de Sensu & Sensato, vbi sic dicit, cōtingit enim simul & non dimidium alterari, velut aquam totam simul coagulari. Simul itaq; contingit alterari ppter vnionem prioritatis & posterioritatis tpalis in partibus alterabilis, non vna prius tpe incipiat alterari q̄ alia: & hoc est quod subdit, & non dimidium prius. non tñ sic simul cōtingit alterari, q oēs gradus aut partes qualitatis simul acquirantur, ita q ly simul, dicat priuationem successionis vnius partis ad aliā, immo necessario oportet q vna pars succedat alteri. vel non esset alteratio pprie dicta, nec motus verus, sed motus indiuidualis. imaginor ergo, q, cum alterans appropinquat alterabili, est accipere aliquā partem illius alterabilis ita paruā, q in minori nō posset saluari qualitas inducenda seorsum & diuisim, & tunc ipsum agens obtinet super totā illam partem, & in illa toto simul. & non prius tpe in vna eius parte q̄ in alia incipit esse forma illa & recipitur, postmodum illa eadē pars transmutatur vlterius ad gradum perfectiorem siue prior remanet siue non. Patet igitur, q alteratio non est diuisibilis in infinitum sm partes alterabilis diuisibilis, dico in infinitum in partes successiuas: quarum vna tpe sit prior alia.

Mot⁹ habet duplices partes. Consyderandū est diligenter, q sicut tangit Commen. in Quarto huius, commento. 100. Motus habet duplices partes. quasdā enim habet partes, quæ sunt simul, ita q vna existente est alia, sicut cū aliquod continuum mouetur, vna pars motus, quæ est in vna parte illius continui simul est cū illa parte motus, quæ est in alia: Tex. c. 8. & sm hoc dicitur in Quinto Meta. q cōtinuum est illud, cuius motus ē vnus, i. indiuisibilis sm tps. Aliæ aūt partes succedentes, quarum, s. vna est prior tpe & alia posterior. Modo, non intendo negare quin alteratio sit diuisibilis in infinitum sm diuisionem partium alterabilis, diuisibilis dico in partes, quæ simul sunt, immo hoc est necessarium, aliter totum alterabile, non alteraretur. sed volo dicere, vt pluries exposui, q non est diuisibilis in partes succedentes, ita q vna pars alterabilis prius tēpore recipiat q̄ alia: & pars illius q̄ illa tota. & sic in infinitum: immo deuenitur ad partē quæ tota simul incipit alterari, & non dimidium tempore prius.

Alteratio ē diuisibilis.

Rñsiones. OMnes rationes in principio quæstionis adductas cōcedo, sm q procedunt, vt patet ex dictis. Ad primam cum dr̄, q est actus &c. ista rō bene concludit alterationem diuidi in infinitum in partes, quæ sunt simul & in potentia sm diuisionem mobilis in infinitum in partes in potētia. Sed q sit diuisibilis in infinitum sm diuisionē partiū mobilis in partes succedētes non concludit. Ad aliam cum dr̄, motus vere continuus &c. Concedo, q est diuisibilis in infinitum sm partes suas, pprias, sed non ratione partiū mobilis eō, s. q vna pars necessario prius tpe alteretur q̄ alia. Sed hoc bene contingeret aliqñ, s. cū vna pars sit melius disposita ad calefactionem q̄ alia. v. g. Cū vna pars ligni est melius disposita ad calefactionē q̄ alia, E tunc prius tempore alteratur q̄ illa, sed hoc non est necessarium in omnibus. Ad illam cum dr̄ ille motus, qui est ad formā &c. Concedo q talis motus est diuisibilis in infinitum sm partes suas in potētia, talis enim forma habet gradus infinitos in potentia, vt dicitur. & probatum est prius: & diuisibilitas hæc concessa est in positione, sed nō sequitur q diuidatur in infinitum sm partes mobilis sibi succedentes in recipiēdo qualitatem, sic, s. q semper pars minor prius tpe recipiat formam seu qualitatē q̄ maior. & hanc diuisionem sm contactum agentis, q pro tanto verum est, quia ipsum alterans non prius tpe tangit partem minorem q̄ maiorem, dico vniuersaliter, immo deuenietur ad talem partem, quam totam simul tāgit, et imprimendo suā qualitatem, vt sæpe dictum est. Auctoritas Arist. non est contra dicta, sicut patet inspicienti positionem: & hæc est bona super multas.

Tex. c. 27. Mouentium igit̄ & eorū quæ mouētur &c. F Quodcunq; enim ipsum à seipso mouetur natura mouetur, vt quodlibet animalium: mouetur enim ipsum animal à seipso &c.

QVAESTIO IX.

An Animal moueat Seipsum.



Vęritur hic primo, Vtrum animal moueat seipsum. Arguitur primo q non, qa illud, quod mouet à principio extrinseco, nō mouet seipsum: quod enim mouet seipsum mouetur à principio intrinseco, vt vult Aristo. hic. sed animal mouetur ab extrinseco principio, quia mouetur ab appetibili, vt patet Tertio de Anima, vt puta à nutrimento, aut aliquod hmōi: & istud est extrinsecum. Tex. c. 50. quare &c. Itē, si animal moueret seipsum, tunc idem simul esset in actu & in potētia respectu eiusdem: quod vr̄ impossibile, cum illa sint valde opposita, vt vult Cōmē. in Procemio de Anima. & Arist. habet pro impossibili in G isto Octauo. & patet consequentia, qa mouēs est in actu, vt patet Tertio huius. semper. n. estimabitur species aliqua mouens: quod aūt mouetur est in potentia, cum motus sit actus entis in potētia sm q hmōi. Tertio huius. ergo &c. Item si sic esset, tunc animal esset diuisibile in duas partes, quarum vna esset per se mouens, & alia p se mota: & hoc oportet per Arist. in isto Octauo hoc enim mō & non alio potest aliqd mouere seipsum. sed illud est impossibile. probatio: qa aut illæ partes essent essentiales. s. materia & forma, ita s. q forma esset mouens & materia mota, aut essent partes quātitatiuæ. non primo modo, qa sic graue inanimatū moueret seipsum, cū sit diuisibile in materiam & formam: & hoc est contra Arist. hic. vbi dicit, q mouere seipsum proprium est animatorum: & adhuc materia non potest esse q moueatur, quia quod mouetur est ens actu, Quinto huius. materia aūt quātum est de se est in pura potentia. nec similiter forma mouet, quia H mouens est ens actu, vt cōiter dicitur, forma autē non est ens actu, cum sit actus. quare &c. Nec est dicendum, q istæ sint partes quantitatiuæ: quia similiter graue in actu moueret se, cum habeat diuersas partes quantitatiuas: & adhuc oēs partes quantitatiuæ animalis sunt eiusdem rationis, cum sint eiusdē formæ, s. animæ. ergo nō est ratio, quare vna sit mouens & alia sit mota. quare &c.

Com. 8. Tex. c. 12. Tex. c. 18. Te. c. 8. Tex. c. 41. Tex. c. 8.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Aristotelis & Commenta. in litera.

CONCLVSIO.

Animal sic mouere seipsum suscipiendum est, q in eo est anima mouens, & corpus motum.

DIcendū breuiter, q animal mouet seipsum: quod probatur ratione Aristo. in litera. Nam oē quod habet duas partes: quarum vna est per se mouēs, & alia per se mota mouet seipsum. hoc enim modo potest aliquid per se mouere seipsum & non aliter, ut demōstrat Aristoteles. in isto Octauo in illo capitulo. necesse igitur Tex. c. 41.

est

est omne quod mouetur, sed animal est hmõi. In declaratioõe aũt huius minoris ppositionis est bene difficultas. Dicunt enim aliqui, ꝙ ille partes animalis, quarꝫ vna est per se mouens, & alia per se mota, non sunt anima, & corpus propter rõnem prius inductam, tum quia anima est actus & oon ens actu: mouere aũt debet enti actu & non

Positio.

actui, seu formæ, vt asserũt: tum quia corpus, quod est altera pars essentialis animalis, est prima, quæ est ens de se pura potentia: & ista non est per se subiectũ alicuius motus primo, vt habetur in Quinto.

Tex. c. 6.

Dicunt ergo isti, ꝙ illæ partes aoimalis, quarꝫ vna est mouens & alia mota,

Partes mouẽ.

suot partes quantitatiuæ, quarum vna est composita ex corpore & anima. est. n. in corpe animalis vna pars, s. in medio corporis vel cordis, quæ est inter dextrum & sinistrũ: & aõte & retro, & sursum & deorsum, & in hac parte principaliter est virtus motiua, & istã dicuot esse primum mouens in animali, & aliæ partes suot motæ p calorem & spiritꝰ, qui mittunt eis ab ista parte.

Improbatio.

Sed sine dubio ista est contra Commenta. plane in isto Octauo, vbi

Com. 7.

vult, ꝙ mouens in animalibus est aĩa, & ipsum corpus ẽ motum. Nec põt dici, ꝙ p animam Commen. intelligat istã partem quãtitatiuam, s. medium parietem cordis, in quo principaliter est virtus motiua, et p corpus alias partes intelligat: hæc enim non est inteotio Commen. vt pa-

Com. 28.

tet inspicienti verba eius in isto cap. vbi sic loquitur, nullus enim dubitat, ꝙ animal mouetur ab aĩa, & ꝙ anima est motor & corpus est motum: sed latet quõ est distinctus ẽ cõuerso. io eis quæ mouent ab extrinseco. s. quia in istis apparet manifeste ꝙ motor est distinctus à moto. Et paucis interpositis subdit Commen. Et est intelligẽdum hic per distinctionẽ in esse, non distinctionem in definitione. Motorem. n. io aĩalibus esse distinctũ à moto ſm definitiooem manifestũ est per se. sed ignotũ est, vtrũ distinguat vel oõ distinguat in esse: mõ, si per aĩam intelligeret partem quaotitatiuã, non esset verꝫ qd dicit. qa notũ est, ꝙ vna pars quãtitatiua aĩalis est distincta ab alia io esse: ita quod esse vnius non est esse alterius, vt manifestũ est p se.

Item, in alio commento sup illam partem, amplius quõ continuũ. dicit Commen. sic. motor. n. debet esse di-

Com. 30.

stinctus à moto aut ſm definitionẽ et esse simul, sicut illa, quæ mouent ab extrinseco, aut ſm definitiooem tm̃, sicut in habentibus animas. Aĩa enim, quæ est motor in eis, distinguitur à corpe, quod est motũ, ſm definitionem, licet non distinguatur ſm esse, s. ꝙ impoſſe est corpus esse sine aĩa, & aĩam sioe corpore, nisi æquiuoce. ex quibꝰ verbis manifestũ est Commen. intelligere, ꝙ aĩa est motor corporis aĩa dico, quæ est forma & actus ipsius. hæc. n. est, de qua ppriẽ verum est ipsam nõ distingui à corpore ſm esse, sicut & aliæ formæ materiales oon sunt distinctæ ſm esse à suis substantijs, vt habetur in. 2°. huius.

Tex. c. 12.

Tex. c. 17.

Item, illa est intentio Commen. in Secuodo de Aĩa. cap. illo. quare primũ de alimento. vbi ostendit ex intentione aĩam esse causam corpis viueotis, sicut vode principiũ motus. & p causam uode principiũ motus semp coosueuit intelligere causam mouentẽ & efficientem motũ, vt patet. 2. huius,

Tex. c. 29.

& in. 2. de Generatione. & Primo Meta. & ibi dicit Cõmen. hæc verba. cũ declarauit aĩam eẽ causam ſm formã & ſm finẽ. declarauit eã esse causam mouentẽ ſm oẽs modos motus siue veros siue existimatos oĩs motus. Ecce si intelligis latinum, ꝙ aĩa est causa mouens. attñ loquitur de aĩa, quæ est causa ſm formã & fioẽ, s. quæ est actus primus corpis. Vnde patet ꝙ isti contradicunt Arist. & Cõmentatori.

Sed dico vlterius, qd ipsi contradicũt rõoi euidenti. Et arguitur sic. Illud est primũ subiectũ alicuius accidentis, cui inest illud accidẽs noo p aliquod alterum principaliter, & cuicunqꝫ inest, inest p ipsum: hanc habeo ab Arist. Primo Poste. in cap. de acceptione vl'is. sed ipsi aĩæ animalis inest virtus motiua motu locali, oon per aliquod alterꝫ principaliter, & cuicũqꝫ ioest illa virtus inest p naturam aĩæ principaliter. Si. n. illa virtus inest corpori aĩalis & composito hoc est rõne aĩæ principaliter, vt oẽs

A

concedunt: ergo aĩa habet p se, & primo ipsam virtutem motiuã ſm locum, & tale est principiũ intrinsecũ mouẽs ipsius aĩalis, ut manifestũ est cuilibet intelligẽti. ergo &c.

Itẽ, si illa pars quantitatiua aĩalis composita ex corpe & aĩa esset primum & principale mouens iotrinsecũ ipsiꝰ aĩalis, vel aliarum partiũ, tunc sequitur, ꝙ materia prima esset p se motiua, ꝙ est oĩno absurdũ: & dico p se, i. p sui naturã. probo coosequeotia, qñcunqꝫ aliquod accidẽs debet alicui subiecto composito p se et primo, oportet ꝙ cõueniat cuilibet eius parti p se, licet non primo. istã recipio pro manifesta, & alias eã probaui, vbi remoui quasdam quæstiones tactas contra eã, s. in quæstione de generatione formæ substãtialis. Si igit totũ ex materia prima & ipsa aĩa est p se & primo motiuum aĩalis, tunc, cũ ipsa materia prima sit pars huius cõpositi, necessario sequeretur, ꝙ materia prima esset p se motiua: qd est absurdũ. quia semper estimabit species aliqua mouẽs. Tertio huius ergo re-

Tex. c. 18.

Aĩa ẽ motiua aĩalis.

B

linquit, ꝙ illa pars quaotitatiua non sit principiũ mouẽs intrinsecũ ipsius aĩalis. vnde non relinquit aliud nisi ipsa aoima. & hoc mihi vr̃ esse tenendũ pro coostanti animal igitur sic est intelligeodum esse mouens seipsum, qa cõpositum est ex duabus partibus, quarum voa est per se mouens, s. anima, & reliqua per se mobilis, s. corpus.

Rñsiones.

AD primam rõoem cum dr̃. illud, quod mouetur &c. Dico, ꝙ verꝫ est, si sic moueat ab extrinseco mouente, ꝙ nullo modo ab intrinseco. Et, cum dr̃, ꝙ aĩal mouet ab extrioseco, Potest dici, ꝙ verum est tanqꝫ à mouente remoto, s. ab appetibili & contineote, sed ab intrinseco principio mouetur, ut à motore ppinquo, & hoc sufficit.

Cœlũ mouet seipsũ.

Consyderandum tñ, ꝙ ipsum aĩal oon ita pprie & perfecte mouet seipsum, sicut cœlum: qa cœlũ mouetur à motore, q nõ mouetur ab extrinseco aliquo. Animal aũt mouetur à motore, q mouetur ab extrinseco, s. ab aliquo appetibili motu improprie dicto, & ab ipso cootinẽte beoe mouetur motu pprie dicto, saltem p accidens, vt docet

C

Arist. in isto Octauo. quare &c.

Ad aliud dico, ꝙ idẽ esse in actu & in potentia respectu eiusdẽ & ſm idẽ sui & silr̃, est impoſſe: sed ratione diuersorꝫ bene est possibile. & sic est in pposito. Nam ipsum animal est io actu respectu motus rõoe aĩæ, & est in potentia respectu corpis, & hæc sunt diuersa. quare &c.

Notandum tñ, ꝙ aliter componitur graue inaoimatũ, vt lapis ex forma & materia, & aliter aĩal ex corpore & anima. nã lapis sic cõponitur ex materia & forma, ꝙ in ipsa materia lapidis non est aliqua virtus lapidis seu inclinatio sufficiens ad alium motum, a motu ad quẽ grauitas ipsum ioclinat: quãuis, s. in ipsa materia lapidis sit aliquid leuitatis rõne ignis & aeris, tñ est adeo dimioutũ, ꝙ oon sufficit ad mouendũ sursum.

In aĩali ẽ duplex virtus motiua.

Sed io ipso corpore animalis bene est uirtus siue inclinatio naturalis ad aliũ motum ab illo, quo mouetur ab aĩa, s. grauitas elementi dñantis in ipso, quæ bene afficeret ad mouendum ipsum corpus deorsum, si sibi ipsi relinqueretur.

D

Cũ igitur dicit Commen. lapidẽ esse compositũ ex grauitate & materia prima, sicut p grauitatem noo intelligit ipsam essentiã materiæ primę, qm̃ prẹter formã lapidis propriã sunt io ipso formæ substãtiales elementorꝫ, & forma generalis: sed intelligit talem materiã, quæ nullã habet inclinationem sufficientẽ ad alium motũ.

Ad aliã dico, ꝙ partes animalis, quarꝫ vna est mouẽs & alia mota, sunt aĩa & corpus. Et, cum dr̃ de aĩa, ꝙ nõ potest esse mouẽs,

Ens actu capit dupl'r.

qa mouẽs debet esse ens actu. Dico hic, ꝙ ens actu potest accipi dupliciter quantũ ad propositũ spectat. Vno mõ accipitur ens actu pro ente p se subsistẽte, & hoc oon vnitur alteri ſm esse, & de hoc non est dubiũ, quin illo modo dicat ens actu. Alio modo, put distinguit cootra ens, qd est pure potentia passiua, ita vt dicatur ens actu esse ens, quod noo est pure potentia passiua. & sic forma ẽt potest dici ens actu. Et hoc vult Arist. in Secundo de Anima.

Com. 7.

Forma dr̃ ens actu.

cap. de definitione aĩæ, vbi dicit, ꝙ ens & vnũ, cum multipliciter dicatur, ꝙ proprie est, est actus, quod non esset, si actus nullo modo esset ens actu. vnde dico, ꝙ forma et

actus potest dici, & dicitur ens actu, prout ens actu distinguitur contra ens, quod est pura potentia: non quidẽ ens actu per partem sui sicut compositum, sed ens actu, s. seipso, & non alia forma: modo, cum dicitur, ꝙ mouẽs debet esse ens actu per se subsistẽs, sicut suppositum est, dico ꝙ non oportet. si aũt accipiatur ens actu prout distinguitur contra ens pure potentia, hoc est verũ. Et hoc modo forma est ens actu, quia ipsa non est ens pure potentia: sicut nec ens in pura potentia est actus: & ideo forma bene potest esse p se mouẽs, s. per sui naturã, & sic intelligit Arist. vt manifestum est inspicienti. Dicit enim. semper estimabitur aliqua species mouẽs: species aũt & forma sunt idẽ, & in Secundo de Generatione. dicit Arist. sic, materię. n. pati & moueri, mouere aũt & facere sunt alterius potẽtię s. formæ, vt oẽs exponunt. Bene tñ verũ est, ꝙ forma materialis non mouet vt motor p se subsistens, quia nec ipsa p se subsistit, sed mouet per sui naturã primo, existens tñ in alio. nec est remotum, quin aliquid conueniat alicui p se primo, & non conueniat ei nisi existẽti in aliquo alio, vt triangulus habet tres angulos &c. & tñ hoc non habet p se subsistens: quia nec p se subsistit, sed in alio. Cõcedo igitur animam esse causam primam per se intrinsecã mouentem ipsum animal. Et quod dicit Commen. in Quarto Cœli, ꝙ in animalibus mouẽs & motũ sunt distincta sm positionem, anima aũt non est distincta à corpore sm positionẽ. Dicendum, ꝙ ipse intelligit de primo mouẽte corporeo, non de mouente simpliciter primo intrinseco: est enim in animali quædã pars quantitatiua, quæ est primũ mouens corporeũ distincta quodãmodo sm positionem & sm dispositionẽ accidentalem ab alĳs partibus, & hoc non inuenit in lapide, nec in alĳs grauib⁹ & leuibus inanimatis, quoꝝ partes sunt eiusdẽ dispositionis naturaliter, & ideo vna non est ibi mouens primum magis ꝙ̃ alia.

Tex. c. 58

Ala ẽ cã prima p se mouens aial.

Quòd aũt addit de materia, ꝙ nõ possit esse mota per se, difficilis est: tñ dico breuiter ad p̃sens, ꝙ corpus, quod est pars essentialis animalis distincta essentialiter ab ipsa aĩa, non est ipsa materia prima sine omni actu substãtiali, immo est quoddã ens actu cõpositum ex materia prima & forma sine actu substantiali alia ab anima realiter, per cuius actualitatẽ potest subĳci motui & in hoc differt cõpositio animalis ex corpe & anima à cõpositione lapidis materia & forma. vt dicit Commen. in Quarto Cœli. Lapis. n. supple inquantũ est quoddã mobile motu recto cõponit ex materia & forma prima, ẽ conuerso de aĩalibus, quæ componunt ex corpore & anima: modo, sine dubio, si corpus, ex quo componit animal non haberet aliquam formã substãtialem p̃ter aĩam, tunc in illo esset ẽ cõuerso hic & ibi. nã sicut corp⁹ animalis habet dispositiones proprias accidentales, sic & materia lapidis. Cõcedo ergo in animali esse aliã formam substantialem p̃ter aĩam specificam, quam consequit virtus motiua. Et tu dices, ergo concedis gradus formaꝝ & pluralitatem in eodẽ indiuiduo, certe dico, ꝙ hoc est verũ: & alias probaui seorsum & dixi ad ea quæ in contrarium huic obĳciũtur: & puto istam fuisse intentionem Arist. & Commẽtatoris vt ibidem patuit, immo illa positio aliqñ fuit famosa apud oẽs antiquiores, sed post tp̃s Alberti & Thomæ aliquantulũ facta est improbabilis pp eorum famositatẽ: & propter quasdam rõnes eorum superficiales, quas ipsi adduxerũt contra istam positionem. Et forte iterum reuertet probabilitas eius, cum visa fuerit efficacia rationum eius & debilitas rationum ipsam improbantium.

Corp⁹ aĩalis hẽt aliã formã substantialẽ ab aĩa.

QVAESTIO X.

An Motus animalis sit naturalis.



Consequenter quæritur, Vtrum motus animalis sit naturalis. Arguit primo ꝙ non, qa motus voluntarius non est naturalis: sed mot⁹ animalis est hmõi. ergo &c. Maior patet. quia motus naturalis est ab appetitu naturali, voluntarius aũt ab appetitu animali. Isti aũt appetitus ex opposito distinguuntur sm Cõmen. in Primo & Secundo huius. & minor apparet, nã motus animalis est p cognitionem & desiderium, vt patet Tertio de Aĩa, & de motibus animaliũ. Item, motus, q est à principio extrinseco, nõ est naturalis, cũ motus naturalis sit à natura, & natura est principiũ intrinsecũ. Secundo huius. sed motus aĩalis est ab extrinseco pricipio, s. ab appetibili, vt patet Tertio de Aĩa, & à continente, vt habet in isto Octauo. ergo &c. Itẽ, motus contra naturalem inclinationẽ mobilis non est naturalis: hæc est euidens ex Primo Cœli & Mundi. & Quarto. sed motus aĩalis est hmõi. animal enim qñq; mouet sursum, & hoc est contra naturalẽ inclinationẽ corporis, cũ sit graue. ergo &c. Itẽ, motus naturalis est ad vnam dr̃iam positionis, vt patet in Secũdo de Aĩa. & Quarto Cœli. sed motus aĩalis est ad plures, ut ad sursum & deorsum, ante & retro, dextrum & sinistrũ.

Com. 81. Com. 49. Tex. c. 44. & Com. 48

Tex. c. 8. Tex. c. 44. Tex. c. 8.

Tex. c. 22.

Tex. c. 58. Tex. c. 22. Tex. c. 27.

OPPOSITVM vult Arist. in litera. Et arguit rõne. qa oĩs res naturalis habet motum naturalẽ vt manifestum est. animal aũt est hmõi cum sit res naturalis. ergo &c.

CONCLVSIO.

Motus animalis non sic naturalis est, ꝙ voluntatem excludat, sed naturalis est, idest non *violentus.*

AD quæstionem est intelligendum, ꝙ motus naturalis consyderatur dupliciter. vno modo prout distinguitur contra violentum, s. vt dicat motus naturalis motus oĩs, qui non est violentus. Alio modo accipit motus naturalis prout distinguit contra voluntarium seu appetitiuum, & hæc distinctio est famosa satis: & colligit ex dictis Arist. Nã in Primo Cœli capit motum naturalem, vt distinguit contra violentum, vt manifestum est inspicienti ibidem, & sic in Tertio huius accipit naturam, vt distinguit contra violentum. Sed motũ naturalẽ vt distinguit contra voluntarium accipit in principio Secundi hui⁹, vbi dicit, ꝙ eoꝝ, quæ sunt, alia sunt à natura, alia vero per alias causas: & intendit p causas alias voluntatem vel casum, vt Cõmen. dicit. ergo esse à volũtate distinguitur contra esse à natura, & ẽ conuerso. & p consequens moueri à voluntate distinguitur contra moueri à natura per conuenientẽ similitudinem. Tunc dico ad quæstionẽ duo. primo ꝙ motus animalis non est naturalis prout naturale distinguitur contra voluntariũ: quia ille motus, qui est p cognitionem & desideriũ existentia in eo quod mouet: est voluntarius: hoc enim intelligimus p motũ voluntarium generaliter. sed motus animalis est p cognitionẽ & desiderium existentia in animali, vt patet in Tertio de Anima. vbi dr̃, videntur aũt hæc mouentia appetitus & intelligẽtia practica. & alibi dicit parũ post. Omnino quidem igit sit appetitiuum animal sic sui ipsius motiuum. ergo &c. Secundo dico, ꝙ motus animalis est naturalis sm ꝙ naturale distinguit contra violentũ, et hæc demonstrat Cõmen. in isto cap. sic. Oẽ quod mouet à principio, quod est in eo, mouetur p naturam: hoc patet p definitionem naturæ, in qua positũ est principium mouendi & quiescendi in eo in quo est, & definitio conuertit cum definito, vt patet. Sed quod mouet per naturã mouet naturaliter, hoc est manifestũ: qa quod mouet à principio, q̃d est in eo, mouet naturaliter: & sic patet maior. sed minor ẽt probatur, qa quod mouet à se, mouet à principio quod est in eo: hoc est manifestũ. sed animal mouet ex se, ut manifestum est. ergo mouet à principio, quod est in eo: & sic sequitur ꝙ mouet naturaliter, & p consequẽs ꝙ motus eius est naturalis. & hanc rõnem quasi totã ponit Commen. licet non eodem ordine. & dicit, ꝙ ipsa habet ex potentia sermonũ Arist. quare &c. Sed notandum, ꝙ corpus animalis duplicem habet dispositionem quantum ad p̃sens spectat. est enim graue ex natura elementi p̃dominantis in ipso, s. terræ, quæ debetur proprie misto, vt patet Secũdo de Generatione. habet ẽt, dispositionẽ propriã, quæ appropriat aĩæ motiuæ sm locũ. s. talem figurã & talẽ coniunctionẽ partiũ & mollitiẽ & inflexibilitatem, & hæc, quæ requirunt ad motum localem, sicut

Mot⁹ naturalis capitur dupl'r.

T. c. 8. & 18 Tex. c. 10

Tex. c. 1.

Tex. c. 48.

Com. 27.

Dispõ corporis aiarẽ duplex. Tex. c. 69.

ſicut poteſt videri in partibus cõtinuis ad motum animalium: contingit autem, vbi dicit Commen. ꝙ anima mo- Com. 27. uet corpus ad illam differentiam poſitionis, ad quã inclinatur corpus per naturam elementi prædominantis in ipſo, vt anima mouet corpus deorſum: & tunc naturalitas coniungetur in eo ex motore & moto, vt dicit Commen. Aliqñ contingit ꝙ anima mouet corpus ad vbi, ad cuius cõtrarium habet corpus naturalẽ inclinationem, vt cum animal ſaltat ſurſum. Et tunc ille motus corpis ab anima erit non naturalis ſaltẽ ipſi corpori, vt graue eſt, licet forte ſit naturalis ei, vt eſt ſubiectum animę, i. vt diſpoſitum eſt ad talem motum recipiendum ab anima: quicquid tñ ſit de motu ſurſum, certum eſt, ꝙ motus animalis proceſſiuus, q non eſt recte ad ſurſum, nec omnino deorſum, ſed quaſi mouetur medio modo, cum ſit naturalis ipſi corpi animalis, inquantum eſt diſpoſitiuũ animę motiuæ: vnuſquiſq; n. actus in potentia exiſtẽte & ꝑpria materia apt9 Tex. c. 26. natus eſt fieri, ſicut dicit Ariſt. in Secundo de Aia. Ex dictis enim cõcludit Cõmen. quaſi correlarie, ꝙ, ſi inueniaẽ aliquod motũ excelſiue ꝑ formã principiũ in eo, ita ꝙ in corpore non eſt aliquod principiũ motiuũ contrariũ aię, tunc illud motum erit motũ naturaliter et ſimpliciter, ſ. ꝑ animã & corpus, vt declaratum eſt de corpore cœli.

Com. 27. Rñſiones. AD primam rõnem patet ex diſtinctione poſita in ſolutione quæſtionis. Ad ſecundam cum dr̃ motus à principio extrinſeco &c. Verum eſt, ſi eſt immediate à principio extrinſeco, ſed, ſi mediate ab intrinſeco, poteſt eſſe naturalis, & ſic ẽ hic, vt patet ex dictis. Ad aliã patet ꝑ dicta. cum dr̃ motus, qui eſt contra naturalẽ inclinationem, Verꝫ eſt vt ſic: & cum dr̃, ꝙ motus animalis ab anima eſt cõtra naturalẽ inclinationem mobilis. Dico ꝙ aliqñ eſt cõtra naturalẽ inclinationẽ mobilis, vt graue ẽ, tñ non ſemꝑ eſt contra naturalem inclinationẽ corporis, vt diſpoſitum & appropriatũ ſubiectum animæ motiuæ ſm locum, vt dictum eſt. Ad vltimum patet ex dictis.

Tex. c. 29. Et nãq; ipſa à ſeipſis ponere impoſſibile eſt. animalis enim hoc eſt & animatorũ proprium.

QVAESTIO XI.

An Graue inanimatum moueat ſeipſum.



COnſequenter quæritur. Vtrum graue inanimatũ moueat ſeipſum, vt lapis aut terra & hmõi omnia. Et ſimiliter intelligitur de leui inanimato: vt ignis & aer. Arguiẽ primo ꝙ ſic, quia illud ꝙ moueẽ naturaliter: à ſeipſo moueẽ. graue inanimatũ moueẽ naturaliter: ergo &c. Maior probaẽ, quia ꝙ moueẽ naturaliter moueẽ à principio intrinſeco: cum natura ſit principium intrinſecum: & quod moueẽ à principio intrinſeco moueẽ à ſeipſo. ergo quod moueẽ naturaliter moueẽ à ſeipſo, & per conſequẽs mouet ſeipſum. Et minor cõceditur ab oĩbus: lapis enim naturaliter deſcẽdit deorſum: & naturaliter oẽ graue mo- Tex. c. 6. uetur deorſum: & leue ſurſum: vt patet Quarto Cœli & Mundi, & Primo Meteororꝫ. Itẽ, illud quod diuidiẽ in partem mouentẽ & partem motã mouet ſeipſum, vt pa- Tex. c. 28. tet in iſto Octauo. Sed graue inanimatũ eſt hmõi. diuiditur, n. in materiam & formã: & forma eſt mouens & ma- Com. 71. teria res mota, vt dicit Commenta. in Quarto huius. Et ſi dicas ad hoc ꝙ materia grauis non põt eſſe illud quod ꝑ ſe moueẽ deorſum, qa quod moueẽ debet eſſe ens actu: & ipſa materia grauis non debet eſſe ens actu: contra hoc eſt: quia animal dr̃ mouere ſeipſum: eo ꝙ diuidiẽ in corp9 & in animam: quod eſt pars animalis diſtincta cõtra animam & non eſt aliquod ens diſtinctũ præter animam vt cõiter dicitur, ergo ſilr in propoſito: quãuis materia quæ eſt pars lapidis non ſit ens actu ꝑter formam eius ſubſtancialem, poterit tñ eſſe ꝑ ſe mota: ſicut anima eſt per ſe mouens non obſtante ꝙ ipſa ſit actus. Sic forma lapidis poterit eſſe ꝑ ſe mouens vt videẽ. Itẽ, lapis deſcendens deorſum remoto detinente: aut moueẽ à ſeipſo: aut ab alio per ſufficientẽ diuiſionem, nõ ab alio: quia aut moueẽ à gene- A rante: aut à remouente prohibens: aut à medio moto, pura ab aere in quo moueẽ. Non à generante: qa cõtingit ꝙ cum lapis deſcendit deorſum & generãs quod generauit ipſum eſt corruptum: & tale non mouet: quia ſemꝑ exiſti in abiẽ ſpecies aliqua mouens. Tertio huius. Nec à remo- Tex. c. 18. uente, ꝓhibens: quia mouens propinquũ debet ſimul eſſe cũ moto quod moueẽ: modo remouens ꝓhibens non eſt ibi ſimul cũ lapide: immo diſtant adinuicẽ per aerem medium vt vr̃ ad ſenſum. Nec eſt dicendum ꝙ moueẽ à medio moto: quia ipſum mediũ non moueẽ in tali motu: niſi ab ipſo graui: ita ꝙ graue mouet medium: modo corpus non mouet niſi prius moueaẽ ergo lapis prius naturaliter moueretẽ ꝗ̃ mediũ: & ſic motus medij eſt materialiter poſterior motu lapidis. cauſa autẽ non eſt naturaliter poſterior cauſato ſuo. ergo mediũ ꝑ ſui motũ non cauſat motũ grauis. relinquitur ergo ꝙ motus grauis eſt ab ipſo graui tanq; ab immediate mouẽte: & ſic graue mouet ſeipſum.

B OPPOSITVM arguitur auctoritate Ariſt. vult enim hic ꝙ graue inanimatum non mouet ſeipſum. & idem dicit Commentator, & omnes alij expoſitores ferè.

CONCLVSIO.

Probabile eſt graue ipſum ſeipſum mouere.

AD intellectũ quæſtionis conſyderandũ eſt, ꝙ motus, vt habeẽ in Tertio huius, eſt actus entis in potentia ſm ꝙ hmõi. Et hanc definitionẽ inquiſiuit Te. c. 6. Ariſt. in Tertio huius. aliqd aũt eſſe in potẽtia ad aliquã Com. 11. actionẽ cõtingit dupliciter, ut docet Cõmen. in iſto cap. Aliqd eſt in potẽtia ad actionẽ dupliciter. Vno modo aliqd eſt in potentia ad aliquã actionem, ita ꝙ ille actus non ſtatim conſequiẽ formam aut materiam illius ſubiecti, & remoto quocunq; impedimẽto. ut aqua ẽ in potentia ad motũ & ad vbi ſurſum ſic, ꝙ vbi ſurſum non ſtatim conſequiẽ formã aquæ remoto quocunq; impedimẽto extrinſeco, immo nullo exiſtẽte extrinſeco impedimento poſſibile eſt ipſam aquã non moueri ſurſum. ſilr autem & in alijs multis. Et hæc potentia vocaẽ ſpecia- C liter potentia eſſentialis ſm Cõmen. Alio modo aliquod ſubiectũ eſt in potentia ad aliquẽ actum ſic, ꝙ licet careat illo actu, tñ iſte actus ſtatim conſequiẽ formã illius ſubiecti, niſi aliquod extrinſecũ prohibeat, aut niſi aliquod deficiat, & illa potentia diciẽ accidentalis. Prima quidẽ po- Potentia eſſentialis. tentia diciẽ eſſentialis forte pro tãto, quia ſubiecto habẽti talem potentiã deficit actus, & forma quã conſequiẽ act9 ad quem conſequiẽ illa potentia, vt ipſi aquæ quãdiu eſt aqua, deficit forma quam conſequiẽ motus ſurſum: dico quamdiu eſt aqua non trãſmutata ab aliquo extrinſeco. Secunda vero potentia diciẽ accidentalis pro tanto, quia Potẽtia accidẽtalis. ſubiectum habens illam potentiam non caret forma in eſſentia ſua quã ſtatim conſequiẽ talis motus, ſed priuatur illo actu per aliquod impedimẽtum ſibi accidens. Ad propoſitũ ergo ſpecialius deſcendendo poſſumus dicere, ꝙ ad motum grauis, qui eſt deſcendere ad vbi deorſum Potẽtia ad motũ grauis eſt duplex. duplex eſt potentia, ſ. potentia eſſentialis & potentia acci- D dentalis. Potentia quidem eſſentialis ad hunc motum eſt illa, quæ eſt in aliquo ſubiecto cui deficit eſſentia, quã cõſequiẽ ille motus, vt ignis eſt in potentia eſſentiali ad motum deorſum, quia caret eſſentia & forma & virtute quã cõſequitur ille motus, ſ. grauitate: immo ẽt habet formã oppoſitam, puta leuitatem, & ẽ cõuerſo de terra & aqua ad motum ſurſum: & iſta potentia eſſentialis ad motum ſurſum exiſtit in materia ex qua generaẽ ipſum graue, ſ. aere, aut igne, aut aliquo hmõi corpore leui. Potentia aũt accidentalis ad illum motũ eſt, quæ eſt in ſubiecto habẽte actu illã formam & virtutem quam conſequiẽ talis motus, eſt tñ priuatum illo motu ꝑ aliquod impedimentum extrinſecũ, vt lapis ſurſum detentus ꝑ columnam, ſilr in alijs hmõi: & illa priuatio eſt violẽta ipſi lapidi, & nõ ſequiẽ eius propriã naturã, vt naturã ipſius ignis conſequiẽ priuatio motus deorſum ſi naturæ propriæ relinquaẽ. Et vt ſit ad vnum dicere, potentia eſſentialis eſt in ſubiecto, quod non ſolũ eſt potentia ad motũ, ſed ad aliquã eſſentiam, quæ eſt principium illius motus. Potẽtia autem ac-

cidentalis est in subiecto, quod non amplius est in potentia ad essentiam aliquam requisitam ad illum motum.

Tunc ergo, cum quæritur, vtrum graue inanimatum moueat seipsum. Respõdetur, q ipsum graue non mouet seipsum de potentia essentiali ad actum, immo ipsum generans quod generat graue est illud, quód agit talem motum, ad quem erat potẽtia essentialis. Cuius probatio est hæc, Illud, quod dat formam alicuius rei dat omnia accidentia per se consequentia formam illam: hæc recipitur pro manifesta: illud enim, quod dat formã hominis, dat risibilitatem & perceptibilitatem disciplinæ, quæ consequitur formam illam. similiter & in aliĵs: sed ipsum generans graue dat formam grauis: hoc est manifestum: motꝰ autem grauis deorsum est accidens statim consequens ipsam formã grauis, nisi aliquid impediat, igitur ipsam generans dat & efficit talem motum grauis. Et cõfirmatur ista ratio, quia illud quod reducit potentiam essentialem ad actum, ad quem est illa potẽtia, mouet illud quod

F

est in tali potentia: hæc est manifesta. sed generãs reducit potentiam essentialem ad actum, quæ quidem potentia essentialis erat ad motum grauis. illa enim potentia præexistebat in illa materia, ex qua generat graue. vt si graue generatur ex aere, potentia essentialis ad motum illũ, quo mouetur ipsum graue, præexistebat in ipso aere. similiter autem & in aliĵs. Constat autẽ, q generans est illud, quod reducit graue de potentia essentiali ad actũ. Hãc autem conclusionem concedo cum Arist. & Commentatore, & cum aliĵs expositoribus Arist. Sed vtrum ipsum generans sit causa actiua immediata illius motus aut forma ipsius motꝰ vel virtꝰ eius, hoc est bene dubium: & de hoc fiet quæstio specialis. cõcederem igitur, q frigidum condensans facit aquam ex aere, & illud idem est causa agens illum motum, quo aqua descendit deorsum. Sed vtrum sit causa agens omnino immediata aut ipsa grauitas aquæ generata, dubiũ est & inquiretur post.

De motu grauis deorsum opinio prima.

G

Si autem quæritur de motu grauis in actu, prout ad ipsum est potentia accidentalis, verbi gratia. Cum lapis est sursum & remoto prohibente descendit deorsum, Vtrũ tunc ipsum graue moueat seipsum, de hoc est magna difficultas & diuersitas inter doctores. Et dicunt plurimi, & quasi omnes q huiusmodi graue secundum actum existens in potentia accidentali ad vbi deorsum non mouet seipsum per se, sed solum per accidens: quod probant. Si moueret seipsum per se, tũc oporteret q esset diuisibile per se, & in partem per se mouentem & in partem per se motam: secundum Aristo. in isto Octauo hoc autem est impossibile, sicut patet in litera. Nam illæ partes aut essent partes

Tex. c. 28.

quantitatiuæ ipsius grauis, aut partes essentiales, per sufficientem diuisionem. non partes quantitatiuæ: quia partes quantitatiuæ & secundum qualitatem sunt vnius dispositionis & virtutis. vnde nulla est ratio, quare vna esset mouens per se, & alia per se mota. nec partes essentiales. quia omnes partes essentiales sunt forma & materia

H

prima: materia autem prima non potest esse per se mota, cum sit ens in pura potentia, & nullam resistẽtiam habet ad mouens. semper enim debet esse resistentia, vt accipitur

Tex. c. 71.

Commen. Quarto huius. ergo ipsum graue non mouet seipsum per se. Tunc arguitur vlterius, constat q graue in actu sursum existẽs remoto detinente mouetur deorsum, aut ergo mouetur à generante, aut à remouẽte prohibẽs. non à generante, nec à remouente prohibens: quia contingit q dum lapis descendit deorsum, ipsum generãs, quod generauit lapidem, est corruptum, & sic non mouet. Et similiter, illud, quod remouit prohibens, potest esse corruptum dum lapis mouetur deorsum, ergo nullum istorum mouet ipsum graue. quare relinquitur, q ipsummet mouet seipsum, nõ per se, vt probatum est: ergo per accidẽs. Et si quis concederet eis, quòd ipsum medium est illud, quod mouet graue, tunc haberent intentum: quia ipsum medium non mouet graue, nisi quia prius mouetur à graui, & sic iterum graue mouet seipsum per accidens. Modus autem, secundum quem contingit, est iste. ipsum graue remoto detinente mouet medium: puta ipsum aerem aut aquam, à qua cõtinetur & ideo necessario ipsum graue mouetur moto medio. Et exemplificãt secundum Cõmen. in Quarto Cœli & Mundi. homo existẽs in naui & mouens ipsam nauem mouet seipsum: & hoc per accidens. sic in proposito suo modo. & dicunt istam esse intentionem Aristo. & Commẽtatoris in isto Octauo & Tertio & Quarto Cœli & Mundi.

Obiectio.

Tex. c. 66.

Et si dicatur istis, q causa per accidens reducitur ad causam per se, vt satis patet ex Secundo huius. si ergo ipsum graue facit & causat suũ motum per accidens, oportet huiusmodi motus esse causam aliquam per se, & remanet quæstio de ista causa quæ sit.

Responsio.

Et ipsi possent respondere, q causam per accidens reduci ad causam per se, potest intelligi dupliciter. vno modo, q illa causa per se sit per se causa illius eiusdẽ effectus, Cuius causa est illa causa per accidens: & hoc non est verum. fortuna enim & casus sunt causæ per accidẽs, vt patuit in Secundo huius. & non reducuntur ad causas per se, quæ sint causæ per se illorum effectuum, qui sunt à casu & à fortuna. Alio modo potest intelligi, q causa, quæ est causa per accidẽs, reducitur ad causam per se, quæ est causa illius effectus vel alicuius alterius effectus, quem concomitatur effectus illius causæ per accidens. & hoc est verum. Modo, ipsum graue, quod est causa per accidẽs sui motus, bene reducitur ad causam per se, quæ est causa alicuius alterius effectus. ipsum enim graue est per se causa motus mediĵ, & ipsum motum mediĵ consequitur motus grauis.

Tex. c. 52.

Et posset obĵci & forte insolubiliter, quoniam licet causa per accidens quæ est casus aut fortuna non reducatur ad aliquam causam per se illius effectus, tamen alia causa accidentalis alicuius effectus per se reduceretur in aliquam causam per se: huius autem fides est ex inductione. Aperiens enim fenestram, quæ est causa per accidens illuminationis, reducitur ad causam per se agentem lumen, scilicet ad corpus luminosum. similiter, si musicus ædificat per accidens reducitur necessario ad ædificationem, quæ est per se causa agens &c. Et dicunt vlterius, q, cum hoc q ipsum graue sit in potentia accidentali solum ad talem motum, nullo modo indiget mouente, quod per se sit causa ipsius motus, sed sufficit motor vel causa per accidens modo prædicto. Dicunt ergo isti, quòd graue actu per se mouet medium, medium autem motum, mouet ipsum graue, non quidem per se, sed per accidens. si enim medium per sui motum per se moueretur graue, cũ ipsum graue sit causa per se motus, mouet enim medium essentialiter per Commentatorem in Secundo Cœli & Mundi, sequitur necessario, quòd graue moueret seipsum deorsum per se: quia quicquid est causa causæ per se est causa causati: tunc igitur ipsum graue, cũ sit per se causa motus aeris. si motus aeris est per se causa motus grauis: necesse est, quòd ipsum graue sit per se causa sui motus: quod isti habent pro impossibili. nullam ergo causam per se motus grauis in actu dicunt esse quærendam, eò quòd sit solum in potentia accidentali ad talem motum.

Improbatio primæ opinio.

Sed istud mihi multum videtur difficile: quia omnis effectus per se intentus ab aliquo & per se receptus in aliqua potentia per se ordinata ad ipsum, indiget aliquo agente per se. sed descensus grauis in actu ad ubi deorsum est quidam effectus per se intentus à natura ipsius grauis: hoc videtur manifestum. Et probatur, quia constat, quòd ipsum graue actu existens sursum naturaliter mouetur & appetit, & intendit vbi deorsum, cum sit eius perfectio & complementum, secundum Arist. in isto capitulo, vbi dicit, q graui esse est alicubi esse & sursum: cum autem non possit fieri in vbi deorsum sine descẽsu, vt manifestum est, oportet quód per se intendat & appetat naturaliter descendere deorsum. Descensus itaq; grauis in actu est quidam effectus per se intentus ab aliqua natura, & cum hoc recipitur in aliqua potentia per se, idest per sui essentiam ordinatã ad ipsum, quia certũ est

Tex. c. 32.

q ipsum

q ipsum graue actu habet potentiam receptiuā illius mo-
tus, aliter enim reciperetur impossibile recipi: & cum illa
potentia non ordinetur ad receptionem illius motus per
aliquod aliud, relinquitur q per se ordinatur ad illius re-
ceptionem. quare autem dicitur potentia accidentalis, di
ctum est prius & videbitur post. ergo ille motus indiget
agente per se. detur enim q non dependeat ab aliquo per
se agente, non esset per se intētus. Si dicatur q sit per se in
tentum ab ipso graui per suam potentiam receptiuam &
aptitudinem naturalem, tunc cum omni per se potentiæ
receptiuæ correspondeat actiua, oportet ei assignare ali-
quam potentiam actiuam: ergo motus grauis in actu in-
diget agente per se, cuius oppositum dicebatur ab istis.

Item, quando aliqua sunt eiusdē speciei specialissimæ,
si vnum illorum necessario indiget agente per se, & reli-
quum: hāc recipio pro manifesta. sed motus grauis, si mo
uetur de potentia essentiali ad actum, & motus eius cum
mouetur de potentia accidentali sunt eiusdem speciei spe
cialissimæ, cum sint ad vnum vbi secundum speciem: &
motus grauis de potentia essentiali indiget mouente per
se, vt conceditur. ergo & alius. Item, omnis effectus, q
non est casualis & fortuitus est per se intentus ab aliquo:
Tex. c. 48. hæc videtur manifesta ex Secundo Physicorum. sed de-
scensus grauis in actu non est casualis, nec fortuitus, vt
omnes concedunt, immo est naturalis: ergo per se est in-
tentus, & per consequens indiget agente per se. Item,
fortius, omnis motus, qui est à natura, est ab aliquo prin-
cipio per se, sed oīs motus naturalis est à natura: ergo &c.
maior est manifesta, quia natura est per se principium &
Tex. c. 18 causa, vt patet in Secundo huius: ergo omnis motus, qui
est à natura est ab aliquo principio per se. minor etiam pa
tet. nam eodem modo motus naturalis quidem est à natu
ra. ergo sequitur conclusio, scilicet q omnis motus natu-
ralis est ab aliquo per se principio. Sed descēsus grauis in
actu est motus naturalis, vt omnes concedunt. ergo &c.
Iste descēsus est ab aliquo per se principio, aut ergo à prin
cipio per se actiuo, aut passiuo, aut vtroq. si primo & ter
tio modo, habeo propositum, si secundo modo, adhuc ha
beo propositum. Nam principio per se passiuo correspon
det actiuum principiū per se & è conuerso, vt omnes con
fitentur & habetur in Quinto Metaphy. capitulo de po-
Tex. c. 17. testate. si ergo descensus grauis s͠m actum indiget princi-
pio per se passiuo seu receptiuo, necessario et indiget prin
cipio per se actiuo, & hoc est quod volumus. Et hanc ra-
tionem reputo demōstratiuam. non est ergo bene dictū,
q graue in actu indigeat solum agente motum eius p ac-
cidens, & nullo modo per se.

Opinio secunda. Aliȷ̄ autem dicunt aliter & ponunt, q ipsum graue in
actu, quando est in potentia accidentali ad motum deor-
sum, non habet in se aliquam virtutem actiuam sui mo-
tus, sed virtus actiua huius motus grauis deorsum est vir
tus ipsius loci naturalis, grauis scilicet loci deorsum. Pri-
mum probāt: quia nihil agit in illud quod est indistinctū
ab eo s͠m substantiam: hanc habent pro vera. sed hoc con
tingeret, si ipsum graue ageret suum motum deorsum p
aliquam virtutem existentē in eo. Nam illa virtus agens
non posset esse in vna parte ipsius grauis determinata &
alia ab illa parte in qua recipitur motus ille, eò q omnes
partes quantitatiuæ ipsius grauis, sunt eiusdem rationis
& naturæ: vnde non est ratio quare vna pars habeat vir-
tutem actiuam sui motus, & alia pars habeat virtutē re-
ceptiuam, & sic relinquitur, q illa virtus agens motum
grauis ageret ipsum in illa eadem parte grauis in qua es-
set, vel reciperet: & sic agens non esset distinctum à subie
cto & recipiente, quod est inconueniens. Secundum ēt
probatur per hoc, quia motus grauis, quāto propinquior
est centro, tanto fortior est & velocior: quod non videtur
contingere propter maiorem grauitatē, sed solum ex vir
tute loci, cui propinquius sit ipsum graue. Sic igiī ipsum
graue non mouet seipsum, nec est de numero eorum, quę
mouentur ab intrinseco, sed ab extrinseco, scilicet à virtu

A te loci naturalis. & dicunt, q ille motus collocatur sub il-
lo motu ab extrinseco, qui vocatur tractus, de quo loqui
tur Aristo. in Septimo huius ita q virtutes ipsius loci na Tex. c. 10.
turalis ipsius grauis trahunt graue ad se & faciunt ipsum
descendere deorsum. ipsum autem graue sic motum & at
tractum mouet medium in quo est diuidendo ipsum: &
pro tanto dicitur mouere seipsum, vt dicunt, scilicet quia
mouendo aliud per se mouet se per accidens. Et hanc sen
tentiam attribuunt Aristo. & Commentatori. Aliȷ̄s Opi. tertia.
vero non placet ista via, immo ipsam dicunt esse contra
Philosophum & Commentatorem in multis locis. Con-
tra Aristo. pro tanto, quia vbi ipse inquisiuit ex intentio
ne causam motus talis, scilicet in isto Octauo & in Quar- Tex. c. 29.
to Cœli, nūquam inuenitur dixisse istam causam, scilicet
virtutem naturalem ipsius loci naturalis, vt manifestum
est consyderanti per totum. Item Arist. in Quarto Cœli
& Mundi assignat differentiam inter grauia & leuia, & Tex. c. 10.
alia quædam mobilia, sicut sanabile & augmentabile: q a
B huiusmodi, scilicet graue & leue videntur habere in seip-
sis principium transmutationis, hæc autē non, sed ab ex-
tra. & non est intelligendum principium passiuum solū,
quia in hoc non differunt grauia & leuia ab aliȷ̄s. Item,
si virtus naturalis loci esset causa effectiua motus gra-
uis, sequitur, si ponerentur plures mundi, quòd graue se-
cundum naturam suam haberet tantam conuenientiam
cum medio alterius mundi, sicut cum medio huius mun-
di. ex hoc non sequitur q graue æqualiter motum moue
retur ad medium alterius mundi sicut ad medium huius
mundi, immo propter propinquitatem eius ad medium
mundi huius, ipsum citius mouebitur ad medium huius
mundi, q̄ ad medium alterius mundi, quod est remotius
ab eo. virtus enim quæcunq tractiua & actiua naturali
actione, cæteris paribus, efficacius agit in propinquum
quam in remotum. & hoc etiam concedunt isti, vt patet
in sua ratione secundæ conclusionis prius positæ: ipsum
ergo graue nō æqualiter moueretur ad medium alterius
C mundi, sicut ad medium huius mundi: quod est contra
Aristo. ibidem aperte. & contra Commentatorem, qui
volunt, q propinquitas aut remotio nihil facit ad hoc q
graue moueatur ad medium huius mūdi vel alterius, sed
diuersitas motuum istorum non est nisi per diuersitatem
suarum formarum substantialium. Item, mouens pro
pinquum debet esse simul cum moto & è cōuerso, vt pa- Tex. c. 11.
tet Septimo huius. & qm̄ virtus naturalis loci deorsum
non apparet simul cum graui existente in loco sursum, er
go &c. forte dicetur ad istud, & ad præsens, q, si esset ali[9]
mundus, graue illius mundi non moueretur actu ad me-
dium huius mundi propter elongationem motorum: nec
istud intendit Arist. sed intendit, q graue illius mundi es-
set natum moueri ad medium huius mundi: & hoc bene
sequeretur cum esset eiusdem rationis cum graui huius
mundi: hoc autem esset irrationabile, q graue illius mun
di esset natum naturaliter moueri ad medium istius mun
D di: quia sic sequeretur q esset natum naturaliter moueri
ad circumferentiam sui mundi, cum non posset peruenire
ad medium illius mundi nisi pertranseūdo circunferentiā
sui mundi: quod autem naturaliter est mobile ad aliquē
terminum est naturaliter mobile ad mediū, sine quo non
potest peruenire ad terminum, cum medium sit illud, in
quo prius transmutans trāsmutat q̄ extremum. Et est
consyderandum, q isti dicunt & multum subtiliter, q, si
virtus loci trahens graue esset causa motus eius, tunc de-
monstratio Arist. hic & in Primo Cœli, nullam haberet
efficaciā. Nam dato q hmōi virtus tractiua esset in loco
terræ, illa virtus determinata esset & finita, & ad determi
natam distantiā posset mouere & nō vltra, s. ad concauū
orbis Lunæ, quod maxime est locus sursum & distās ab
eo maxime accedendo ad motū grauium & leuiū vel ad
vltimā circunferentiam huius mundi. dato igitur, q esset
alius mundus, nulla causa esset q graue huius mundi mo
uereť nisi ad medium huius mūdi: quia virtus tractiua in

E loco terræ alterius mundi in illo posset attingere ad graue huius mundi, cum sit ista virtus limitata his, qui ad determinatam distantiã mouent & non vltra, tunc non posset terram huius mundi illuc trahere. Sed, supponendo q graue mouetur ad medium ratione suæ formæ intrinsecæ, sic ratio Aristo. est demonstratiua omnino: quia ratione illius formæ tantam conuenientiam haberet in natura cum medio alterius mundi, quod sm Philosophum ponitur esse eiusdem speciei cum medio huius mundi, sicut habet cum medio istius mundi, sequitur necessario, si plures essent mundi eiusdem speciei, & graue aliquod huius mundi esset extra cẽtrum, magis faceret se versus medium huius mundi q̃ alterius. Ex quo potest euidẽter cõcludi, q Aristo. supponit graue & leue moueri à suis formis substantialibus actiue. Item, arguitur auctoritatibus Commentatoris. Primo auctoritate eius in Septimo huius, cap. illo, qm̃ autem motus, vbi dicit, q, cum attrahens non mouetur cum attracto nõ est attractio in rei veritate, de qua loquitur Philosophus ibidem, sed æquiuoce. cum ergo, sm istos, mot⁹ grauis est à virtute naturali ipsius loci attrahente ipsum, q attrahẽs non mouetur cũ attracto, s. ipso graui, sequitur q motus grauis nõ est motus tractus, de quo loquitur ibi Philosophus. Et constat, q motus grauis non continetur sub aliqua specie motus ibi enumerata, s. pulsum, vertiginẽ aut vectionem, & nõ plures sunt species motus eorum, quæ mouentur ab alio: sequitur q graue non est de numero eorum, quæ mouentur ab alio. Omne autem quod mouetur, aut mouetur ex se, aut ab alio, vt ibidem habetur: ergo relinquitur, q graue mouetur à se: & hæc sunt verba Cõmentatoris. Attractio in qua attrahens est quiescens, & attractum non est motum, non est attractio in rei veritate. & parum post ostẽdit, q iste modus motionum, si dicatur attractio, nõ intendebatur ab Arist. in hoc nomine attractio, cum collocetur in eis, quæ mouentur ex se. Et non debet intelligi, q mouetur ex se solum passiue, qm̃ quodcunq; motũ passiue mouetur ab aliquo principio intrinseco. ergo intelli- G git, q ille motus continetur sub illis quæ mouentur ex se actiue. Item, Commẽtator in Quarto Cœli dicit, q in corporibus simplicibus idem est mouens & motum, & differũt solum sm modum. Et dicit etiam q lapis mouet se inquantum actu grauis: cum igitur sit actu grauis per eius formam intrinsecam, & nõ per motum aliquem, aut tractum ab alio receptum, neq; per virtutem loci, sequit; q mouet se per suam formam. Item dicit ibi, q forma eius, mouet inquantum est forma: sed manifestum est, qđ forma grauis non est aliquis motus vel tractus receptus ab aliquo neq; virtus naturalis sui loci. Item, in eodem cõmen. paulo post dicit, q ille motus, s. lapidis deorsum non est motus primus, neq; essentialis à motore extrinseco, sed à forma moti, sed forma ipsius moti, s. lapidis non est tractus aliquis. Item, per exemplum Commentatoris manifestum est hanc fuisse eius intentionem, s. q graue per suam virtutem mouet seipsum. Exẽplificat enim de H homine mouente nauem, & per hoc mouente se. Constat autem q homo in naui existens mouet nauem per suam virtutem actiuam, & non solum per aliquem motum receptum ab alio. si enim homo existẽs in naui moueret nauem per hoc q aliquis extra nauem traheret ipsum hominem, ad cuius tractum sequitur motus nauis, nullus deberet dicere q homo ille existens in naui essentialiter moueret nauem, sed alius super terram trahens ipsum essentialiter moueret nauem. Si igitur istud exẽplum Commen. declarat suum propositum, oportet q graue per suã virtutem actiuam moueat medium. Itẽ, hoc patet ex alio dicto Commen. dicit enim, q homo nõ mouet se accidentaliter, nisi quia mouet nauem essentialiter. ergo, cum graue moueat se accidẽtaliter sm commen. necesse est, q moueat aerem essentialiter: sed non moueret aerem essentialiter, si solum moueret ipsum per motum quendã ab alio receptum, sicut nec baculus mouet lapidem essentialiter,

Graue & leue mouent à formis substantialibus actiue.

Tex. c. 10.

Com. 21.

E sed per accidẽs, s. per motum ipsius manus, s. per motum ab homine receptum. Itẽ, vna expressa auctoritas Cõmentatoris est in Quarto Cœli & Mũdi. ubi dicit, q quædam habent principium trãsmutationis, quod mouet ea non ab extrinseco, vt graue & leue, & quædam habent principium transmutationis ab extrinseco, non ab intrinseco, vt sanabile, i. transmutabile ad sanitatem: & certum ẽ, q ipse loquitur de principio actiuo: qm̃ sanabile habet principium passiuum intrinsecum, sicut & graue. Ex omnibus his auctoritatibus manifestum est, q contra Commentatorem est, graue sm actum moueri à virtute naturali loci, ita quòd non habeat in se principium aliud actiuum sui motus.

Com. 24.

Ad rationem istorum, cum dicũt, q nihil agit in illud quod indistinctum est ab ipso sm substantiam, istam negat Cõmentator in multis locis in Quarto Cœli & Mundi. vbi Commentator loquens de motu grauiũ & leuiũ vult, q in eis mouens & motum sint idem sm potẽtiam F vel sm speciem, vt habet alia litera, et etiam sm modum. Et in Tertio dicit, q licet in lapide motor sit idẽ cum moto, tamen non eodem modo mouet. Item dicit, q forma grauis mouet ipsum inquãtum est forma, & mouetur inquantum est in materia. Et constat, q ibi mouens & motum non sunt distantia à seipso loco & subiecto. & sic in multis aliis. Item posset instari per multas alias auctoritates, sed pertranseo, quia hæc sufficiunt quantum ad hoc.

Ad rõnes. Secũdę opĩnionis.

Com. 10.

Ad rationem secundæ conclusionis istorum, cum ipsi dicunt, q causa maioris velocitatis motus grauis prope centrum q̃ longius non est nisi virtutis loci, cui propinquius est ipsum graue, ista potest negari: qm̃, si sic esset, sequitur, q motus duorum corporum eiusdẽ leuitatis, quorum vnũ incepit descendere à sphæra ignis, & aliud iuxta terram essent æqualis velocitatis per æquale spatium in fine motus, cuius contrarium est manifestum. Et si diceretur q multitudo partium aeris insequẽtium motum corpus ab altiori loco, sit causa maioris velocitatis, tunc G virtus loci vel propinquitas ad eum non est eius causa: et sic recederetur à priori dicto. Si autem quæritur, quæ sit eius causa cum propinquitas loci non sit eius causa. Forte dicendum sm aliquos q hoc contingit propter scissuram plurium partium aeris insequẽtium in fine q̃ prius. Ex hoc enim, vt dicunt, ipsum graue acquirit quandam velocitatem accidentalem maiorem q̃ prius.

His visis restat dicere ad quæstionem propositam. qñ quæritur, vtrum graue inanimatum moueat seipsum de potentia accidentali ad actum. Et credo, q probabiliter posset dici, q hmõi graue est per se motiuũ sui ipsius: qđ sic probo. Omne illud, quod habet in se per sui naturam potentiam actiuam sui motus & potẽtiam per se receptiuam illius, est per se motiuũ sui ipsius: sed graue inanimatum actu existens graue est hmõi: quare &c. Maiorẽ propositionem accipio pro manifesta. sicut enim illud, quod est diuisibile in partem per se mouẽtem & partem per se motam, est per se motiuũ sui ipsius, vt omnes concedunt, H & habet ab Arist. in isto Octauo, sic illud, quod p sui naturam habet per se potentiam seu virtutem per se actiuã sui motus & potentiam per se receptiuam eius, est motiuum per se sui ipsius, nec video causam aliquam diuersitatis rationabilem. Et declaro Minorem. cum enim motus ipsius grauis per se indigeat aliqua causa per se actiua sui motus, vt probatum est superius, Quæro quid sit hmõi causa per se actiua propinqua. Necesse enim est dicere, q ista causa sit naturalis grauitas ipsius grauis, vel virtus loci naturalis, vel motus ipsius medii, vel virtus generantis, aut remouens prohibens: sed non potest esse remouẽs prohibens, nec ipsum generans, quia contingit vtrunq; istorum non esse, cum graue actu descendit, vel non esset immediata & contigua ipsi graui. mouens autem propinquum & immediatum volt simul esse cum moto, ita q inter ea non sit aliquod medium nec plenũ, nec vacuũ, vt demõstratum est in Septimo nec virtus loci naturalis

Opinio auctho.

Tex. c. 27.

Tex. c. 11.

potest

Motus medij non est principium actiuũ motus grauis.

potest esse illud principium actiuum propinquũ, vt probatum est prius. Nec motus medij potest esse principium per se actiuum illius motus, quod probatur multipliciter. Primo, quia ipsum graue actu existens io potentia accidentali non indiget motore extrinseco per se, vt omnes concedunt, etiam qui teoent partem oppositam.

Item, causa per se nõ est posterior naturaliter ipso causato, vt manifestum est cuilibet intelligẽti, & habetur in prædicamentis & in primo Posteriorum. Nunc autem motus medij est posterior naturaliter, eum consequatur motum grauis mouẽtis ipsum medium, corpus enim nõ mouet aliud corpus motu locali immediate, nisi prius naturaliter moueat̃, sicut videmus ꝙ cœlum quod mouet sphæram ignis, prius naturaliter mouetur, similiter autẽ & vniuersaliter in alijs. Quãuis enim possibile sit, ꝙ aliquod corpus actu quiescens à motu locali moueat localiter aliud corpus mediante aliquo alio corpore alterato ab ipso, vt magnes trahit ferrũ per hoc quod alterat medium, & medium alteratum alterat ferrum dando ei aliquam virtutem, qua mouet se ad magnetẽ, vt docet Cõmenta. io Primo Septimo, & Octauo huius. Tñ nõ videtur possibile aliquod corpus non motum prius motu locali mouere immediate aliud corpus localiter, quomodo enim manus moueret baculum motu locali, nisi prius naturaliter moueretur manus? & quomodo chorda arcus moueret sagittam, nisi prius chorda moueretur? ergo similiter ipsum graue ſm actum oon moueret ipsum medium localiter, nisi prius naturaliter moueretur. Motus igitur grauis est prior naturaliter motu ipsius medij, esse eius autem causæ agentis per se noo videtur esse prior naturaliter ipsa per se causa.

Septimo Physi. Come. 11.

Item, cum duo motus se cõcomitantur, quorũ vnus est naturalis, & alius est violẽtus & præter naturã, rationabilius videtur ꝙ motus naturalis sit causa violẽti, aut oõ naturalis, quã e conuerso. sicut motus cœli & motus ignis cũ sua sphæra se concomitant̃, & motus cœli, qui est naturalis, est causa actiua motus naturalis ipsius ignis, quo præter naturam propriam mouetur circulariter, vt ostẽditur in primo Meteo. cum ergo motus ipsius grauis sit naturalis ad deorsum, vt omnes confitentur, & motus aeris quo mouetur deorsum non sit naturalis ipsi aeri, vt etiam manifestum est, rationabilius videt̃ ꝙ motus grauis sit causa motus aeris ꝙ̃ e conuerso. Relinquitur ergo ꝙ oullum aliud est principium actiuum per se immediatum motus grauis nisi eius grauitas. Cum ergo per sui naturam habeat grauitatem, sequitur ꝙ per sui naturã habet potentiam actiuam sui motus. Quod autem habet potentiam per se receptiuam sui motus, hoc patet: quia omni potentię per se actiuæ correspõdet potentia per se passiua, vt satis patet ex quinto Metaphy, cum igitur ipsum graue habeat virtutem per se actiuam sui motus, oportet esse potentiã receptiuam per se illius. Et constat illam non esse in alio nisi in ipso graui. nihil enim recipit motum grauis nisi ipsum graue: ergo graue habet in seipso potentiã per se receptiuam sui motus, & illam potentiam habet per sui naturam: per quid enim aliud haberet eam nõ est dare & si fingendi detur licentia. Et confirmatur, quia certum est ꝙ graue ſm actum per sui naturã habet aptitudinem ad recipiendum vbi deorsum. ergo per sui naturã habet potentiam seu aptitudinem ad recipiendum motum, cuius terminus est vbi deorsum, sicut enim ab eadem virtute actiua est motus & terminus motus, vt vult Commẽta. in Secũdo Cœli & Mun. sic eadẽ est potentia receptiua motus & termini motus, sic igitur manifestũ est, ꝙ graue habet potẽtiam per se actiuam motus sui, & potentiã etiam per se receptiuam, & vtrũq; habet per sui naturã, quare ergo non esset motiuũ suijpsius per se? Item arguitur sic. Omne illud, quod naturaliter est motiuũ suijpsius per sui naturam est motiuum suijpsius: hoc est manifestum, sed ipsum graue ſm actũ est naturaliter motiuũ suijpsius, vt oĩa concedunt, Cum enim non sit motiuũ

Graue hẽt potentiã receptiuã motus. Tex. c. 17.

suijpsius per violentiam, & tamẽ mouet seipsum, vt concedtiur, relinquitur ꝙ oaturaliter est motiuum suijpsius. ergo per sui naturam est suijpsius motiuum, sed per se & per sui oaturam sunt idem. ergo sequitur conclusio principalis, s. ꝙ actu graue est per se motiuum suijpsius. Sed considerandum, ꝙ quãuis actu graue sit per se motiuum suijpsius, tamen non mouet seipsum de potẽtia essentiali ad actum, qa quod non est in potentia essentiali ad actũ, non mouet seipsum de potentia essentiali ad actum, hoc est manifestum, sed graue ſm actum existens in potentia accidentali oon est in potentia essentiali. Dico eo modo quo graue in potentia essentiali, licet aliquo modo posset dici esse in potentia essentiali, vt videbitur post. Contra hanc positionem sunt dubitationes oon paucæ. Primo enim ista positio videt̃ esse cõtra Aristo. in isto octauo, io illo capitulo. Mouentium quidem igitur & eorum quæ mouentur. vbi dicit aperte sic. Et naturam ipsam à seipsis differre impossibile est, & loquitur ibi de graui & leui inanimato. Vitale enim hoc & proprium animatorum est, & hoc probat multis rationibus, vt patet ibidẽ.

Dubitatio.

Tex. c. 27.

Item in sequenti cap. Sed accidit & hic ab aliquo moueri, versus finem loquens de grauibus & leuibus inanimatis, & dicit sic. Quod quidem igitur nihil horum vel ipsum seipsum mouet manifestum est. Sed potest motus esse principium non mouendi nec faciendi, sed patiendi. cuius oppositum dicebatur. Item, auctoritates ꝙ̃ multæ Cõmentatoris videntur esse contra istam positionẽ. Primo, quia dicit Cõmẽtator in Tertio Cœli. Cõmẽ. 28. ꝙ declaratũ est de elementis ꝙ non enumerãtur inter ea, quæ mouentur ex se, cum non mouentur in loco nisi à generante. Et in eodem Cõmeoto versus finem dicit sic. lapis enim non mouet se essentialiter, & cum ita sit, & oẽ quod mouet se accidentaliter necesse est vt moueat se, qa essentialiter vel naturaliter mouet aliud motũ à se. verbi gratia, homo non mouet se accidẽtaliter in naui, nisi quia mouet nauem essentialiter, & cõtingit sic: lapis igitur nõ mouet essentialiter nisi aerem in quo est, & mouet se, qa sequitur motũ aeris, sicut de homine cum naue. Item, dicit Cõmentator, ꝙ potentia præcedẽs hunc motum, s. grauis & leuis in actu, non est in moto oisi violente. Ex quo manifeste vult, ꝙ graue ſm actum non est in potentia ad motum deorsum nisi per violentiam. quod autem inest alicui per violentiam non inest ei naturaliter neq; per se, vt est manifestũ. ergo ipsum graue ſm actum non habet per se potẽtiam receptiuam motus deorsum, cuius oppositum dicebatur in positione. Item, in eodem. 4. Cœli dicit Cõmenta. hæc verba. Et, quia mouens & motum essentialiter sunt relatiua, necesse est vt sint duo ſm positionem, & quia motor & motum in lapide sunt idẽ ſm positionem, & duo ſm modum, necesse est vt oõ sint relatiua nisi accidentaliter, & quod motor in eis essentialiter sit generans & motum generatum. Et ex omnibus istis verbis & alijs consimilibus videtur, ꝙ ista positio, quæ dicit ipsum graue esse per se motiuũ suijpsius, est falsa & contra Cõmẽta. manifeste. Item, arguitur per rationes: qa illud, quod non est in potentia essentiali ad aliquem actum, nõ indiget agente per se mouente ad illum actum, sed graue actu, nõ est in potentia essentiali ad vbi deorsum, sed in potẽtia accidentali, vt omnes concedũt, & prius est concessum. ergo &c. Item, si graue esset per se motiuum suijpsius, tunc nõ indigeret medio in sui motu, sed hnc est falsum, vt patet ex Quatto. Physi. & Commẽtator dicit in Tertio Cœli & Mũdi. quod, si aufertur medium in istis, ita quod per vacuum esset nõ essee possibile in eis vt mouerentur, & idem dicit in Tertio Cœli & Mun. Aer igitur et aqua sunt necessaria in motu lapidis, & hoc est illud, quod proposuimus declarare. Item, si graue inanimatum est motiuum suijpsius per se, tunc idẽ & ſm idem simul erit actiuum et passiuum respectu eiusdem, quod videtur impossibile. vt patet in isto Octauo, et probatur consequentia. quia motiuũ suijpsius est actiuum

Auer.

Rõnes cõtra põnem autho. Cõmẽ. 21.

Text. c. 17. Comẽ. 28. Comẽ. 28.

Text. c. 12.

uum sui motus, & receptiuũ eiusdem modo, hoc non poterit esse ſm diuersa: quia illa diuersa aut eẽnt materia & forma, ita quodꝫ ratione materię, vel ſm materiã reciperent motum, & ſm formam agerent ipsum, aut essent diuersæ partes quantitatiuæ. non primo modo, quia materia ipsius grauis est materia prima, quæ nõ potest esse receptiua motus ꝓprie dicti, vt habetur in Quinto huius, & idem vult Cõmentator in isto Octauo: ergo ipsa materia non est illud, ratione cuius grauẽ recipit suum motũ: & sic relinquitur, ꝙ recipit ipsum ſm formã: & constat, quod agit ipsum ſm suam formam substãtialẽ principaliter, & sic erit actiuum & passiuum simul ſm idem et respectu eiusdem effectus, quod videtur omnino absurdũ, quare &c. Item, si graue esset suĩpsius per se motiuũ, tunc probatio Aristo. qua voluit conuincere aliquẽ esse motorem immobilem, nullam efficaciam haberet: quod est valde inconueniens. et patet consequẽtia, quia illa ratio Aristo. principaliter sustẽtatur super eo, quod omne quod mouetur ab alio mouetur, & quia non proceditur in infinitũ in mouentibus & in mobilibus, oportet deuenire ad motorem, qui non mouetur. Posset ergo dici ad hãc rationem, quod non concludit, quia quãuis non procedatur in infinitum in mouentibus & mobilibus, tamẽ non oportet deuenire ad motorem, qui nõ mouetur, imo peruenitur ad motorem qui mouetur, non quidẽ ab alio, sed à seipso, sicut graue, remoto detinẽte, mouetur à seipso: & sic videtur ꝙ ratio Arist. nõ valeret omnino quod est fatuum concedere, quare &c.

Tex. c. 8.

Rñsio ad obiectiõrs cõtra põnẽ autho.

Ad primum istorum dico breuiter, ꝙ Aristo. non intendit negare nisi quod ipsum graue inanimatum mouet seipsum per se de potentia essentiali ad actum, non autem dicere vult, ꝙ non sit per se motiuum suĩpsius de potentia accidẽtali: & hoc modo pono ipsum mouere seipsum per se, i. per sui naturã. Cum ergo dicit Aristo. quod hoc est vitale, s. mouere seipsum localiter, & est propriũ animatorum. Verum est mouere seipsum de potentia essentiali ad actum, ipsum enim animal habet potentiã essentialem ad talem motum, eo ꝙ ipsi animali, dum est animal actu, potest deficere aliqua essentia necessaria requisita in ipso ad talem motum, s. species ipsius appetibilis, ꝓpter quod debet moueri, & actus mouendi, qui est principium propinquum talis motus processiui, vt habet videri Tertio de Anima, & in de Motibus animalium. Sed graue inanimatum, vt lapis & huiusmodi, non sic est in potentia essentiali ad suum motum, quia nulla potentia, quæ sit nata esse in ipso & requisita ad talem motum & præsupposita ad talem motũ deficit ei, immo in se habet omnem essentiam, quã natũ est habere, ꝙ debet esse principium per se talis motus: & ideo nõ est in potẽtia essentiali ad huiusmodi motũ, eo modo quo simul animal est in potẽtia essentiali: quare non mouet seipsum de potẽtia essentiali tali modo, & sic intelligendũ est dictũ Aristo.

Ad auctoritatem sequentẽ dico, ꝙ ipse intelligit & loquitur de graui in potentia essentiali. Illud enim sine dubio non habet in se principium actiuum motus deorsum quãdiu est graue in potẽtia essentiali, sed solũ habet principium passiuum in se ad recipiẽdum formam, quã consequitur talis motus, verbi gratia. Aer, quãdiu est aer, est graue in potentia essentiali & ad motũ deorsum: & tunc non habet principium actiuum motus deorsum, sed principium receptiuũ formæ grauis, quã consequitur ille motus, s. materiam: & habet bene potẽtiam receptiuã illius motus, quæ quidem potentia tẽpore præcedit ipsum motum, ſm Cõmẽtatorẽ in isto Octauo prope principium.

Comẽ. 4.
Comẽ. 12.

Et in isto etiam capĩo vbi vult ꝙ potentia tempore præcedens motum grauis aut leuis est in illo ex quo generatum fuit graue aut leue. Sed actu graue bene potest habere principium per se actiuum sui descensus, & per se principium receptiuum modo prius dicto. Nec istud intendit Aristo. vt puto negare. Verũ enim est, ꝙ actu graue nõ indiget motore per se extrinseco, & hoc plane dicit Cõ-

E mentator in isto capĩo, vbi loquitur sic, potẽtia enim ad motum quã contingit inueniri in corpore simplici, quando impeditur in tempore suæ generatiõis, qui moueatur ad suum locum naturalem ab aliquo impedimẽto, quando generatur in loco extrinseco, aut quando ipsum exit à suo loco naturali ab aliquo extrahente, nõ indiget ad hoc ꝙ exeat in actum motore extrinseco essentialiter, cum sit potentia accidentalis, sed non negat ipsum indigere motore intrinseco, vt dictum est prius. Per idem ad auctoritates Cõmentatoris. cũ ipse dicit in Tertio Cœli & Mũ. quod declaratũ est de elementis, ꝙ non mouentur, dico, ꝙ ipse intendit ea non mouere seipsa de potẽtia essentiali ad actum, sed ex tali potentia mouentur à generante: & hoc est quod subdit, cum non mouentur in loco nisi à generante. hoc enim non põt intelligi de motu grauis actu existentis in potẽtia accidentali: quia contingit cum tale graue mouet, generans, quod est corruptum. Relinquit ꝙ ipse itelligit de illo motu cui correspõdet potẽtia essentialis.

Comẽ. 12

F Ad aliam cũ dicitur, ꝙ lapis non mouet se essentialiter dico, ꝙ verũ est de potentia essentiali modo ꝓsupposito & exposito: sed bene mouet seipsum per sui naturam de potentia accidẽtali: & simul dum mouet seipsum de potentia accidentali mouet aliquod aliud de potentia essentiali, s. mediũ, in quo mouetur, simul dico tempore. Et hoc est quod vult dicere Cõmentator in verbis sequẽtibus, cum dicit. Et omne quod se mouet accidẽtaliter, i. de potentia accidẽtali, necesse est vt moueret se, qa essentialiter mouet aliquod motum à se, i. ita ꝙ simul mouet essentialiter aliquid aliud à se, ita ꝙ ly. quia, ibi dicit concomitantiam, & non proprie causalitatem. motus enim mediĩ non est proprie & per se causa motus grauis ꝑ medium descendentis, sed magis e conuerso, motus grauis debet esse causa motus mediĩ, vt prius dictum est. Quod igitur concludit Cõmentator, ꝙ lapis non mouet essentialiter nisi aerem. Verũ est de potentia essentiali, & mo-

G uet se, quia sequitur motum aeris, i. mouet se tali motu, ꝙ concomitatur motum aeris. Vt si aliquis velit dicere ꝙ lapis mouet se, quia mouet, aerẽ, i. ꝙ ipse motus aeris sit causa actiua motus lapidis. tunc quæratur, an ipse motus aeris sit per se causa descensus lapidis aut pure per accidens. Si dicatur, ꝙ est causa per se actiua, tunc arguitur, quicquid est per se causa causæ ẽ per se causa causati: hæc est manifesta cuilibet intelligenti, sed ipsum graue est per se causa actiua motus talis, vt conceditur: lapis enim mouet aerem essentialiter. si igitur motus aeris est per se causa motus grauis, & sequitur vlterius, ꝙ ipsum graue sit per se actiuum sui motus grauis. & sic graue habet per se potentiam actiuam sui motus, & illa necessario requirit potentiam per se receptiuam ipsius, quæ non potest esse nisi in ipsomet graui: vt manifestũ est. igitur actu graue habet potentiam per se actiuam, & potentiam per se receptiuam sui motus, & vtrũqꝫ inest ipsi graui per eius naturam: quare relinquitur propositum principale, s. ꝙ graue sit per se motiuum sui ipsius.

H Si autẽ diceretur, ꝙ motus aeris est causa actiua motus grauis solum per accidẽs: & hoc est impossibile: quia sola per se sunt necessaria, & omnia sunt per se, vt vult Aristo. & Lincoñ. super Primum Poste. illo capĩo. Si igitur demonstratiua scientia est ex necessarijs. Et idẽ habetur ex multis alijs auctoritatibus Aristo. vt ostẽsum fuit in primo huius. modo, constat ꝙ motus mediĩ factus à graui descendente, sicut est actiuus motus grauis, ita necessario ẽ esse actiuus, nunquã enim contingit ꝙ graue moueat medium quin illud motũ moueat ipsum graue supposito ꝙ ipsum quandoqꝫ moueat actiue, vt manifestum est cuilibet intelligenti. sic hoc nõ conueniret ipsi motui aeris solũ per accidens, sed per se, s. ꝙ esset actiuus talis motus. Item, si sic dicatur, sequit ꝙ motus mediĩ ẽ cã actiua motus grauis solũ ꝑ accidẽs. Quæritur quid est illud accidens, & forte nõ poterit assignari, & si fingendi detur licentia. Item, omne per accidens cõtingit nõ ẽ Octauo huius, et Decimo Metaphy. Text. c. 18.

Stergo

Text.c.xx. Si ergo motus aeris, in quo graue descendit, esset cā actiua illius motus pure p accidens, tunc cōtingeret illud nō esse actiuum illius motus, & sic graue descenderet in medio, & tamen non moueretur actiue ab ipso medio, quod haberetur pro impossibili ſm istos. Relinquitur ergo, ꝙ, si motus mediū sit causa motus ipsius grauis actiua, s. descendētis deorsum per medium, ꝙ sit causa actiua per se illius, & sic redit propositum principale, vt deducebatur statim, s. ꝙ graue est motiuū suījpsius per se. Ad aliud dictum Cōmentatoris, ꝙ potentiam præcedens motū, non est in moto nisi violente &c. Dico, ꝙ ad hoc vt aliquid sit in potentia proprie ad aliquem motum requirit ꝙ sit priuatum illo motu, & ꝙ habeat aptitudinem ad recipiendum illum. & istud est manifestum de potentia p̄cedente actum. Tunc dico, quod potētia præcedens hūc motum non est in moto nisi violente, sine dubio verum est de potentia quātum ad priuationem illius motus. nō enim est priuatum illo motu, dum est sursum nisi per aliquod detinens ꝙ ipsum præter suam naturalem inclinationem detinet sursum, vt columna aut aliquid talium. Sed quantum ad aptitudinem recipiendi talem motū nō est in ipso moto per violentiam, immo per sui naturā habet aptitudinem ad talem motum recipiendum, inquantum est in potentia ad vbi deorsum. Ad aliam auctoritatem, cum dicitur, ꝙ mouens & motum essentialiter sunt distincta ſm positionem: Considerādum ꝙ istud dictum non potest vniuersaliter esse verum de omni per se motore & moto: certum enim est, ꝙ motor cœli est eius motor per se, & tamen cœlū & suus motor non sunt duo ſm positionem, cum motor cœli nō habet aliquam positionem aliam, eo quod est separatus à magnitudine ſm subsistētiam, vt patet ex isto Octauo. Item, anima animalis est principium per se motiuum ipsius, vt probatū est prius, & ostensum est hanc esse intentionem Cōmentatoris. & tamen anima & corpus non sunt duo ſm positionem, vt omnes concedūt, loquendo de anima quæ est actus corporis. Et sic manifestū est, ꝙ illa propositio nō est intelligenda vniuersaliter, sed est intelligenda de per se motore corporeo, quod mouet ex potentia essentiali. Iste enim motor & suum motum sunt relatiua resolutione alicuius contrarietatis, vt non possint simul in eodem loco simpliciter esse, vt ignis generās ignem ex aqua est aliquomodo cōtrarius ipsi aquæ & e conuerso ſm dispositiones, & ideo oportet, ꝙ sint duo ſm positionē. Similiter pars quantitatiua corporis, in qua principaliter est virtus motiua, s. media pars cordis, vt cōmuniter dicit, habet quandam cōtrarietatem ſm dispositiones ad alias partes, quæ est mouens corporeū, quod mouet alias partes motu locali, & est diuersa ſm positionem ab alijs partibus corporis. Similiter & in quolibet alio motore, qui est corpus, & qui mouet de potētia essentiali prius exposita, sed de motore, qui non mouet de potentia essentiali illo modo prius dicto, non oportet ꝙ ipse & suum motū sint duo ſm positionem. graue autem in actu non mouet seipsum de potētia essentiali, s. ita quod ei deficiat aliqua essentialis potentia, quę sit principium illius motus, ideo non est contra dicta. Et quod hæc sit intentio Cōmen. patet inspicienti sequētia, vbi dicit, & ꝙ motor in eis essentialiter sit generans: quod non est verum nisi de motore ex potentia essentiali: vt prius dicebatur. ergo sic apparet ꝙ auctoritas Aristo. & Commen. non contradicunt illi positioni visa diligenter intentione eorum.

Potētia essentialis capit multis modis.

AD rationes sequentes. Ad primam cum dicit. Illud quod non est in potētia essentiali &c. dico, ꝙ potentia essentialis accipitur multipliciter. Vno modo pro potentia existente in ipso subiecto cui deficit aliqua essentia requisita ad illum motum, & cum hoc illud subiectum habet aliquam formam contrariam illi formæ, quā sequit talis motus. verbi gratia, aqua est in potentia essentiali ad vbi sursum hoc modo, quia sibi deficit aliqua essentia requisita ad talem motum, & habet formam contrariam illi formæ, quā sequitur motus sursum, s. grauitatem contrariam leuitati. Alio modo dicitur potentia essentialis potentia quæcunque existēs in subiecto aliquo, cui deficit essentia aliqua requisita ad illum actum, quāuis non habeat actum aliquē contrariū illi actui, qui sibi deficit, vt sensitiuum, cum nō habet speciem sensibilis, est in potētia essentiali ad sentire, eo quod deficit ei aliqua essentia requisita ex parte ipsius ad actū sentiendi, s. forma sensibilis: quāuis non habet aliquā formam contrariam alteri formæ quā consequitur sentire. Alio modo dicitur potentia essentialis quæcunq; potentia, quæ per suam essentiam ordinatur ad aliquē actum, vt ad suum per se finem, quāuis subiecto illius potentiæ non deficiat aliqua essentia requisita ad illum actum, vt principiū illius, nec habet formam contrariam alteri formæ. Et ꝙ isto modo sumatur potentia essentialis, probo sic. quia constat, ꝙ omni motori per se correspōdet potentia essentialis in suo per se mobili: & hoc omnes concedunt. motor autem cœli est motor per se ipsius corporis cælestis, vt etiam oēs concedunt: ergo oportet ꝙ ipsum cœlum sit in potētia essentiali ad huiusmodi motum, sed manifestum est ꝙ ipsum cœlum non est in potentia essentiali ad motum cœli, ita ꝙ non caret aliqua essentia, quæ sit per se principium talis motus, quem natū sit habere, immo ipsum corpus cœleste de se est summæ dispositum ad motum suum circularem. nec indiget recipere à motore aliquā dispositionem, aut formam, quæ præcedat illum motum: nec habet etiam aliquā formam contrariā alteri formæ, quā cōsequitur motus circularis. Qualiter igitur est in potentia essentiali ad talem motum, nisi quia habet potentiam, quæ per sui essentiam ordinatur ad receptionem talis motus. Potentia ergo essentialis ad actū aliquem potest dici omnis potentia, quæ per suam essentiam ordinat ad actum illum. Et per oppositū, diceretur potentia esse Accidentalis ad aliquem actum accidentaliter, quæ per essentiam suam nō ordinatur ad illū actū, sed ad alium. vt si diceremus ꝙ potentia ad caliditatem in summo est potentia ad raritatem, ista est potentia accidentalis: quia ista potentia per suam essentiam non ordinatur ad actum talem, s. ad raritatem, sed ad caliditatem, quā comitatur raritas aut leuitas. Modo, cum dicitur in ratione, ꝙ non est in potentia essentiali &c. Verum est, ꝙ nullo modo est in potētia essentiali &c. Et, cum dicit, ꝙ actu graue non est in potentia essentiali ad motū deorsum. Verū est duobus primis modis, sed Tertio modo bene est in potētia essentiali: & hoc bene sufficit ad hoc, ꝙ requirit virtutem per se actiuam talis motus: sed, si sic esset in potentia accidentali ad talem motū, ꝙ nullo modo haberet aptitudinem per se ordinatam ad illum, verū est ꝙ non indigeret per se motore. Item aliter possumus dicere, cū dicitur illud, quod non est in potētia essentiali &c. verum est ꝙ non indiget motore per se extrinseco propinquo, sed bene potest indigere motore per se intrinseco, qui sit per se causa elicitiua talis actus. vt intellectus habens in se habitū scientiæ non est in potētia essentiali ad speculari, saltem primis duobus modis, s. principium intellectus potentiæ essentialis: & tamen bene est assignare principium per se elicitiuum talis actus speculandi in ipso intellectu, quicquid sit illud, siue sit intellectus agens siue habitus scientiæ, siue species intelligibilis, vt concedit maior pars Philosophantium huius temporis. Sic in proposito, quāuis actu graue sursum existēs non sit in potentia essentiali ad motū deorsum illis duobus modis qui dicti sunt, & ideo ad motum eius non requiritur mouēs per se extrinsecum propinquum & proprium, tamen bene requiritur principium per se actiuū illius motus intrinsecum, & ideo non est contra dicta. Alia rñsio.

Ad aliam cum dicitur, ꝙ tunc non indigeret in motu suo medio: dico, ꝙ immo, cuius ratio est: quia ad omnē motum continuum & successiuū necessaria est resistentia alicuius mobilis ad motorem, vt dicit Cōmentator

Comē. 71.

in Quarto huius, modo quãuis actu graue habet potentiam per se receptiuã sui motus, non tamen habet aliquã resistentiam ad ipsum motorē. Mobile enim proprie nõ resistit motori nisi per alterũ istorum, aut quia habet naturalem inclinationem ad oppositũ, vt corpus animalis habet naturalem inclinatioonem ad motum deorsum, & per hanc resistit mouenti sursum, vt animæ aut quia habet aliquã formam contrariam formæ ad quã est motus: aut quia habet vbi oppositum illi vbi, vel diuersum ab illo, in quo motor intēdit ipsum ponere, & ad aliud vbi naturalem habet aptitudinem, sicut sol existens in vbi orientis: habet vbi oppositum ad vbi occidentis: & habet aptitudinem naturalem ad vnumquodque istorum vbi: nunc ipsum actu graue non habet aliam virtutē vel aptitudinem naturalem ad vbi oppositum illi, ad quod mouetur. Cum enim moueatur ad vbi deorsum, propter quod necessarium est mediũ quod habet talem resistentiam, ratione cuius fit successio in illo motu. vnde, si esset vacuum, in ipso nullo modo fieret motus grauis in animari, vt dicit Aristo. in Quarto huius, & fuit declaratũ superius. Et, si dicas ꝙ ad omnem motum necessaria est resistentia mobilis ad motorem, mobilis dico quod mouetur illo motu, dico ꝙ non verum est, nisi in motu quo aliquid mouetur de potētia essentiali ad aliquem actum, loquendo de potentia essentiali fm duos primos modos. sed, si sit motus de potentia accidentali, non est necesse ꝙ ipsum mobile resistat motori, sed sufficit ꝙ aliquid aliud resistat ei, & sic est in proposito. Ipsum enim medium, in quo fit motus grauis, s. aer aut aqua, resistit ipsi motori, inquantum vnumquodq; istorum habet naturalē inclinationē ad aliud vbi, q̃ ad vbi deorsum simpliciter, ad quod moueť, per quod mouetur actu graue simpliciter, similiter autē de leui suo modo. Ad aliam, cum dicit, ꝙ tũc idem fm idem &c. dico, ꝙ ista ratio breuiter esset contra viam cõmunem, sicut contra viam prædictam. si enim contingeret esse impossibile, ꝙ idem & fm idem simul habet potentiam per se actiuam & per se receptiuã eiusdem. Similiter erit impossibile ꝙ idem simul & fm idem habet potentiam actiuam per accidens, & potentiam per accidens receptiuam eiusdem: qa, si potētia per se actiua & potentia per se receptiua eiusdem sunt oppositę sibi, similiter potentia actiua per accidens & potentia receptiua per accidens eiusdem eruot oppositæ: & sic ipsum graue non habebit potentiã actiuam per accidens & potentiam receptiuam per accidens sui motus, quare non mouebit seipsum per accidens, cuius oppositũ conceditur cõmuniter. Vnde soluãt ipsi istam rationem pro quanto est cootra eos, & ego soluam eam pro quanto est cootra me. Dico tamen propter iuniores, quod fm Cõmen. non est inconueniens vnũ & idem simul et fm eandem partem essentialem sui, s. fm formam substantialem suam, habere potentiam actiuam & potentiam passiuã siue receptiuã per se eiusdem alio & alio modo, sed eodē modo bene esset impossibile. Modo, dico ꝙ actu graue per suam formã habet actiuam sui motus, & inquantũ est forma, & per eam habet virturem receptiuam sui motus, inquantum est in materia: & hæc est intētio Cõmentatoris plane in Tertio Cœli & Mun. Cõmen. 28. vbi sic dicit. lapis enim mouet se inquantum est grauis in actu, & mouetur, inquantum est in potentia inferius. Et causa in hoc quod inuenitur vno modo in actu, & alio modo in potētia est, quia componitur ex materia & forma. forma igitur eius mouet inquantum est forma, & mouetur fm ꝙ est in materia. Intelligit ergo Cõmenta. ꝙ ipsum graue per suam formã, fm quod sua forma eius propria habet virtutem actiuam sui motus, s. grauitatem, & per eandem formam fm quod est in materia prima illius grauis habet potentiam receptiuam illius motus, s. potentiã ad inferius. Et hoc est quod dicit Cõmentator ibidē paucis interpositis, nõ enim lapis est motus, nisi fm quod est in potentia ad inferius, & est motor, fm quod est grauis.

Comē. 71. Nõ oē mobile resistit suo motori.

E

F

G

H

Per idem potest dici ad vnum argumentum cõmune, ꝙ idem simul & fm idem erit in actu & in potētia respectu eiusdem. Verum est, sed non ratione eiusdem & eodem modo, sed alio & alio modo: & hoc non est inconueniēs. Nam ipsum graue per suam formam, fm ꝙ est eius forma, est in actu virtuali respectu sui motus, & per eãdem formam, fm quã est in materia erit in potentia receptiua ipsius. Et est considerandum diligenter propter solutiones quarũdam sophisticationũ, ꝙ potentia actiua duplex est, quantum spectat ad propositum. Quædam est potentia actiua, cuius effectus est eiusdem speciei cũ causa, vt caliditas efficit caliditatem, & frigiditas frigiditatem, similiter autem & in alijs: & talis potentia actiua nuoquam est in eodē simul & fm idem cum potentia receptiua sibi correspõdente. Nunquã enim aliquid habet caliditatem actu sibi inhærentem, & potentiam receptiuam caliditatis simul & fm idem, potentiam dico remotam ab actu. Alia est potentia actiua, vt potentia actiua, quæ non est eiusdem speciei cum suo effectu, vt potentia augmentatiua non est eiusdem speciei cum augmentatione, & similiter grauitas oon est eiusdē speciei cum motu deorsum: & talis potētia actiua bene potest simul esse in eodem subiecto cum potentia receptiua & fm eandem partem principaliter, licet non omoino eodem modo, sic autem est in proposito. Considerandum tamen etiam fm Cõmentatorē in. 2. Cœli & Mun. ꝙ grauitas nõ agit motum ipsius grauis, nisi cum graue est extra medium, nec tamen sequitur ꝙ esse extra medium sit causa agens principaliter huiusmodi motus, sed est dispositio agētis, & hoc decepit Themistium, vt dicit Cõmentator ibidē.

Potētia actiua est duplex.

Cõmē. 22.

Ad aliam cum dicitur. ꝙ ratio Aristo. ad probandum motorem primum esse immobilem non valeret, dico ꝙ immo valet oecessario, si recte iotelligatur. Ad cuius intellectum est considerandum, ꝙ omne quod mouetur de potentia accidētali posterius est aliquo motore, quo mõuet aut mouit de potentia essentiali. sicut actu graue, quod seipsum mouet de potentia accidentali, posterius est suo generaote, quod mouit de potētia essentiali. similiter autem & io alijs suo modo. Nunc autem mouens de potentia essentiali necessario est distinctum à mobili, quod mouetur ex potentia essentiali. si ergo non procedatur in infinitum in motoribus & mobilibus, oportet pueoire ad aliquem motorem, qui non mouetur: hoc est manifestũ. aut igitur ille motor nullo modo mouetur, aut ipse mouetur à seipso. si nullo modo mouetur habetur intētum. si mouetur à seipso & mouet seipsum, aut mouet se de potentia essentiali, aut accidentali. si de potentia essentiali, tunc oportet ꝙ in ipso motor sit distinctus à moto, tunc quæritur de illo motore, aut mouetur, aut non. si non, habetur intentum. Si mouetur, tunc quæro, vtrum moueatur de potentia essentiali, aut accidentali. si de essentiali, tunc sicut prius reuertitur quæstio de suo motore, & sic in infinitum. si autem dicatur, ꝙ iste motor mouet se de potentia accidentali, tũc iste motor est posterior alio motore, qui mouet de potentia essentiali, & tunc quæratur de illo motore, aut mouetur, aut non. si non, habetur intentum. si mouetur, aut mouetur à se, aut ab alio. si à seipso, aut de potentia essentiali, aut accidentali, & vt sic semper reuertitur quæstio, vt prius, aut oportet deueoire ad motorem, qui nullo modo mouetur. sic ergo valet ineuitabilis ratio Aristo. quãuis concedatur, ꝙ graue sit motiuum suĩpsius per sui naturam. In hac autē ratiooe gaudebat animus meus cum laude Dei, & cum gratijs ad illum, qui eam incœpit.

AT rationes in principio quæstionis adductæ nõ concludunt contra hanc positionem, sed ꝙ defectus sit in eis patet diligēter inspicienti prædicta. Hæc sunt, quæ de ista difficili quæstione potui congregare, ꝙ si quis positionem quã scripsi non acceptet, iustum est vt eam demonstratione improbet, & rationes pro ea soluat. Aliter enim non est ei credendum, Sciant etiam Posteriores ve-

Rsisiones rationũ in pricipio q̃stionis adductarum.

ritatis

ritatis plus quã famositatis in animis amici, q hanc positionem non omnino probaui ex inuentione mea, sed ex traditionibus cuiusdam doctoris Theologi, quem inter meos contemporaneos puto vnum de subtilibus expositoribus Cõmentatoris & Aristo. addidi tamen aliqua ad ordinatam huius positionis declarationem & confirmationem, quæ ab aliis nõ suscepi nisi ab Aristo. & Cõmentatore, quæ, & si probabilia sunt & vera teneantur, si aũt non, remoueantur ratinnibus demõstratiuis: & sic tandẽ huius difficillimi problematis veritas apparebit.

QVAESTIO XII.

An generans graue, dum ipsum generat, sit immediatum sui motus principium.



Onsequens quæstio est. Vtrum generans, quod generat graue, sit principium actiuũ immediatum motus ipsius grauis, dum generatur. Et arguitur primo q sic, qa principium actiuum immediatum illius motus deorsum aut est ipsum generans, aut virtus ipsius grauis q generatur & mouetur illo motu, per sufficientem diuisionem, sed non est dicendum q virtus grauis dum generatur & mouetur tali motu sit principium actiuum talis motus immediatum, s. grauitas facta à generante, qa tũc simul haberet principium actiuum & principium receptiuum illius motus: cum enim moueat illo modo & recipiat ipsum, oportet q habeat potentiã receptiuã eius, si igitur cum hoc haberet virtutem actiuã illius motus, sequitur quod dictum est, ergo relinquitur q generãs sit immediatum principium actiuum talis motus.

OPPOSITVM arguitur, quia motus naturalis vnius fm speciem debet eẽ ab vno motore immediato & propinquo fm speciẽ: hæc videtur manifesta. sed motus ipsius grauis, cum ipsum graue iam est generatum, & eius motus naturalis cum generatur est vnus fm speciẽ, s. motus ad vbi deorsum, vt manifestum est, ergo debet esse à motore propinquo & immediato vno fm speciem. Constat autem q generans non est propinquum & immediatum principium actiuũ motus actu grauis, cum iam est generatum, vt lapidis descendentis deorsum: quia cum est talis motus contingit generans non esse aut non esse propinquum, & iterum graue fm hoc actu non moueret seipsum. ergo similiter, dum ipsum graue generaĩ, generans non est principium actiuũ immediatũ illius motus.

CONCLVSIO.

Generans graue non immediatum principium actiuum illius motus deorsum, quo ipsum graue mouetur, dum generatur.

[Co]nclusio [c]õm[un]a. AD quæstionẽ potest dici ad pręsens, q ipsum generans, quod generat ipsum graue, non est immediatum principiũ actiuũ illius motus deorsum, quo mouetur graue dũ generatur. & hoc potest probari sic, à motore propinquo & immediate debet procedere motus immediatus, non alio mediante: hanc recipio pro manifesta. & hoc etiam videmus in primo motu, q ipse procedit immediate effectiue à primo motore nullo alio mediante, quod prius efficiatur. Similiter à caliditate pcedit calefactio nullo alio mediãte, quod prius efficiatur calidum ab eo. Sed, dũ graue generatur & descendit deorsum, descensus eius non procedit ab ipso generante sine medio, immo mediante forma & virtute eius: & hoc est manifestum, vt omnes concedunt. ergo motus non est à generante tãquã à motore propinquo & immediato. Et

[Co]mẽ.24. hæc est intentio Commentatoris, & eius ratio in Tertio Cœli & Mun. vbi sic Inquitur Cõmentator. Quemadmodum igitur cætera accidentia existentia in re generata non existunt in ea nisi à generante, tamen mediãte forma generati, quæ fit à forma generante, ita est de hoc motu. Verbi gratia, q, cum elementũ fit ignis, statim in prima parte eius, in qua est igneitas ab igne generante, exi-

E stunt omnia accidentia ignis, fm quod ignis est. Et vnus eorum est motus ad superius, quoniam fm q in parte generata existet de parte leui, fm hoc existet in ea de motu leuis corporis, & de aliis accidentibus propriis: sed tamẽ quia non existunt à generante nisi mediante generato. Et motus primo & essentialiter fit à motore nullo alio mediante: & propter hoc ille motus non est primus neq essentialis à motore extrinseco, sed à forma moti. Et ideo habet proprium ille motus, vt per eum moueaĩ res per se, cum aliquid non impedierit ipsum per violẽtiam, s. cũ impediens quieuerit fm istum modũ assimilatur ei quod moueatur per se. vult ergo Cõmentator q ipsum generans non est immediatum principium actiuum illius motus, sed propinquius est forma grauis. Et q hæc sit intentio Cõmentatoris manifestum est per illud, quod cõcludit, ideo habet proprium ille motus vt per eum moueaĩ res per se. aut enim intelligit q graue mouetur isto motu

F per se actiue aut passiue solum. si actiue habeo ppositũ. si passiue solum, hoc est impossibile. quia tũc hoc non esset proprium huic motui. nam in alio motu mouentur corpora mota per se passiue, vt in multis alterationibus naturalibus, quibus alterabilia alterantur per se passiue, & in omnibus motibus cęlestibus, quibus corpora cęlestia mouentur per se passiue. Et confirmantur per quoddam dictum eius in eodem Cõmento parum post verba prǽinducta, vbi dicit sic, neq etiam numerãtur inter ea quæ mouentur ab extrinseco. Inquitur de graui dum moueĩ à generante, quia non mouetur hoc motu ab extrinseco sine medio. Vult ergo Cõmentator q hoc motu moueĩ graue ab extrinseco per medium, & per hoc non dicitur moueri illo motu simpliciter ab extrinseco, aut ergo intelligitur per medium actiuum illius motus, aut per mediũ receptiuum. si per medium actiuum illius motus, habeĩ intentum, s. q generans nõ est immediatũ principiũ actiuum illius motus. si per medium receptiuum, tunc simi-

G liter posset dici, q materia non numeratur inter ea, quæ moueñ motu generationis ab extrinseco, quia nõ subiicitur generationi ppriæ dictæ nisi mediantibus prius inductis dispositionibus à generãte: & sic nõ moueĩ motu generationis ab extrinseco, quod tamen est inconueniẽs concedere: quia ipsum generans est extrinsecum fm esse à materia generati, licet aliquo modo sit intrinsecũ forte fm contiguationem aut fm continuationem quandã, vt probatum est in quæstione de intrinsicitate agentis naturalis. videtur ergo esse intentio Cõmentatoris, q generans non est immediatum principiũ actiuum ipsius motus grauis cum generatur, sed propinquũ principiũ actiuum est forma ipsius grauis. similiter autẽ & de leui suo modo. Posset etiam probari per rationem adductã prius ad hãc partem, s. qa motus vtriusq grauis, cũ sit idẽ specie, debet esse à motore vno specie Imediate: & deducaĩ vt prius, huic enĩ rationi innituntur tãquã demonstratiue. imaginabitur ergo fm istam viam, q cum ignis gene

H rat ignem ex oleo, prius efficit leuitatem ignis in materia olei, & mediante illa leuitate tãquã mediante agente ppinquo efficitur motus ad superius, & quanto perfectior fuerit omnino leuitas tanto fiet magis sursum. &, cũ fuerit omnino cõpleta leuitas, complebitur vbi sursum, nisi aliquid detineat violenter. similiter autẽ & de graui suo modo. Et ex hoc aliqui concludunt satis subtiliter, q generatio ignis potest incipi in sphæra aeris, sed non cõpleri, quia cõpleta est cum est sursum simpliciter, & hic est locus ignis non aeris, vt patet Quarto Cœli.

Ratio in oppositum soluta est in quæstione pcedente.

Ad dicta autem, & sic intendentibus, sic contingent eadem hæc. Si vero ab eo quod mouetur mouetur omne quod mouetur, aut hoc rebus inerit, sed fm accidens: quare mouet quod quidem mouetur, non tamen propter id quod Tex. c. 36.

mouetur

mouetur ipſum ſemper aut non, ſed per ſe. pri-
mum quidem igitur ſi ſm accidens, non ne-
ceſſe eſt mouere quod mouetur. ſi autem hoc
eſt, manifeſtum eſt, ꝙ contingit aliquando ni-
hil moueri eorum quæ ſunt &c.

QVAESTIO XIII.

An ſit aliquod mouens penitus immobile.



Ic poteſt quæri. Vtrum ſit aliquod mouens
penitus immobile. Et arguitur primo ꝙ
non, quia ab vno & eodem imobili non, p-
cedunt imediate diuerſa: hoc habetur in Se-
cũdo de Generatiõe, & in iſto Octauo, ſed
Text, c. 15. à primo motore procedunt immediate diuerſa, ſ. diuerſæ
circulationes, vt patet ex. 12. Metaphy. & Cõmentator
Text, c. 35. dicit, ꝙ primum mouens mouet hoc motu ſine medio:
& loquit̃ de primo motu, qui eſt circularis cõpoſitus ex
diuerſis circulationibus ſuccedentibus. ergo primũ mo-
uens, de quo maxime videtur, nõ eſt omnino intranſmu-
tabile. Item, omne efficiens eſt aliquo modo mobile:
finis enim mouet agens, vt habet̃ ex Secũdo Metaphy.
ſed primus motor eſt cauſa efficiens ipſius primi motus,
ſm Cõmentatorem. 12. Metaphy. vbi vult, ꝙ in ſepara-
Text, c. 8. tis à materia idem eſt efficiẽs & finis &c. Item, omne
quod itelligit & appetit eſt mobile: intellectus enim mo-
uetur ab intelligibili, & volũtas ab appetibili Tertio de
Anima: ſed primum mouens intelligit & appetit, vt pa-
Text c. 54. tet. 12. Metaphy. ergo &c. Item, illud, quod eſt intrin-
Text, c. 51. ſecum mobili eſt mobile: motis enim nobis mouent̃ om-
nia quæ ſunt in nobis. Sed primus motor eſt intrinſecus
mobili primo, aliter enim motus primus non videretur
eſſe naturalis: ergo &c.

OPPOSITVM arguit̃ auctoritate Ariſto. in iſto cap.

Text, c. 36. CONCLVSIO.

Primum mouens moueri per ſe vel per accidens proprio motu eſt impoſſibile, poſſibile autem eſt ipſum improprie moueri.

AD quæſtionem eſt dicendum breuiter, ꝙ primus
motor eſt omnino imobilis motu proprie dicto.
Et, pbatur multipliciter. Primo, quia, ſi primus
motor mouetur motu proprie dicto, aut moueretur à ſe,
aut ab alio, per ſufficientem diuiſionem: non ab alio, qa
ſic non eſſet motor primus, immo illud aliud à quo mo-
ueretur: mouens enim eſt prius moto. ſi autem à ſeipſo,
aut moueretur ex potentia eſſentiali ad actum, aut ex po-
tentia accidentali. non autem ex potentia eſſentiali, quia
omne quod mouetur mouetur ab alio, vt oſtenſum eſt
prius, ſi autem ex potentia accidentali, tunc eſſet aliquod
mouens prius eo. Omne enim quod mouet̃ de potentia
accidentali ad actum eſt poſterius aliquo mouente, quod
mouet, aut mouit de potentia eſſentiali, ſicut graue actu
exiſtens ſurſum & deſcendens deorſum eſt poſterius ſuo
generante, quod mouet de potentia eſſentiali ad actum:
& ſic primus motor non eſſet primus, quod eſt impoſſi-
bile. quare &c. Item, ſi omne mouens moueretur, aut
hoc ineſſet ipſis mouentibus per accidens, ſ. quod nõ mo-
uerent niſi mouerentur, aut hoc deberetur eis per ſe. non
eſt dicendum, ꝙ per accidens: quia per accidens non eſt
neceſſarium, immo contingit ipſum non eſſe, & ſic con-
tingeret mouens non moueri. Sed non mouet niſi mo-
ueatur, vt tu ponis: quia dicis, ꝙ omne mouẽs mouetur.
ergo contingeret omnino non eſſe motum: quod eſt im-
poſſibile, quia motus eſt perpetuus, vt prius probatum
eſt. Si autem dicatur, ꝙ omne mouẽs mouetur, & hoc
conuenit ei per ſe. tunc arguitur, aut mouetur eadem ſpe-
cie motus, qua mouet, aut alia. non eſt dicendum ꝙ eadẽ
ſpecie motus, quia irrationabile eſſet dicere, ꝙ omne do-
cens doceretur, & ꝙ omne ſanans ſanaretur ſm eandem
ſpeciem ſanationis, qua ſanat, ſimiliter autem & in alijs.
Si vero dicatur, ꝙ omne mouens neceſſario mouet̃, alia

E tamen ſpecie motus q̃ illa qua mouet, ſequeretur, ꝙ ni-
hil mouebitur aliquo motu, quin oporteat eſſe aliquod
mouens, quod mouet illo motu & mouetur & eodem.
verbi gratia, nõ poterit aliquis ſanari, quin oporteat eſſe
aliquod ſanans, quod ſanatur ſm illam ſanationem: ſimi-
liter autem & in alijs. Et ad huius declarationem accipio
primo, quod ſpecies motuũ ſunt finitæ ſecundo, ꝙ ſemp,
cum aliquid mouetur à pluribus motoribus ordinatis ali-
quo motu, magis mouetur à priori q̃ à poſteriori, vt di-
cit io litera. & videtur etiam ex libro de Cauſis. Ponatur
ergo, ꝙ aliquis ſanetur ab ophthalmia, & ſanãs moueat̃
quadam alia ſpecie motus, quæcunq; ſit illa, oportet ꝙ
moueatur ab aliquo alio motore, quod mouetur. Et tũc
quæritur de illo ſecũdo motore, vtrum moueatur motu
illo ſanationis, quo mouetur mobile, aut alio motu. Si
illo motu, habetur propoſitum, ſ. ꝙ nihil mouetur motu
ſanatiõis ab ophthalmia, quin ſanatur illa ſanatione. Nã
illud ſecundũ mouens, à quo mouetur illud, quod imme-
F diate ponitur ſanare, magis mouet illo motu q̃ propin-
quum ſanans, vt patet ex ſecunda ſuppoſitione. Si vero
dicatur ꝙ illud mouens ſecundo acceptum nõ mouetur
illo motu, ſ. ſanationis ab ophthalmia, ſed alio motu, tũc
quæritur de motore eius, vtrum moueatur illo motu, aut
alio ſi illo motu, habetur propoſitum, ſi alio quæritur de
motore, qd̃ mouet illo motu. Et ſic, cum ſpecies motuũ
non ſint infinitæ, vt ſuppoſitum eſt, tandem diſtributis
omnibus ſpeciebus motuum ipſis motoribus, deuenit̃
ad hoc, ꝙ aliquod mouens ad propinquũ mouens moue-
bitur illo motu ſanationis: & ſic cũ mouens ſuperius ma-
gis moueat q̃ propinquum, neceſſe eſt ꝙ, cum aliquid ſa-
natur ab ophthalmia, ꝙ ſit aliquod mouens illo motu ſa-
nationis, ꝙ etiam mouetur illo eodem motu, ſ. ꝙ ſanatur
ab ophthalmia: quod eſt valde deriſorium. ſimiliter au-
tem & in alijs motibus. verbi gratia, ponamus ꝙ aliquis
diſcat grammaticam, tu ponis, ꝙ doctor, qui mouet illo
G motu, mouetur quadam alia ſpecie motus, tunc quæram
de motore, qui mouet illum doctorẽ grãmaticæ, vtrum
doceat Grãmaticam, aut moueatur quodam alio motu.
ſi primo modo habeo propoſitum, ſ. ꝙ, cum aliquis do-
cet in Grãmatica, oportet ꝙ doceatur in grãmatica ab
aliquo, qui docetur in ipſa grãmatica: quod eſt abſurdũ.
ſi vero mouens mouetur alio motu ſm ſpeciẽ, tunc quæ-
ro de eius motore, vt prius, & ſic, cũ non ſint infinitæ ſpe-
cies motuum, oportet ꝙ, cum omnes ſpecies diſtributæ
& aſſignatæ fuerint motoribus, ꝙ reuertatur ad hoc, ꝙ
aliquod mouens moueat̃ illo motu, ſ. ꝙ doceatur in Grã-
matica, & conſtat, ꝙ illud mouens, ad quod ſic peruenit̃,
magis mouet illo motu propoſito, q̃ alia mouentia po-
ſteriora. ergo nũquã aliquis docebit Grãmaticã, niſi ſit
aliqd̃ mouens docens Grãmaticã, quod addiſcat Gram-
maticam, quod eſt impoſſibile. qa addiſcere eſt ſm igno-
rantiã, & docere eſt ſm ſcientiam, vt dicit Cõmentator.
ergo impoſſibile eſt, ꝙ omne mouens per ſe moueat, ita
H tamẽ quod moueatur alio motu ſm ſpeciẽ ab illo motu,
quo mouet, nec eodẽ, vt probatum eſt. ergo nõ eſt dicen-
dum, ꝙ omne mouens moueatur neceſſario, nec per acci-
dens, vt probatũ eſt. ergo nullo modo verũ eſt, ꝙ omne
mouens moueat̃, ergo oportet eſſe aliquod mouens, im-
mobile. In hac autem ratione, multum notanda ſunt ver-
ba Ariſto. Sumit enim iſtam diuiſionem, ꝙ, ſi omne mo-
uens moueretur, aut hoc cõpetit rebus per ſe, aut per ac-
cidens, & poſtea ſumit, ꝙ accidentia nõ ſunt neceſſaria,
ſed contingit non eſſe. In quibus verbis manifeſtum eſt
Ariſto. intendere, ꝙ omne per accidens, ꝙ diſtinguitur
contra per ſe poteſt non eſſe, & ſic nullũ eſt pure per acci-
dens, quod eſt neceſſarium: cuius tamen oppoſitũ cõmu-
niter dicitur. per ſe enim & per accidens, quod quidẽ per
accidens contingit non eſſe, ſufficienter diuidunt omne,
quod ineſt alicui, ita, ſ. quod omne quod competit alicui,
vel competit ei per ſe, vel per accidens tali pro accidenta-
litate, quod contingit non eſſe. Conſtat autem, ꝙ illud,
quod

quod debetur alicui necessario, non debetur ei per accidens, sic, quod cōtingat nō esse. ergo omne, quod inest alicui necessario, inest ei per se aliquo modo perseitatis, & non pure accidens. In hoc autē manifesto testimonio Aristo. gauisus sum cōtra illos, qui pueriliter asserūt, aliqua esse pure per accidens inexistentia aliquibus, & nullo modo per se, & tamen necessario insunt eis. De hoc autē aliqua dixi in Primo huius, & forte alias dicā seorsum, si Deus voluerit. Item arguitur ad principale. quandocūq; aliquid est cōpositum ex duobus, quorū vtrūq; existit per se, & alterum eorum fuerit separatum à reliquo, necesse est, vt reliquū sit separatū. verbi gratia, si terra & aqua sunt in misto, & vtrūq; eorum per se, s. quod neutrum eorū est necessarium in esse alterius, & aqua fuerit separata à terra in aliquo loco, necesse est, vt terra sit separata ab aqua in aliquo loco. Similiter, si est aliquod compositū ex motore & moto, vt manifestū est: & inuenitur aliquod motum separatum à mouente, s. aliquod motum, quod non mouet aliquid aliud: aliter enim procederetur in infinitum, vt dicit Cōmentator, sicut forte terra mouetur ab alijs elementis, & nō mouet aliquod aliud inferius ea in situ aut perfectione, & ipsum primum mouens est aliquid per se existens, vt supponitur. ergo oportet esse aliquod mouens separatum à moto, s. quod non mouetur. Et istam rationem ponit Cōmentator ex verbis Aristo. vt patet inspicienti literam & cōmentū. Sed intelligendū est, quod motus accipitur dupliciter. Vno modo proprie, pro transmutatione, secundum quam aliquid se habet aliter nunc quam prius, & hoc modo intelligit Aristo. primum motorem non moueri nec per se, nec per accidens, & hoc etiā probatur eo, quod demonstrat in cōsequentibus, s. quod primū mouens non est corpus, nec virtus in corpore. Alio modo accipitur motus improprie & cōmuniter, pro quacūq; operatione rei, siue operatio illa sit diuersa à substātia, siue non sit diuersa realiter à substātia operante, & hoc modo primum principium motus, s. Deus ipse, potest dici moueri, quia, s. habet operationem immanentē, s. intelligere & amare seipsum: quæ tamē operationes sunt idem essentialiter cum ipsa substantia diuina, quia quicquid est in Deo est ipse Deus, vt habet videri. 12. Metaphy. & forte hoc modo intellexit Aristo. & Plato ipsum primum mouens moueri à seipso, & non primo modo.

Rñsiones. AD primā rationē cum dicitur, ab vno Imobili &c. potest dici, quod verum est diuersa actu diuisa et distincta abinuicem, sed ab vno immobili possunt procedere diuersa, quorum vnum non est alterum, non tamē diuersa actu & distincta abinuicē, sed cōtinua sibijnuicem, sicut partes alicuius totius: modo, sic est in proposito. nam circulationes diuersæ, s. quarū vna non est alia, procedunt à primo motore immobili immediatæ, s. non mediāte aliquo alio motore, sed non sunt distinctæ nec diuisæ abinuicem actu, immo sunt partes vnius totius motus continui, quarū vna succedit alteri continue, vt patet ex isto Octauo. Ad aliud potest dici, quod agens aliquē effectū propter finem acquirendum bene mouetur ab illo motu, qui differt à sua substantia, licet non moueatur ab illo motu cōtinuo & diuisibili: sed agens, quod agit propter conseruationē suę perfectionis & nō propter acquisitionem alicuius, quod ei deficiat, non oportet quod moueatur à fine motu proprie dicto à motu, qui sit transmutatio differēs à sua substantia, sed sufficit quod intelligat ipsum finē & appetat. & isti non sunt motus proprie & vere dicti, vt dicitur cōmuniter: hoc autem modo motores corporū cælestium mouētur, vt docet Cōmētator Decimo Metaphy. mouent enim propter se primaria intentione, licet secundaria intentione moueant propter generationem istorū inferiorū, & ideo non oportet quod moueantur ab aliquo fine & motu proprie dicto. Ad aliam patet ex dictis. quod enim intelligit intellectione differente à sua substātia, aliqualiter mouetur de vno intelligibili in aliud, vt patet in Tertio de Anima. sed quod intelligit intellectione æterna, quæ est idē quod sua substantia, non mouetur nisi valde improprie & trāsumptiue, & sic est in proposito. Ad aliam dico, quod aliquid esse intrinsecū mobili potest intelligi dupliciter. Vno modo secundum subsistentiam & esse, vt forma substātialis. Alio modo secundum appropriationem virtutis. & hoc modo dicitur aliquid esse intrinsecum mobili, eo quod habet de sui natura mouere tale mobile et nō aliud, & tanta velocitate & non maiori nec minori. Primo modo verum est, quod illud, quod est intrinsecum mobili, mouetur saltem per accidens. sed secūdo modo non oportet, & sic est hic. nam motor corporis cælestis est ei intrinsecum secundum appropriationem prædicto modo. Vtrum autē principiū omnino primū, s. Deus, sit illo modo intrinsecū mobili & imediate efficiat motū primū, aut alius motor appropriatus, alia quæstio est, & videndum post.

Quo nam motu finis Agētia moueantur.

Intrinsecum mobili est aliquid dupliciter.

Et iterum consideras in principia mouentiū, esse quidē igitur quædam eorū, quæ sunt quæ aliquando quidem mouentur. Tex. c. 50.

QVAESTIO XIIII.

An motores corporum Cœlestium per accidens moueantur.



HIc potest quæri vtrum motores corporum cælestium moueantur per accidens. Arguitur primo quod nō, quia nullus motor, qui mouetur per accidēs, mouet motu æterno: hanc accipit Aristo. in litera. sed qlibet motor corporis cælestis mouet motu æterno, vt etiam vult Aristo. Nam omnis motus cœlestis est æternus, vt patet ex Primo Cœli & Mun. & motus æternus est à motore æterno, & æternaliter mouente. ergo &c. Text. c. 12.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Aristo. in litera. Tex. c. 12. videtur enim velle, quod quædam mouentiū principiorū, quæ sunt in cœlo, mouentur per accidens. & idem dicit Commen. & expositores.

CONCLVSIO.

Nullus motor corporum cœlestium sic per accidens mouetur, ita pars quod moueatur per motum mobilis sui.

AD quæstionem intelligendū est quod Aristo. distinguit de eo quod mouetur per accidens. Aliquid enim mouetur per accidens à seipso: & aliquid mouetur per accidēs ab altero. & hanc distinctionem ponit in his verbis. Non est autem idem mouere secundum accidens à seipso, ab altero enim eorum inest quod & eorū quæ in cœlo quibusdam principijs, quæcunq; plures feruntur motus, altero autem corruptibilibus solum. Hanc autem distinctionem quidam sic intellexerūt, quod illud dicitur moueri per accidens à seipso, quod mouetur per accidens illo eodem motu, quo mouet ipsum mobile in quo est, vt anima animalis, quod est hic, mouetur illo eodē motu quo mouet ipsum corpus, s. motu locali processiuo. sed aliqd intelligitur moueri per accidens ab altero, quando suum mobile mouetur quodam alio motu ab illo quo mouet ipsum motor propinquus, quem quidē motum facit aliquis alius motor, sicut nauta existens in naui mouet nauem pertranseundo aquam, sicut ab vno littore ad aliud littus: & cum hoc ipsa nauis impetu aquæ mouetur inferius, vbi fluit aqua, tunc etiam ipsa nauis mouetur ab altero per accidēs, videlicet, quia nauis mouetur quodam motu quem non facit nauta, s. ad inferius. Tunc dicūt, quod nullus motor corporis cœlestis mouetur per accidēs primo modo, s. à seipso, ita quod moueatur illo eodē motu quo mouetur suum mobile. & hoc probat ratio prius inducta. Et probatur aliter, quia motor, qui est separatus secundum esse à suo mobili, non mouetur per accidens illo motu, quo mouet suum mobile: hæc recipitur pro manifesta. sed motor cuiuslibet orbis cœlestis est huiusmodi, vt probatur ex his, quæ tradita sunt in isto Octauo, ergo &c. Secūdum probant, quia motor cuiuslibet mobilis mouetur

Tex. c. 10.

Dupliciter mouetur aliquid per accidens.

Cōclusio.

quodam

quodam alio motu ab illo, quem dat ei suus proprius motor. mouetur per accidens ab alio, s. ab illo motore à quo est ille alius motus, sicut nauta mouetur per accidens ab aqua deferente nauē, in qua est nauta. sed quodlibet corpus cœleste aliud à primo mobili mouetur quodam alio motu proprio: quodlibet enim mouetur motu diurno ab oriente in occidens ab ipso primo motore, qui mouet primum mobile hoc motu, & alia mobilia sequuntur, vt dicitur in Astronomia, & Commen. accipit hic. ergo &c.

Motor orbis quomodo mouetur p accidens.

Sed considerandum est, q ista vltima conclusio, s. q motor orbis inferioris mouetur per accidens ab alio potest itelligi dupliciter. Vno modo, q ille motus recipiatur ab ipso motore, & vniatur ei sm esse accidētaliter, ita q per illum motum transferatur accidentaliter de vno vbi ad aliud vbi, sicut, cum nauta est in naui delata per aquā fluentem inferius, ipse nauta recipit io se subiectiue accidentaliter motum ad inferius, ita q per illū motū transfertur accidentaliter ad aliquod vbi. Alio modo potest intelligi q huiusmodi motor moueatur per accidens ab alio, non sic, q ille motus recipiatur in eo subiectiue & per illum transferātur accidētaliter de vno vbi ad aliud vbi, sed q ille motus attribuitur ei ratione alterius cui appropriatur in moto. Et primo istorum modorum non videtur bene possibile, q motor orbis inferioris mouetur per accidens ab alio, quia illud, quod est incorporeum omnino & indiuisibile, non transfertur per accidens de nouo vbi ad aliud, nec accidētaliter recipit io se motum, sicut actū informantem ipsum. Sed quilibet motor cœlestis est huiusmodi, vt dicitur cōmuniter. & Cōmen. plane dicit hic: quia motor in corporibus cœlestibus non constituitur in esse per subiectum suum, i. per suum mobile. ergo &c.

Cōmē. 11.

Item, cum aliqua duo sunt penitus separata ab inuicē sm subsistentiam, & vnum non est continuum nec contiguum alteri, non est necessarium vnum illorum moueri motu alterius, ita q in se recipiat motum similem motui illius. si enim nauta existens in naui nullo modo esset contiguus ipsi naui, nec alicuius eius parti, quantūcunque aqua flueret ad aliquod vbi inferius, non oporteret nautam moueri ad tale vbi. nunc autem, quilibet motor cœlestis est separatus sm esse à suo mobili, vt vult Aristo. & Cōmen. expressius. & nullam continuitatem vel contiguitatem habet ad ipsum, cum sit sine magnitudine, vt hic demonstratur. ergo non est necesse ipsum recipere in se accidentaliter talem motū, qualem ipsum corpus cœleste recipit ab aliquo motore. vnde quāuis, sol moueatur à motore primo cōtinue ab oriente in occidēte, nō oportet q eius motor proprius accidentaliter moueatur eodē motu, & q transferatur accidentaliter de oriente in occidentem recipiendo in se talia vbi accidētaliter. Si autem intelligitur huiusmodi motorem moueri per accidēs secundo modo, s. q ratione alterius ei attribuatur talis motus, sic potest tolerari: quia, cū talis motor sit appropriatus tali mobili, & mobile moueatur tali motu per accidens, s. ab aliquo alio motore, motor eius proprius potest dici moueri per accidens illo modo. Et hoc est omnino improprie & æquiuoce moueri per accidēs, vt innuit Cōmen. hic.

Dubitatio.

Sed aliquis posset rationabiliter dubitare hic contra istud vltimum. Nam, si motor appropriatus orbi inferiori dicitur moueri per accidens, non quia in se recipiat motum, sed quia suum mobile appropriatū mouetur ab aliquo alio, tūc similiter huiusmodi motor proprius poterit dici quātus, aut lucidus, aut perspicuus per accidens, quia suum mobile est quantum, & lucidum, & perspicuum, s. orbis quem mouet. hoc autē videtur omnino esse absurdum. ergo & primum.

Respōsio

Ad hoc forte dicendum, q non est simile: quia motus proprius ipsius orbis inferioris est effectus ipsius mobilis, & motus diurnus est eiusdem generis propinqui cū motu proprio, cū vterque sit motus circularis æternus. sed alia accidentia ipsius mobilis, s. quātitas, & perspicuitas, & lux, & huiusmodi non causatur actiue ab ipso motore immobili, vt

E

cōmuniter tenetur. & ideo, quāuis ipsi motori attribuatur moueri per accidens ratione mobilis, non propter hoc ei attribuetur esse quantum, & esse lucidum. Sic igitur intelligemus verba Aristo. q alicui motori non debetur moueri per accidens à seipso, i. q in seipso recipiat motū per accidens tamen alicui motori debetur moueri p accidens ab altero, i. ratione alterius, cui est appropriatus motor, s. motori, cuius mobile mouetur aliquo alio motu ab eo, quem facit motor proprius. Et si quæratur, quomodo illud quod separatum est ab aliquo sm esse, & non est eius effectus, denominat ipsum. Dicendum, q non potest denominatione primo & principaliter dicta, sed sm similitudinem potest, & sic est hic. Sed adhuc circa hoc quæret aliquis rationabiliter, cum nullus motor cœlestium sic moueatur per accidens, q ei inhæreat motus, & q subijciatur motui, quare magis attribuitur moueri per accidēs ratione mobilis illi motori, cuius mobile mouetur alio motu, q illi motori, cuius mobile non

F

mouetur alio motu. Et ad hoc videtur respōdere Cōme. q causa in hoc est, quia ille motor, cuius mobile mouetur motu alterius mobilis est minus mobilis & minus perfectus q ille, cuius mobile nullo alio motu mouetur, & ratione suæ minoris perfectionis attribuitur ei aliqualiter conditio motorum generabilium & corruptibiliū, quæ mouentur per accidens, licet equiuoce dicatur moueri p accidens hic & ibi, vt dicit Cōmen. illi autem motori, cuius mobili non accidit moueri aliquo alio motu, non attribuitur moueri ratione mobilis propter maiorem eius perfectionem & velocitatē. Et hoc videtur Cōmen. intendere in his verbis. Et ista dispositio est diminutio in ,, motore corporis cœlestis, cui accidit, vt suum motum ,, moueatur ab alio. & ideo perfectior mouentium est mo ,, uens motu diurno, cui non accidit hoc. ,,

Rōsiones.

AD rationem primam dico, q bene contingit motorem cœlestem non moueri per accidens illo modo, q in se recipiat ipsum motum, per quē transferatur accidentaliter de vno vbi ad aliud. hoc enim nō debetur nisi motori, qui est coniunctiua mobili sm esse, sicut est anima animalis: sed non probat ipsum non moueri per accidens alio modo, s. ratione alterius, puta mobilis proprij. & hoc modo intellexit Aristo. & Cōmen. Forte dicendum aliter ad quæstionem, q Aristo. in illo loco nondū probauerat q motores cœli sunt sine magnitudine, & ideo loquitur hic de illis ac si essent in magnitudine. Et est aduertendum, q, cum dicimus animam animalis hic existentis moueri à seipsa per accidens, non accipimus per accidens prout distinguitur contra per se per sui naturā, tale enim per accidens non est necessarium: anima autem necessario est mobilis ad motū corporis, sed accipimus per accidens, prout distinguitur cōtra solitariū & separatū.

G

At vero aliud facientibus principium, &c. Tex. c. 54.

Tribus autē existentibus motibus, alio quidem sm magnitudinem, alio sm passionem, & quodam alio sm locum, quem vocamus loci mutationem, hunc autem necessarium est esse primum &c. Text. c. 55.

H

QVAESTIO XV.

An motus localis prior sit omnibus alijs motibus.

QVæritur hic, Vtrū motus localis sit prior omnibus alijs motibus. Et arguitur primo q non. Quia sicut se habet terminus ad terminum: ita motus ad motum per conuenientem similitudinem: quia motus est eiusdem essentiæ cum termino ad quem est: sed terminus generationis prior est termino motus localis. Nā terminus generationis est substantia. terminus autem motus localis est vbi. Sed constat q substantia prior est omni vbi, cum sit accidens: & substantia prior sit ipso accidente, Septimo. Metaphy. ergo &c.

Text. c. 4. OPPOSITVM arguitur auctoritate Aristo. in litera, vbi plane vult, q motus localis est prior alijs motibus.

CONCLVSIO.

Motus localis in vno & eodem mobili prior est alijs motibus secundum prioritatem perfectionis, & in diuersis existens mobilibus, prior est secundum subsistendi consequentia, & secundum tempus.

Generatio capitur dupliciter. AD quæstionem aliqua sunt intelligēda. Primo est considerādū, q generatio dupli accipi, sicut cōiter dicit in Scdo, & in Tertio huius. Vno mō pprie pro eductione formæ substātialis de potētia materiæ. Alio mō iproprie, p trāsmutatiōe pcedēte in materia, per quā trāsmutationē pcedentē, materia disponit ad receptionē formæ substātialis. Itē, cōsiderandū est, q aliqd esse prius alio intelligitur tripli, quantū spectat ad ppositū, fm Aristo. in litera. Vno mō dicit prius illud, quo nō existente, nō essent alia, illud vero esset sine reliquis. vt aiali nō existēte non esset homo, sed aial pōt esse in aliquo sine hoie. et iste modus pōt vocari prioritas fm cōsequentiā, eo q à tali priori nō cōuertitur cōsequētia. Alio mō aliqd est prius tēpore, s. quod fuit aut erit in aliquo tēpore prius, q fuerit reliquū. Tertio modo dicitur prius fm substantiā, i. fm perfectionem & nobilitatem.

Prioritas triplex. Text. c. 55.

Item, est intelligendum, q motus localis & alij motus possunt dupli comparari adinuicem. Vno modo fm q sunt in vno & codē subiecto. Alio modo fm q inueniuntur in diuersis subiectis, vt motus localis in corpore cœlesti, & alij motus in alijs, s. in istis inferioribus.

Motus cōparantur dupliciter.

Tunc dicēda sunt ad qstionē multa. Primo, q, si motus localis & alij motus cōparantur adinuicē prout sunt in diuersis mobilibus, s. vt motus localis sit in cœlestib⁹, & alij motus sunt in istis inferioribus, sic prior est motus localis primo modo prioritatis fm cōsequētiā, & hoc nihil est aliud dicere, nisi q motus cœli prior est istis motibus hoc modo prioritatis. hoc autē facile est videre: qa ille motus, quo nō existente alij nō essent, & ipse pōt esse sine reliquis, est prior eis hoc modo fm cōsequentiā, sed, si nō existeret motus cœli nō essent alij motus, et ipse motus cœlestis pōt esse nō existētibus alijs, ita quod alij nō sunt causa ipsius principalis: & hoc supponitur ad psens, quare &c. Scdo dicendū, q, si cōparetur motus localis ad alios motus, put sunt in diuersis subiectis, sic motus localis est prior tēpore alijs motib⁹: qa ille motus est prior tēpore, quē solū contingit esse perpetuū vnū numero: sed solū motū localē cōtingit esse æternū vnum numero. ergo &c. Maior apparet, qa æternū, seu perpetuū est prius tēpore non æterno, vt manifestū est. & minor supponitur ad psens, qa Aristo. eā diffuse demōstrat in litera, pbando q nullus aliorum motuū ab ipso motu locali potest esse perpetuus simpliciter, & ipse motus localis circularis potest esse continuus perpetuus. ergo &c.

Tertio dicendum, q, si comparetur motus localis ad alios motus prout inueniuntur in eodem subiecto seu mobili, sic motus localis est prior fm perfectionem alijs motibus proprie dictis. Quod probatur. quia quod est posterius via generatiōis est prius perfectiōis via: hæc supponitur pro manifesta. sed motus localis in vno & codē mobili est posterior via generationis. prius enim tempore animal generat & postea augetur & alteratur, augetur dico ad quantitatem debitam, & postea mouetur motu locali processiuo, quare &c. Itē ille motus est perfectior, per quem res mota non corrumpitur, nec disponitur ad corruptionem, q ille, per quem res mobilis corrumpitur aut appropinquat corruptioni: hæc est manifesta. sed per motum localem illud quod mouetur non corrumpitur neq disponitur ad corruptionem, quantūcunq fortiter moueatur motu locali, vt patet in corpore cœlesti: quod maxime mouetur motu locali, & tamen est corruptibile, vt patet primo Cœli & Mun. sed per alios motus res mota corrumpitur aut disponitur ad corruptionem. tantum enim potest aqua calefieri q ipsa corrūpitur, & tantum

Tex. c. 20.

A tum posset aer augeri per rarefactionē, q corrumpitur, sed corpus cœleste, quod propriissime mouetur localiter nunquā potest tantū moueri, q corrumpatur, aut magis fiat propinquum corruptioni. Et propter hoc alij motus cōmuniter dicuntur motus ad formam pro tanto, qa per eos disponitur res ad receptionem & corruptionem formæ substantialis, de qua principaliter dicitur forma, motus autem localis non dicitur motus ad formā, quia per ipsum non acquiritur neq corrumpitur forma substantialis in mobili, quod mouetur illo motu fm naturā, sed dicitur motus ad vbi. Alias rōnes adducit Aristo. in litera: & videat cui placet. Considerandum aūt est, q quāuis motus localis in vno & codē mobili sit prior fm perfectionē alijs motibus, pprie dictis, tamē nō est prius fm perfectionem generatiōe, pprie dicta, quæ est eductio formæ substātialis animalis de potentia materiæ: immo illa generatio videtur esse simpliciter perfectior & nobilior transmutatio, saltem ex parte termini ad quem, cum

Motus ad formam.

Generatio est pfectior motu locali.

B substantia sit simpliciter nobilior suis accidētibus, vt dicit Cōmentator in Scdo de Anima. versus pricipiū.

Et ex hoc patet ad rationem quid dicendum sit.

Quod quidem loci mutatio prima sit, manifestum ex his est. Quæ autem loci mutatio prima est, nunc demonstrandum est, simul autem & q nunc & prius suppositum est, q contingit quendam motum esse continuum & perpetuum &c.

Text. c. 2. Text. c. 61.

QVAESTIO XVI.

An aliquis motus alius à locali perpetuus esse valeat.

C QVæritur hic. Vtrum transmutationes aliæ à motu locali possint esse perpetuæ. Arguitur primo q sic, qa oēs spēs pnt esse æternæ: qa vniuersalia sunt æterna, vt vult Aristo. prio Poste. & I. incoñ. dicit ibi, q verisimile est oēs species in omni hora manere, aliter eni vniuersitas entium, quandoq esset diminuta: quod videtur inconueniens, sed aliæ trāsmutationes à motu locali sunt quædā species, s. alteratio, aut augmētatio & generatio, vt patet in Tertio, & Quinto huius.

OPPOSITVM arguit auctoritate Arist. I isto capso.

Tex. c. 82.

CONCLVSIO.

Nulla transmutatio alia à locali, eadem secundum numerum perpetua esse potest, sed bene potest esse continua secundum speciem.

AD quæstionem dico breuiter fm Aristo. q nulla trāsmutatio, pter localē, pōt esse perpetua eadem numero pmanens vna & continua. Et hoc pbat rōne Arist. qa trāsmutatio, q est inter opposita, est ppetua & infinita: sed ois trāsmutatio, alia à motu locali, est Iter opposita: ergo &c. Maior, ppositio reciprocæ pro manifesta. sicut enim magnitudo, quæ inter duo puncta est, non est infinita simpliciter, sic trāsmutatio, quæ est inter duo opposita, non est īfinita, imo finita & terminata. Nā illa opposita sunt termini illius mutationis, & omne habens terminos est terminatū. & minor patet Iducēdo. nā alteratio est Iter contrarias qualitates: vt dealbatio inter albedinē et nigredinē, et augmētatio inter quantitatē diminutā & quantitatē perfectā, q quodāmodo opponunt circa idē subiectū. & gñatio & corruptio Iter ens & non ens aliquo modo. gñatio enim de non ente actu ē ad ens actu, corruptio vero ab ente actu ad nō ens actu, vt patet in prio hui⁹. ergo &c. Sed est considerādū fm Cōmen. hic, q aliqs posset imaginari alias trāsmutationes eē continuas. alio modo, ita q vnū mobile semper & continue moueat aliquo vno motuū taliū, vt q continue dealbet aut continue calefiat, fm quod vnū mobile continue & successiue mouetur motibus contrarijs sine quiete media, vt quod vnū mobile pmoueatur de albedine ad nigrandu. sup Phy. q gredioem,

Cōclusio Rñsua.

D

Comē. 82.

gredinem, & Secudo de nigredine ad albedinẽ sine quiete media. similiter aũt & de augmẽto & diminutione: & de generatione et corruptione. Sed hoc remouet Aristo. primo ratione cõmuni de alteratiõe & augmẽtatione & diminutione supponendo duo. Primum est, q motus illi sunt cõtrarij, qui sunt ad cõtraria, vt motus ad albedinẽ ei qui est ad nigredinẽ, similiter aũt & in alijs, Scdo, q illud, quod nũc mouet aliquo motu, & prius nõ mouebat illo motu, & tñ etiam quiescebat quiete opposita illi motui, dũmodo ille motus, q nunc mouet, non sit pars alicuius motus vnius, sed diuersus sm speciem ab alio motu.

Ex hoc sic põt argui: si aliquid continue moueret motibus cõtinuis & ppetuis, verbi gratia, q primus mouetur de albedine ad nigredinẽ, & postea cõtinue de nigredine ad albedinẽ, & sequit q aliquid simul moueret motibus cõtrarijs, aut q motus interceptus quiete, esset cõtinuus: quorũ vtrũq est manifestũ Ipossibile, et probat cõsequẽtia: qa ponamus q aliqd moueat de albedine in nigredinem, & iterũ de nigredine in albedinẽ: quæro, cũ mouebatur ab albedine in nigredinẽ, vtrum mouebatur etiã à nigredine in albedinẽ, aũt nõ. si sic, ergo simul mouebat motibus cõtrarijs: qa positũ est, q motus sunt cõtrarij, q sunt ad cõtraria. si nõ, ergo aliquando quiescebat quiete opposita illi motui. scdo, s. qui est de nigredine ad albedinem. quies aũt opposita motui, qui est de nigredine ad albedinẽ, non est nisi quies in nigredine: qa quies in termino aliquo est opposita motui, vt patet qnto huius. ergo illud mobile aliquãdo quieuit in nigredine. talis aũt motus nõ põt esse continuus: qa est interceptus quiete opposita alicui suarũ partiũ: hic autẽ manifestũ est cuilibet intelligenti. Itẽ, aliter põt declarari cõsequẽtia, supponẽdo, q mobile à principio motus mouet ad illud, ad quod tendit sine quiete media: vt si graue mouet ad vbi deorsum, s. spatio. 100. miliariorũ, nõ solũ cũ est prope terram mouet ad vbi deorsum, sed etiã prope principiũ illius motus, verum fuit dicere ipsum moueri ad vbi deorsum. Si ergo aliquod mobile, quod mouet de albedine in nigredinẽ continue sine quiete media tendit de nigredine in albedinẽ, tunc, dũ mouetur de nigredine in albedinẽ, mouetur etiã de albedine in nigredinẽ, & sic simul mouetur motibus cõtrarijs: qa motus cõtrarij sunt, qui sunt ad cõtrarios terminos, vt dictũ est qnto huius. Deide probat Aristo. q nõ põt generatio succedere corruptioni oppositæ Imediate & cõtinue. verbi gratia, corruptio ignis generationi ignis, & sic in alijs: qa mutationes illæ sunt oppositæ, vt manifestũ est ex qnto, & opposita nõ sunt simul, vt etiã manifestũ est. ergo generatio & corruptio nõ sunt simul: & tũc supplendũ est, q cũ vtraq sint in instãti, nõ possunt esse in eodẽ instanti: qa sic essent simul. relinquit ergo quod, si sint in alio & alio instanti, & cũ inter quelibet duo instantia sit tps mediũ. ergo inter generationẽ et corruptionẽ erit tempus mediũ, in quo mobile nõ subijcietur proprie generationi nec corruptioni. tales autem transmutationes non sunt sibijnuicem continuæ, inter quas est tempus medium. patet ergo ex his, q nulla trãsmutatio alia à motu locali est perpetuo continua eadem sm numerum, sed bene potest esse sub identitate specifica, vt patet ex Primo, & Secundo de Generatione.

Tex. c. 20. Tex. c. 49. Generatio nõ põt succedere corruptioni.

Et hoc probat ratio in principio inducta. nec Aristo. intendebat hoc negare.

Quod autem cõtingat esse quoddã infinitum vnum esse continuum, & hic est circularis, dicemus nunc &c. Tex. c. 54.

QVAESTIO XVII.

An motus reflexus continuus esse ualeat.



Quæritur hic, Vtrum motus reflexus possit esse continuus: & intelligo p motũ reflexũ, illũ motũ, quo aliquod mobile mouetur ab vno termino ad aliũ terminũ, & iterum ab illo termino ad primum, verba gratia, Si lapis

E mouetur de vbi deorsum ad vbi sursum, & iterũ de sursum ad deorsum, similiter aũt et in alijs. Arguit primo quod ille motus possit esse continuus, q nisi talis motus esset cõtinuus, tũc actu graue existẽs sursum nõ phibitũ ab aliquo detinẽte, quiesceret sursum: qd est Ipossibile omnino. Et, pbat cõsequẽtia, ponamus, q lapis pijciatur sursum, & a sursum iterũ descendat in deorsum, quæro, vtrũ Iter istos motus sit qes aliqua, vel non. si nõ, ergo est motus cõtinuus. si est ibi quies, tunc sequit, q graue existẽs sursum in aere, & à nullo phibitum, non moueret ad vbi deorsum: qa quid esset ibi, phibens aut detinens nõ appa, rer. Itẽ, si talis motus non possit esse cõtinuus: sed esset necessario quies media inter partes eius, sequit, q, si faba piecta sursum obuiaret lapidi molari descẽdẽti deorsum, q ipse lapis molaris quiesceret, quod est plane Ipossibile & cõtra sensum. Et, pbat consequẽtia. qa cõstat, q faba, cũ obuiauerit lapidi molari, postea reflectit. si ergo ante

F illã reflexionẽ sit quies media necessario, tunc in tẽpore illius quietis, aut mola mouebit aut non. si non mouebit, ergo quiesceret, cũ sit nata moueri: si mouebitur. ergo mouebit fabam: qa in intelligibile est, q corpus adeo graue supponebat fabæ, & obtinebat sup eã, q non moueat eã, & sic in tẽpore illo faba mouebitur & quiescet: quod est Ipossibile. quare &c. Item, si motus reflexus non esset cõtinuus, tũc motus reflexus esset sine motore: qd est impossibile. pbo cõsequẽtiã. ponat q pila proijciatur deorsum, cõstat q reflectet sursum. aut ergo mouebit ab ipsa terra, aut ab aere cõtinẽte ipsam, aut à primo pijciẽte, nõ vr esse aliud mouẽs nisi quis fingat. nõ est dicẽdum, q à primo pijciente: qa iã motus eius cessauit per quietem, quã tu dicis ibi intercipi. Et probat, qa ipsum primũ pijciens nõ est simul cũ pila, mouẽs aũt, ppinquũ debet esse simul cũ moto septimo huius. Nec est dicẽdũ, q moueat à terra, qa pari rõne terra moueret pilã, cũ ponat pila sup eã sine proiectione: quod falsum est, vt patet ad sensum, Text. c. 10.

G sicut nec ipse aer continens pilam, qa pari ratione moueret eam, si non proijceretur ad terram, si sine proiectione ibi poneret, qd est falsum, vt patet sensibiliter. ergo &c.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Aristo. & Cõmen. & omniũ expositorũ, q cõmuniter & concorditer volunt, q motus reflexus non potest esse continuus.

CONCLVSIO.

Motum reflexum continuum simpliciter esse est impossibile.

AD quæstionẽ, est intelligendũ quod motus reflexus dupl'r contingit. Vno, modo q ipsum mobile reflectatur quasi ex sui natura à termio quo ad terminũ ad quẽ, ita q non reflectatur ipetu alicuius fortioris mobilis obuiãte, sicut cũ lapis mouetur sursum in aere, nulli obuiat nisi aeri cum peruenerit ad aliquod vbi sursum postea reuertitur quasi à sui natura, non per Ipetus alicuius mobilis fortioris. Alio modo contingit, q Mot' reflexus contingit dupl'r.

H ipsum mobile reflectatur propter impetum vehementẽ alicuius mobilis fortioris, cui obuiat prius q perueniat ad vbi, ad quod terminat motus eiusdem, si non obuiaret illi mobili, sicut in proiectione fabæ aut lapilli, cui obuiauit lapis molaris descendens. possibile enĩ esset q huiusmodi lapis obuiaret alicui mobili, siue fabæ, siue sagittæ, antequã ipsa sagitta proijceretur ad vbi, ad quod terminaretur motus eius, ita q si non obuiaret lapidi molari, adhuc moueretur magis superius. Vlterius est considerandũ, q sicut hẽtur Quinto Metaphy. illud, quod est vnum numero, est vnum specie, licet non e conuerso, Text. c. 12. ergo ad hoc q motus sit vnus numero, requiritur q sit vnus specie motus. ergo vnus specie debet esse in terminum vnum sm speciẽ, vt patet ex qnto huius. Vlterius supponendũ, q contraria nõ sunt vnũ sm speciẽ, sed Text. c. 31. diuersa. & hoc satis patet. 10. Metaphy. qa contrarietas Text. c. 14. est diuersitas per se & sm formam, vt patet ibidẽ. diuersitas autem per se & sm formam est diuersitas sm speciẽ, vt habetur ex Secũdo Posterio, & Decimo Metaphy. Text. c. 21.

Tunc

Tunc dico ad quęstionē, q motus reflexus non potest
esse continuus simpliciter, quia motus, qui non est vnus
fm speciē, nō est vnus fm numerū, nō est simpliciter cō-
tinuus: per primam suppositionem, sed motus reflexus
non est vnus numero, cum non sit vnus fm speciē: quia
motus vnus specie est ad terminū vnum specie, per secū-
dam suppositionē, motus autē reflexus non est ad termi-
num vnum fm speciē, quia contraria non sunt vnū spe-
cie, per tertiā suppositionē. motus aūt reflexus est ad con
traria. nā in omni motu reflexo locali, mobile, qd prius
mouebatur ad sursum, postea mouetur ad deorsum, aut
e conuerso. vel mobile, quod mouebatur ad dextrū, po-
stea mouetur ad sinistrū, vel e conuerso. & sic de alijs dif-
ferentijs positionis, vt manifestū est cuilibet. Istæ autem
differentiæ positionis sunt cōtrariæ, vt etiam notum est,
quare &c. Et ista ratio cōmunis est ad omnē motū loca-
lem reflexū, siue mobile reflectatur per seipsum, siue im-
petu corporis mobilis sibi obuiantis formæ, siue per im-
B petū fortioris mobilis reflectatur. Itē probatur ratio-
ne cōmuni, quasi ad omnē motū reflexū, siue sit motus
localis, quo mobile reflectatur per seipsum, siue alius mo
tus, vt alteratio aut augmentatio, supponendo sicut sup-
ponebatur prius, q mobile, quod continue tendit ab ali-
quo termino ad aliquē terminū, dicitur moueri in illum
terminū ad quē continue peruenit, & nō solū versus finē
motus, sed à pricipio etiā. si enim lapis incipit descendere
à principio centū leucarū aeris superius, & continue de-
scēdit deorsum, non solū verū est ipsum ad vbi deorsum
moueri, quando est prope terrā, sed etiam cum erat iuxta
principiū ipsius motus. Non enim est ratio, quare diceret
moueri ad vbi, ad quod continue tendit in vna parte tē-
poris plus q in alia. Tūc arguitur, vt prius arguebat.
si motus reflexus esset cōtinuus, sequitur, q vnū mobile
simul mouebit motibus cōtrarijs, quod relinquitur pro
impossibili. Et probatur cōsequentia. ponamus q mobile
C moueatur à deorsum iterū ad sursum, & tandē à sursum
in deorsum continue sine quiete media, tunc per totū tē-
pus illius motus mouebat ad vbi deorsum, per supposi-
tionē. sed constat, q mouebatur ad vbi sursum aliquan-
do, s. antequā reflecteretur. ergo tunc simul mouebat ad
vbi sursum & vbi deorsum, & isti motus sunt contrarij,
sicut & sui termini, ergo &c. Itē, arguitur alia ratiōe,
Alia rō. q sic potest formari. Ille motus, per quē mobile adest ali-
cui termino & abest eidē, siue accedit ad aliquē terminū
& recedit ab eodē, est interceptus quiete media, & per cō-
sequens nō est cōtinuus: sed per motū reflexū hoc cōtin-
git. quare &c. maior propositio declarat. cū enim mobi-
le per aliquē motū adest alicui termino & abest ab eodē,
hoc non pōt esse in eodē instanti: qa illæ sunt suppositio-
nes oppositæ. ergo in alio & alio instanti adest & abest.
sed inter qlibet duo instātia est tēpus mediū: ergo erit ali-
quod tēpus mediū, in quo mobile, dū accedit ad illū ter-
minū, nec recedit ab illo fm actū, et in tēpore illo necessa
D rio quiescit: qa illud quod est in aliquo, per aliquod totū
tēpus, similiter se habēs, qescit, vt patet in Sexto huius,
& sic patet maior. & minorē supponit Arist. tanquā no-
Text. c. 61. tam, s. q per motū reflexū, mobile adest alicui termino
& recedit ab illo, ita q vtat vno termino pro duobus, s.
vt termino ad quē fm actū, & vt termino à quo. Sed
illa minor vr dubitabilis. posset enim aliquis dicere, q si-
Obiectio. cut mobile, dū continue mouet ab vno termino ad aliū
terminū non adest alicui signo intermedio, nec abest nisi
in potētia & nō actu, vt dicit Aristo. in lra, sic dū mobile
reflectitur, nō accedit ad terminū reflexionis, nec ab illo
recedit nisi in potētia. Verbi grā, cū lapis mouet à deor-
sum in sursum, & ad vbi sursum reflectitur deorsum, non
est in illo vbi sursum nisi in potentia, & sic nō oportet q
ibi quiescat. Dicendū, q nō est simile de eo quod mo-
Rūsio uetur cū reflexione, & de eo quod non reflectitur. Nam,
cum lapis protectus peruenit ad vbi sursum, à quo refle-
ctitur, modo veriori terminat ibi motus q in aliquo vbi

A præcedente. ibi enim sic terminatur motus, q lapis vlte-
rius non procedit sursum, sed in nullo pcedentiū signorū
sic terminabatur motus. Quādo vlterius pceditur, ergo
veriori modo terminatur motus ad illud vbi à quo refle
ctitur lapis, q ad aliquod pcedentiū. sed in quolibet pce-
dentiū terminabat motus in potētia, qa ibi poterat ter-
minari motus. ergo in illo vbi, ad quod vltimo peruenit
motus, terminat motus veriori modo q in potentia, qd
nō esset, nisi aliqualiter terminaret ibi motus fm actum.
Similiter verius & pfectius icipit ibi motus deorsum q
in aliquo posteriorū vbi, quia ibi sic incipit motus deor-
sum, q mobile illud nō prius mouebat deorsum, sed sur-
sum, s. anteq pueniret ad illud vbi, in nullo aūt subsequē
tium vbi sic icipit motus deorsum, quin prius lapis moue-
retur deorsum. ergo pfectiori modo incipit motus ab illo
vbi, q ab aliquo alio posteriorū: sed à quolibet posterio-
rum incæpit motus in potentia, quia ibi posset incæpisse
B motus. ergo ab illo vbi reflexiōis incipit motus in actu.
patet ergo, q mobile adest actu ipsi termino reflexionis,
& in actu abest ab ipso: quod non potest esse in eodē in-
stanti, sed in alio & alio. & sic idem quod prius.

AD primā rationē dicunt aliqui, q ipsum proijciens Rūsiones.
est causa illius quietis, & detinet ipsum graue sur-
sum. quod probant, quia, quādo aliqua duo necessario se
cōsequunt, quicquid est causa vnius, est necessaria causa
alterius: sed motus grauis sursum, & quies sic se habēt, q
quies necessario consequitur illum motū. vn proijciens
erit causa etiā illius quietis, sed hoc nō sufficit: qa, cū gra-
ue mouet sursum, cōtingit, q proijciens est corruptū an-
tequā cesset moueri graue: corruptū aūt est nō ens, & nō
ens nō detinet graue sursum. Et, si dicas, q illa pars aeris,
q mouetur simul cū lapide ad vbi sursum ad quod cessat
iste motus, detinet ipsum graue sursum per aliquod tps,
quæritur, pter quā cām detinet ipsum, cū enī ipse aer sic
valde faciliter, diuisibilis & cessibilis, nō vr rōnabile, q
C possit impedire descensum grauis, & pcipue, cum graue
est protectū sursum. Forte dicendū, q illa pars aeris, q
similiter cum graui venit sursum per violentiam, detinet
per aliquod tēpus virtutē mouendi alias partes, quāuis
defecerit esse virtus mouendi graue, & in toto tēpore illo
detinet graue sursum, & cū defecerit illa virtus, tunc gra-
ue mouebit eam & seipsum. Quæ autē sit illa virtus, &
quare tantū tēpus durat, & nō per maius, nec per minus
tēpus durat, & à quo corrumpatur, restat declarandum.
Ad aliā dicunt aliqui, q, si lapis molaris descēdit deor Ad scdm
sum, & faba proijciatur sursum in directū lapidi, nunquā
faba poterit attingere molarem, immo quiescet in aere,
antequā per suum motū attingat lapidem, & tunc postea
reflectitur: & sic nō faceret molarē quiescere. sed hoc nul
lo modo sufficit, qa constat q faba poterit ita fortiter mo
ueri sursum ab aliquo proijciente, q nisi obuiasset mola-
ri, fuisset vlterius mota sursum. Quæritur ergo, quid ipe-
diat ipsam moueri sursum in tpe illo, in quo ponit quie-
D scere ante cōtactū molaris, nō est dicendū, q molaris ip-
sam imediate ipediat, qa sicut mouens ppinquū & ime-
diatū debet esse simul cū moto, sic ppinquū quietās, de-
bet esse simul cū qescēte. Pręterea, Si ipse molaris ipedit
eā imediate in tēpore illo, quare non ipediebat eā prius?
nō est ratio sufficiens, nec est dicendū q aer intermedius
impediat eā, quia ille aer medius aut quiescit sursum, aut
mouetur deorsum. si quiescit, tunc nulla ratio est quare
impedit fabam, quo adhuc ferretur sursum, nisi esset mo
laris. si autem mouetur deorsum impetu molaris, tūc mo
uebit fabam obuiantē in aere, quæ nō potest ei resistere.
si mouetur sursum, tunc etiā faba mouebitur sursum in
tēpore illo, & ponebatur quiescere in tēpore illo. ergo si-
mul mouebit et quiescet: quod est ipossibile. Sed forte
tu dicis, q ille aer intermedius inter fabā & molarē mo-
uet deorsum in tpe, in quo faba qescit à suo motu & ipe
dit fabā à motu sursum, nec tn pōt eam mouere deor-
sum, qa non sufficiēter obtinet sup eam. sicut siqs vellet

mouere columnã mediãte virgula debili mota, nõ posset eã mouere. Hoc ũerũ licet sit apparens nõ satisfacit dubitationi. nam, si loco fabæ ꝓijciatĩ sagitta per arcũ fortem obuians molari necessario attingit ipsum, cuius signum erit, qa faciet sonũ in eius percussione, & sic redit difficultas, qualiter quiescat nisi faciat molarẽ quiescere. Sed cauillabis, ꝙ nõ attingit ĩmediate, qa Philosophus ꝓbat in Secũdo de Aĩa. ꝙ ĩpossibile ẽ duo corpora se adinuicẽ tangere in aqua vel aere, sed oportet esse aerem medium vel aquã. Cõtra proijciatur sagitta acuta ferrea contra lignũ magnũ descendẽs, constat, ꝙ ĩgredietur in ipsum, & sic eã attinget sufficiẽter, & tunc reflectet ad ĩferius: & sic idem quod prius.

Tex. c. 71.

Alia solo. Ad scdm.

Dicit hic vltimo, ꝙ illud mobile nullo tẽpore quiescet, tñ erit motus reflexus, sed mouet per accidẽs ex violẽtia illius grauis descẽdẽtis, cui obuiabit, & nõ sui propria natura. Dictum aũt Aristo. & suæ demõstrationes debẽt intelligi de per se, s. de illo, quod per sui naturã reflectĩ. illud enĩ est quod actu adest & abest respectu eiusdẽ signi. Sed illud, quod reflectĩ impetu alterius, cuĩ obuiauit, non sic adest & abest actu.

F

Et, cum dr̃, ꝙ sic mouebitur motibus cõtrarijs: dicendum, ꝙ nõ sequitur: & cũ probatur, qa illud, quod cõtinue tẽdit ad aliquem terminũ, mouetur ad ipsum à ꝑncipio motus vsq; ad finẽ, potest dici, ꝙ verũ est si continue tendit ad illum terminũ per eãdẽ virtutẽ, vel per diuersas virtutes, quarum vna sit sua propria virtus, & aliã sit virtus alterius, sed, si tendit cõtinue ad vnũ terminũ ꝑ diuersas virtutes aliorũ à se, nõ oportet. & sic est hic. Nã illud proiectũ superius, quod obuiauit alicui fortiori faciẽti ipm sine aere medio moueri deorsum mouetur ꝑ diuersas virtutes extraneas vel extrinsecas, s. virtute proijcientis quãtum ad priorẽ motũ, vel virtute obuiantis, quo ad posteriorem motũ: quare non valet, & ideo nõ oportet ꝙ simul moueatur motibus cõtrarijs. Vel dicẽdum, ꝙ mouetur motibus cõtrarijs ꝑ accidẽs. et hoc nõ hẽtur ꝓ inconueniẽti.

Idẽ mouet motib⁹ cõtrarius.

Alia rõ Aristo. bñ ꝓbaret, ꝙ ille motus reflexus non est simpl'r vnus, s. qa est ad contrarios terminos, sed non ꝓcederet ꝙ necessario sit ibi quies media inter eius partes.

G

Aliter diceret aliqs ad illã instãtiã de faba & huiusmodi, s. ꝙ in proiectis, quibus obuiaret aliquod mouẽs fortius, ꝙ bñ est ibi motus cõtinuus sine interruptiõe quietis mediæ. Et illæ duæ rões Aristo. q̃ sic ꝓbant, ꝙ inter partes motus reflexi necessario est quies media, ꝓcedunt de motu naturali, vt eẽt motus aĩalis, aut alicuius huiusmodi. Et forte de motu cuius vna pars esset naturalis, & alia violenta, vt, si lapis ꝓiectus sursum iterũ redeat virtute ꝓpria: sed de motu pure violento non probãt, qa de tali nõ sic est necesse ꝓbare, cũ manifestũ sit ꝙ nõ potest esse perpetuus simpl'r, vt patet in primo Cœli. modo, cũ faba obuiabit molari, ipsa non mouetur illa velocitate, qua mouetur naturaliter, imo contra naturã suã. licet enĩ graue mouetur deorsum naturaliter, tñ non omne graue mouetur deorsum natural'r quacũq; velocitate, sed determinatur graue determinata velocitate.

Inter ptes mot⁹ reflexi violẽter nõ mediat quies. Text. c. 72.

H

Cũ ergo dicit, ꝙ cõtinue tendit &c. verum est si continue tendit ex se, vel partim ex se & partim ex alio, sed si pure violenter & ab alio, nõ oportet. & sic est hic. Ad aliud, cũ dicit, ꝙ reflexum adest & abest &c. verũ est si sic de se mouet vel partim naturaliter et partim violẽter. Sed sine dubio vna de rõnibus Aristo. vr̃ ineuitabiliter ꝓbare, ꝙ omnis talis motus est distinctus à quiete, aut quod vnum mobile simul mouebiĩ motibus cõtrarijs. Arguit enĩ sic. Omne, quod nũc mouet aliquo motu & prius erat, & nõ mouebaĩ motu illo, quiescebat ab illo motu: hæc ẽ manifesta. Ponamus enĩ ꝙ faba ꝓiecta sursum obuians molari descẽdat, manifestũ est, ꝙ, cũ descendit, mouetur deorsum, & prius nõ mouebaĩ deorsum, aut reflexa est. ergo quiescebat quiete opposita motui deorsum: sed quies opposita motui deorsum nõ est nisi quies in vbi sursum: ergo aliquãdo quiescebat in vbi sursum. Et, si dicas, ꝙ antequã reflecteretur deorsum, ergo simul mouebaĩ ad sursum &

E

deorsum: quod est ĩpossibile. hic dr̃, ꝙ prius mouebaĩ cõtrarijs motibus per accidẽs, sed nõ per se. Vel dicẽdũ, & forte melius, cum dr̃. Oẽ quod nunc mouet &c. Verum est, si nõ ĩpediebaĩ à quiete opposita illi motui per aliquod ꝑdominans & obtinẽs, sed, si ĩpediaĩ, non oportet: & sic est hic. impediĩ enim à quiescendo per aliquod violentũ & obtinẽs supra ipsum, & sic non quiescebat. Et ista sunt probabiliora, quæ mihi apparent de isto problemate.

Quod autẽ dicit ꝙ contrarij motus pñt simul esse per accidẽs, hoc non sufficit: quia nunquã contraria contrarietate perfecta insunt simul eidem & ſm idem: quomodo enim esset aliquod simul calidissimum & frigidissimũ per accidens: hoc est derisorium, similiter contraria nunquã possunt simul inesse eidem per accidens, ita ꝙ vnum sit in vltima sua perfectione & reliquum cum ipso. quomodo enim aliquid esset calidissimum & frigidissimum quantumcunq; per accidens: absurdum est omnino. hoc autem sequeretur in proposito. Nam motus ad vbi sursum & ad vbi deorsum sunt contrarij contrarietate perfecta vt videtur manifestum. quare &c.

F

Ad aliud potest dici, ꝙ, cum pila proijcitur sursum ad terram vehementer & cum ipsa proijcitur aer contra suam naturalẽ inclinationem, tunc aliqua pars aeris deorsum mota leuitate sua redit ad superius & secum mouet ipsam pilam tanquã mouens propinquum. cuius signum est, qa quanto fortius proijcitur & percutit ad terram, tanto altius resilit: quod non videtur esse nisi quia aer fortius & vehementius reascendit sursum.

Ad tertiũ.

Quod autem lationum circularis prima sit.

Text. c. 75.

QVAESTIO XVIII.

An motus circularis, infinitus ac perpetuus esse possit.



QVæritur hic. Vtrũ motus circularis possit esse infinitus et perpetuus. Arguitur primo ꝙ non. Quia motus consequitur magnitudinem, quantũ ad diuisionem, vt patet in sexto huius: sed magnitudo circularis non est infinita, Primo Cœli: ergo &c.

G

Text. c. 33.

Item, ille motus nõ est perpetuus & continuus, per quem mobile pertransit pluries per eadem signa, hanc videtur ponere Aristo. in litera. & ꝓpter hoc dicit motũ reflexũ nõ esse vnũ & cõtinuũ, quia ipsum mobile pluries transit per eadẽ signa, vt si aliquid mouetur super magnitudinẽ rectã ab A. in B. & iterũ à B. in A. manifestũ est ꝙ pluries pertransibit eadem signa, s. intermedia inter A. & B. Sed per motum circularem ipsum mobile pluries transit eadẽ signa, vt si aliquid moueretur super circulũ ab A. in B. iterũ redeundo ad A. cõtingit ꝙ iterũ per eadẽ signa mouetur ab A. in B. & redibit in A. & sic pluries per eadem signa vt patet in descriptiõe sensibili. Itẽ, si motus circularis esset infinitus, tunc in magnitudine finita esset virtus infinita: quod vr̃ esse ĩpossibile ex isto octauo. & ꝓbaĩ cõsequentia, qa, cũ motus sit actus entis in potẽtia, vt patet in tertio huius, oportet ꝙ ipm mobile sit in potentia receptiua motus, & sic, si motus sit infinitus potentia erit infinita. Omnis autem magnitudo est finita, vt Primo Cœli.

H

Text. c. 79. Text. c. 6. Tex. c. 46.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Aristo. in litera.

CONCLVSIO.

Circularis motus continuus ac perpetuus esse potest.

AD quæstionem dico breuiter, ꝙ motus circularis põt esse cõtinuus & perpetuus. Et hoc potest ꝓbari demõstratiõe Aristo. in litera. Quia ille motus põt esse ꝑpetuus, cuius terminus à quo nõ est actu & per se distinctus à termino ad quem: sed ipsius motus circularis terminus à quo non est per se diuersus à termino ad quem, nec e conuerso: ergo &c. Maior propositio patet, quia in motu finito & deficiente, terminus à quo est diuersus à termino ad quem, & e conuerso. Nam, si non esset diuersus, tunc qua ratione incœpit moueri à termi-

Text. c. 76.

no à

no à quo eadem ratione incepisset moueri à termino ad quem, & sic nõ cessaret ibi quies. ergo, si debet aliquis cessare motus naturaliter ad aliquẽ terminũ ille termin⁹ debet esse actu diuersus à termino à quo: & p oppositũ, motus ille nõ debet cessare, cuius terminus ad quẽ nõ est diuersus per se simplr à termino à quo. Et cõfirmaẽ. nã postquã terminus ad quẽ alicuius motus nõ est per se & naturaliter diuersus à termio à quo, qua rõne motus icępit à termino à quo, eadẽ rõne icipiet à termino ad quẽ. Et sic nõ determinabiẽ, vt patet. ergo maior & minor apparet. Nã, sicut in linea circulari principiũ nõ est actu diuersum à fine, imo quilibet punctus est pncipium & terminus, vt manifestũ est ad sensum, sic in motu circulari, terminus ad quem non est distinctus per se & simpliciter à termino à quo: est enim motus circularis pprie ab eodẽ in idem, idem autem non est per se diuisum à seipso. Et est cõsiderãdum hic, q̃ fm Cõmen. illa rõ Aristo. nõ solum tãgit causam, quare est possibile motum circularem esse perpetuũ, sed etiã q̃ sit necessarium: quod sic potest intelligi. Si enim motus circularis terminaretur, oporteret q̃ terminareẽ ad aliquod vbi determinatum: sed non oportet termiari ad aliquod vbi determinatum, qa cum quodlibet vbi quod acqritur in mobili circulari per suũ motum sit ei naturale, nulla est ratio, quare magis termineturad vbi vnum q̃ ad aliud. E contrario de motu recto, nam motus naturalis rectus est ad vbi naturale ipsi mobili, & incipit ab vbi inaturali. & ideo cum peruenit ad ipsum vbi naturale, quiescit sub eo. Vel põt ista necessitas sic intelligi, vt tãgebaẽ: qa in omni motu termina to, necesse est q̃ terminus ad quẽ sit actu distinctus à termino à quo, & e conuerso: sed in toto motu circulari terminus à quo & terminus ad quẽ non sunt simplr & actu diuersi, qa sunt vnum et idem. vt circulatio Solis, quę incipit ab oriente, & iterato redit ad oriens. Similiter autẽ & in alijs. Quodlibet enĩ vbi necessarium est esse terminus à quo et terminus ad quem ipsius circulationis, quare &c. Item aliqui sic arguunt, Nihil icipit à suo termino, nec terminaẽ à suo pncipio. & nihil icipit de nouo moueri in termino ad quem sui motus, nec deficit vel cessat moueri à termino à quo sui motus: sed mobile circulare semper est in termino sui motus ad quẽ, & semper est in termino sui motus à quo. Nã quodlibet vbi signatũ vnũ numero est terminus alicuius ad quẽ, & principiũ à quo alterius circulationis, & vnũ vbi fm speciẽ est terminus à quo & terminus ad quẽ eiusdẽ circulatiõis. ergo mobile, quod circulariter moueẽ fm naturã nõ incipit de nouo moueri postquã penitus nõ mouebaẽ, nec vnquã deficit à motu, ita q̃ amplius nõ moueatur. ergo motus circularis est perpetuus. Et forte illã demõstrationẽ Aristo. intellexit in his verbis, & vt semper sit in pricipio & fine: nunquã est enim semper in pncipio vnius circulatiõis & in fine alterius, & nunquã est in pncipio antequã nõ fuerit motus, vel antequã mobile quieuerit, nec vnquã in fine postquã nullus erit motus vel postquã mobile quiescit, & sic motus circularis est perpetuus. Vlterius cõsiderãdum est q̃ in toto motu circulari perpetuo circulatio prior nõ est eadem numero simplr & in actu cum posteriori, nec diuersa numero proprie simplr: quod sic patet. Nã illa pprie simplr nõ sunt vnum numero, quorum vnum deficit adueniente alio: sed circulatio prior deficit adueniente posteriori, vt manifestum est, quare &c. Itẽ, non sunt diuersæ numero simplr & propriæ: qa illa, quæ sunt cõtinua & nõ distincta actu nõ sunt actu diuersa numero. partes enĩ alicuius lineæ eiusdem quãdiu sunt cõtinuæ nõ sunt proprie diuersæ numero, vt vult Cõmen. in quarto huius. sed circulatio prior est cõtinua posteriori. sunt enim copulatæ ad eundem terminum cõmunem, sic q̃, vnũ & idem vbi, ad quod terminaẽ circulatio prior, est illud, à quo sine medio incipit posterior. ergo nõ sunt actu & simpliciter diuersæ numero extra animã. Qualiter autem sunt numeratæ in potentia, & qualiter tẽpus, q̃ est numerus huiusmodi circulationũ sit extra animã, & quomodo non, visum est in quarto huius. Et, si dicatur, q̃ vnumquodq; cõparatum alteri vel est idem numero cum eo, vel diuersum, vt vult Aristo. in Decimo Metaphy. Dicendum est, q̃ verum est q̃ vnum ens comparatum alteri enti, vel est idem cum eo vel diuersum: sed circulatio prior non est ens simul actu extra animam, cum posteriori, ergo &c.

Comẽ. 78.

Circulatio prior nõ ẽ eadẽ cũ posteriori.

Obiectio. Text. c. 11. Rñsio

Rñsiones.

AD primam rationem dicendum, q̃ motus sequitur magnitudinem quantum ad finitatem extensionis vel infinitatem. vnde in magnitudine finita non põt esse motus infinitus extensus. & similiter infinitas durationis motus requirit infinitatem durationis magnitudinis. Si ergo arguitur sic, si motus circularis esset infinitus, tunc magnitudo circularis esset infinita. Verum est infinita fm durationem: & hoc bñ est possibile, licet non sit infinita fm extensionem permanentem. Et si dicatur sic, motus in magnitudine est finitus, verum est, si est in magnitudine finita fm durationẽ, aliter nõ oporteret, q̃ esset finitus fm durationẽ. Itẽ si arguitur sic, si motus circa magnitudinẽ finitã est finitus, & motus circularis circa magnitudinẽ finitam. ergo &c. Dico ad maiorem, q̃ motus circa magnitudinem finitam est finitus, verum de motu per quem illa magnitudo finita pertransitur finities. vnde quęlibet circulatio est finita, per quam fit reditus de eodẽ in idem circa aliquod finitum: sed motus, per quem magnitudo finita pertransitur infinities, nõ est finitus duratione. Vel aliter, motus circa magnitudinẽ finitam est finitus. verum est fm velocitatem. Nam in determinato tempore & finito pertransitur quælibet tota magnitudo finita, sed non oportet q̃ sit infinitus fm durationem totalem. Ad aliam cum dicitur, motus per quem mobile pluries pertransit &c. Verum est si hoc fuit antequã peruenerit ab eodem in idem, sicut contingit in motu reflexo. ibi enim mobile pertrãsit pluries eadem signa, hoc est prius q̃ redierit ab eodem in idem. Sed in motu circulari non est sic. si enim mobile pertransit pluries, hoc est postquam redierit ab eodem in idem. cum enim mobile motum fuerit ab A. in A. per media B.C.D. potest iterum moueri ab A. in A. per eadẽ media, & eodem ordine partium seruato. in motu autem recto procedendo ab eodem in idem, non seruatur idem ordo partium, immo pars mobilis, quæ in priori parte motus erat propinquior termino ad quem, in secunda parte motus est remotior ab illo, vt patet ad sensum.

Ad aliam dico, q̃ in magnitudine finita potest esse potentia infinita fm durationem, licet non fm vigorem, vt videbitur in consequentibus. Item in magnitudine finita potest esse potentia infinita, licet non potentia actiua fm aliquos: hoc autem sufficit ad hoc, vt in magnitudine finita sit motus infinitus: quia magnitudo, quæ mouetur perpetuo non habet nisi potentiam receptiuam motus, non autem potentiam actiuam sibi inhærentem, scd̃m Aristo. & Cõmentatorem in isto octauo, quare &c.

Quod autẽ necesse hoc impartibile esse nec habere magnitudinem, dicemus primum de prioribus, ipso opponentes &c. Tex. c. 78.

QVAESTIO XIX.

An mouens finitum per tempus infinitum mouere possit.



Væritur hic. Vtrum mouens finitũ possit mouere per tẽpus infinitũ. Arguitur primo q̃ sic. Quia corpus cœleste est finitum, vt patet ex Primo Cœli & Mũ. sed ipsum corpus cœleste mouet ista inferiora per tẽpus infinitũ, vt patet ex secũdo de Generatiõe, & in isto Octauo, ergo &c. Item, omne mouẽs, quod est in magnitudine finita, est finitũ: hoc est euideps: sed mouens, Tex. c. 46. Text. c. 11. Text. c. 11.

partis motoris ad partē mobilis, quæ est totius ad totum cōparando ad totā magnitudinē, vt habet ex septimo huius. Et, si accipiat tēpus motus ex parte partiū mobilis, sic est verū quod dicit. nā, vt sæpe dictū est, pars mobilis prius tēpore pertransit partē magnitudinis q̃ totū mobile. sic aūt accipiēdo tēpus motus, ipossibile est q mouēs finitū moueat per tēpus infinitū: qa p tēpus infinitū non mouetur nisi mobile infinitū, loquēdo de infinitate, puenīete ex parte partiū mobilis, vt manifestū est. mō, constat q mouēs finitū nō pōt mouere mobile infinitū, cum virtus motoris semp sit maior q̃ mobilis. Cū ergo dicit, q cœlū, quod est mouēs finitū, moueret p tēpus ifinitū. Dicendū, q nō mouet p tēpus ifinitū, quod quidē tēpus accipiat ſm partes mobilis cœlestis: qa ipsum nō est infinitū, sed finitū. & ideo nō est cōtra Aristo. *Obiectio.* Sed cōtra istā solutionē rōnabiliter dubitat, qa Aristo. nō pbat hic istā ppōnem, nisi ad demonstrādū inferius, q principiū mouēs nō est in magnitudine. Et ibi sic arguit, mouens, quod mouet p tēpus infinitū est mouēs infinitū: hoc demonstrat hic. sed motor primus mouet p tēpus infinitū: ergo nō est finitæ virtutis. Vlterius deducit, sicut videbitur posterius. Tūc dubitatur. eo modo debet Arist. hic demōstrare quod motor finitus nō mouet p tempus infinitū, quō accipit inferius, quod motor primus mouet per tēpus ifinitū. aliter enim suppositiones suæ nō essent bonæ, immo esset fallacia accidentis, aut æquiuocatiōis: sed ipse nō supponit inferius, q primū mouēs moueat p tēpus infinitū infinitate cōtingēte ex partibus ipsius mobilis, vt manifestū est: qa nullū mobile est infinitū, vt patet ex tertio huius, & Primo Cœli. sed infinitate, pueniēte ex reiteratione motus ab eodē in idē. hoc enim mō motus est infinitus, vt prius patuit. ergo hic non intendit, q motor finitus nō mouet per tēpus infinitū, sumendo tēpus ſm partes mobilis. *Text. c. 56. Tex. c. 46.* Ad hoc dicunt aliqui & satis subtiliter, vt videtur mihi, q, quāuis primus motor non moueat mobile infinitū: nec per tēpus infinitū prout tempus motus cōsideratur ſm partes mobilis, tñ si esset mobile infinitū, ipse primus motor haberet ipsum mouere. *Rñsio ad obiectionē.* Et ex hoc sequitur, q non debet esse finitus: qa mouens finitū non posset mouere mobile infinitū si esset, cū motor debeat esse maioris virtutis q̃ mobile. nihil autē est maioris virtutis infinito, si esset. Quod autē primū mouens deberet mouere mobile infinitū, si esset, pbant sic. *Primū mouēs mouet mobile infinitum.* Nam primus motor est per se & prima causa motus, & per se & prima causa infinitatis motus, vt manifestū est: causa autē per se debet referri ad effectū per se, vt habet ex secūdo huius. *Text. c. 38.* Vnde ipse motor primus debet esse causa infinitatis motus, quæ per se cōpetit ipsi motui. infinitas autē motus, qua motus per se esset infinitus, esset ex partibus ipsius mobilis, si mobile esset infinitū. Cū enim ipsum mobile sit per se subiectum motus, manifestū est, quod infinitas, quæ accidit motui ex parte mobilis, magis per se cōpetit ipsi motui q̃ infinitas, quæ cōpetit ex partibus magnitudinis. vnde, si esset mobile infinitum, oporteret q motor primus, qui est primo & per se causa motus & infinitatis motus, esset causa illius infinitatis quā habet motus ex partibus mobilis, ita q moueret mobile infinitū, si esset. Ex hoc autē sequitur, vt dicebatur, q ipse primus motor sit virtutis infinitæ. & ex hoc concluditur vlterius, q nō sit in aliqua magnitudine, vt deducetur in cōsequentibus. *Improbatio.* Sed sine dubio quāuis istud sit satis subtiliter dictum, tamen nō videtur bene esse ad intentionem Aristo. Nam Aristo. in illa demonstratione, in qua ostendit motorem primum non esse in magnitudine, debet supponere q ipse mouet per tempus infinitum. eo modo, quo demonstrauit motum esse infinitum in præcedentibus, vt patet inspicienti suam demonstrationem. non enim probauit motum esse infinitū & perpetuum, nisi vt illud supponeret in illa demonstratione: sed ipse demonstrauerat motum esse infinitum ſm circulationem, non ſm infinitatem mobilis, vt etiam iam manifestum est. *Rñsio.* Et q dicunt isti, q infinitas ex parte partiū est illa, quæ cōpetit motui per se, dico, q non est verum simpliciter: quia hæc infinitas non est possibilis, cum impossibile sit hoc modo mobile esse simpliciter infinitum, immo solum motui possibilis est infinitas ſm circulationem, & reiterationem motus ab eodē in idem. & ideo videtur remanere dubitatio. *Alia rñsio.* Propter quod aliqui dicūt aliter. dicunt enim, q intentio Aristo. est hæc, q mouens finitum non potest mouere per tēpus infinitū tāquā prima causa infinitatis seu perpetuitatis motus. & ſm hoc non valet instantia de cœlo. cœlum enim mouet per tempus infinitū, non tāquā prima causa infinitatis motus: qa nō mouet nisi motum ab aliquo alio. & ideo non potest esse prima causa motus, & de tali intelligit Aristo. vt dicunt. *Reprobatio.* Sed istud non videtur sufficere, quia demonstratio Aristo. videtur esse cōmunis ad omne mouēs finitum, siue sit prima causa motus, siue non. Sustentatur enim sup istā ppositionē, q, cum mouēs finitū mouet aliquod mobile per tēpus aliquod, pars mouētis in minori tpe mouet partē mobilis per determinatū signū magnitudinis, siue spatij, in quo, vel circa quod fit mot⁹. & hoc videt esse verū de quocūq mouente finito qualitercūq moueat. *Alia rñsio.* Et iō alij dicunt aliter. & dicunt, q intentio Aristo. est hæc, q mouens finitum non mouet per tēpus infinitū motū vno numero. modo, ipsum cœlum nō mouet aliquod istorū inferiorū per tēpus infinitū motu vno numero: qa vnitas numeralis motus requirit vnitatē numeralē mobilis, vt patet in qnto huius. sed nullū istorum inferiorū manet vnū numero per tēpus infinitū, vt patet Secūdo de Anima, & Secūdo de Generatione. si autem cœlum mouet ista inferiora per tēpus infinitum, hoc est motu vno ſm speciē vel ſm genus. & ideo instantia non valet. *Tex. c. 64. Text. c. 10. Text. c. 64.* *Reprobatio.* Sed adhuc istud non videtur esse ſm intentionē Aristo. nam demōstratio Aristo. ita bene probat de motu vno ſm speciē q motor finitus non moueat per tempus infinitū, sicut de motu vno numero, vt patet consideranti demōstrationē illā. Et posset sic argui. Illud tēpus est finitū, quod resultat ex pluribus finitis æqualib⁹, hæc est manifesta cuilibet intelligenti. sed tēpus, in quo mouet mouēs finitū, resultat ex partibus finitis æqualibus: quod sic apparet. nam vnicuiq parti motoris et mobilis correspōdet aliqua pars tēporis, in qua mouet per signū magnitudinis determinatū, vt dictū est prius, & partibus æqualibus motoris & mobilis correspōdent partes tēporis æquales. Cū ergo partes mouentis finiti inuicem æquales sint finitæ, & similiter partes mobilis, sequitur, q partes tēporis in quo mouet mouens finitū, sibijnuicē æquales sint finitæ, & sic tēpus, in quo mouet mouēs finitū est finitū, siue moueat motu vno numero, siue vno specie. *Rñsio Authoris.* Propter quod forte redeundū est ad solutionē priorē, Dicendo, q Aristo. intendit hic demonstrare, q mouēs finitū nō mouet per tēpus infinitū, put tēpus motus attenditur ſm partes mobilis modo pdeclarato. Ex hoc autē debemus elicere, q etiā mouēs finitū nō potest mouere per se & primo p tēpus infinitū ſm circulationē & reiterationē mobilis. Nā, si mouēs finitū moueret per tēpus infinitū ſm circulationē seu reiterationē tāquā p se & primo, cā motus infiniti tūc deberet posse mouere mobile infinitū si esset. Ex quo enim esset cā prima infinitatis motus, deberet esse cā illius infinitatis seu durationis infinitæ, q per se cōpeteret motui: mō si mobile esset infinitū, tūc ipsi motui p se deberet infinitas ex parte partiū mobilis. quarū vna prius tēpore ptransiret determinatā partē spatij q̃ totū. & sic, si ipossibile est mouēs finitum mouere per tēps infinitum put tēpus sumit ſm partes mobilis, ipossibile est ipsum mouere per tēpus infinitum ſm circulationem, & hoc erit vtile ad demonstrationem illam, per quā cōuincitur q motor primus nō est in magnitudine, quia constat q ipse mouet per tēpus infinitum ſm circulationem. Quod si hoc non sufficit, inquire melius, quia non possum plus ad præsens. *Ad secdm.* Ad aliam cum dicitur,

dicitur, omne, ꝙ est in magnitudine finita &c. verũ est, si sit in ea sicut forma dans esse materiæ, sed, si sit in ea sicut motor appropriatus mobili appropriato, nõ oportet ꝙ sit finitũ. sic aũt est de motore, qui mouet per tẽpus infinitũ, nõ enim est forma dans esse materiæ, nec est in magnitudine finita, sicut forma in subiecto & constituta in esse per subiectũ, sed solum sicut motor in mobili appropriato, vt videbitur post. quare &c.

Ad tertiũ. Ad aliam cum dicitur, mouẽs quod potest semper esse &c. potest cõcedi, ꝙ cœlum potest semp mouere fm circulationẽ, nõ sicut prima causa perpetuitatis motus circularis: quia mouet motum. quare nõ valet &c. Quæratur complementum huius quæstionis in quæstione extraordinaria de infinitate vigoris Dei quę sic incipit. Difficultas est nõ parua.

Tex.c.79. Quod autem in finita omnino magnitudine non contingat infinitam esse potentiam, ex his manifestum est &c.

QVAESTIO XX.

An virtus infinita in magnitudine finita esse possit.



Onsequenter quæritur, Vtrum virtus infinita possit esse in magnitudine finita. Ae guitur ꝙ sic, quia in cœlo est virtus infinita mouens ista inferiora, vt patet in isto Octauo, & in Secũdo de Generatione. sed cœlum

Text.c.86. Tex.c.60. Tex.c.46. est finitę magnitudinis, vt patet ĩ Primo Cœli. ergo &c. Item, in quocũq; est potentia finita, illud ẽ generabile & corruptibile: sed cœlum non est generabile & corruptibile: ergo in ipso nõ est potẽtia finita, quare relinquit, ꝙ in ipso est potentia infinita, aut ꝙ nullam habet potentiam, & hoc est absurdum, cum sit prima causa corporea huius totius mundi inferioris, à qua omnis virtus huius mundi gubernatur, vt patet in primo Meteororũ. quare &c. Maior propositio est manifesta, quod enim habet potentiam finitam habet operationẽ finitã, eo ꝙ operatio est à virtute ĩmediate, & quod habet operationẽ finitam, est generabile & corruptibile, vt patet Quarto Meteororũ. & Minor patet primo Cœli & Mun. Item, in quocũq; est motus infinitus in illo est potentia in infinita: sed in magnitudine finita est motus ĩfinitus, s. in cœlo: ergo &c. Maior patet, qa motus ẽ actus entis in potẽtia, fm ꝙ hẽtur in Tertio huius. ergo mot⁹ ĩfinitus reqrit

Text.c.6. Text.c.86. Text.c.8. potentiã infinitã in illo in quo est, & minor patet ex isto Octauo, & Primo, & Secũdo Cœli & Mun. quare &c. OPPOSITVM arguitur auctoritate Aristo. hic & similiter auctoritate Cõmenta. qui volunt, ꝙ in magnitudine finita non potest esse potentia infinita.

CONCLVSIO.

Non potest in magnitudine finita esse virtus infinita.

AD quæstionem dico breuiter, ꝙ potentia infinita, i. potentia, quæ est prima causa perpetuitatis motus, nõ potest existere in magnitudine finita. Ad cuius demonstrationẽ sunt aliqua supponenda. Primo supponendũ est, ꝙ maior potentia facit motũ æqualem cum minori potentia in minori tempore. Verbi gratia, Si duo homines trahunt vnam nauem per vnum stadium in vna hora, quatuor homines trahunt illam nauẽ per vnum stadiũ immediate vnius horæ, vel in alio tẽpore minori q̃ sit vna hora, & similiter est in quolibet alio motu, & hoc est manifestũ per se. Secũdo supponendum est, ꝙ nullum mouens potest mouere in nõ tempore, loquendo de motu proprie dicto, cum omnis talis motus sit successiuus & continuus. Tũc posset sic argui, si in magnitudine finita esset potentia mouẽs infinita, s. quę esset prima causa infinitatis motus, tunc ipsa mouere in nõ tẽpore, sed hoc est impossibile per secundã suppositionem. Probatio cõsequentiæ, si sit potentia infinita in magnitudine finita, aut mouebit in tẽpore, aut in non tẽpore: per sufficientẽ diuisionẽ. Si diceretur ꝙ moueret in tẽpore, tunc capiatur aliqua potentia finita, oportebit ꝙ illa po-

E tentia finita moueat in maiori tẽpore per primã suppositionem. si autẽ vlterius ad illam potentiã finitã addatur alia potentia finita, tunc mouebit in minori tẽpore q̃ prima potentia finita: qa addendo ad potẽtiam diminuitur de tẽpore. Vlterius autẽ accipiatur alia potentia finita et addatur aliis, adhuc mouebit in minori tẽpore, & sic addendo finitam potentiã tandem perueniet ad potentiã aliquã finitam, quæ mouebit in tẽpore æquali illi tẽpori, in quo mouebit potentia infinita: quod est impossibile, p primã suppositionẽ, quæ dicit, ꝙ semper maior potentia existens in magnitudine mouet in minori tẽpore: & potest declarari ista ratio exemplificando in potentiis finitis. Ponamus, ꝙ quatuor hoĩes virtute sua trahant vnã nauem per vnum stadium in quatuor horis, & duo homines trahant nauem in octo horis: tunc, si inueniatur aliqua virtus, quæ intantũ excedat virtutem duorũ hominum, quantũ octo excedunt quatuor, manifestum est, ꝙ illi mouebunt nauem in quatuor horis, & similiter in p-

F posito. si virtus infinita existens in magnitudine moueat aliquod mobile in aliquo determinato tempore, vt quatuor horis, accipiatur aliqua virtus finita, quæ moueat aliquod mobile in octo horis, & tũc, si inueniatur aliqua virtus finita, quæ in eadem proportione excedat illã virtutem finitam in qua proportione quatuor & octo excedunt quatuor & duo, tunc certum est, ꝙ illa virtus finita poterat mouere in. 24. horis: quia fm proportionẽ, qua additur ad virtutem, diminuitur à tẽpore, & similiter est in quacũq; proportiõe, s. ꝙ tẽpus sic se habet in quo mouet vna illarũ virtutũ ad tẽpus, in quo mouet alia, sic igit virtus finita mouebit in æquali tẽpore cum virtute infinita, quod est impossibile. ergo relinquitur, ꝙ illa virtus moueret in non tẽpore: quod est impossibile.

Dubitatio. Sed vna dubitatio est hic, quã mouet Cõmentator, & Expositor accepit ab eo. Nã per istã rationẽ nõ solũ videreť cõcludi ꝙ potentia infinita non est in magnitudine, sed etiã ꝙ nul-

G la est potentia vel virtus infinita mouens: qa, si esset aliqua potentia infinita mouens, illa moueret in non tẽpore, vt deductũ est, quod est impossibile, vt prius.

Rñsio. Ad hoc respondent expositores latini præmittendo, ꝙ nulla potentia, quæ est in magnitudine, mouet quasi intellectus. probatũ enim ẽst in Tertio de Anima, ꝙ intellectus nõ est virtus alicuius magnitudinis. Omnis autẽ potentia, quæ non est in magnitudine, mouet per intellectum. Sic enim probat Aristo. cœlũ moueri à suo motore in. 12. Metaphy. Est autẽ differẽtia inter agens per intellectũ, & agens materiale: qa actio agẽtis materialis proportionatur naturæ eius, & tantũ agit quantũ agere potest, vt tanta est calefactio quantus est calor, sed actio agentis per intellectũ non oportet ꝙ proportionetur naturæ ipsius, ita ꝙ tantũ agat qs tantũ agere potest. non enim ædificator tantũ ædificat quantũ potest ædificare, sed quantum exigit ratio formæ cõceptæ. Sic igiť, si esset aliqua virtus

Tex.c.40. Agẽs p intellectũ & materiale differunt.

H ĩfinita existẽs in magnitudine, sequiť ꝙ motus ex ipsa pcedens esset fm pportionem naturæ eius, ita ꝙ moueret quantũ mouere posset, & sic pcedit ratio Aristo. Sed, si sit virtus infinita nõ in magnitudine, motus pcedens ab ipsa, nõ pcedit ab ipsa fm pportionem eius, ita ꝙ nõ mouet put potest mouere, sed fm ꝙ conuenit fini & naturæ subiecti. Est autẽ cõsiderandũ, vt dicunt, ꝙ nihil mouet nisi magnitudinẽ habẽs, vt probatum est in sexto huius. Vnde velocitas motus est effectus receptus à motore in aliquo habẽte magnitudinẽ. Manifestum aũt est, ꝙ nihil habens magnitudinẽ potest recipere effectũ proportionalẽ virtuti, quę nõ est in magnitudine: qa omnis natura corpea cõparatur ad naturã incorporeã, sicut quoddam pticulare ad abstractũ & ad vlẽ. Vñ non põt cõcludi, si virtus infinita nõ sit in magnitudine, ꝙ ex ea sequatur in aliquo velocitas infinita, q̃ est effectus proportionis tali potẽtie, sed nihil prohibet in aliqua magnitudine recipi effectũ virtutis, q̃ est in magnitudine: qa causa potior est effectu. Vñ, si aliqua virtus infinita eẽt in magnitudine

Nihil mouet nisi habẽs magnitudinem. Tex.c.12.

sequitur

sequitur q effectus ei correspondens esset in magnitudine, s. velocitas infinita: & hoc est impossibile. ergo & primum. & hæc sunt verba sancti Thomæ in sua expositione huius loci: in quib⁹ manifeste probabat, q est aliquod mouens infinitum sine magnitudine, quod potest, quantum est de se, mouere in non tempore: sed quod non mouet in tempore hoc prouenit ex defectu subiecti, quod nõ est natum suscipere talẽ effectum. Sed istud nullo modo satisfacit dubitationi: qa siue mouẽs infinitum sit mouens per intellectum, siue non, oportet q moueat in aliquo tempore determinato, & illius temporis erit aliqua proportio ad tempus, in quo mouet virtus aliqua finita: & tunc, si sumatur quædam alia virtus finita habens eandem proportionem ad illam virtutem finitam, sicut tempus habet ad tempus, necessario mouere poterit in æquali tempore cum potẽtia infinita: quod est impossibile, sicut prius. maior enim potentia semper mouet in minori tempore, & constat q potentia infinita est maior q̃ finita.

Contra positiones s. Thomæ.

Item cuilibet potentiæ actiuæ debet correspondere aliqua potentia passiua, vt patet Quinto Meta. si igitur aliquod mouens infinitum, quod mouet per intellectum, habet virtutem actiuam velocitatis infinitæ, ita quod quantum est de se potest agere motum in non tempore, oportet q isti potentiæ correspondeat aliqua potentia recepti ua in mobili: quod est impossibile. Itẽ, Naturalis Philosophus nõ debet aliquid ponere, quod non apparet ad sensum, aut quod non possit ex aliquibus apparẽtibus ad sensum inuestigari aut poni. Experimentum enim sermonum verorum est vt concordent rebus sensatis, vt dicit Commen. in isto Octauo. nũc autem nihil apparet nobis ad sensum, ex quo mediate, vel immediate possit coniici, q aliquis motor sit vigoris infiniti, & q possit mouere in nõ tempore, cum omnis reuolutio & omnis motus sit in determinato tempore, & habeat velocitatem determinatam, quare &c. De hoc tamen poterit fieri quæstio specialis. Amplius, cũ quilibet motor cœlestis sit virtus non in magnitudine, sequitur sm dicta hui⁹ hominis, q orbes inferiores non sunt nati recipere tãtam velocitatem quantam nati sunt facere sui motores, immo quælibet illorum motorum potest mouere velocius. Si quidem res corporea non est nata recipere talem proportionalem virtuti, quæ non est in magnitudine. istud autem est grauissimũ inconueniens. Quod autem dicitur de agente per intellectum, friuolum est: bene quidem verum est q intellectus transmutabilis, qui non semper intelligit nec omni modo quicquid potest intelligere, nõ semper agit quicquid agere, sicut intellectus meus. sed intransmutabilis, qui semp intelligit quicquid potest intelligere & omni modo perfectissimo quo potest intelligere, semper agit quicquid potest agere, & quocunq modo agere. Nunc autem intellectus primi est omnino intransmutabilis sm omnes. quare &c. Et ideo ad præsens dico aliter sm Commentatorem. Et dico, q, si ponatur potentia infinita in magnitudine, necessario sequitur q moueat in nõ tẽpore, sicut probatum est prius: quia huius potentia erit proprie infinita, & erit assignare tempus determinatum, in quo mouebit ipsa habens proportionem determinatam ad tempus in quo mouebit virtus finita, vt deductum est: sed, si potentia infinita, i. potentia, quæ est causa prima infinitatis motus non est in magnitudine aliqua, tunc non erit proprie finita nec infinita: quia finitum & infinitum solum de magnitudinibus dici possunt, aut solũ de eis, quæ sunt in magnitudinibus, vt dicit Commentator. et ideo non oportet q illa potentia faciat effectum infinitum, s. motum in non tempore. Et si dicatur, nunquid illa potẽtia mouebit in minori tempore q̃ potentia finita, dicatur q non. Et, cum dicitur, q potentia infinita maior est q̃ finita, verum est de illis, quæ sunt in magnitudine: sed potẽtia, quę non est in magnitudine, non est maior nec minor, & ideo ista potentia infinita, quę est omnino extra magnitudinẽ non erit potentia proprie maior nec minor q̃ finita, nec tẽ

Tex. c. 13.

Tex. c. 22.

Si ponat potẽtia infinita magnitudine mouet in non tpe.

A pus in quo ipsa mouebit habet proportionem ad tempus in quo mouet virtus finita, sicut nec ipsa habebit aliquã proportionem ad virtutẽ finitam. proportio enim solius est magnitudinis, vel eorum quæ sunt in magnitudine aliquo modo. Sed contra istam solutionem sunt difficultates aliquæ. Primo, quia magnitudo, & per consequens finitum & infinitum dupliciter debetur formæ & potentiæ motiuæ, quæ sequitur formam. Vno modo magnitudo debetur formę per accidens sm extensionem sui subiecti, in quo existit, vt albedo dicitur magna sm extensionem superficiei, in qua est. Alio modo magnitudo debetur formæ sm rationẽ propriæ perfectionis, ita q forma perfectior & nobilior dicitur maior. vt si parua nue dicimus aliqñ maiorem esse albedinem, q̃ in magno pariete. quãuis igitur potentia & forma quæ non est in magnitudine non habet magnitudinem primo modo, s. per accidens sm extensionem sui subiecti, tamen tamen magnitudinẽ

Obiectio. Prima magnitudo duplr. debet formę.

B secundo modo: quia potẽtia immaterialis & incorporea, quanto est remotior à materia, tanto est perfectior. Istam autem potentiam, s. perfectam, consequitur velocitas motus, quia quanto aliqua potentia est perfectior, tanto vehementius est motiua. non ergo potest dici vere q potentia, quę non est in magnitudine, non est finita nec infinita per accidens sm extensionem subiecti: propter hoc non causet velocitatem in infinitum, quod est mouere in non tempore. & sic non videtur valere ratio Auerrois. Præterea illa ratio videtur contradicere Arist. Nam Aristo. in vltima demõstratione huius Octaui accipit, q primus motor habet potentiam infinitã, vt ex hoc concludat ipsum non esse in aliqua magnitudine. ergo dicere q nõ habet potentiam finitam nec infinitam contradicit Aristo.

Tex. c. 86. Obiectio. Secunda.

Istæ autem sunt oppositiones sancti Thomæ, quibus putat destruere rationem Commẽtatoris. Et videtur mihi, salua reuerentia huius hominis, q procedũt ista ex malo intellectu verborum & intentionis Commentatoris.

Responsio ad obiect. Motor põt dupli͡r itelligi eẽ in magnitudine.

C Ad cuius euidentiam considerandum est, q aliquẽ motorẽ esse in magnitudine potest intelligi dupliciter. Vno modo q sit in magnitudine subiectiue, s. q inexistit, vel inhæreat magnitudini vel subiecto habenti magnitudinem, vt albedo inest parieti, vel sicut forma substantialis inest materiæ. Alio modo potest intelligi motorẽ esse in aliqua magnitudine appropriatiue, vt talis motor determinatus mouet immediate effectiue tale mobile, & aliud non moueret, & i tali uelocitate, nec in minori neq; in maiori. Et per oppositum motorem non esse in magnitudine potest intelligi dupliciter. Vno modo q non sit in magnitudine subiectiue, Alio modo q non sit in magnitudine appropriatiue nec subiectiue. modo, cum dicit Commentator q mouens, quod nõ est in magnitudine subiectiue, non est finitum nec infinitum, nõ intelligit de eo quod nõ est in magnitudine subiectiue: quia constat etiam sm eũ, q quælibet intelligentia appropriata est vigoris finiti, et

D habet determinatam, proportionem ad suum mobile, vt ipse dicit in Secundo Cœli, & Duodecimo Metaphy. & tñ nulla eorũ est in magnitudine subiectiue. hoc enim repugnat omni naturæ intellectuali, sed intelligit q potentia, quæ nõ est in magnitudine, nec subiectiue, nec appropriatiue, non est finita, nec infinita sm vigorem actiuum motus, & hoc est verissimum sm Philosophũ. Primũ autem principium motus sm eum, nullo modo est in magnitudine nec subiectiue nec appropriatiue. Subiectiue non, quia est natura intellectualis, appropriatiue non, qa non mouet actiue immediate aliquod mobile, immo pręter primum mouens, quod est Deus, oportet esse aliquẽ motorem appropriatũ primo mobili, à quo primus motor habet velocitatem determinatã, & similiter cuilibet alteri mobili cœlesti. & hoc ipse plane propalauit in Duodecimo Metaphy. in quæstione Ioãnis grammatici, vbi Commentator, q motus cœli componitur, i. depẽdet ex duobus motoribus, quorum vnus est finitæ motionis, & est anima existẽs in eo, supple appropriatiue: & alter motionis

Primũ principiũ mot⁹ nõ est i magnitudine.

Com. 41.

tionis infinitæ, & est potentia quæ nō est in materia, simple nec subiectiue, nec appropriatiue. Verū est tñ, ꝙ circa hoc sunt difficultates & dubitationes speciales, s. vtrū primus motor moueat immediate primū mobile: & ideo de hoc fiet quæstio specialis. Ad præsens autē sufficit mihi, ꝙ intentio Commentatoris est primum mouens nullo modo esse in magnitudine, nec subiectiue nec appropriatiue, ita ꝙ immediate non agit motum alicuius mobilis, nec est causa propria alicuius determinatæ velocitatis motus, nec potest accipi aliquod tempus determinatum, in quo moueat aliquod mobile: quod quidem tēpus habet proportionem determinatā ad tempus in quo mouet aliqua virtus finita, & ideo non est finitus nec infinit⁹ in virtute actiua motus, propter quod nō sequitur ipsum mouere in non tēpore. Sed, si esset in magnitudine aliqua appropriatiue vel subiectiue, oporteret ꝙ esset causa propria alicuius determinatæ velocitatis motus, & posset accipi tempus determinatum motus, in quo reuolueret suū mobile & illud tempus haberet proportionem determinatam ad tempus, in quo moueret virtus finita, & sic deduceretur ad inconueniens, ut prius: & ideo illa instantia non valet contra Commmentatorem, si bene intelligat.

Ad secūdū B. Tho.

Ad aliam cum dicitur, ꝙ Arist. assumit motorem primū esse potentiæ infinitæ. Dicerem hic, ꝙ motorē habere potentiam infinitam potest intelligi dupliciter. Vno modo ꝙ habeat potentiam actiuam motus infiniti immediate sine motore appropriato, & hoc non concederem. Alio modo potest intelligi ꝙ habeat potentiā infinitam, i. causalitatem infinitam super durationem perpetuam ipsius motus, & hoc est verissimum. ipsa enim est prima causa infinitatis seu perpetuitatis motus, & videbitur post. & hoc sufficit ad conuincendum ipsum non esse in magnitudine. Erit enim demonstratio talis. Si primum mouens esset in magnitudine aut esset in magnitudine finita, aut in magnitudine infinita, per sufficientem diuisionē: sed non potest esse in magnitudine infinita, quia nulla est magnitudo infinita simpliciter, vt patet ex Tertio huius, & magis ex Primo Cœli. Nec in magnitudine finita, qđ sic probatur: quia in magnitudine finita nō potest esse causa motus infinita, hæc est demōstrata hic, siue sit causa ut agēs, siue vt finis. Sed primum mouens est causa motus infinita. probatio huius, vel est causa motus finita aut infinita. per sufficientem diuisionem. non est dicendum, ꝙ sit causa motus finita, quia causa motus finita non mouet ꝑ tempus infinitum: hæc est demonstrata prius. Sed primū mouens mouet per tēpus infinitum, cum enim motus sit infinitus sm tempus, vt demonstratum est prius, & motus est à primo mouente, ꝗ̃ à secundo, vt prius ostēsum est. sequitur, ꝙ primum mouens mouet vel est causa motus per tempus infinitum, & sic nō est causa motus finita, ita scilicet, quod non habeat causalitatē finitam super ipsum motū, quare &c. Relinquitur ergo ꝙ sit causa motus infinita, scilicet ꝙ habeat causalitatem infinitam super motum, vel sicut agens, vel sicut finis, ergo non est in magnitudine finita. quare &c.

Tex. c. 40.
Tex. c. 46.

Primū mouens est causa mot⁹ infinita.

Rñsiones.

TVnc ad rationes. Ad primam, cum dicitur, ꝙ in cœlo est potentia infinita. Potest dici, ꝙ verum est, non quæ sit prima causa vt agēs, vel ut finis perpetuitatis motus, quia non mouet nisi motum ab alio. sic autem est intelligendum, ꝙ in magnitudine finita non est virtus vel potentia infinita, s. quæ sit prima causa infinitatis motus, vt dictum est prius, quare non valet.

Ad secūdū Tex. c. 79.

Ad aliam, cum dicit, in quocunq; est potentia finita &c. Ad hoc dixit Alexan. sm ꝙ recitat Cōmentator, ꝙ ipsum cœlum bene est corruptibile de se, sed acquirit æternitatem à motore separato & perpetuo, & in hoc assentit Aui. vt recitat Commentator in Duodecimo Meta. quare &c. Sed istud improbat Commentator per hoc, ꝙ Arist. demonstrauit in Primo Cœli, ꝙ in æterno non potest esse potentia ad corruptionem, & in Duodecimo Metaphy. dicit, ꝙ impossibile est vt idē sit possibile esse ex se, vel ex substantia sua, & recipiat ex alio esse necessarium, nisi esset possibile, vt natura eius transmutaretur ꝙ autē ipsum cœlum sit æternum, manifestum est ex hoc, quia recipit motum æternū, vt patet ex demonstratis prius. Et ex hoc vlterius cōcludit Commentator, ꝙ ipsum cœlum non est compositum ex materia & forma, s. quæ sit in potentia ad esse & non ad esse, quia omne tale est corruptibile, & à nullo perpetuatur: & concludit, ꝙ est subiectum simplex, saltē simplicitate, quæ est opposita cōpositioni ex forma & materia, quæ est in potentia ad esse & ad non esse, & subiecta priuationi, & ꝙ forma ipsius non habet subsistere per ipsum, & ꝙ in ipso nō est forma materialis omnino. In hoc autem sunt difficultates plures. Prima est, vtrum cœlum sit generabile & corruptibile. Secunda est, vtrum ipsum cœlum sit substantia omnino simplex, & nullo modo cōposita ex diuersis naturis. dico circumscripta intelligentia mouēte. Tertia, supposito ꝙ esset substātia simplex, vtrū in ipso differrēt realiter eē simpliciter à sua essentia, sicut nititur probare Expositor contra Commentatorem. sed duæ primæ quæstiones magis pertinent ad Primū Cœli & Mundi, & ideo magis pertrāseo. Tertia vero quæstio magis pertinet ad Secundum Metaphy. vbi quæritur generaliter, vtrum in rebus causatis essentia differat realiter ab esse, & ideo de hoc prosequor ad pręsens.

Alia rñsio. ad secūdū. Potentia ē infinita duplex.

Et ideo dico aliter ad illam positionem cum dicitur. In quocūq; est potentia infinita &c. Commentator respondit, ꝙ potentia dicitur infinita dupliciter. Vno modo sm durationē, s. ꝙ non habet principium durationis nec terminū. Alio modo dicitur potētia infinita sm qualitatem actionis, & hoc est, quod dicitur alio modo, potentia infinita sm vigorem, s. ꝙ potest facere infinitam velocitatem, & quacunq; velocitate data possit velocius mouere. Et per oppositum potētia finita dicitur dupliciter, Vno modo sm durationem, & est potentia quæ durat per tempus determinatum. Alio modo dicitur potentia finita sm qualitatem actionis seu sm vigorem, s. potentia, quæ potest causare motum determinatæ velocitatis & nō maioris neq; minoris. Modo, verum est, ꝙ omne illud, in quo est potētia finita primo modo, est finitum, nō autem in secundo modo. Nunc autem potentia mouens, quæ est in cœlo, est finita non sm durationem, sed sm vigorem & qualitatem actionis. Quilibet enim motor appropriatus alicui orbi cœlesti habet ad ipsum proportionem determinatam, & alius ad aliam. Et sm diuersitates istarum proportionum diuersificātur motus cœlestes in velocitate & tarditate, vt dicit Commentator. Et propter hoc dicit Arist. in Secundo Cœli & Mundi. ꝙ, si in cœlo essent plures stellæ aut maiores, ꝙ destrueretur motus aut tardaretur, quia s. motor non excelleret mobile in eadem proportione, vt prius, & ideo non oportet ꝙ ipsum cœlum sit generabile & corruptibile. & dicit Commētator ꝙ ista est maxima dubitationum, quæ accidit in hac scientia & ei, nec determinata fuit nisi cum grādi labore & in tempore vitæ suæ non modico.

Motor qlibet ē ꝓportionat⁹ suo mobili.

Tex. c. 71.

Potentia ē duplex.

Tex. c. 17.

Ad aliam cum dicitur, in quocūq; est motus infinitus &c. Dicendum, ꝙ duplex est potentia, s. actiua & receptiua, vt habet Quinto Metaphy. & Cōmentator accipit in Primo Cœli. modo, ipsum mobile bene ē in potentia passiua ad motus, s. in potentia receptiua, sed non in potentia actiua, sm ꝙ hmōi. Concedendum autē est, ꝙ ipsum cœlum bene habet potentiam receptiuā infinitam susceptiuam motus vel motionis, vt dicit Cōmentator, sed non habet in se potentiam infinitam actiuā motus perpetui vnius numero & continui. Ex hoc autē vult habere Commentator, ꝙ ipsum cœlum non est compositum ex materia & forma: quia omnis potētia formæ existentis in corpore, siue sit actiua siue sit passiua est finita, cum sit diuisibilis sm diuisionem corporis, & omne corpus est finitum, & intelligit de corpore generabili & corruptibili, ꝙ omnis potentia existens in eo est finita sm durationem, sed in corpore perpetuo, s. cœlo bene est potentia infinita sm durationē, cum sit ingenerabile & incorruptibile,

Tex. c. 26. Cœlũ hẽt potẽtiã actiuam motˀ æterni.

superbile, vt demonstratum est in Primo Cœli & Mundi. Consyderandum etiam est, ꝙ licet cœlum non ponatur habere in se potẽtiam actiuam motus perpetui vnius in numero simpliciter continui, bene tamen habet virtutem actiuam motus perpetui vnius fm speciem. Nam lumen cœli perpetuo calefacit ista inferiora, sed non calefactione vna numero & cõtinua. & similiter cœlum perpetuo mouet sphærã igneam motu locali, vt dicitur in Primo Meteororum, sed non est motus vnius numero, sicut nec ignis perpetuatur vnus numero. quare &c.

QVAESTIO XXI.

An Primum Mouens immediate moueat primum mobile.



Raria prædictorum quęritur consequenter. Vtrum primum mouens moueat immediate primũ mobile. Arguitur primo ꝙ sic. Quia, si primus motor non moueret immediate primum mobile, sed esset alius motor **B** immediatus, tunc numerus mouentium separatorum nõ esset fm numerum motuum cœlestium. & patet hæc consequentia, quia motus primus saltem esset à duobus mouentibus: & sic plura essent principia per se mouentia separata ꝗ̃ motus. hoc autem videtur esse contra Arist. in Duodecimo Meta. vbi inquit, numerum substantiarum separatarum fm numerũ motuum cœlestium. quare &c. (Tex. c. 49.)

Item arguitur auctoritatibus Arist. & Cõmen. Primo Arist. dicit in Duodecimo Metaphy. ista verba. videmˀ autem præter vniuersi simplicem lationem, quam mouere dicimus primam substantiam &c. vult, ergo ꝙ prima substantia, qui est Deus, causat motum simplicem vniuersi. aut ergo immediate, & sic habetur intentũ, aut mediante aliquo alio motore, & hoc videtur inconueniens: quia sic nõ magis causaret motum primi mobilis ꝗ̃ aliũ, cum ipse Deus sit causa cuiuslibet motionis, & per consequens motus mediante motore aliquo appropriato: qua **C** re &c. (Tex. c. 41.) Item Commentator in Duodecimo Metaphy. commento. 36. loquens de motu primo, dicit, ꝙ primum mouẽs mouet istum motum sine medio. quare &c. Itẽ ipse dicit in eodem, ꝙ in separatis à materia idem est efficiens motum, & finis motus: & hoc dicit commento. 33. Constat autem ꝙ Deus est causa finalis primi motus, cũ sit optimum eorũ, quæ in natura. ergo est causa efficiens: sed non potest esse causa efficiens remota, quia sic efficeret immediatius aliquid aliud, s. intelligẽtiam appropriatam, quæ esset causa imediata actiua vel efficens talis motus: hoc autẽ videtur inconueniens: quia substantiæ æternę non habent causam agentem, vt ipsemet dicit ibidem, & in Quarto Cœli & Mundi. Item in eodem Duodecimo Metaphy. dicit Commentator, commẽto. 36. ꝙ intelligentiæ abstractæ in eo ꝙ sunt abstractæ fiunt principia eorum quorũ sunt principia duobus modis, s. fm mouens, & fm finem: & per mouens intelligit efficiens motum. ergo, cum primũ principium sit intelligentia abstra **D** cta, debet esse causa motus nõ solum fm ꝙ finis, sed sicut agens. Et sic sequitur idem quod prius. Item, in eodem Duodecimo dicit Commentator, commẽto. 43. ꝙ illud, quod dicunt quidam moderni, primam substantiam esse priorem motore totius, falsum est. Et subdit. quælibet. n. substantia istarum substãtiarum est principium substantię sensibilis fm motorem & fm finẽ. Et ideo dicit Arist. ꝙ, si essent aliquæ substantiæ non mouentes essent ociosæ. Item in eodem Duodecimo dicit Commẽtator sic, declaratum est ergo in hoc tractatu, ꝙ primum principiũ substantiæ abstractæ est etiam & substantia, & finis, & forma, & ꝙ mouet vtroq; modo. Deus autem est primũ principium substantiæ abstractæ, vt omnes concedunt. ergo mouet, vt forma & vt finis. Quod autem mouet vt forma, videtur mouere vt mouens appropriatum, quia forma est propria ei, cuius est forma. quare &c.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Cõmen. in isto **A** Octauo. vbi vult, ꝙ mouens primum, quod est causa prima perpetuitatis motus, non est finitũ nec infinitum pro tanto, quia non est in magnitudine. modo, Commẽtator non debet intelligere ipsum non esse finitum nec infinitũ pro tanto, ꝙ non sit in magnitudine subiectiue. ex hoc. n. nullo modo sequitur ipsum non esse finitum nec infinitũ, quia, sicut dicebatur prius, nulla intelligẽtia mouens cœlum, est in magnitudine subiectiue: & tamen quęlibet est finiti vigoris, vt ipse concedit hic, & in Duodecimo Metaphy. & Secundo Cœli. ergo relinquitur, ꝙ Commentator intelligit ipsum primum mouens non esse in magnitudine appropriatiue, quia, scilicet non appropriatur ad mouendum aliquod mobile immediate. Ex hoc enim necessario consequitur, ꝙ non sit virtutis actiuæ finitæ nec infinitæ ad agendum motum. (8. Phy. 79.)

CONCLVSIO.

Primum Mouens simpliciter, quod est Deus, non mouet immediate primum mobile, absq; proprio motore, qui immediate efficit primi mobilis motum.

B Ad istam quæstionem dimissis alijs opinionibus, dico ad præsens breuiter fm Commen. ꝙ primũ mouẽs, i. prima causa perpetuitatis motus, s. principium omnino primum, quod est Deus supremus, non mouet immediate primum mobile absq; motore aliquo proprio, immo est alius motor proprius, qui efficit immediate motum primi mobilis. Et hoc aliqui sic probãt, præter illum motorem, qui mouet vt amatum & desideratũ, oportet esse aliquod aliud mouẽs, quod moueat vt amãs & desiderans: hæc recipitur pro manifesta. sed primum principium, quod est Deus benedictus, mouet vt amatũ & desideratum, ut dicit Arist. in Duodecimo Meta. quare &c. (Tex. c. 36.) Item aliqui sic arguunt, Omne, quod immediate agit aliquem motum, agit ipsum propter aliquid aliud nobilius eo. sed primum principium nõ potest agere propter aliquid aliud nobilˀ eo: ergo &c. Maior propositio **C** habetur ab Arist. Secundo Cœli & Mundi. cap. de duabus quæstionibus difficilibus, vbi sic loquitur. actio aũt semp est in duobus, & cuius gratia sit, & quod hmõi gratia. Et minor est manifesta fm omnes. nam Deus nõ potest agere propter aliqd aliud nobilius eo. totaliter enim optimum eorum, quæ in natura Deus, sicut dicit Arist. in Procemio Metaphy. Optimo autẽ nihil est melius & nobilius. & idem vult Arist. in Duodecimo Metaphy. quare &c. (Tex. c. 62.) Item arguo sic. Si primum principium mouens efficeret immediate motum primum, oporteret ꝙ moueret in non tempore: hoc autẽ est impossibile fm omnes. probo consequentiam. Nam suppono, ꝙ ipsum primum mouens, si mouet primum immediate, est vigoris infiniti, & virtutis infinitæ, & hoc omnes concedunt, ita ꝙ ipsum primum mouẽs erit prima causa infinitatis motus. Secundo suppono fm Arist. ꝙ semper maior virtus existẽs in magnitudine subiectiue siue appropriatiue mouet in minori tempore. (Tex. c. 10.) Tunc arguo, si primum mouẽs **D** mouet immediate primum mobile, aut mouet in tempore, aut in non tempore. si secundo modo, habetur incõueniens. si in tempore, tunc oportet ꝙ tempus illud habeat proportionem ad tempus, in quo mouet aliqua virtus finita. nam cuiuslibet temporis finiti est aliqua proportio ad aliud tempus finitum: tempus igitur, in quo primum mouens reuoluit primum mobile, habebit aliquam proportionem determinatam ad tempus, in quo aliqua virtus finita mouebit. Tunc accipiatur aliqua alia virtus finita, & addatur illi virtuti finitæ, manifestum est, ꝙ mouebit in minori tempore, & vlterius alia virtus finita tertia in minori tempore, & sic semper addẽdo ad virtutem diminuetur de tempore, vnde tandẽ peruenietur ad hoc, ꝙ aliqua virtus finita mouebit in tempore æquali illi tẽpori, in quo primum mouens ponebatur mouere primũ mobile. si enim sit aliqua uirtus finita, quæ fm eandẽ proportionem excedat aliam virtutem finitam, fm quã tempus, in quo mouet virtus finita excedit tẽpus, in quo mo

uet

uet virtus primi mouentis infinita, tunc illa virtus finita mouebit in ęquali tempore, cum infinita: quod est impossibile. Sed aliquis cauillaret hic, quod non est inconueniens virtutem minorem mouere in æquali tempore cũ maiori virtute, quia constat, ꝙ virtus, quæ reuoluit cœlum in. 24. horis, quæcunq; illa est, maior est, saltem maioritate perfectionis, q̃: quæcunq; virtus materialis & finita. Et tamen aliqua virtus materialis potest mouere in 24. horis, sicut vnus equus potest trahere currum in. 24. horis, & sic in multis aliĳs. ergo maior virtus bene potest mouere in æquali tempore cum minori & è conuerso. — *Obiectio.*

Responsio, Dicendum ad hoc, ꝙ licet minor virtus possit mouere aliquod mobile in æquali tempore cum maiori, tamen illud idem mobile, quod mouetur à maiori virtute in aliquo tempore, non moueret virtus minor in æquali tempore, dummodo maior virtus ageret s̃m vltimũ suæ potentiæ. & hoc notum est cuilibet intelligẽti. Vnde, si virtus infinita mouens primũ mobile reuoluit ipsum in. 24. horis, & in minori non potest ipsum reuoluere, impossibile est quòd aliqua virtus finita moueret ipsum in. 24. horis. Sed tunc iterum cauillabit aliquis, ꝙ, quamuis primum mouens existens infinitæ virtutis moueat primum mobile. in. 24. horis, nunquam tamen sequitur inconueniens, ad quod deducebatur: quia impossibile est esse aliquam virtutem finitam, quæ moueat primum mobile, & sic non sequitur, ꝙ virtus finita moueat in ęquali tẽpore illud idem mobile, quod mouetur ab infinita. — *Obiectio.*

Responsio, Dicendum ad hoc, ꝙ, si impossibile est aliquam virtutem finitam materialem primum mobile mouere, sic ista conditionalis est impossibilis, ꝙ, si aliqua virtus finita & materialis moueret, & mouere posset cœlũ, ꝙ posset ipsum mouere in æquali tempore cum virtute infinita. vnde illud debet iudicari impossibile, ex quo sequitur istam conditionalem, quæ falsa est & impossibilis, esse veram. modo, si primum mouens, quod de se est infinitæ motionis, moueret immediate primum mobile in. 24. horis, tũc ista conditionalis esset vera, ꝙ, si aliqua virtus finita posset mouere cœlum, moueret ipsum in æquali tempore. ponamus enim, ꝙ aliqua virtus finita moueat aliquod mobile in. 24. horis, tunc, si esset aliqua virtus finita potens mouere cœlum, quæ haberet eãdem proportionem ad illam virtutem finitam, quam proportionem habet. 48. ad. 24. illa posset mouere cœlum in. 24. horis, quod est impossibile omnino: & sic intelligenda est demonstratio Aristo. vt credo. Propter has ergo rationes & consimiles, videtur esse probabile, ꝙ primum principium non mouet immediate primum mobile, immo necesse est esse motorem appropriatum, qui est causa propriæ velocitatis determinatæ primi motus, sicut & quilibet alius motus cœlestis habet velocitatem determinatã à motore appropriato.

Perpetuitas motus est à primo principio. Perpetuitas autem motus cuiuslibet est ab ipso primo principio principaliter & primo, quia ipse est omnino intransmutabilis & per se, & per accidens quocunq; modo transmutationis. Et ꝙ hæc sit intentio Commẽtatoris patet ex multis. Primo quidem in verbis primo allegatis in Duodecimo Metaphysicæ. vbi ipse soluens quęstionem Ioannis Grammatici dicit sic. Iste motus componitur ex duobus motoribus, quorum vnus est finitæ motionis, et est anima existens in eo, & alter motionis infinitæ, & est potentia, quæ non est in materia: secundum igitur quòd mouetur à potẽtia finita, mouetur in tempore. Et quibusdam interpositis subdit. Et per diuersitatem proportionis in corporibus cœlestibus, scilicet eorum quę est inter corpora eorum, & animas, diuersificantur in velocitate & tarditate & in hoc in quo conueniunt, scilicet quia mouentur à potentia non in materia, habẽt æternitatem motus & continuitatem. Vult ergo plane Commentator, ꝙ motor, à quo primus motus corporum cœlestium habet æternitatem, non est in magnitudine, aut ergo intendit ipsum non esse in magnitudine subiectiue solum, aut intendit ipsum nullo modo esse in magnitudine, nec subiectiue — *Com. 41.*

E nec appropriatiue. Non primo modo, quia in hoc non differt mouens à quo est æternitas motus ab illo, à quo est velocitas determinata: quia vterq; eorum est sine magnitudine, ita quòd non inhæret magnitudini. ergo relinquitur, quòd secũdo modo: & hoc est quod volumus. Itẽ in eodem commento versus finem dicit Commentator, quòd potentiæ mouentes in corporibus æternis possunt semper mouere, & non semper mouere. possunt enim nõ semp mouere, si posuerimus illud, ad quod mouetur, scilicet primum motorem, esse receptibile transmutationis cuiuscunq; modi. possunt autem semper mouere, si posuerimus illud, ad quod mouetur, non transmutabile aliquo modo. videtur ergo velle Commentator quòd quilibet motor appropriatus corpori cœlesti mouet propter aliquid aliud nobilius, à quo est perpetuitas motus primo. Idem intendit in suo Tractatu de Substantia Orbis. vbi dicit sic. Et cũ cõsyderauit in virtutibus appetitiuis istis, scilicet mouẽtibus corpora cœlestia, vidit eas mouere ad

F appetibile nobilius. Primus autem motor nõ mouet propter appetibile nobilius, & ideo non est dicendum quód immediate moueat primum mobile. Item in Duodecimo Metaphysicę. dicit Cõmentator loquens de Arist. Ex hoc quod dicit hic patet, sua intentio est, quod immediate mouens cœlum appetit maius bonum se. sed primũ mouens, quod est Deus, non appetit aliquod maius bonum, cum ipse sit totaliter optimum eorum, quæ in natura. ergo non est immediate mouens cœlum. Verum est alia commenta habent ibi sic. Et omnia ista dixit ad declarandum, quòd corpora cœlestia habent appetitum propter intellectum. intentio autem maius bonum specie appetit: contingit autem sæpe, vt corpora cœlestia appetũt in hoc motu aliquod maius bonum ipsis, & cum sint nobilissima entium sensitiuorum & meliora, necesse est, ꝙ illud bonum, quod appetunt, sit nobilissimum omnium entium, & maxime quod appetit totum cœlum in motu — *Com. 36.*

G diurno. sed primo mouente, quod est Deus non apparet aliquod maius bonum, cum ipse totaliter optimum sit eorum quæ in natura sunt: igitur non est immediate mouẽs cœlum. Sed contra istud videtur esse vna auctoritas Commentatoris multum expressa. Dicit enim in Duodecimo Metaphysicæ commento. 35. Et intẽdebat per hũc sermonem differentiam inter primum principium & alia principia abstracta. Alia enim videntur electa & desiderata propter alia, scilicet principia aliorum motuum cœlestium præter motum diurnum. quod autem hunc motum facit, uidetur esse electiuum per se, idest desideratum propter se. Et subdit parum post, est enim electum per se & amatum omnibus, tale autẽ est perfectum in fine. Modo, sine dubio inter principia abstracta, nullum videtur esse desideratum propter se omnino & perfectum in fine, idest summe perfectum & nobilissimum, nisi primũ principium, quod est Deus. ergo ipse est, qui facit motũ diurnum. aut ergo mediate, aut immediate. si immediate — *Instantia,*

H habetur propositum. si mediate, tũc similiter potest dici, ꝙ illud, qđ facit alios motus, s. mediate est desideratum propter se, & sic non est differentia in hoc inter principium mot⁹ diurni, & principium aliorum motuum. Et ad hoc dico breuiter, quòd Commẽtator intelligit illam esse differentiã inter principium remotũ motus diurni, & principia propria aliorum motuum. primũ enim principium, quod agit, idest quod causat motum diurnum, sicut finis, propter quem mouet motor appropriatus, est desideratum propter se primo & principaliter, & est perfectum in fine, idest in summo perfectionis. Et quòd hęc sit intentio Commentatoris, patet in eodem commẽto parum post, vbi exponit. hic autem primum mouẽs mouet primum motum ab eo, sicut mouet amatum primum amãs, absq; hoc quòd amatum moueatur: & parum post subdit. primum, scilicet cœlum mouetur ab illo motore secundum desiderium, vt assimiletur ei secundum suum posse, sicut amans mouetur, vt assimiletur suo amato. Constat autẽ, — *Responsio,*

quòd ipsum primum coelum nõ amat nec desiderat illud primum, nisi per intellectum aliquem sibi appropriatum min⁹ nobile illo primo. Ridiculum enim esset dicere, ꝙ prima substantia corporea primi coeli amaret & desideraret ipsum primum principium, quare &c. Sed quæret aliquis, si primum mouẽs non moueret primum mobile nisi vt finis, quare magis dicitur mouere primũ mobile, quàm alia mobilia, cum omnia illa moueat vt finis secundum intentionem Aristo. & Commenta. Dicendum, ꝙ pro tanto magis dicitur mouere primum mobile, quia perfectius intelligitur & perfectius desideratur à motore appropriato primo mobili, quàm à motoribus aliorum orbium. Vnde & motus primi mobilis est uelocior omnibus alijs, vt sciunt Astronomi. Item, quãuis primum mouens sit finis omnium aliorum motuum, tamen est propinquior finis ipsius primi motus ꝗ̃ aliorum. Et ideo dicitur secundum excellentiam mouere primum mobile, non quia moueat ipsum sine omni alio motore appropriato.

Dubitatio.

Responsio.

Rñsiones.

TVnc dicendum est ad rationes & auctoritates in cõtrarium. Ad primam dico, breuiter, ꝙ Aristo. nõ intendit inuestigare per numerum motuum cœlestium nisi numerum motorum appropriatorum & immediatórum: præter quos omnes necesse est esse vnum motorem in ratione finis, gratia cuius omnes mouent, & ab ipso habent perpetuitatem & continuitatem motus, vt dictum est. Ad auctoritatem Aristo. dicendum, ꝙ pro tanto dicit primam substantiam mouere secundum simplicem lationem vniuersi, non quia prima substãtia sit immediate agens illum motum, sed quia motor, qui facit huiusmodi motum immediate quodam nobiliori & excellentiori modo intelligit & amat ipsam primam substantiã, quàm omnes alij. Et per ipsum primum motum mobile primũ & eius immediatus motor perfectius agit aut conseruat similitudinem ad primam substantiam quàm alia. Ad aliam cum dicit Commenta. ꝙ primum mouens mouet istum motum sine medio, dico, ꝙ non intelligit sine medio motore, sed sine mobili medio, & hoc est bene verũ.

Ad aliam cum dicitur, ꝙ in separatis à materia &c. Dico, ꝙ sic est intelligendum, ꝙ in separatis à materia, oẽ, quod est agẽs motus, est finis motus aliquo modo, sed nõ è conuerso, & in hoc differunt ab eius, quæ mouent nos. Nam illud, quod mouet nos, sicut agens motum, scilicet esse finis in anima, non est causa motus secundum finem gratia cuius, vt forma balnei existens in anima est agens desiderium & motum, & non est finis motus, vt dicit ibi Commentator. Ad aliam cum dicitur, ꝙ intelligentiæ abstractæ &c. potest sic exponi, ꝙ intelligẽtiæ abstractæ vniuersaliter sunt principia eorum, quorum sunt principia agentia duobus modis, scilicet secundum mouens & secundum finem, ita ꝙ non solum sunt principia agentia illorum, quorum sunt principia agentia, sed etiam aliam causalitatem super eam habent, scilicet causalitatem finis: & hoc sufficit ad intentionem Commentatoris ibidem.

Ad aliam cum dicit Commentator, ꝙ illud, quod dicunt quidã &c. Ista est multum difficilis ad exponẽdum & intantum ꝙ, aliqui dicunt Commentatorem sibi esse contradictorem in hac materia. Alij vero dicunt, ꝙ ipse non dicit ex intentione & per modum determinationis illud quod ipse dicit in isto Octauo, scilicet ꝙ mouens primum non est finitum nec infinitum, nec illud quod dixit in Duodecimo Metaphy. ꝙ motus cœli componitur ex duobus motoribus. Sed ista sunt dicta hominum non intelligentium aut non amãtium veritatem sermonũ Commentatoris. ipse enim fuit excellentior Philosophus post Arist. inter omnes posteriores, & præcipuus & subtilissimus imitator Arist. & ideo dicere ipsum esse sibi contradictorem inhonestum est. dicere etiam ipsum non loqui ex intentione nec per modum determinationis fictitium est, & superficiale. ꝙ nullum signum apparet in eius verbis, ex quibus prætendat vel ex quo prætẽdat se loqui secundum aliam opinionem, aut per modum dubitationis, vt patet inspicienti verba eius. Et ideo dico secundũ meũ posse, ꝙ Commentator in istis verbis loquit͛ contra quosdam errantes in Philosophia, qui posuerunt, aut ad eorũ positionem consequebatur, ꝙ prima substantia, scilicet Deus, esset prior duratione ꝗ̃ motor totius. Posuerũt. n. ipsam primam substantiam, quæ est Deus producere de nouo primam intelligẽtiam, & sic omnia alia entia. Contra quos loquens Commentator dicit, quod autẽ dicunt quidam primam substantiam esse priorẽ motore totius, supple secundum durationem, falsum est. sed non intẽdit negare ipsam esse priorem secundum naturam & dignitatem. Quod autem subiungit ibidẽ, ꝙ quælibet substantia &c. difficilius videtur. & dico, ꝙ sic est intelligẽdum, quælibet enim istarum substantiarum, scilicet separatarum, est principium substantiæ sensibilis secundum motionem & secũdum finem, idest sicut finis motus. Et hoc intendit cum dicit secundum motorem, & sicut finis substantiæ mobilis: & hoc intendit cum dicit, & secundum finem. vult ergo dicere Cõmentator, ꝙ quęlibet substantia separata est semper finis alicuius motus substãtiæ sensibilis & non solum finis motus, sed etiam finis substãtiæ motæ. Et idem credo ipsum intelligere in de Substantia Orbis, vbi dicit, ꝙ cœlũ indiget virtute actiua, id est virtute quæ est finis substantiæ suæ, non solum finis motus. Et ideo dicit ibidem, ꝙ mouens totum est agens totum, idest causa finalis totius illius motus cœli est finis totius substantiæ cœli. Ex his ergo non habetur ꝙ prima substantia sit causa effectiua immediate mot⁹ primi cœli, sed ꝙ semper est finis ipsius motus & substãtiæ motæ: quod nõ fuisset, si fuisset prior duratione motore totius. Et Cõmentator subdit, & ideo dicit Aristo. ꝙ, si essent aliquæ substantiæ non mouentes, essent ociosæ, i. si essent aliquę substantiæ non causantes motũ aliquo modo, essent ociosæ. motus enim licet non sit finis substantiæ separatę, gratia cuius & principalis, tamẽ est finis quo, scilicet quo cõseruat suam causalitatem super entia: & sic, si non moueret, esset ociosa per priuationem finis gratia cuius: quod est inconueniens. Non enim est aliqua natura non innata ad largiendum, vt ipse innuit in Secundo Cœli. Dubitant autem aliqui de quibusdam verbis, quæ subdit ibi Commẽtator, & sunt hæc. Dicamus ergo, ꝙ nulla forma est quasi finis cõmunis & vniuersalis, nisi illa ex his, quæ habẽt actionem communem. & hæc est dispositio formę mouentis primum cœlum motu diurno. Vult ergo Cõmentator, ꝙ forma mouens primum cœlum motu diurno, est finis communis omnium motorum cœlestiũ, sed nullus est finis communis omnium mouentium cœlestiũ nisi primum, quod est Deus: ergo Deus ẽ illa forma, quę habet actionem communem, & quæ mouet primum cœlum. Vel dicat͂, ꝙ nulla forma, i. nullus motor appropriatus, est finis communis & vniuersalis, nisi mouens primũ motu diurno: tamen præter illam formam & præter omnes alios motores appropriatos ẽ alia causa nobilior, gratia cuius moueat omnes, & ꝙ illam literam. Mouet autẽ vt amatum. ibi autem loquitur sic. hæc sit intentio Commentatoris in eodem commẽto patet, vbi sic dicit. Illud enim quod intelligit motor primus de primo motore, est causa manifesta cœli. aliud habeo, quod intelligit motor Saturni. Et ego dico, ꝙ totum hoc ẽ verissimum, si bene intelligatur. Deus enim est illa forma, idest substantia separata, quæ habet actionem cõmunem, i. quæ causat motum communem, & quæ mouet primum cœlum motu diurno ratione amati & desiderati, & per consequens in ratione finis, sed non in ratione agentis immediati & appropriati. Quare autẽ magis dicitur esse causa primi motus ꝗ̃ aliorum, cum etiam sit finis aliorum, & quare dicit͛ mouere primum cœlum magis ꝗ̃ alia, cum etiam alia moueat vt finis, dictum est superius. Omnes autem propositiones & formæ, quæ sunt in potentia in materia prima, sunt in actu in primo motore: hic vocat primum motorẽ

Quælibet suba abstracta est finis alicui⁹ substantiæ sensibilis.

Tex. c. 19.
Dubitatio.

Responsio.
De⁹ mouet primũ cœlum motu diurno rõne amati.

ipsum

ipsum motorem appropriatum primo mobili, quia iste est primus in ordine agentium. Ad aliam auctoritatem, cum dicit Commen. quod primum principium substantiæ abstractæ est substantia, forma, & finis, & qui mouet vtroque modo, sicut aliqui, quod ly vtroque modo, debet referri ad substantiam & finem, sed non ad formam, ita quod mouet vtroque modo, idest sicut substantia & sicut finis, non sicut finis de genere accidentis. Aliter potest dici, quod ipsum principium substantiæ bene mouet vt forma, non quidem vt forma perficiens mobile quantum ad esse, nec vt forma, idest vt motor appropriatus, sed vt forma, idest sicut substantia abstracta, non sicut substantia corporea. Consuetudo enim est apud Aristo. & alios Philosophos, substantias abstractas omnes vocare formam, nõ quidem ab informando, sed per priuationem materiæ vniuersaliter.

Iterum aliter potest exponi satis competenter, quod primum principium substantiæ mouet vt forma, & vt finis, idest sicut finis substantiæ mobilis. Et hoc intendit cum dicit, vt forma & vt finis motus, & hoc intendit cum sub dit, Et vt finis.

QVAESTIO XXII.

An Primum mouens sit vigoris infiniti.



Consequenter quæri potest, Vtrum primum mouẽs sit vigoris infiniti. Et arguitur primo quod sic, quia illud quod facit aliquid ex nihilo est vigoris infiniti: sed primum principium quidem, quod est primum mouẽs simpliciter, facit aliquid ex nihilo: quare &c. maior patet. Nã sicut ipsius entis ad nihil est infinita distantia, sic virtus, quæ facit aliquid ex nihilo debet in infinitũ excedere virtutem, quæ facit aliquid ex aliquo, & per consequens talis virt⁹ debet esse infinita. Et minor apparet, quia quod agens agat ex aliquo præsupposito, & nõ possit agere aliquid ex nihilo, hoc prouenit ex diminutione agẽtis. cum igitur primum principium sit perfectissimum nulla diminutio est in ipso, vt patet in Duodecimo Metaphy. sequi tur, quod potest aliquid educere ex nihilo, ergo &c. Item, illud quod conseruat aliquod corruptibile per tempus infinitum, debet esse vigoris infiniti, sed primũ mouens est huiusmodi. ergo &c. Maior apparet, quia uidemus in virtutibus cõseruatiuis aliquorum corruptibilium, quod quanto aliqua virtus diutius conseruat aliquod corruptibile, tanto iudicatur esse perfectior & vigorosior. vt medicina aliqua, quæ conseruaret aliqd à putrefa ctione p annum, esset perfectior illa, quæ conseruaret solum per diem. similiter autem & in aliis, & sic patet maior. & minor etiã patet. Primum enim mouens conseruat motum cœli p tempus infinitum, motus autem cœli est corruptibilis, vt patet per commen. Duodecimo Metaphy. ergo &c. Itẽ, si primum mouẽs non esset vigoris infiniti, tunc nõ oporteret esse aliquem motorem appropriatum primo mobili præter ipsum primum motorem: sed hoc est falsum secundum Commentatorẽ, vt patet prius. probatio cõsequentiæ. Nam propter aliud non oportet esse motorem appropriatum primo mobili, nisi quia motor primus esset virtutis infinitæ, & sic moueret in non tempore. ergo &c.

Tex. c. 39.

Com. 41.

Item, primum principium est infinitum secundum durationem: ergo est infinitum secundum uigorem. Antecedens est concessum & manifestum, secundum omnes, & sequentia probatur, quia duratio primi, & eius vigor, est vnum & idem, quia in ipso nulla est diuersitas, vt patet ex Duodecimo Metaphysicæ, quare &c.

Tex. c. 41.

OPPOSITVM arguitur Auctoritate Commenta. qui vult, quod primum mouens non est finitum nec infinitũ proprie: quia non est in magnitudine. Et arguitur ratione, quia, si primum mouens esset vigoris infiniti, tunc moueret in non tempore: quod est impossibile. probatio consequentiæ: quia, si moueret in tempore, tunc illud tempus haberet aliquam proportionem ad tẽpus, in quo moueret aliqua virtus finita. Nam cuiuslibet temporis finiti est ali- E qua proportio ad aliud tempus finitum. sed proportio tẽporis motus ad tempus motus est secundum proportionem virtutis mouentis ad virtutem motiuam. ergo virt⁹ infinita haberet proportionem determinatam ad virtutẽ finitam: quod est impossibile. ergo primum mouens non posset mouere in tẽpore, si esset vigoris infiniti, & sic moueret in non tẽpore. Et hæc ratio specialiter valeret, si poneretur primum mouens esse vigoris infiniti, & cum hoc moueret immediate primum mobile. quare &c.

CONCLVSIO.

Primum Mouens, quod nec mediate, nec immediate motũ aliquem agit, sed est causa motus sicut finis, non est proprie finiti vel infiniti vigoris.

AD quæstionem dico breuiter ad præsens, intentionem Aristo. & Commen. fuisse, quod primum mouens, quod est causa perpetuitatis motus, simpliciter prima, non est proprie vigoris infiniti, nec finiti: quod sic probatur, Illud, quod non est causa actiua alicuius velocitatis motus, non est vigoris finiti nec infiniti: sed pri- F mum mouens modo prædicto non est causa actiua alicuius velocitatis motus: ergo &c. Maior patet, quia proprie loquendo vigor motoris dicit uirtutem actiuam alicuius velocitatis motus, & vigor finitus est causa actiua determinatæ velocitatis. qua scilicet virtute motor facit talem velocitatem, & non aliam. Et vigor infinitus est causa velocitatis infinitæ actiua, qua scilicet ipsum mouens intelligitur posse facere velocitatem infinitã excedentem qualẽ bet velocitatem determinatam. Illud ergo, quod non est causa actiua alicuius velocitatis motus, sed solum mouet vel agit vt finis, & non vt agens motum, non est vigoris finiti nec infiniti proprie. Et minor patet ex præcedentibus, vbi ostensum est, quod mouens primum nõ mouet immediate primum mobile tanquam agẽs eius motum, de quo tamen magis videretur. Si autẽ dicatur quod ipsum primum mouens efficiat motum primum, tanquam agẽs remotum, tunc oporteret, quod ageret prius aliquem alium effectum immediatum, scilicet intelligentiam appropriatã G primo mobili, aut ipsum primum mobile, & sic substantia æterna dependeret à causa agente: quod pro impossibili relinquitur à multis. Et confirmatur, quia cœlum nõ diceretur agẽs remotum istorum inferiorum, nisi ageret aliquid, quod esset causa actiua istorum inferiorum, vt lumen aut aliquid huiusmodi. Similiter nõ est rationabile, quod prima causa dicatur agere motum primi mobilis, sicut agens remotum, nisi ab ipso efficeretur aliquid, quod immediate ageret ipsum primum motum: & quid esset illud nisi motor appropriatus, non potest assignari nisi fingat. Si quis autem non habet pro incõuenienti, quod prima causa efficiat immediate motorem proprium primi mobilis indigeret lõga euratione, & ad præsens nolo de illo determinare, nisi quod Commentator videtur velle cõtrarium in multis locis, specialiter. I Duodecimo Metaphysicæ. vbi dicit, quod agens apud Arist. extrahit, vel educit factum de Com. 18. H potentia ad actum. In talibus autẽ substantiis non est potentia, vt supponit. De hoc igitur est speculatio pulchra, & inquiretur super Secundum Metaphy. si Deus voluerit. Et, si cõcederetur primum principium efficere immediate primam intelligentiam, scilicet appropriatã primo mobili & mediante ipsa efficere primũ motum, forte adhuc non haberetur quòd esset vigoris infiniti, quẽuis primus sit determinatæ velocitatis: quia vigor proprie dicitur virtus immediate actiua velocitatis motus, & vigor infinitus proprie dicitur virtus immediate actiue determinatæ velocitatis. Si quis tamen diceret, quòd immo vigor dicit quantumcunque virtutem actiuã velocitatis motus, siue propinquam & immediatam, siue remotã & mediatam, tunc solum contentio esset de nomine: quia concedendum esset secundum hoc ipsum primũ mouens esse philosoph⁹ finiti vigoris, supposito scilicet quod efficiat primum motũ põit ad sen mediante substantia propriã motoris. hoc enim supposi- sum manifesta. to non esset dicendum, quod sit vigoris infiniti secundũ Philosophiã,

losophiā, quia Philosophus nihil habet ponere nisi quod manifestum est ad sensum, vel quod conuincitur ex manifestis immediate vel mediate. Vnde Cōmen. dicit in isto

Com. 22.

Octauo ꝙ experimentum sermonum verorum est vt cōcordent rebus sensatis. & in Tertio de Anima dicit, ꝙ cōditio necessaria veris demonstrationibus est, vt apparentia sensui non differāt ab eo, quod videtur per rationem, supple non differant differētia oppositioois & repugnantiæ, & propter hoc Aristo. dicit in quadā epistola ad Alexan. quòd sicut uita est eligibilis sine tristitia, ita ratio sensata amabilis. Nunc autem indubitanter ex nullo effectu apparente ad sensum potest conuinci sufficienter, ꝙ primum mouēs sit vigoris infiniti, sic intelligēdo, ꝙ habeat virtutem actiuam velocitatis infinitæ, idest incomparabiliter excedens omnem aliam velocitatem, & hoc est dicere, quòd habeat virtutem actiuam ad mouendum nō in tempore. Et hoc est verum siue ponatur causa actiua mot⁹ remota siue propinqua & immediata. omnis enim

B

motus cœlestis est finitæ & determinatæ velocitatis, & quilibet motorum cœlestium habet proportionem determinatam ad suum mobile. & secundum diuersitates proportionum motorum cœlestium ad sua mobilia diuersificantur motus in velocitate & tarditate, vt dicit Cōmen. io Secundo Cœli. Nec debet aliquis dicere, quòd infinita

Com. 71.

duratio motus arguat primum mouēs, qui est prima causa huius infinitatis, esse vigoris infiniti simpliciter, qa ad hoc sufficit infinitas durationis cum omnimoda transmutabilitate, & cum hoc quòd est ens optimum gratia cu⁹ sunt omnia alia. Et hoc apparet: quia mouens omnino infatigabile & intransmutabile æquali virtute potest mouere per maius tempus & per minus tempus: quòd enim maior virtus mouentis requiratur ad mouendum in maiori tempore quàm in minori, hoc non est, nec prouenit nisi ex eo quòd mouens est fatigabile & transmutabile. sicut verbi gratia, in homine requirit maior virtus ad hoc quòd ambulet per annum quàm ad hoc ꝙ ambulet per

C

horam: quia homo in ambulando fatigatur & debilitat. Vnde, si omnino & eodē modo se haberet homo in fine anni vel diei, sicut in fine horæ, vtiq; per eādem & æqualem virtutem moueret per annum aut per diem, sicut per horam. Quòd ergo maior uirtus mouentis requiratur ad mouendum in maiori tempore, hoc nō est sine hoc quòd mouens sit fatigabile & transmutabile. sed primum mouens est omnino infatigabile & intransmutabile, vt scivit Philosophi. Et ad hoc vt causet motum io tēpore finito, nō requiritur vigor infinitus, vt manifestum est. ergo ad mouendum similiter per tempus infinitum non requiri-

Epilogatio

tur infinitas vigoris. Diceretur ergo recolligendo prædicta, quòd, si primum principium non agit immediate aliquem motum, nec etiam mediate, sed solum est causa motus secundum finem, tunc oon est vigoris infiniti, nec etiā finiti proprie. Et istud est mihi probabilius ad præsens secundum Commentatorem. Si vero ipsum primum mo-

D

uens est causa actiua motus remota, scilicet mediante intelligentia appropriata, tunc non est vigoris finiti, nec infiniti proprie nisi vigor extenderetur ad quamcunq; virtutem actiuam. Si autem mouet immediate primum mobile, sicut agens primum motū sine alio motore, tunc credo, quòd oportet dicere ipsum esse vigoris finiti secundū Philosophiam. Sed omnium istorum probabilius est mihi ad præsens primum, scilicet quòd solum est causa motus vt finis, non autem vt agens præcise sequendo verba Commentatoris in isto Octauo, vt visum est prius.

Dubitatio prima.
Com. 31.

Contra hoc tamen sunt difficultates multę, Prima est, quia secundum Commentatorem in Duodecimo. In separatis à materia idem est mouens secundum agens & secundum fioem: constat autem ꝙ primum mouens est separatum à materia: ergo non solum est mouēs secundum finem, sed secundum agens: quod est contra dicta.

Dubitatio Secunda.

Itē, quandocunq; mouens per cognitionē mouet propter aliquem finem esse illius finis in anima mouente est efficiēs

A

motum, sicut cum homo mouetur ab anima sua propter formam balnei, quā cognoscit & approbat, & esse ipsius formæ balnei in anima est causa agens desiderium & motum, & Commentator dicit in Duodecimo Metaphysi. similiter autem videtur & in aliꝭs. Constat autem, quòd, si non esset motor appropriatus, primū principium moueret in instanti, vt videtur velle Commentator. hoc autem non esset, nisi ipsum primum principium esset vigoris infiniti intensiue. Dicēdum, quòd verum est, quòd esset vigoris infiniti intensiue, si moueret omnino immediate, sed non sequitur, ꝙ simpliciter absolute sit vigoris huius motus appropriatus mobili. Si mouet propter primum tanquam propter finem, mouet propter eius cognitionem & appetitum, vt omnes cōcedunt. & habetur in Duodecimo Metaphy. ergo esse ipsiua primi mouentis in anima Primi Cœli, scilicet in intelligentia apropriata debet esse efficiens seu agēs ipsum motum, sed esse primi

B

principiꝭ in huiusmodi intelligentia & suum esse simpliciter, sunt vnum & idem, quia in separatis à materia nō est aliud esse in anima & extra animam, immo est idem esse secundum Commēta. in Duodecimo Metaphy. ergo ipsum primum mouēs mouet secundum se effectiue, quod est contra dicta.

Dubitatio Tertia.
Com. 66.

Item, alud dubium est, quia entia diuina vel intelligentiæ primaria intentione agunt propter se, vt Commentator dicit Secundo Cœli. Et in Secundo huius Philosophus dicit, quòd hæc est dispositio entis necessariꝭ simpliciter, quòd eius actio est propter ipsum. Cōstat autem, ꝙ quilibet motor cœlestis est ens diuinum, & necessarium simpliciter, cum sit separat⁹ à materia. ergo primo agit motum propter se, & sic nō moueret propter ipsum primum principium, vt propter finē: cuius oppositum dictum est.

Dubitatio Quarta.

Itē, mouens simpliciter primū, quamuis non sit causa efficiens infinitæ rationis motus, quia tamen est causa finalis eius, ideo conceditur esse infinitus secundum durationem. ergo similiter, quāuis primum mo-

C

uens non sit causa actiua velocitatis motua, quia tamen est causa finalis eius, cum sit optimum, gratia cuius sunt omnia alia entia, videtur quòd debet esse finitus secundū vigorem.

Dubitatio Quinta.

Item, si primum mouens, quod est Deus, nō est vigoris finiti nec infiniti, cum vigor sit idem quod virtus, sequitur, quòd primum mouens nullius est virtutis: quia constat ipsum non esse virtutis passiuæ, cum sit immaterialis & sine magnitudine, & actus primus & pur⁹ non erit virtutis actiuæ, quia virtus actiua idem est cum vigore, & ponitur quòd nō alicuius vigoris, quia omnis vigor aut est finitus aut infinitus: & sic nullius est virtutis. hoc autem derogat nobilitati diuinæ, & nefas est hoc dicere de ipso.

Dubitatio Sexta.

Item, si primum principium nō esset vigoris infiniti, tunc demonstratio Arist. qua ipse vtitur ad probandum ipsum non esse in magnitudine, non ualeret: quia ipse sic procedit, in magnitudine finita non potest esse potentia infinita: primum autem mouens est potentiæ

D

infinitæ: ergo &c. Aut igitur intelligit quòd primū mouens est potentiæ infinitæ secundum durationem, aut secundum vigorem. si primo modo, maior propositio est falsa, quia in magnitudine finita, scilicet in cœlo est uirtus infinita secundum durationem: ergo relioquitur, quòd intelligit ipsum esse infinitæ potentiæ secundum vigorem.

Ad primum istorꝭ potest dici, sicut dictum fuit in quęstione præcedente. Vel dicatur, quòd in separatis à materia idem est agens motum & finis propinquus ipsius motus. sed non oportet de fine remoto & vltimo, quòd sit agens motum: sic enim concluderetur, ꝙ ipsum primum principium esset agens quemlibet motum cœlestem, & non solum primum motum. Item, potest dici satis probabiliter, quòd illud dictum Commentatoris debet intelligi secundum non repugnantiam, scilicet quòd in separatis à materia, inquantum sunt separata à materia, non repugnat esse causas vtroq; modo, sed non oportet ꝙ vniuersaliter oē separatum à materia sit vtroq; modo causa.

Ad secūdū

Ad aliud cum dicit, quandocunq; aliquod mouēs &c.

potest

potest dici, quòd ista propositio est vera in illis, quæ mouent propter acquisitionem alicuius perfectionis prius nō habitæ, sicut patet in exemplo, quod inducebatur. sed non est vera de illis, quæ mouent propter conseruationē vel saluationem perfectionis habitæ, & sic est hic. Motores enim corporum cœlestium non mouent propter acquisitionem alicuius perfectionis, quam non habuerunt; quia sunt omnino intransmutabiles & sine magnitudine, sed mouent propter conseruationem perfectionis suæ, scilicet similitudinis quam habent ad primum principium in essendo causas entium aliorum. & ideo non oportet q esse ipsius finis in huiusmodi motoribus sit immediatum efficiens motum, & sic licet esse primi principij intelligentia & suum esse secundum se esset idem, non tamen oportet quòd sit principium actiuum ipsius motus. Ratio autem diuersitatis forte est hæc, quia mouentia, quæ mouēt propter perfectiones acquirendas, sunt de se indeterminata ad mouere & non mouere, & ad diuersos modos mouendi: & ideo oportet quòd determinentur ad eliciēdum motum per appetitum ipsius finis, & ideo Aristoteles dicit in Nono Metaphysicæ. Quod enim appetit principaliter, hoc faciet ad hoc specialiter, verum est de motore p rationem, sed motores separati ipsi sunt determinati ad mouendum, & ad determinatum modum mouendi, ita quòd mouent de sui natura, sicut lux de sui natura lucet: & ideo non oportet quòd cognitio finis, quam habent, vel esse finis in ipsis sit principium actiuum motus. Vel potest dici, quòd illa propositio est vera de fine propinquo & immediato, scilicet quòd esse finis in anima ē actiuum ipsius motus, sed non de fine remoto & immediato. Vnde, cum intelligētia appropriata sit finis propinquus motus, esse eius in seipsa eo modo quo potest esse in seipsa inquantum cognoscit seipsam, est propinquum principium actiuum motus, sed primum principium non est finis immediatus illius motus: ideo non valet. Item potest dici aliter, sicut aliqui dicerent concedendo totam rationem vsq; ad hoc, quod dicitur, quòd esse primi principij in intelligentia appropriata & eius secūdum se esse est vnum & idem: qa in separatis à materia &c. Istud est bene dubium, quia per istam rationem probaretur, q esse Dei in intellectu humano cognoscente Deum est idem quod esse Dei secundum se, & quod est ipse Deus: quod videtur improbabile. Nam esse Dei in intellectu humano cognoscēte ipsum, uel est cognitio, seu intellectio Dei, vel aliqua species repræsentans essentiam diuinam: & vtrunq; istorum informat intellectum humanum & inhæret ei vt subiecto. Deus autem cum sit ens primum p se subsistens, non existit in intellectu humano subiectiue, nec inhæret ei. Item, si esse Dei in intelligentia mouente primum cœlum est idem omnino quod ipse Deus, vel cum esse ipsius Dei secundum se, eadem ratione esse Dei in intelligentia mouente orbem Saturni esset idem cum ipso; tunc argueretur, quæcunq; vni & eidem numero indiuisibili penitus sunt eadem, inter se sunt eadē omnino: ergo esse Dei in intelligentia mouente primum cœlū est idem cum eius esse in intelligentia mouēte Saturnum. & hoc videtur esse contra Commenta. in Duodecimo Metaphysicæ. vbi aperte dicit, q illud, quod intelligit motor primi cœli de primo motore, aliud est ab eo quod intelligit de eo motor Secundi Cœli. Et similiter vnoquoq; eorum. Et ideo dicunt aliqui, q illa propositio male allegatur. Non enim dicit Commen. q in separatis à materia idem sit esse in anima & extra animam, sed bene dat intelligere q res separatæ à materia non habent aliud esse in anima & aliud extra animam, scilicet in materia, quia nō sunt in materia, sicut formæ materiales, non tamen habetur ex hoc, q idem penitus sit esse Dei secūdum se, & esse suum in intelligentia inferiori. De hoc tamen ad præsens non dico per modum determinationis, quia magis habet locum in Duodecimo Metaphysicæ. vbi inquirendum est qualiter intelligentia intelligit primū, & amat ipsum.

E Ad aliud cum dicitur, intelligentiæ primaria intentione agunt propter se, potest dici, q verum est sic intelligendo, q prius & principalius agunt, ppter se quàm propter ista inferiora: solum enim agunt propter ista inferiora secundaria intentione. sed non vult Commentator dicere, q quodlibet ens diuinum solum agat propter se principaliter, & nullo modo propter aliud principali⁹ ipso, immo omnes alij motores mouēt principaliter gratia primi mouentis, vt eius bonitas multiplicetur secundum quod est possibile & participetur ab alijs. Ad tertiū. Similiter ad aliud. Verum enim est, quòd actio entis necessarij simpliciter est propter ipsum principalius quàm propter entia generabilia, sed nō est propter ipsum, ita q nullo modo propter aliquod principalius. Ad quartū. Ad aliud dico, q non est simile de infinitate durationis, & de infinitate aut finitate vigoris, quia infinitas durationis debetur alicui propter carentiam materiæ, secundum Commentatorem in Secundo Cœli: & ideo omne, quod non habet materiam, potest dici & esse infinitum secundum durationem, primum autē

F mouens non habet materiam, vt scitur ex Duodecimo Metaphysicæ. & ideo potest dici infinitas secundum durationem, sed infinitas vigoris aut finitas debetur alicui ratione virtutis actiuæ. & ideo quod non habet proprie virtutem actiuam, non habet finitatē nec infinitatem vigoris: primum autem mouens non habet proprie virtutem actiuam motus, sed est causa nobiliori modo, scilicet vt finis vltimus gratia cuius. Ad quintū. Tex. c. 4. Ad aliud dico, quòd virtus potest accipi stricte pro principio actiuo, aut receptiuo transmutationis. Alio modo communiter pro quacunq; causalitate per se: modo, q ipsum primum principium non habeat virtutem primo modo, scilicet principium actiuum aut receptiuum transmutationis immediate, non haberet Aristo. pro aliquo incōueniēti, vt multi ponunt. Dicit enim sic in Secundo Cœli, capitulo de duabus quæstionibus difficilibus, quòd autem optime habens nihil indiget actione, & alibi in eodem capitulo di-

Ↄ cit. videtur autem optime quidem habenti optime existere, quòd bene sine actione. Constat autem quòd primum principium, quod est Deus, est optimum & optime habens. Vnde Aristo. in Procemio Metaphysicæ, totaliter autem optimum & quæ in natura Deus. Ad sextū. Virt° apd dupliciter. Et si quis dicat quòd Aristo. intelligit ipsum optimum non indigere actione, quia sit in ipso subiectiue, sed tamē indiget actione, quæ est ab ipso effectiue. hoc non videtur ad intentionem Aristo. quia in hoc non differret ipsum optimum, quod est Deus supremus, ab alijs intelligentijs: quia aliæ intelligentiæ non indigent actione sine dubio aut motu, qui recipiatur in eis, cum sint immobiles, sed bene indigent actione vel motu, quæ est ab eis actiue. Si ergo Aristote. intelligit ibi per optimum ipsum Deum supremum proprie, & loquitur de ipso secundum differentiā ad alia principia cœlestia, videtur esse intelligendum quòd non indiget actione quæ procedit ab ipso actiue. sed sufficit,

H quòd alia agant gratia ipsius, & sic cōcedere dicitur Aristote. q primum non habet talem virtutem, sed, si accipiamus virtutem pro causalitate quacunq;, sic indubitanter ipsum primum habet nobilissimā virtutem, idest nobilissimam causalitatem: quia est causa finalis principalissima omnium aliorum entium, gratia cuius principaliter sunt quæ sunt, & operantur quæcunq; operantur, & hoc competit eius excellēti nobilitati. Alter potest dici & forte melius quòd aliquid dupliciter dicitur potens, & habere potentiam actiuam secundum Aristo. Quinto Metaphysicæ. capitulo de potestate. Alia rñsio. Tex. c. 7. Potēs dr ali qd dupl'r. Vno quidem modo aliquid dicitur potens agere, & per consequens habere virtutem actiuam, eo quòd ab ipso immediate procedit motus, & tale oportet quòd sit finitum vel infinitum, & sic primum non habet potentiam actiuam seu virtutem actiuam. Alio modo dicitur aliqd potens, & per consequens habere potentiam, eo quòd ab ipso aliud habet potestatem transmutandi & mouendi, & sic indubitanter primū

est

est potēs mouere & habet virtutem actiuam, & talis nō
est finita, nec infinita secundum se. omnes enim moueret.
Alij habent ab ipso virtutem mouendi aliquo modo. &
Ad secūdū hoc sufficit. Ad aliud dico, quòd Aristoteles intelligit
primum mouens esse infinitum secundum durationem.
et cum dicitur, quòd in cœlo &c. Dico; q in cœlo non est
virtus infinita secundum durationem, quæ sit potentia
causa infinitę durationis motus, & de ista intelligit, quòd
virtus infinita secundum durationem, quæ est potentia
causa perpetuitatis motus nullo modo est in magnitudi-
Instantia. ne finita, vt dictum fuit prius. Sed aliquis hic instaret,
quòd secūdum istam expositionem Aristoteles non pro
baret per istam demōstrationem alios motores à primo,
esse in magnitudine: quia ipsi non sunt prima causa infini
tatis motus. Ergo veritate coactus & victus, vt credo, cō
cedo illam demonstrationem non valere, nisi ad proban-
dum, quòd mouens omnino primum non est magnitudi
ne, & hoc etiam satis innuit Commen. in litera. & etiam
Aristoteles. Sed quomodo tunc demōstrabitur alios mo
tores esse separatos, & sine magnitudine, forte demōstra
bitur ex alijs propositionibus, quas Aristoteles docuit,
scilicet quòd nullum mouens motum mouet continue p
tempus infinitum, vt prius declaratum est. nunc autem
motor corporis cœlestis mouet continue per infinitum
Tex. c. 86. tempus, vt patet ex isto Octauo, & Primo Cœli. & ideo
nullus motor cœli potest esse mouens motum, sed, si esset
corpus, aut virtus in corpore, esset mouens motum: quia
omne corpus est mobile, & omne quod est in corpore, vt
patet ex Sexto huius. quare &c. Itē, cum mouens om-
nino primum moueat sicut intelligibile & desiderabile,
Tex. c. 12. vt patet in Duodecimo Metaphysicæ. oportet esse ali-
Tex. c. 36. quod mouens, quod moueat, vt intelligens, & appetens.
Omne autem intelligibile est separatum à corpore, vt sa-
tis habetur ex Tertio de Anima. ergo &c. Et considerandum est diligenter vlterius, quòd sicut per istam de-
monstrationem non conuincitur alios motores esse sepa-
ratos, ponendo quòd primum mouens non sit vigoris fi-
niti, ita nec ponendo ipsum vigoris infiniti. Esset enim de
monstratio talis, mouens vigoris infiniti non est in ma-
gnitudine finita: sed primum mouens est vigoris infiniti:
quare &c. Constat autem, quòd nullus aliorum motorū
est vigoris infiniti &c.

Rēsiones. AD rationes. Ad primam concederetur maior, & ne-
garetur minor, secundum Aristotelem & secundum
omnes Philosophantes, vt dictum fuit in Primo huius.
Communis enim conceptio omnium Naturalium Philo
sophorum est, quòd ex nihilo nihil fit, immo semper opor
tet aliquid subijci ei quod fit. Et cum dicit, q ex diminu-
tione agentis &c. diceret Aristotelem & Commentato.
quòd falsum est. non enim ex diminutione agentis potest
facere impossibile fieri, immo dicere agens facere impos-
sibile fieri, est error & deceptio. nunc autem illud, cui non
præexistit aliquod subiectum, est impossibile fieri, vt ma
nifestum est ex Primo huius. & Septimo Metaphysicæ.
quare &c. Ad aliam cum dicitur illud quod conser-
uat &c. falsum est, immo aliquid vigoris infiniti aut fini
ti, dummodo sit intransmutabile potest conseruare ali-
quod corruptibile per temp⁹ infinitum. Et, cum dicitur,
quòd quanto aliqua uirtus diutius conseruat aliquod cor
ruptibile &c. Dico, quòd hoc est verum in virtutib⁹ ma-
terialibus, quæ in agendo repatiuntur & debilitantur, in
immaterialibus autem non habet locum. & huiusmodi
Alia rīsio. sunt motores corporum cœlestium. quare &c. Aliter
posset dici, distinguendo de corruptibili. Vno enim mo-
do aliquid est corruptibile, ita quòd aliquando corrum-
Corruptibile ē aliquid dupliciter. petur totum simul, vt ista inferiora corpora mista. Alio
modo aliquid est corruptibile secundum suas partes suc-
cessiue, & non quòd simul totum aliquanto corrumpa-
tur. modo, verum est, quòd illud. quod est corruptibile
primo modo, non posset conseruari in esse vnum nume-
ro, nisi per vigorem infinitum: sed illud, quod est corru-
A ptibile secundo modo, bene conseruatur in esse sine vigo
re infinito simpliciter. nunc autem motus cœli non est
corruptibilis primo modo, scilicet quòd totus simul ali-
quando deficiat, sed secundo modo, idest secundum eius
partes successiue, Et sic intelligendum est dictum Com-
mentatoris quòd motus cœli est corruptibilis, cum ha-
beat contrarium, scilicet quietem, verum est secundum
partes eius sibiinuicem succedentes. Cum enim cœlum
mouetur secundum vnam circulationem caret alia, quæ
sequetur, & est aptum ad aliam, & sic quodāmodo quie-
scit. Et propter istam corruptibilitatem suam necesse est,
si debet perpetuari vnus & continuus, quòd sit aliquod
agens perpetuum vnum numero, à quo perpetuetur sed
non sic est de corpore cœlesti. non enim est aliquod sub-
iectum, quod non sit in potentia ad esse substantiale cœ-
li, vel alicuius partis eius, & careat illo eē, vel quòd prius
fuerit in potentia ad aliquod esse substātiale cœli, vel par-
B tis eius. & ideo non indiget aliquo actiuo conseruante ip
sum, ne deficiat per corruptionem, ad quam est in poten-
tia. Et forte prior solutio est melior. Ad aliam nego cō
sequentiam. non enim est necesse esse intelligentiam ap-
propriatam primo mobili pro tanto, quia primum prin-
cipium sit vigoris infiniti, sed pro tanto, quia de se est in-
finitæ virtutis secundum durationem, ita quòd est pri-
ma causa infinitatis motus. Vnde, si immediate ageret
motum primi mobilis, oporteret quòd moueret ipsum
in non tempore, vt declaratum fuit prius. Ad aliam,
nego consequentiam. & cum probatur, quia vigor pri-
mi, & eius duratio sunt idem. Verum est, si haberet pro-
prie vigorem, sed non est ita, vt dictum est in quæstione.
Vel dicatur, quòd & si habeat vigorem aliquem, bene
est infinitus secundum vigorem, eo modo quo est infini-
tus secundum durationem. Est autem infinitus secun-
dum durationem sic, quòd eius duratio non habeat pri-
mum, nec habuit principium, nec habebit terminum du
C rationis. Et similiter vigor eius eo modo, quo vigorem
habet est infinitus, sic quòd non habet initium duratio-
nis, nec habebit terminum durationis, sed non est infini-
tus intensiue, sic scilicet quòd possit agere velocitatem
infinitam, vt prius dictum est. sicut igitur duratio primi
est infinita per priuationem terminorum durationis, sic
etiam vigor eius est infinitus per priuationem termino-
rum durationis: sed nō sequitur, quòd sit infinitus in qua-
litate actionis modo prius dicto. Et sic diceret Aristo-
telem & Commentatorem vt mihi videtur. Sed secun Primū principiū est infinitī vigoris secundū fidem.
dum fidem & veritatem dico, quòd primum princi-
pium quod est Deus, siue moueat immediate actiue,
siue non, est infiniti vigoris simpliciter. Et hoc non pro-
bo aliqua ratione, quia neque scio, neque puto possibile
secundum principia naturalia, sed sola fide sic assero &
simpliciter confiteor.

Rationes autem in contrarium soluuntur propter hoc
D quòd primum mouens est mouens per intellectum & vo-
luntatem, & non de necessitate naturæ, immo etiam pos
set non mouere, & ideo non oportet quòd moueat quan-
tum mouere potest: quia subiectum scilicet mobile non
est possibile recipere illud quod ipse Deus de se posset fa-
cere, scilicet velocitatem infinitam.

QVAESTIO XXIIII.

An Primum motus principium unum solum sit.



Onsequenter quæritur, Vtrum primū prin
cipium motus sit vnum solum. Arguitur
quòd non, quia, si esset vnum solum, hoc
deberet conuinci ex vnitate primi motus:
quia non videtur aliud medium sufficiens
ad hoc probandum. sed per vnitatem primi motus non
conuincitur primum mouens esse vnum: quia motus pro

iectionis est vnus oumero, cum sit continuus, & tamē est à diuersis motoribus, scilicet à diuersis partib⁹ mediĵ, in quibus mouetur proiectum. Quod autem motus proiectionis sit cootinuus, patet, quia est vnius mobilis numero, vt lapidis aut aliquid huiusmodi, & est ad terminum vnum numero, scilicet ad vnum vbi, in quo cessat, cum ad ipsum peruenerit, & est in tempore vno oon intercepto quiete media. Cum enim lapis aut sagitta proĵicitur nulla quies media intercipitur inter partes illius motus, vt manifestum est ad sensum. est ergo continuus, & per consequens vnus numero, & tamen est à diuersis mouentibus, vt etiam vult Aristoteles. ergo & cætera. Item, si primum mouēs, quod est primum principium esset vnū solum, tunc mala oō essent causata ab aliquo primo principio: quod videtur impossibile, quòd, si non essent causata ab aliquo primo principio, tunc non essent ab aliquo secundo principio, cum primum præsupponat secūdum, & posterius præsupponat prius. Et probatur consequentia: quia cōstat quòd est aliquod primum principium bonorum, & illud non potest esse principium malorum: qa ipse Deus, qui est primum principium bonorum, est totaliter optimum eorum, quæ in natura, vt vult Aristoteles in procemio Metaphysicæ. & ab ipso dependet cœlum, & tota natura. ergo illud principium non potest esse principium malorum, & sic mala noo erunt ab aliquo primo principio, oec per coosequens ab aliquo posteriori principio, & sic à oullo principio: quod est absurdum & impossibile. quare & cætera. Item potentia pura noo est vna sed plures. ergo actus purus est plures. Et patet cōsequentia: quia quot modis dicitur vnum oppositorum & reliquum potētia autem pura & actus purus sunt opposita. & sic patet consequentia. Et probatur antecedens: quia materia prima est ens pure potentiæ. Primo Physicorū. & Septimo Metaphysicæ. Et similiter intellectus possibilis est ens pure potentia cum nullam habeat oaturam: nisi quòd possibilis est vocatus Tertio de Anima. ergo purus actus non est vnus sed plures. Sed purus actus nō est nisi principium primum: quia oulla forma est liberata à potentia omnino: nisi prima secundum Commentatorem in Tertio de Anima. ergo primum principium non est vnum solum.

OPPOSITVM arguitur auctoritate Aristotelis, hic & in vigesimosecundo Metaphysicę. vbi dicit, vnus ergo Princeps. — Com. 5.

CONCLVSIO.

Primum principium motus secundum rationem finis, est tantum vnum.

DIcendum breuiter quod ipsum primum principium, quod est primum mouens secundum finē, non est nisi vnum. Quod probo. Primo ratione communi: quia quod secundum superabundantiam dicitur vni soli conuenit, vt accipit Aristo. in Octauo Ethicorum. sed primum dicitur secundum superabundantiā: quare &c. Item, si essent plura prima principia, aut essent æqualiter perfecta, aut vnum esset perfectius & nobilius alio. non primo modo, quia tunc vnum illorum superflueret in entibus, cum per vnum illorum posset fieri omne quod per alterum fieret, nisi ponerentur æque perfecta & nobilia. & iterum sic ponendo, sequitur, quòd essent eiusdem speciei & numero diuersa. Nam sicut æquale secundum quantitatem est idem secundum quantitatem, sic æquale secundum perfectionem est idem secundum perfectionem, species autem & perfectio idem sunt.

Aequale secundū pfectione ē idē secūdū pfectionem.

E Vnde, quæ sunt æqualia secundum perfectionem, necessario sunt eadem secundum speciem, & sic principia prima essent plura numero & specie eadem, & talia haberent materiam, vt sunt in materia, vt patet in Primo Coeli, & ex Septimo Metaphysicæ. quod repugnat primo principio, vt patet ex isto Octauo, & Duodecimo Metaphy. Nec est dicendum, quòd vnum illorum sit perfectius & dignius alio, quia tunc vnum illorum, scilicet nobilius, esset prius alio, & sic alterum esset posterius, et sic ooo esset primum simpliciter, & sic esset primum & non primum: quod est impossibile. Hoc etiā probatur ratione sumpta ex unitate motus primi. — Alia ratio. Cum enim motus primus sit vnus simpliciter & continuus, oportet quòd sit ab vno motore propinquo sufficiente. non enim potest esse à pluribus motoribus diuersis numero & coouenientibus specie, sicut tractus nauis à pluribus hominibus: quia talis multitudo repugnat rebus immaterialibus secūdum philosophiā, nec est immediate à pluribus motoribus secundum speciem: quia à diuersis motoribus secundum speciē immediate mouentibus deberēt esse plures motus coeli. F relinquitur ergo, quòd est ab vno motore immediate agēte ipsum, & multo fortius ab vno vltimo fine. Primum autem principium est vltimus finis ascendendo in consyderatione mouētium: quia magis possunt esse multæ causæ propinquæ eiusdem causati quàm remotæ, vt patet in ducendo. quare &c.

Rñsiones.

AD primam rationem potest negari maior, quia vnitas primi principĵ potest cōuinci alia via quàm per vnitatem motus, vt iam patet ex dictis. Vel dicendum, quòd immo per vnitatem motus concluditur vnitas primi principĵ modo prædicto. Et, cum dicitur, quòd vnus motus potest esse à ploribus motoribus, vt patet in motu proiectionis. Potest dici, quòd motus dicitur dupliciter vnus quantum spectat ad propositum. Vno modo secundum substantiam, alio modo secundum dispositionē & proprietatem: modo, motus proiecti bene est vnus secundum substantiam, vt probatum est, sed non est vous secundum dispositionem: quia nō est regularis & vniformis, sed est velocior in vna parte q̃in alia, ut manifestū est ad sensum. Et dicitur in Secundo Coeli. G Motus autem primus est penitus vnus, scilicet secundum essentiam & secundum dispositionem, quia omnino regularis & vniformis. & ideo oportet quòd sit ab vno motore. Ad aliud dico, quòd mala non dependent à principio primo bonorum osi per accidens & non per se, inquantum mala sunt, sed prouenrunt in rebus naturalibus ex oecessitate materiæ, quæ est causa omnis irregularitatis cōtingentis io istis inferioribus rebus materialibus, vt dicit Alexander super Secundum Meteororum. — Mala vnde pueniant. Mala autem in operibus humanis procedunt ex corruptione appetitus, qui aduersatur & obuiat rationi, vt Arist. dicit in Primo Ethicorum ab ipso autem principio primo non causantur mala, vt mala sunt per se et directe, quia ipsum est totaliter optimum eorum, quę in natura. H Cui sit honor, laus, virt⁹, potestas, & victoria, per infinita & æterna secula seculorum. Amen.

Questionum Ioannis de Gandauo super octo Libros Physicæ Ausculationis, finis.

Heliæ

HELIAE HEBREI CRETENSIS PHILOSOPHI ACVTISSIMAE QVAEDAM QVAESTIONES HVIC OPERI EX INGENIO AC DOCTRINA SVA ADDITÆ, NVPER RECOGNITÆ

PRAEFATIO




Icut habetur à Philosopho Quarto Ethicorum. Tractatu Secũdo, qui de Magnitudine sermonem faciens, Pusillanimus priuãs se bonis sibi dignis opponit magis magnanimitati, quæ est quid boonum, quàm superbiæ, quę est ipsi quædam stultitia, magis enim per superbiã quis se dignificat quàm sit dignus. Pusillanimus uero se laudabilibus operibus & rerum speculabilium veritatis inuentione priuatum reddit. Optimum itaq;, immo omnibus rebus anteponendum arbitror, vt quisq; verã rerum cognitionem, maxime vero difficilium diuinarumq; indagari pro viribus annitatur: quãuis id forte superbiæ ascribendum nõnullis videretur, neq; enim adeo dandum est vitio siquis superbus quãtum si pusillanimus efficiatur. Humanum enim est & naturale homini quærere rerum cognitionem quantum possibile est, vnde pater omnium Philosophorum et maximus inquisitor physicę veritatis Aristoteles, immo inuẽtor & eius imitator, & Commentator fidelissimus Auerrois mirabilis Philosophus. 17. de animalibus. loquendo de apibus dicunt. Conueniens est homini et naturale inuestigare valde de rebus, in quibus possibilis est multa inquisitio. & hoc vel secundum dispositionem rei, vel secundum consyderantis posse, & si id, quod inuenit, non sit demonstratiuum, erit initiũ vel via posterioribus. si autem demonstratio sit impossibilis, tũc vtilius humanæ cognitionis in tali genere est tale genus cognitionis, & maxime de rebus arduis & diuinis: quarum cognitio, etsi sit pauca, delectabilior est & nobilior multa cognitione aliarum, vt dicunt in fine. 11. & in aliĳs locis, vt dicebamus his diebus cum doctoribus dignissimis nobilibus domino Antonio Picimano, & domino Dominico Grimani. plena tamen cognitio diuinorum prophetarum est & aliorum talium, qui de fide tractant, quibus maxime credendum est, Philosophorum autẽ uia alia est. ipsorum enim est res cognoscere per rationem demonstratiuam, vel vt possibile est volentes sine ratione rationes conformes esse rebus, non vt melancholici credentes videre diuina & mirabilia, vt quosdam vidi, tales enim Galeno & Medicis sunt dimittendi. ego autem pro nunc, vt imitãs Philosophos, loquor in eorum doctrina, & si in quibosdam aliter dicẽdum sit. Quare mihi visum est ea circa has quæstiones aggregare, quæ Peripateticorum principĳs congrua viderẽtur. Mouit me insuper nobilitas magnifici & generosi doctoris dignissimi domini Hieronymi Donati filĳ magnifici & illustris militis Patritĳ Veneti domini Antonĳ, qui olim in hoc studio Patauino quæstionem hãc publice optime disseruit, cuius quidem mandato quęstiones has compilare volui.

Vale.

DE PRIMO MOTORE, ACVTISSIMA QVAESTIO

An Deus Gloriosus, omnium rerum Primũ principium, moueat primum Cœlum, sicut efficiens & sicut finis, uel tantum sit mouens sicut finis.



BVærit quæstio difficilis, in qua multi dubitauerũt, & opiniones in ea diuersæ sunt inuentæ. consistit enim in primo omniũ rerũ principio. Et est, an omnium rerũ primum principiũ, quod est Deus gloriosus, mouet primum cœlum ſm efficiens, & finem, sicut inuenitur hoc in reliquis motoribus cũ corporibus cœlestibus aliquo modo, vel sit mouens tm̃ ſm finem, ita quod sit alius motor appropriatus, ꝑter Deũ, mouẽs primũ mobile. Et hæc q̃stio ẽ valde difficilis & nobilis. Difficilis qdem ꝑꝑ diuersas opiniones in ipsa repertas, intm̃ q̃ oẽs quasi Philosophi, et maiores eoꝝ in ipsa diuersificati sunt. uel ſm diuersitatẽ in opinione, vel ſm diuersitatem in verbis met, quorundã, ita q̃ aliq̃ vr̃ ex verbis eoꝝ, q̃ non est alius motor primo corpi ꝑter primã causam. Aliq̃ aũt vr̃ oppositũ, & non solũ ꝑꝑ eoꝝ verba diuersa in hac difficultate reperta, verũetiam ꝑꝑ fundamẽta, sup quæ sunt in hac scia sustentati. Et idcirco Latinoꝝ maioreꝝ in sequentes Principem Posterioꝝ Commentatorẽ Auerroim, simplr dixerunt, q̃ Deus non mouet primũ corpus, & dicunt q̃ hæc est eiꝰ opinio suis principĳs conueniẽs. Præterea, Difficultas videri põt in hac quæstione, cũ sit de primo principio, vt 2. Meta. dicit Philosophus. Dispositio. n. intellectus in aĩa apud illud qd̃ est natura valde manifestũ, silis ẽ dispositioni oculoꝝ vespertilionis apud lucẽ Solis. vbi dicit Cõmen. q̃ hoc non ostẽdit res abstractas intelligere esse impoẽ nobis, sed difficile: & ẽt ꝑꝑ paucitatem propositionũ repertarũ in istis quæstionibus difficilibꝰ. Nobilis aũt, quia est de ente nobilissimo, ac ẽt declarationis modus ſm naturam subiecti artis huius, erit sufficiens quasi p propositiones primas in hac scias statim cõcedendas ab hoĩe bene disposito, non nihil de reꝝ natura sciẽte, cũ sciuerit q̃ demonstrationes in omni scia debent esse cõuenientes naturæ subiecti illius sciæ, eo modo quo in illa

D sciẽtia consyderaĩ, ubi bene declarat Philosophus Primo Ethic. Et ideo visum est mihi ponere rõnes ad vtrãq; partem. Nã iste modus est vtilis. Et idcirco Philosophus in multis locis ponit rõnes ꝓbabiles ad vtranq; partẽ. Nã, cum fuerit inuenta veritas apparebit solutio illarũ rationum, sicut est de natura demonstrationis. Et quia ẽt in illis rationibus est aliqd veritatis. sicut dicit Cõmentator.

PRimo igiẽ arguere ad partẽ negatiuam rõnibus multis acceptis ex verbis Auerrois & aliorum. Ipse. n. in sua summa Sciẽtiæ Diuinæ, particula quarta uersus finẽ, hanc difficultatem ꝑcipue coosyderãs, ponit hæc verba. Iã declaratum ẽ ex sermone ꝑdicto, quod nobilior horũ motorum est motor cœli stellati. Et q̃ iste est causa alioꝝ motoꝝ. Et hoc est quod iã est declaratũ ex illo sermone. Sed cum nos consyderauerimus ꝓprietates primi, i. q̃ est vnus simplex nõ intelligẽs de sua essentia aliquã multitudiõẽ, & inter actionẽ huius motoris non cõueniunt huic istæ ꝓprietates, vult dicere, q̃ primũ simplr intelligit de *Argumẽta afferunt ad partẽ negatiuam.*

sua essentia rem existentem in sua essentiã non in alio. Nã ipse intelligit suam essentiã tm̃ sine relatione & sua essentia non est causata, & in eo nõ est multitudo: nec propter varietatem intellectus & intellecti, neq; multitudo intellectorum, vt dicit Commentator commento. 51. Duodecimo Meta. Sed alij motores vel intelligentiæ intelligunt suam essentiam quã habent à primo. Et hoc modo intelligunt rem, quę est pter suam essentiã aliquo modo: q̃q̃ illud, quod intelligunt de primo, est sua essentia, sicut declarabitur. Et ideo in eis reperitur multitudo aliquo modo, & relatio: quamuis intelligẽs, intellectus, & intellectum in ipsis abstractis sunt vnum, sicut declarabit. Iste tñ modus declarationis non est omnino conueniens positioni, sed veritati, vt apparebit. Postea autẽ dat ipse causam in multitudine repertã in quolibet motore modo cõuenienti positioni. Et dicit, q; iste motor de necessitate ab ipso peruenit magis, q̃ vna forma. Nã ipse dat formam cœlo stellato, & esse motoris mouens cœlum, quod est post ipsum, & ab vno simplici inquantũ simplici tm̃ vnum prouenit. Q̃uo ergo prouenit ab ipso multitudo diuersarum rerum, quæ diuersificant in dignitate? nam motor de necessitate est nobilior q̃ forma cœli, & essentia ex qua ista duo sequuntur, habet partes quasdam nobiliores, quasdã vero minus nobiles. Vult dicere, quia proueniunt aut sequuntur ab ipso duæ res distinctæ fm dignitatẽ & agens agit simile essentiæ eius, de necessitate illud agens nõ erit omnino vnum, sed continet in seipso partes dissimiles. Et cum fuerit talis dispositio huius essentiæ, s. motoris cœli stellati, de necessitate erit causatum habens causam, quæ est causa sui esse. Et illud principium est illud, cui conueniunt illæ proprietates, & ei ęquipollent, & hoc est Deus gloriosus. Nam ponere aliud principium prius isto, de necessitate est superfluum, & in natura non est superfluum: sed qualis est ordo istorum principior; ad hoc primo videtur esse magis conueniẽs quod magis propinquum ipsi sit intellectum magis simplex, & magis nobile. Et, qa nõ inuenitur hic motor nobilior motore totius, sequitur de necessitate, q; ipse sit potentia res ordinata vel producta ab ipso, s. primo principio. videt ergo, q; propria sua opinio est hæc, & componatur sermo eius sic, ab vno simplici, fm q; est vnum simplex, non prouenit ab ipso multitudo: sed primum simpliciter est vnũ simpliciter: ergo à primo non prouenit multitudo. Et, cum cõiungatur huic cõclusioni, q; à primo motore ordinatur vel prouenit multitudo, sequitur q; primus motor non est primum simpliciter. Propositio aũt dicens, q; ab vno, inquantum vnum, non prouenit ab ipso multitudo, nisi vnum tm̃, declarata est perfecte à Commentarore in Lib. Destructio Destructionum, quẽ composuit contra Algazel. Et aliquas earum rationum dicã. Dicit enim ibidem. si fuisset possibile ex vna essentia multas actiones prouenire, fuisset possibile aliqd fieri sine efficiẽte. nã ens ab ente producit, non à nõ ente. Et ideo impossibile est priuatum ex se produci. et cũ efficiens aliqd agit & extrahit illud de potẽtia ad actum, extrahit illud efficiens, fm quod est in actu, erit de necessitate modus rei actæ fm modum efficientis extrahentis illud à priuatione in esse. Nam, si quodlibet actum fieret ex quolibet efficiente, non autem determinato, fuisset possibile res exire in actum de se, non propter efficiens producens ipsas: & si multæ species extrahuntur de potentia in actum ab vno efficiente, de necessitate oportet esse in ipso aliquid, quod sit proportionale ipsis speciebus. Nam, si in agẽte non fuisset nisi vnus modus ex ipsis reliqui modi, qui extrahuntur extraherentur de se sine efficiente.

Sed tunc ibidem ipse dubitat contra hãc rationem dicens, forte aliqs diceret, q; cõditio agentis est esse in actu absolute tãtum, non esse fm actum determinatum. Et respondens huic dicit, q;, si hoc esset, ita quodlibet produceretur per quodlibet efficiens non determinatum à determinato. Et sic entia confunderentur. Præterea, ¶Esse absolute, i. vniuersale magis est propinquum priuationi q̃

E esse. Et ideo negant ens vniuersale & colorem vniuersalem, dicentes inesse intentionum, vult dicere, vt puto qa oẽ ens in actu est vnum numero determinatum, sicut declaratum est in Septimo Meta. & in multis alijs locis. Et dicit, q; verificãtes intẽtiones dicunt ipsas, neq; esse, neq; non esse. Vult dicere, q; vniuersalia, quæ fiunt ab intellectu, aliquo modo non sunt in actu extra animam, nec simpliciter priuata: quia tunc vniuersale esset figmẽtum, sed sunt extra animam in potentia. Præterea dicit, q;, si sufficeret efficienti esse ens absolute, tm̃ intentiones fuissent causæ rerum. Declaratur hæc conditionalis, vt puto sic. Nã, si sufficeret efficienti agere propriam & determinatã rem, vel res determinatas esse tm̃ in actu: & q; non sit habens proprietates determinatas conuenientes aliquo modo rebus actis, fuisset possibile q; vniuersale quod fit per operationem intellect⁹, quod est idem, vt dicit cum ente absolute tm̃ esset causa rerum existentium extra animã.

F Nam, post q̃ agens non indiget modo proprio cõuenienti effectui, esset proportio entis in potẽtia vniuersalis, qd̃ fit p intellectum, qd̃ est idẽ, cum ente absolute ad causatũ proportio entis absolute in efficiente in quo non est modus conueniẽs effectui. Aut sic declaratur: qa ens absolute tm̃ non proprium & determinatum est intentio, vt dixit: & sic intentio sufficeret causare res. Adhuc probãs istam propositionem dicit, q; nos scimus res esse diuersas fm definitionem, & q; quidditatem pp diuersitatẽ actionum earum. & ideo, si quodlibet vel quælibet actio produceretur à quolibet efficiente, nõ fuisset possibilis diuersitas in quidditatibus eorum. Et sic nõ esset definitio, nec quidditas, neq; sciẽtia. Adhuc posuit multas rationes ad quæsitum, quas hic dimitto. Propositio autem dicens q; primum est vnum simpliciter absolute declarata ẽ ab ipso in dicta sua summa, & in Duodecimo Meta. & in lib. Destructio Destructionum, vbi loquitur de proprietatibus. De ordine autem aliarum intelligentiarum videtur

G etiam dubium sicut dicit ibidem, s. in sua summa. Nam sicut dicit, necesse est intelligentiam nobiliorem esse priorem: sed nobilitas in istis inuenitur aliquo quatuor modorum, aut propter uelocitatem motus, aut magnitudinem corporis mobilis plura circundantis, aut propter multitudinem stellarum vel magnitudinem earum, vel propter multitudinem motuum & paucitatẽ eorum, quibus perficitur motus stellæ. Nam illud, quod indiget ad motionẽ stellæ plus vno motore, est diminutum respectu indigentis paucioribus motoribus. Nam hoc non indiget motoribus ita multis præter ipsum. Et dicit hic. nam ipse credidit, q; omnis motus determinatus necessarius ad motionem stellæ habet motorem determinatum. verbi gratia, si ad motionem Saturni requirãtur quinq; mutus habet quinq; motores fm istam viã. ergo dicit, q; motor cœli stellati est nobilior alijs motorib⁹. nam in ipso inuenitur nobilitas omnibus modis supradictis. De ordine autem

H aliorum motorum dicit, q; non habemus propositiones veras vel necessarias, nisi tantum, q; videtur magis cõueniens, sicut consueuerãt expositores in hoc loco, i. q; post dignitatem motoris corporis stellati est motor Saturni. Et similiter dicendum est de alijs motibus, i. q; ordo eorũ in nobilitate est fm ordinem cœlorum, vnum post aliud, vel sub aliud, vt declaratũ est in Astronomia. & dat causam, propter quam dicit non habere propositiones in hoc necessarias. Nam fm proprietates, quas dixim⁹ prius, attribuere dignitatem eis accidit contradictio. Nam, si posuerimus dignitatem in motoribus fm situm corporum eorum, & esset positum q; circundans est magis circundato, quod est sibi quasi forma, sicut declaratum est in loco suo: & postea consyderauerimus dignitatem fm velocitatem multitudinem & paucitatem & magnitudinem stellæ & paruitatem, sequitur oppositum. Nam nos videmus cœlos magis inferiores esse velociores vt cœlum Solis & Lunæ, nisi dicat qs, q; hęc velocitas est respectu magnitudinis vel distãtiæ non in se: vult dicere, q; hęc corpa

funt

sunt minora. Et ideo perficiunt circulationes eorum tempore breuiori: sed, cum consyderamus magnitudinem & circulationem forte superiora sunt uelociora. Et ideo non valet haec consequentia, sunt velociora: ergo perficiũt circulationes eorum vel reuolutiones tempore minori, nec haec perficiunt circulationes tẽpore minori, ergo sunt velociores. Postea autẽ dicit, q hoc videtur à dispositione Solis. Nam ipse est maior, & habet pauciores motus hominibus. Dicit etiam, q possumus opinari, q mouẽs Solem ordinatur à motore coeli stellari, & postea ordinatur vel producitur à motore Solis motor Saturni. Et sic sm istum ordinem vsq; ad motorẽ Lunae. Et dat signum sup hoc illud, quod semp videtur de motu stellarum in comparatione ad solem, & à conseruatione eorum perpetua in velocitate & tarditate sm distantias determinatas eorum: & maxime Venus & Mercurius. nam motus istorũ duorum coelorũ sunt aequales motui Solis. Luna aũt videt quod procedit aequaliter apud coniunctionem & oppositionem, & apud quadraturas. Et ideo videt quod motor Solis est nobilior, & reliqui coeli pter primum, quasi seruiunt Soli, & sequuntur eũ sicut diximus. Et ideo dicit vniuersaliter, q non habemus demonstrationẽ de hoc, & similem sententiam posuit in. 12. Meta. cõmen. 44. Deinde adducit difficultates accedẽtes in hac materia, & solutiones earum. Primum est, q sm istum ordinem prouenient à motore Saturni, non ergo anima corporis eius, i. sua substantia, & motor coeli, q est post ipsum, & motus corporis eius perficitur p plus q̃ vnum motum, & illud, quod ordinat ab ipso, est plus q̃ vnus motor: imo sm hoc sunt sex, vnus motus motor corporis existentis post ipsum, et quinq;, quibus perficitur mot⁹ Saturni. Sed, sm illud, qđ pcessit, videtur necessarium q non debẽt ordinari ab isto motore nisi tres res. Nã ipse est in tertio gradu. Et est necessarium, q multitudo inuenta in actione eius sequitur multitudinẽ existentem in substantia eius, sicut ex vna essentia prouenit vna actio tñ. Et ad hãc rñdent, quod hoc sequeret, si posuerimus res ordinatas ab isto tertio motore vniformiter, & sm vnum modum ab ipso. Sed nos dicimus, q à motore Saturni ordinant primarie et principaliter tria: unum eorũ est motor coeli existentis post ipsum, & anima coeli, & vnus motorũ, quibus indiget ad motũ illius stellae. & postea ordinant vel procedunt ab isto motore tres reliqui motores ordinate, s. secundus à primo, & tertius à secundo. Secunda difficultas est, q sequeret sm hoc, q motores Solis & Lunę sunt multi sm multitudinẽ inuentã in substantia eorum duorũ, cum sit istis principijs multitudo existens in substãtia eorum, & habebit Luna verbi gratia, nouem motus, & Sol, si posuerimus ipsum super Lunam, & sub Venerem, & Mercurium sm diuersitatem, quae est in hoc inter Astronomos. Et huic rñdet, q sm hanc opinionẽ est necessarium, q multitudo ordinata à quolibet eorum est sm multitudinem, sm quam diuidit haec essentia non plus, & ideo ab vno ordinat vnũ, non duo. Et impossibile est, vt illud, cuius essentia diuidit in duo, prouenire ab ipso tria, non tñ est necessarium, q illud, quod prouenit ab essentia multiplici, sit sm numerũ, sm quem diuiditur illa essentia, & dat causam in hoc. Nã non est possibile, sicut postea declarabit, q aliquod istorum principiorum sit sine actione. Sed, q actiones cuiuslibet eorũ sint sm numerum, sm quem diuiditur essentia illius, non est necessariũ. Et causa huius est, q illud, quod est ex eis magis nobile, quarum essentia diuidit vel multiplicatur, actiones eius sunt numeratae per se. Illud autem, quod est minus nobile, actiones eius sunt pauciores multitudine existente in essentia eius. & vniuersaliter non sequit ex hoc, quod dicimus, ex vno non fit nisi vnũ, q ab illo, cuius substantia diuidit in duo, proueniant duo. In libro ait Destructio Destructionum, quẽ composuit contra Algazel, ponit talẽ difficultatẽ de mente ipsius Algazel contra hanc positionẽ. dicit enim sic, q haec vident fabulose dicta & phantastice. Nã & si concesserimus istas

A suppositiones quo tunc verificabitur dictum eorum, s. q primum causatum: quia est possibile in se prouenit ab ipso substantia coeli supremi: & sm q intelligit se prouenit ab ipso anima coeli: & sm q intelligit suã causam prouenit ab ipso alia intelligentia: & quo differt iste sermo à sermone dicente cum fuerit homo possibilis ex se intelligẽs se et suã causam, puenit ab ipso sm q est possibile coelum. Et sm q intelligit se & suã causam duę alię res. Nam esse possibile ex se, nõ diuersificatur pp diuersitatem substantiae, possibilis fuerit homo vel intelligentia vel coelum: & tunc quaerit, quae est habitudo inter esse possibile ex se, et prouenire coelum ab ipso, & multum deridet hãc positionem. Dixit autẽ sm q est possibile prouenire ab ipso coelum, & sm q intelligit se prouenire ab ipso anima coeli, quia ipse credidit, q anima coeli est alia à motore separato, & à corpore sm opinionem Auicen. Auerrois autem ponit tantum motorem & corpus simplex, ideo diuersificantur in exemplis ipsorum. Cui respondet Auer. ibidẽ

B dicens, quãuis haec opinio non conueniat principijs physicorum, tamen inconueniens, quod adducere voluit Algazel, non sequitur. Nam exẽplum eius de homine fuisset verum, si poneretur homo possibilis ex se, necessarius ab alio intelligens se & suam causam producens entia sm suam essentiam, & sm suam cognitionem, sicut positum est totum hoc in secunda causa apud hanc opinionẽ. Nã, cum fuerit sic positum, sequitur, q procedunt ab isto homine duae res, vna earum sm q cognoscit se, altera secundum q cognoscit suum efficiens. Nam positus est efficiẽs sm cognitionem, & non est remotum etiam dicere, si poneretur efficiens secundum suam substantiam, q illud, quod prouenit ab ipso, est secundum q est possibilis ex se, aliud ab illo quod, puenit ab ipso, sm q est necessarius: ex quo hae duae intẽtiones inueniuntur in sua essentia vel in sua substantia. Et dicit vniuersaliter, q non differt hoc à sermone dicente, si poneretur homo, in quo sint omnes

C proprietates existentes in primo prouenirer ab illo totus mundus. Nam propter proprietates existẽtes in primo, iudicamus mundum esse ab ipso. Et in fine dicit in abbreuiatione eius, q haec est via modernorum Philosophorũ arabum, sicut Alpharabij, Auicen. & aliorum: & putat, q haec est via Platonis & Themistij, & est fortior via, super qua sustentati sunt in hac opinione. Iam valde prolongaui in ista prima ratione, quae est positio Auicen. & aliorum. Nam ab istis dictis intelliguntur multa dicta Commentatoris, quae postea adducentur contra hanc opinionem tali modo, q non posset quis errare in expositione illorum dictorum, nec extorquere dicta Commentatoris, propter quorundam opiniones. Secundo arguitur auctoritate Commentatoris Duodecimo Metaphysicę. cõmento. 41. soluendo difficultatem Ioannis Grammatici. vbi dicit, Sed quaeret aliquis, si mouetur à potentia, cuius actio est infinita, necesse est, vt moueat ipsum non in tempore, sicut contingit cum fuerit existens in ea: & dis-

D solutio est, quòd iste motus componitur, vt declaratum est, ex duobus motoribus, quorum vnus est finitae motionis, & est anima existens in eo: & alter est infinitae motionis, & est potentia, quae non est in materia. Secundum igitur quod mouetur à potentia infinita, mouetur in tempore: cum dicere finitatem est habere proportionem determinatam ad rem motã, & in sua substantia est aeterna, quẽadmodum suum subiectum est aeternum, s. in neutro eorum est possibilitas in substantia, sed est possibilitas in subiecto eorum ad recipiendum motum. In eis autẽ non nisi mouere tãtum, & per diuersitatem istius propositionibus in corporibus coelestibus, s. quae est inter corpa eorum & animas, diuersificant in velocitate & tarditate: & in hoc in quo conueniunt, quia mouent à potentia non in materia, habent aeternitatẽ motus & cõtinuationem motus. Ex hoc modo verum est dicere corpus coeleste habere potentiam finitam. Et clarum est, q non est intentio Auer, q coelum sit cõpositum ex alia existente in ipso sibi

inhærentem, aut ex materia & forma. Nam ipse vbiq; ualde solicitat istam opinionem destruere contra Auicen. non intelligit ergo per ista animã aut motorem, qui est in ipso, nisi motorem appropriatum sibi immaterialẽ, qui aliquo modo dicitur anima: & dicitur esse in corpore, secundum quod est motor appropriatus, proportionatus corpori determinato. Motor ergo, de quo dicit nõ esse in materia, est motor non existens in materia etiam appropriatiue, i. non est motor appropriatus alicui corpori, nec existens in ipso: & hoc non verificatur de motore primi mobilis. Nam ipse etiã est appropriatus suo corpori, vel mobili: propterea quomodo verificabitur de illo primo mobili habere has duas intẽtiones, nisi cum posuerimus aliã substantiam priorem motores eius appropriato, patet ergo, ꝙ est alius motor pręter motorem appropriatum primi mobilis prior ipso, & est Deus, & non est aliqua via, sm quam mouet, nisi sm finem. Et hæc ratio est ualde fortis, & difficilis expositionis, & maxime apud non intelligentes principia Commentatoris in Scientia Diuina, intantum ꝙ propter hanc rationem absolute dixit Ioannes de Iandonis in Octauo Physicorũ, & maior pars Expositorum Latinorum, quod opinio Commentatoris est, ꝙ Deus non mouet corpus determinatum, sed est mouens tãtum sm finem, & illud quod fortificat istam est natura Commen. in Octauo Physicorum. in solutione cuiusdã dubitationis, dicit, ꝙ motor incorporeus non est finitus nec infinitus. Nam non est quantus, & istæ sunt proprietates quãtitatis, in quibus verbis sunt difficultates, vt patet per dicta Expositoris Thomæ. Nam ipse ibidẽ arguit contra Commentatorem dicens, ꝙ magnitudo finita & infinita dupliciter debentur formæ & potentiæ motiuæ. Vno modo per accidens sm extensionem sui subiecti, vt albedo dicitur magna sm extẽsionem superficiei, in qua est. Alio modo magnitudo debetur formæ sm rationem propriæ perfectionis, ita ꝙ albedo perfectior & intensior in parua quãtitate dicitur esse maior albedo ꝙ albedo remissa in magno pariete. quamuis ergo forma non existẽs in materia non habet magnitudinem primo modo, tamẽ habet in secundo modo, & alia plura contra Commentatorem adducit. & quod videtur magis difficile est, Nam ipsemet dicit in multis locis, ꝙ proportiones motorũ diuersificãtur sm velocitatem & tarditatem, & dicit ipsos esse finitos, vt patet in verbis eius, Octauo Phy. & Duodecimo Meta. auctoritate præallegata. & Primo Cœli et Mundi. commento. 38. & 39. & 91. quæ omnia nõ videntur posse solui, nisi dicendo, ꝙ primus non est finitus nec infinitus: quia nõ appropriatur alicui corpori per aliquẽ motum determinatum, sicut reliquę intelligẽtiæ, nec existit in corpore, sed est finis tãtum. Tertio arguitur. præter motorem mouentem sm amatum & intellectũ, oportet de necessitate ponere motorem amãtem & intelligentem: sed primum principium, quod est Deus, mouet sm quod est amatũ & intellectum: ergo oportet ponere pter ipsum amantẽ & intelligentem. Maior probatur, supponendo quod declaratum est à Philosopho, in. 12. Meta. ꝙ nullus est modus, sm quem mouentur corpora cœlestia à motoribus eorũ, nisi sm intellectionem & desiderium, & tunc declaretur sic. Cœlum mouet sm ꝙ est intelligens et desiderãs: ergo mouet ad amatum & intellectum. sed cœlum non mouet sm ꝙ est amans & intelligens nisi intelligendo p cœlum aggregatum ex corpore cœlesti & motore suo immateriali, & motor eius est illud quod intelligit. Nã non est alia anima in cœlo nec forma, nec phãtasia sm Commentatorẽ. ergo ille motor mouet ad amatum & ad intellectũ. Quòd aũt primum simpliciter mouet sm qđ est amatum et intellectũ patet. Nã motor corporis primi, sicut & aliĵ, mouet sm ꝙ est amans & intelligẽs: ergo est pter ipsum amatum & intellectũ, apud quod mouet vel mouet, & hoc nõ est nisi Deus. nã non oportet ponere ad huc causam priorẽ isto amato. Et hæc oĩa videntur esse manifesta ex verbis & intentione Philosophi & Cõmentatoris.

E Nã Cõmentator. 12. Meta. versus finem cõmenti. 36. loquẽs de Arist. dicit. Et dicit omnia ista ad declarandũ, ꝙ corpa cœlestia cum habẽt appetitum pp intellectum. Intellectus autẽ maius bonum ipso appetit, contingit necessario ꝙ corpa cœlestia appetunt in hoc motu aliquod magis bonum ipsis: &, cum illa sunt nobilissima corporum sensibilium & meliora, necesse est, ꝙ illud bonum, quod appetunt, sit nobilissimum entium, & maxime, quod appetit totum cœlum in motu diurno. Declaratum ẽ ergo, ꝙ appetens appetit nobilius ipso, et nihil est nobilius motore, & maxime totius præter amatum ab ipso, quod est Deus, & dicit in eodem. 12. commento. 37. versus finem. primum enim cœlum mouetur ab isto motore sm desiderium, vt assimiletur ei sm suum posse, sicut amãs mouet, vt assimiletur suo amato. alia autẽ corpora cœlestia mouentur sm desiderium ad motum primi corpis, & in commento. 44. dicit. illud igit, quod intelligit motor corporis cœli de primo motore, & est causa in anima cœli, aliud est
F ab eo, quod intelligit ex eo motore orbis Saturni, & similiter de vnoquoq; eorum, s. ꝙ perfectio uniuscuiusq; eorum est intelligendo causam primã & propriam, & manifestũ est, ꝙ cœlum, quod post est, s. cœlum Saturni, ẽ primum sm eum & Philosophum. pterea cum perfectio vniuscuiusq; eorum est in intelligẽdo primã causam, sm eum vr, ꝙ perfectio motoris primi corporis est in intelligẽdo primã causam. ergo prima causa est pter motorem primi corporis, & in Substantia orbis, versus finẽ inquit. Et cum considerauit in istis virtutibus cœlestibus appetitiuis, vult dicere, motores, inuenit eas mouere ad appetibile nobilius ipsis. Hoc aũt non verificatur de motore primi corporis, nisi ponat ꝙ ipse non est Deus. Quarto arguunt Posteriores Latinorum sic, simpliciter nobile & perfectum nõ indiget actione, vt dicit Philosophus. 2. Cœli in duabus quæstionibus difficilibus: sed Deus ẽ simpliciter nobile: ergo & cõfirmant hoc sic, Oẽ mouens sm efficiens, aut mouet pp perfectionem quã acquirit, aut pp conseruationẽ suæ
G perfectionis, sicut dicit Commen. in 12. Meta. commento. 37. sed Deus nullã acquirit perfectionẽ, cum sit prima causa, & simpliciter pfectus, nec indiget conseruare suam perfectionem. nã nihil est eo nobilius, cui appetit assimilari. Et hæc est conseruatio perfectionis, sicut vr ex verbis Cõmentatoris in illo loco. pterea dicunt, ꝙ Philosophus dicit in loco pallegato Secundo cœli, ꝙ oẽ mouẽs aliquẽ motum effectiue, mouet pp rem nobiliorẽ ipso: nihil aũt est nobilius Deo. ergo &c. Quinto arguitur rõne rabi Moysis de Ægypto dicentis hæc verba. & n õest conueniens, ꝙ intellectus mouẽs primum mobile sit prima causa, quæ est necessaria ex se: quia tã conueniret cum aliĵs intelligẽtiĵs in vna dispositione, & est mouere corpa. quasi ergo arguit sic, substantiæ diuersę omnino, quarum vna est causa aliarum, non prouenit ab eis vnus effectus: sed substãtia primi principĵ multum differt à substantia aliarũ intelligentiarum sm perfectionem & dignitatẽ, & est causa earum necessaria ex se: ergo non cõicat cum reliquis in
H telligentiĵs in mouere, & videtur bona ratio. Sexto arguitur rõne, quam ponit dominus Commentator in quibusdam suis empl'is, & videtur ex suis verbis quòd sit accepta ex verbis Themistĵ: & est hæc, stellatum cœlum nobilius est non stellato, ita ꝙ quasi motus cœli non stellati est propter motum cœli stellati: sed primum non est stellatum sm opinionem Posteriorum: ergo cœlum stellatũ existens post ipsum, est nobilius ipso, & motus eius, idest non stellati, ordinatur propter motum cœli stellati: & illud, quod tali motu mouet, mouetur per accidens. ergo motor primi cœli mouetur per accidẽs: sed primus nõ mouetur nec essentialiter nec accidentaliter: ergo motor primi corporis nõ est primum simpliciter. propositio aũt dicens, ꝙ illud, quod sic mouet, mouetur per accidens, declaratur hoc modo de mente ipsius in illo loco. Nam motus cœli stellati constituitur vel fit à duobus motoribus, qui intendunt motum vniusmet corporis, idest stellati.

lati. Nam illud, in quo nõ est stella, est propter stellatum: & de necessitate isti duo motus diuersi habent duos motores, & inquantum sunt quasi in potẽtia vnius mobilis, sequitur ꝙ quilibet eorum intendit unum motorẽ, postq̃ ista principia mouent, sm ꝙ sunt fines. & ideo quilibet istorum motorum duorum mouetur ab alio per accidẽs. Vult dicere, ex quo quilibet istorum motorum intendit motum alterius. Nam isti duo motus, scilicet non stellati, qui ordinãtur propter motum stellati, & motus coeli stellati, sunt quasi vnus motus compositus vel constitutus, sicut dicimus, ꝙ reliqui motores mouẽtur per accidens, quasi corpora eorum mouentur secũdum motum primi corporis: & quasi motores eorum intendunt istum motũ eundem. Dicit præterea ibidem ad declarationem huius, ꝙ sicut motus multi, qui sunt propter vnammet stellam, motores eorum, scilicet corporum intendunt ad vnũ motorem, & est primus motor illius stellæ, sic est in istis duobus motibus, quos videmus in coelo stellato. ex hac tamẽ ratione non habetur ꝙ mouet tanquam finis tantum: forte enim mouet mediante alio, aut contingit non mouere effectiue nec mediate, nec immediate: quia ab ipso primo tantum sequitur primus motor, & nihil aliud: q̃a est omnino simplex & ab vno, tantũ vnum prouenit sm ipsum. & similiter cõtingit rationi rabi Moysis. & ideo hæc opinio est omnino cõtraria positioni Philosophi & Cõmentatoris: & omnes rõnes quas dicemus sunt contra ipsam. non sic autem est de opinione Themistij, quãuis ipse differt ab opinione Philosophi & Commentatoris: & nõ indigemus in hoc duobus motoribus. hæ sunt rationes fortiores, per quas hæc positio videtur esse vera.

Rõnes pro parte affirmatiua.

Ad partem affirmatiuam arguitur auctoritate Commentatoris in Duodecimo Metaphy. commẽto. 44. vbi istam difficultatem determinans ex intẽtione, asserit partem affirmatiuam, dicit enim. Sed quæret aliquis, qm̃, si motus omnium orbium intendant eandem actionem & eundem ordinem communẽ omnibus, necesse est vt habeant eãdem formam intellectam extrinsecam à formis, quas intendit vnusquisq; per se, s. formis proprijs. erit igitur forma quasi finis addita super formam propriam, erga quã mouetur orbis stellatus, & vnusquisq; orbis aliorum orbium. Dicamus igitur, ꝙ nulla forma est quasi finis & communis & vniuersalis, nisi illa ex eis, quæ habet actionem communẽ. Et hæc est dispositio formæ mouentis primum coelum motu diurno. dispositio enim in iuuamento corporum coelestium adinuicem in creãdo entia, quæ sunt hic & conseruando ea, est sicut dispositio regentium bonorum, qui iuuant se adinuicem in regendo bonam ciuitatem: qm̃ omnes actiones eorũ sunt erga actionem primi principis. ponunt enim actiones suas seruientes & consequentes actionem primi principis. quemadmodum igitur primus princeps in ciuitatibus necesse est vt habeat actionem propriam, quæ est nobilissima actionum, & si non esset ociosus, quam actionem intendunt p̃ suam actionem oẽs, qui sunt sub primo principe, quemadmodum igitur necesse est in istis principatibus, vt primus principatus sit, sic est necesse in actionibus principum, vt prima actio sit, & sic accidit in artificiis, quæ iuuant se adinuicem erga vnum artificiale: & sunt illa, quorum quædam sunt participãtia alijs, & omnia reducuntur ad vnũ artificium: verum igitur qm̃ plura artificia seruiunt artificij equitandi. Sic igitur est intelligendum de istis corporibus cum suis formis, à quibus mouentur. Et de istis formis adinuicem, postea ibidem dicit tantum esse illic intellectus & intellectum, & perfectum & perficiens: quemadmodum artificia perficiuntur abinuicem in hoc, ꝙ accipiunt principia abinuicem, & omnia reducuntur ad accipiendum omnia sua principia ab artificio vniuersali continenti ea. Et ideo videmus, ꝙ scientia magis propria Primi Dei, scilicet est illud, quod continetur sub prima Philosophia, & sciẽtia propria proprius, quæ sunt sub eo, est similis scientijs particularibus, quæ sunt sub Prima Philo-

A sophia. Videtur ergo ex verbis eius expresse, ꝙ non est hic forma prȩter formas appropriatas. apparet etiam, ꝙ, si prima forma non esset mouens, & habeat actionem, sicut reliqui motores, quamuis sit illa actio magis nobilis & magis vniuersalis, esset ociosa. uidetur etiam, ꝙ ille primus motor est Deus, & mirum est de Latinis quomodo intelligunt istam quæstionem. Nam, si poneretur hic forma non appropriata mouens secundum finem tantum, sicut dicunt, quæstio est vera, & nulla indiget solutione: et quomodo verificatur apud eos, ꝙ non est forma quasi finis & vniuersalis, nisi forma habens actionem communem, & est motus diurnus. Et, si velint exponere ꝙ Deus est habens illam actionem mediate, tamẽ hoc est falsum. nam nulla est positio ponens inter primum motorem primi mobilis & Deum aliam intelligentiam, vel saltem nõ apparet verisimilis positio, nec motiuum Commentatoris ad hoc inducit. quare ergo mouetur hæc difficultas, si

B Commentator concedit hoc, scilicet ꝙ Deus est mouens mediate secundum finem. Et quare negat quæstionem, immo verum est secundum hoc, ꝙ est quasi finis addita super formam propriam. Prȩterea, Ipse assimilauit hoc primo principi, & arti principali. Et dixit, ꝙ primus Princeps habet actionem determinatam, nobilissimam tamẽ actionem: & ꝙ alij ponunt suas actiones seruientes & cõsequentes actionem primi Principis, & hoc non verificabitur nisi de motore appropriato motui diurno primi corporis, quem consequuntur alia corpora cœlestia, & motores eorum. Præterea, Ipse ponit hanc dubitationem contra se, quia iam dixit, quòd non est substãtia prior motore totius, quia quilibet eorum est mouens secundum agens & finem. Hæc autem dubitatio probat oppositũ, scilicet, quòd est vna & addita. vnde Commentator soluit istam. ergo solutio hæc vult, quòd non est aliqua communis præter appropriatos. hoc patet etiã ex dictis eius in illo commento ante quæstionem prȩdictam, vbi dicit,

C etiam est intelligendum, quòd motus aliorum orbium intendunt motum orbis stellati, & ꝙ perfectio vniuscuiusq; mouentium vnumquodq; eorum, id est orbium, scilicet primorum, perficitur per primum motorem omnium. Et ideo omnes intendunt hunc motum diurnum, qui est primi motoris actio, & principium aliarum actionũ. Et cum huic fuerit adiũctum illud, quod dicit cõmento. 52. sententia erit magis clara.

CONCLVSIO AD MENTEM PHILOSOPHI. ET COMMENTATORIS.

Primum principium, quod est Deus, mouet primum cœlum effectiue immediate, sicut motores cæteri sua determinata mobilia.

Modus procedendi.

IN ista difficultate sic procedam. Primo declarabitur positio, quæ est Philosophi, & sui Excellentissimi Cõmentatoris, & adducam quasi omnia verba eorum

D reperta in hac difficultate, & declarabo ea secundum posse meum. Secundo, ponam quasdã suppositiones, ex quibus apparebit solutio argumentorum, & difficultatum ferè omnium accidentium in ista quæstione. Tertio soluam argumenta. Dico ergo, ꝙ conclusio, quam tenẽt Philosophus, & Commentator est hæc, ꝙ Deus vel primum principium simpliciter entium, mouet immediate primum cœlum effectiue determinatum, sicut & reliqui motores mouent sua corpora determinata, in hoc tamen est aliqua differentia sicut postea declarabitur. Hȩc conclusio declaratur multis modis. Primo, si poneretur forma abstracta prior, vel alia à forma mouente primum cœlum, esset frustra, s. sine aliqua indigentia vel ratione cogente ad hoc ponendũ: sed sine ratione non est aliquid ponendum vel affirmandũ esse: ergo &c. Minor patet, maior declarabit̃ cum erunt soluta argumenta, quȩ videntur hoc probare. Secundo sic probatur, si ponẽ talis forma abstracta, scilicet non mouens effectiue, remouebitur ab illa forma, ꝙ est maxime proprium formis

abstractis illius, s. mouere. erunt ergo sine actione, & sic ociose vel frustra: sed hoc est falsum. Nam natura nihil facit frustra, vel ociosum, immo patet, φ actio propria illis formis, secundum φ sunt abstractæ, debet maxime attribui formæ perfectissimæ simpliciter, ita φ ei & maxime conuenit mouere. & hæc ratio est fortis, super quā sustentatus est Philosophus ad probandum numerum abstractarum formarū, & maxime, quia totus mundus est quasi vnum animal, cuius quædam partes ordināntur propter quasdam, & quædam earum colligantur cum quibusdā, & omnes cum primo. vnde nos inuenimus Philosophum & Commentatorem Secundo Cœli, commento. 84. ponentes istam propositionem tanquam per se notam, s. φ omne, in quo inuenitur melius & nobilius, suum esse melius est, vt sit secundum dispositionem meliorem. Natura enim, sicut dicit, non tantum facit necessarium, sed etiā illud, quod est melius. Quòd autē mouere est conueniens bonum illis formis, probatur. Nam Commētator Secundo Cœli, commento. 17. inquit, omne enim habens actionem in se habet actionem in alio. Et per hoc illic voluit Philosophus declarare necessitatem motus & mobilis, et multitudinem motuum, vide illic verba sua maxime in translatione noua seu latina. Et idem in eodem Secundo dicitur, commento. 21. illud, quod inuenitur propter se prima intentione, necesse est vt inueniatur propter aliud secunda intentione, nisi illic non esset natura innata ad largiendum. Item commento. 17. dicit, in rebus autem diuinis est è conuerso, scilicet φ actio eorum prima intentione est propter suum esse, & secunda propter aliud: Et declarabitur adhuc magis in processu hoc totum. Præterea, Dominus Auer. in sua summa vel abbreuiatione, capitulo. 4. loquēs de numero abstractorum dicit, sed cū posuerimus φ si aliud principium ex istis principiis præter ista, quæ numerauim⁹, oportet de necessitate, φ illud principium habeat actionem aliquam sibi determinatā vel propriam. Nam impossibile est, φ sit aliquod principium ex istis nobilibus principiis sine actione. Nam substantia ignis impossibile est quin ab ipsa ord nē vel proueniat cōbustio, & ista principia agunt naturaliter. Vult dicere, non voluntarie vniuoce cum volūtate nostra, nec naturaliter, idest sine cognitione, sed actio eorum sequitur naturam & substātiam eorum, quæ natura est cognitio, sicut combustio vel esse combustiuum sequitur naturam ignis, & sicut Sol naturaliter illuminat. Itē dicit, φ, si esset aliquod principium ex istis sine actione, iam natura fecisset aliquid ociose vel frustra, quamuis esse eorū prima intentione non est propter eorum actionem, sed secunda intentione: sed hoc æqualiter ſm vnam dispositionem inuenitur in eis, s. φ non inuenitur in eis principium ociosum. Vult dicere, φ non est possibile inuenire formā ex illis, quæ non habeat actionem propriam præter actionem eius in se, & est intellectio, quæ est substantia eius, quæ inest sibi propter seipsa prima intentione, sicut posui ex dictis eius in Secundo Cœli. motus etiam vel mouere est prima intentione per seipsas, vt sint meliori dispositione, secundum quam esse possunt: secunda autem, vt conseruent istum mūdum inferiorem, sicut declarabitur. Postea dicit, Itē, & ideo debemus absolute hic dicere, φ numerus eorum est finitus, & impossibile est esse principia non agētia. Et manifestū est, φ ipse intelligit hic de actione, actionem aliam ab intellectione. Nam ipse dicit, φ eē eorum non est prima intentione propter suas actiones, et hoc patet etiam ex dictis eius & intētione ibidem. Itē, in illo loco parumpost inquit. sed motus eorum est vnus & continuus modo quo dicā. Nam ipsa cum cognoscunt bonum, in cuius cognitione consistit eorum perfectio, appetunt assimilari sibi in perfectione, & hoc cum esse eorū inuenitur secundum meliorem dispositionē, quæ est possibilis in ipsis. &, quia melius est φ moueant, φ̄ vt quiescant. (Nam motus est vita aliqua rerum naturalū) sunt semper in motu, & hoc non est, quia cognitio eorum est

E propter motum: nam si sic, esset magis nobile propter minus nobile, sed, quia, motus prouenit à perfectione, & sequitur ipsam, sicut combustio sequitur formam ignis, & sicut nos, cum peruenerimus ad vltimam perfectionem, melius est nobis influere in alios, vel docere per illam perfectionem alios secundum mensuram sibi possibilem, nō quod perfectio nostra sit propter illud aliud, ita est in corporibus cœlestibus cum istis inferioribus. Et debes scire, φ Commentator intelligit hic per corpus cœleste aggregatum ex corpore, & suo motore. Item, notandum, φ ex istis dictis & ex verbis eius in Secundo Cœli, commēto. 17. apparet solutio quorundam argumentorum, quibus putauerunt quidam Latinorum arguere contra ipsum dicendo in multis locis, φ, quamuis non agunt hic aut mouent, tamen non sunt frustra aut ociosa. Nam esse eorum non est propter motum, nec propter inferiora, sed propter se, & suas proprias actiones, quæ sunt intellectiones eorum. Et propter hoc putauerunt, quòd errauit Cō- F mentator commento primo, primi Metaphysicę. Et ipsi vere errauerunt, & non intellexerunt verba sua, qa enim Posteriorum Phylosophorum ęquipollet ei, aut priorum pręter Aristótelem, sed de hoc aliàs magis dicam. Redeamus ad nostrum propositum. Itē Commentator Duodecimo Metaphysicæ. Commento. 48. dicit, nulla substātia abstracta est, quæ non mouet. quia tunc inueniretur in dispositione diminuta. & patet φ non intelligit mediate vel secundum finem, quia hęc non esset tunc via numerandi istas substantias abstractas secundum numerū motuum, sicut dicit ibidem. & Philosophus dicit ibidē, omnis natura, & omnis substantia impassibilis: etenim per se inuenit dispositionem meliorem. vult dicere mouere, vt patet. Item Commentator in media sua expositione in Duodecimo Metaphysi. inquit, φ illud, quod inest istis principiis abstractis, secundum quod sunt abstracta, est quod sint mouentes. Dicit præterea Duodecimo cōmento. 44. Et ideo dicit Aristo. φ si aliquæ substantiæ essent G non mouētes, essent ociosæ. patet ergo expresse, φ abstracta debent esse secundum meliorem & nobiliorem dispositionem, sed melius est mouere. & ideo, si nō mouent, essent frustra secundum hunc modum, & maxime primus. esset enim possibile dicere, quòd mouere est imperfectio respectu primi, si separata mouerentur, seu fatigarentur aliquomodo, quando mouent, sed non est ita. Tertio declaratur sic, tantum abstractarum proprietates, quorum esse est declaratum in Physica, per motum, declarantur in Metaphysica: sed in naturalibus non est declaratum nisi esse motorum, secundum quòd sunt motores: ergo tantum proprietates eorum declarantur in Scientia Diuina huic appropriata. & ideo non loquitur in Scientia Diuina nisi de illis, quorum esse est declaratum in naturalibus per motum: sed loquitur de illis in Scientia Naturali secundum φ motores, & in Scientia Diuina secundum φ sunt formę & fines. Et ideo, si sit hic forma nō mo- H uens, sed est tantum causa secundum finem, de illa nō est loquendum nec in Scientia Naturali. nam Naturalis non habet de hoc consyderare, nec in Diuina. Nam Scientia Diuina non consyderat nisi de formis abstractis, quorū esse accipit à Naturali, & hoc manifestum est scientibus aliquid de phylosophia Aristo. & Cōmentatoris. Declarauit iam hoc Commentator Duodecimo Metaphy. cōmento. 6. Nec aliquis potest dicere, φ hoc supponitur tanquam per se notum. nam hoc est valde dubitabile: & puto forte impossibile sicut tu vides: nec etiam dicere possumus φ mouens secundum finem tantum non est corpus cum in æterno mouet. nam hoc est omnino notum, vel saltem non est declaratum per illas rationes Octauo Physicorū. quō ergo scitur non esse corpus saltem in illo loco?

Quarto arguitur, si poneretur, sicut diximus, sequeretur φ demonstrationes Aristo. in Octauo Physicorū, in hoc proposito non probant illud quod intendit probare. Consequentia probatur, supponendo illud, quod est per se

notum

motorem in illo loco: ex verbis Philosophi. & est, ꝙ intentio sua est declarare esse primæ causæ, & quod nõ est corpus nec virtus in corpore, & est perpetua. Modo, si poneretur prima causa alia à primo motore effectiue, hoc nũquã declarabitur, nec declaratum est per illas demonstrationes acceptas à motu perpetuo, nisi apud non intelligentes Aristo. demonstrationes in illo loco. Et Cõmentator ibidem in exponendo verba Philosophi, ꝙ primus motor est in circũferentia maximi corporis dicit, & ideo omnes leges conueniunt in hoc, quoniã Deus habitat in cœlo. Videtur ergo ꝙ Deus est primus motor, & ꝙ demonstrationes Philosophi probant esse Deum incorporeum, & nos videmus ꝙ Cõmentator reprehẽdit Auic. Cõmento vltimo. Primi Physicorũ. dicendo, ꝙ ipse voluit declarare primũ motorẽ alia via, pro qua declarauit hoc Philosophus Octauo Physicorũ. sed Auicẽ. non declarauit alia via nisi primũ principiũ. ergo Deus est primus motor immediate. nam Philosophus nõ declarauit ibidem nisi hoc, vel reprehensio Cõmentatoris nulla. & Philosophus & Cõmentator in secũdo Physicorũ. in cõmento. 78. dicũt expresse, ꝙ proprietates primi motoris sunt ꝙ mouet & nõ mouetur, & ꝙ est primũ omniũ rerum. & patet ibidẽ, ꝙ ipsi loquuntur de motore proprie, quãuis sit etiam finis. ipsi enim loquuntur ibidẽ de causa motiua, vt distinguitur ab alijs causis. Quod hæc sit opinio Philosophi & Cõmentatoris declaratũ est ex prædictis, & declarabitur iterũ perfecte adducendo verba eorum fore omnia in hoc proposito dicta. Primo enim. 12. Metaphy. in sua expositione media ponit hæc verba ad literã. postquã illud quod dixit de ordine motorũ in dignitate, & ꝙ moderni non habent in hoc demonstrationem. Dicit enim. Et sic debemus credere ꝙ dictũ eorum de primo principio, ꝙ nõ sit mouens corpus cœleste per motum diurnũ, non habet demonstrationẽ etiam. Nam isti sustentati sunt in hoc, ꝙ hæc substantia prima, q̃a est in fine simplicitatis & vnitatis, sicut declaratũ est in ista scientia, & ab vno non prouenit nisi vnum, & motor cœli ſm motum diurnũ proueniũt ab ipso duæ res, vna est anima cœli, & alia motor cœli existentis post ipsum, & motor cœli met nõ est vnus nec simplex simpliciter: ergo ipse nõ est primus, & duæ medię propositiones sunt falsę. nam nõ est illic ꝓductio nec ꝓuentus vere, nisi dicetur æquiuoce postquã ista principia nõ sunt causæ effectiuæ nisi ſm motũ, i. q̃a mouet. prouentus autẽ & productio intelligitur in causis agentibus, i. vere: sed tantũ verificatẽ de eis consecutio & esse sicut dicitur, ꝙ res cõsequitur, et est propter suam formam, & inuenitur cum eius forma. Nota tamẽ ꝙ hæc consecutio, & cõsecutio dicta ab ipso Cõmentatore cõmento. 44. 12. Metaphy. vbi dicit, nec cõsecutio dicitur æquiuoce, si translatio sit recta. nam illic loquitur de cõsecutione ſm agentem, hic autẽ ſm formam: & alio modo redeamus ab eius verbis, & ſm hanc dispositionẽ verificatur de corporib⁹ cœlestibus, ꝙ sunt entia propter istas substantias, inquantũ illæ substantiæ sunt principia eorũ ſm motũ aut motionẽ, & ſm formã, & perfectionẽ. Et, cum hoc sit ita, non est ĩpossibile ꝙ à forma simplici perficiantur duæ res, quæ sunt duæ perfectiones diuersæ in cognitione ſm magis & minus, & magis nobile & minus nobile. Et hoc scd̃m ꝙ est in natura vniuscuiusq; intelligere de ipsa, & ipsa in se est vna simplex. Nam ipsa nõ est causa nisi propter cognitionẽ tantum, s. ꝙ intellectum est causa intelligentis ipsum, & hoc modo dicitur de istis, ꝙ vna earum inuenitur per aliã, & cõsequitur, & est causata propter illã. Et hoc modo dicimus, ꝙ omnia corpora cœlestia mouentur sequentia motum diurnum primi cœli. Et hoc propter appetitũ illius, quod intelligunt de prima causa, & mouẽtur per motus proprios, per illud quod intelligunt de principijs determinatis eorum: & est ordo particularis, apud quem mouentur illæ stellæ absq; hoc ꝙ sit multitudo in substãtia illius principij, s. primi: quãuis multa intelligunt ipsum.

A Nã quodlibet eorũ intelligit illud modo distincto & cognitione diuersa, & sic dicimus nos, ꝙ illud, quod intelligit cœlum met de primo principio, est ſm aliũ modũ, s. non ſm modũ, quem intelligit ipsum ſm principium, & considera hoc, nam manifestũ est. Vult dicere, ꝙ reliquę intelligentiæ non intelligunt primam eo modo, quo ipsa intelligit seipsam. Nam, si sic, nulla esset diuersitas inter eas, & esset substantia, quæ est ens propter aliud, conueniens substãtiæ quæ est ens propter se. Dicit vlterius, ꝙ illud, quod dicunt, quod ab vno non prouenit, neq; producitur neq; fit nisi vnum, & reliquos modos, quibus vtuntur in isto loco, si voluerunt in hoc, ꝙ ex vno simplici non prouenit nisi vnum simplex, nihil esset causatũ nisi vnum tantũ simplex. Nam illud, quod contingit in primo, in secũdo etiã contingit: & si intelligit, ꝙ ab ipso prouenit cõpositum, s. propter vnũ simplex, vel ab vno simplici, iã concesserunt ꝙ ab vno simplici prouenit multitudo. & hæc omnia sunt falsa extranea. Nam non inue-

B nitur illic aliqua res vel dispositio, propter quã oportet nos imaginari hæc verba, sed deduxit eos ad hoc, q̃a voluerunt dare intelligere vulgo istas intẽtiones per modũ cognitionis conuenientis eis ſm sermones legum in esse entium in prima causa. & ideo oẽs loquentes huius legis dicunt, ꝙ concedens æternitatẽ mũdi, negat primũ principium, & negat actiones, & isti voluerunt congregare hæc duo, s. moderni ex Philosophis arabũ, & appropriare istam intentionem intentioni, quã vulgus intelligit, & imaginatur primo de pricipio. vult dicere, ꝙ vulgus nõ intelligit mundũ habere efficiens ponendo ipsum æternum. & quis negat efficiens ſm modum, quẽ vulgus ponit. Putatur à vulgo, ꝙ negat primã causam. & ideo dixerunt moderni, ꝙ ipse fecit vel ab ipso prouenit ſm ordinem positũ, quãuis crediderunt ipsas esse æternas, & quasi posuerunt productionẽ perpetuã. & iam Cõmentator locutus est de hoc Secũdo cœli, cõmento. 104. Di-

C cit vlterius prosequẽs dictũ suum, & in hoc gloriati sunt intantũ, ꝙ posuerunt hoc modo cõsiderationis pro principio, quod probare volunt primã causam esse aliã à motore per motum diurnum. Et considera hoc, q̃a manifestum est & Deus scit &, si esset hic principiũ abstractũ non mouens omnino, fuisset natura posita ociosa vel frustra, sicut dicit Aristo. Nam illud, quod inest istis principijs abstractis ſm ꝙ abstracta sunt, est ꝙ sint mouentes ſm desideriũ. & isti volendo declarare demõstratiue primum principium, negauerunt ab illo maxime proprium sibi, & est mouere, nõ remansit principium apud eos nisi ſm formã & finem. vult dicere, ꝙ est valde inconueniẽs, ꝙ alia principia sint principia ſm motorem, finem, & formam, & primum nõ potest mouere. nam si potest, moueret necessario: possibile autem in rebus æternis est necessarium. deinde dicit Cõmentator, & Aristo. multum reprehẽdit Platonem, quia posuit formas abstractas nõ mouẽtes, & si posuerimus quod mouens totum non est

D primum, quia est cõpositum, et concesserimus ꝙ ab vno non prouenit nisi vnum, sequeretur ꝙ hoc compositum productum ab ipso productum est etiam propter cõpositum vel à cõposito, & sic in infinitum: & non esset hic principium simplex. & hoc est inconueniens & absurdũ sequens istam positionẽ. Et propter has intentiones vel opiniones, quas posuerunt in ista scientia, intantũ ꝙ crediderunt ipsas esse partem scientiæ Diuinæ, dixerũt multi considerantes in hac scientia, ꝙ illa est debilior scientijs alijs peripateticorum, s. scientia Diuina, & non est sicut putauerũt: sed illud quod de istis verificauit Aristo. est magis firmum vel fortius alijs demonstrationibus factis in alijs scientijs, sed falsificauit hoc, quia posuerunt isti homines istas res in ista arte. sed illud, quod affirmare vel credere debemus de istis rebus est, ꝙ motus corporum cœlestium sunt ęterni, & ꝙ cuiuslibet motus eorum est motor æternus mouẽs ipsum ſm desiderium, & mouentur ipsa apud eum: q̃a intelligunt per intellectũ, i.

cognitionem

cognitionem modi intellecti, versus quem mouetur: & quod est hic ordo vniuersalis & Itellectus, & est primus, versus quem mouetur cœlummet, & ordines particulares intellecti, & sunt illi, versus quos mouet vnũquodq; corpus, s. referendo singula singulis. & ꝙ illa omnia per suum motum cõsequuntur motũ primũ, & ꝙ dispositio in hoc assimilatur dispositioni artis principalis, sub qua sunt multæ artes particulares, quęlibet earũ ſm quod est determinata ab arte principali, & finis eius ordinatur ꝓpter finem artis vniuersalis principalis. verbi gr͞a, in arte regiminis ciuitatis. cum reliquis artibus particularibus; quibus perficitur regimen ciuitatis. & hæc tñ duo in hoc differunt, quia cognitiones intellectuales sunt priores q̃ actiones earũ, & actiones productæ ab ipsis, sunt ꝓpter illas cognitiones, & in regiminibus e contrario, i. cũ cognitiones sunt propter actiones, sic similis arti vniuersali regiminis ciuitatis est ordo Itellectualis vniuersalis, quo intelligit cœlum. vult dicere primum, & similes artibus particularibus reliquis sunt Itellectiones, quas intelligũt reliqui cœli. vult dicere aggregatũ ex corpore & intelligentia: & hoc est quod debet intelligi in ista scientia non plus neq; minus, & sunt istæ res, super quas sunt demonstrationes necessariæ, sicut tu vides. hæc sunt verba eius. Patet ergo expresse, ꝙ dñs Auer. nõ tantũ negat eorum propositiones, sed etiã conclusionē. illud autē, quod non est bene intellectũ hic ex verbis eius, erit clarum per illa, quæ dicam in prima suppositione. Et debes scire, ꝙ iste sermo, s. ꝙ intelligentiæ proueniũt aut ꝓdeunt à primo, & quod in illis est aliqua cõpositio, est conueniens principijs Auicēnę. Nam ipse ponit ꝙ intelligētiæ abstractæ ꝓpter primã sunt possibiles esse ex se necessario ab alio. Sed Cõmentator multũ cõtradicit huic opinioni in multis locis, & maxime in libro Destructio Destructionũ. Nam dicit ibidē, ꝙ iste sermo, i. possibile ex se necessario ab alio, est sermo malus. nam possibilitas est proprietas siue dispositio alia à re in qua est possibilitas. Illud ergo, quod apparet ex manifesto huius sermonis est, q͂d illud, quod est sub primo, est cõpositũ ex duobus, vni eorum appropriatur possibilitas, & aliud, cui appropriatur necessitas. Et dicit præterea, ꝙ cum dicunt, ꝙ multitudo, quæ est in secũda causa, est per illud quod intelligit de se, & quod intelligit de sua causa, sequitur ex hoc, ꝙ substantia huius est ex duabus naturis, aut ex duabus formis, & vtinam scirem quæ earũ est ordinata vel ꝓueniens à prima causa, & quæ nõ. Et sequitur apud eos cum dixerint de ipsa, ꝙ est possibilis ex se necessaria ab alio. Nam natura possibilis necessaria est alia à natura necessarij, quã accipit à necessario ex se. Nam natura possibilis nõ põt esse necessaria nisi natura possibilis conuerteret in natura necessitatis, & ideo in naturis necessarijs nõ inuenitur possibilitas. & hoc vel si sint necessariæ ex se aut ab alio: & hæc omnia dicta ab eis sunt sophisticationes & sermones debiliores sermonibus loquentiũ, & sunt intẽtiones additæ in Philosophia, & nõ conuenientes principijs Physicorũ, & nullus eorũ habet sufficientiã sermonis rhetorici, & maxime sermonis topici, vel probabilis. & si hoc fuisset sic, quælibet earũ formarũ esset vna ſm subiectũ, multæ ſm diffinitionē. Dicit ꝑterea in illo libro, in q̃stione quærēte, an primus sit simplex, ꝙ necessariũ, quomodocũq; ponatur, non habet in se aliquã possibilitatē, & non inuenitur aliquid habēs vnã naturã, vel ꝙ sit vnius naturæ, et dici potest de illa natura, ꝙ sit possibilis ſm aliquid, necessaria ſm aliquid, q͂a iam declaratũ est, ꝙ necessarium nullã habet possibilitatē. nam possibile opponitur necessario: sed illud, quod est possibile, est quod sit aliquid necessariũ ſm vnam naturã, possibile ſm aliam, sicut dicitur de corpore cœlesti, quod est necessariũ ſm substantiã, possibile ſm motũ in vbi. Sed inueni in dictis Cõmētatoris in dicto libro, modũ, per quē ipse vult moderare dicta Alpharabij & Auicē. Dicit enim, ꝙ, cũ dixerunt, possibile ex se, nõ intelligunt ex hoc proprietatē

E additam supra substantiã, sicut intelligit de possibili ſm veritatē, vel non vult dicere de possibilitate materiæ: nã materiale est vere possibile. Dicit vlterius, sed intelligũt ex hoc, quod substantia aut natura eius dat quod nõ sit necessariũ nisi ꝓpter causam, ita ꝙ significat substantiã, à qua, cum fuerit negata sua causa, non est necessaria, i. ꝙ negatur necessitas ab ipsa: & quasi volunt dicere, ꝙ necessariũ vel est necessariũ per se, i. ꝙ sua necessitas est in se, vel ex se, vel est necessarium propter causam, & illud; quod est necessariũ propter causam, nõ est necessariũ ex se: & dicit, ꝙ nullus dubitat, ꝙ istę differentiæ non sunt substantiales, i. diuidentes substantiã, neq; additæ super substantiã, sed sunt intentiones dictæ ſm negationē, aut relationē sicut dicimus de aliqua re, ꝙ est ens, nam nõ significat intentionē sibi additam extra animã. vnũ etiam nõ significat intentionē additã super quidditatē & substantiam: nõ enim quælibet res, in qua intelligunt dispositiones diuersæ, necessario illæ dispositiones sunt additæ F supra suam substantiã extra animã. & iste est modus negationũ vel priuationũ, & relationũ. & ideo nõ v͞r multis antiquis enumerare ꝑdicamētũ relationis inter entia existentia extra animã: & nõ est īpossibile in vna substãtia vel essentia esse negatio vel affirmatio in suis dispositionibus absq; hoc ꝙ sit multitudo in substantia & essentia. Sed tñ adhuc Cõmētator dicit, ꝙ iste sermo aut oratio Auic. nõ est bonus. Nam ens, quod habet causam in suo esse nõ habet significatũ nisi priuationē. Volo dicere, ꝙ omne, quod est ens ab alio vel per alium, nõ habet de se vel ex sua essentia nisi priuationē, nisi natura illius sit natura veri possibilis. & ideo diuisio entis in necessarium & possibile nõ est diuisio nota, cum non intelligat de possibili quod est verũ possibile. iam amor declarandi induxit me dicere ista, q͂s per iam dicta multa dicta occulta erunt manifesta. Redeamus ad nostrũ. Dicit enim Cõmētator in sua abbreuiatione loco præallegato, postG quã recitauit opinionē Auicē. vt posui in prima ratione. Et in hoc est dubiũ. Nam, cũ dicimus, ꝙ ab vno nõ ꝓuenit nisi vnũ, est verũ in efficiente, ſm ꝙ est efficiens tantum, nõ ſm ꝙ est forma & finis. Nam forma & finis dicitur de eis agere similitudinarie, sed quæsitũ propriũ in hoc est, an sit possibile, ꝙ ab vno simplici ordinatur plus q̃ vnũ, & ꝙ perficiatur ab ipso plus q̃ vnum, & si hoc sit impossibile, quæstio erit vera. vult dicere per hoc, ꝙ Deus non est motor primi corporis, si hoc est verũ, quęstio est falsa. & iam locuti sumus de hoc in alio loco. Arguamus igitur sic, fortior ratio ad probandũ istam conclusionē, sicut ibidem dicit, est hæc, s. Auicē. sed hæc est falsa, & multũ debilis, sicut dixi de mēte Cõmentatoris. ergo hæc cõclusio nõ est ponenda, s. ꝙ Deus non sit mouens ſm efficiēs, simile huius quod posui ex verbis Cõmentatoris in sua media expositione dicit. 12. Metaphy. 44. cõmento. dicit enim, quod autē moderni dicũt, substantiã primã esse priorē motore totius, falsum est, quęH libet enim substantia istarũ est principiũ substantiæ sensibilis ſm motorem & ſm finē. Et ideo dicit Aristo. ꝙ, si aliquæ substantiæ essent non mouentes, essent ociosæ. Ioannes autem de Landuno in suis quęstionibus Octauo Physi. voluit extorquere hoc dictũ, & dicit, ꝙ Cõmentator in hoc quod dicit priorē motore totius intelligit prioritatē tēporis, ita ꝙ Cõmentator vult cõtradicere dicentibus, ꝙ intelligētiæ sunt de nouo productæ, & dicit, ꝙ, cum dixit Cõmentator, ꝙ quælibet substantia istarũ est principiũ substantiæ sensibilis ſm motorē & ſm finem, ꝙ intelligit cum dixit, ſm ꝙ est mouens, ſm ꝙ est finis motus. & intelligit cum dixit, & ſm finē, ſm ꝙ est finis substantiæ sensibilis. & quãuis dictũ Cõmentatoris valde est manifestũ, & maxime cum considerandũ fuerit illud, quod posui ex verbis illius in sua media expositiõe, vbi dicit, ꝙ isti negauerunt à primo principio maxime propriũ sibi, & est mouere: & nõ remansit apud eos principium nisi ſm formã & ſm finem tantũ. Tamen præter

hæc

hæc dicta, volo remouere expositionẽ eius, quia vere est expositio hoīs non intelligentis primũ. sic Cõmentator arguit contra Auicẽ. Sed Auicẽ. non ponit intelligẽtias esse à Deo de nouo productas, sed dixit, ꝙ Deus nõ mouet primum corpus, vt patet per eius rationẽ, quãuis ipse sit causa finalis, sed alia intelligentia à Deo mouet illud: ergo &c. nec vult Cõmentator hic remouere creationẽ mũdi de nouo, quia, si sic, quare arguit contra dicentes, quod est prior motore totius, & non arguit cõtra dicentes ipsum esse priorẽ omnibus aliĳs intelligentĳs & entibus. Et cum hæc ratio, quã ponit cõtra sic opinãtes, s. ꝙ, cum illic nõ est potẽtia neq; agens, sit fortior contra credentes creationẽ mũdi. quare ergo non concludit primo sequi ex dictis eorũ creationẽ esse de nouo, quod sequit̃ ex dictis eorũ, sicut dicit Ioannes, quæ est maxima ratio contra dicentes productionẽ intelligentiarũ, & tunc ratio facta etiam erit fortior, sed dicit contra eos, ꝙ nõ est illic prouentus neq; consecutio, sed intelligens vel intellectus & intellectũ: & quomodo sequitur ex ratione eorũ, quã posuit creatio de nouo. Præterea, qualis erit ordo & habitudo huius dicti, cũ dicto ante hoc si dicere volumꝰ, ꝙ cõtradicit creationi, sicut dicit Ioannes, nam ipse dicit in principio cõmenti, qm̃ iam declaratũ est ex hoc sermone substantias æternas esse plures vna, & ꝙ in eis est prima, s. illa, quæ omnia mouet: vult dicere, primũ coelum. ipse enim in oībus quasi suis cõmentis, vocat motorem primi coeli mouens totũ, vel omnia. Dicit vlterius, & secundã & tertiã ẜm ordinẽ orbiũ. ipse ergo dicit substantias æternas, & nõ dicit motores. & postea dicit, ꝙ prima earũ est mouens totũ, vel omnia: & ideo bene patet, ꝙ opinio modernorũ, quã recitauit, est cõtra hoc de directo, cui cõtradicit Cõmentator: & quomodo ẜm opinionẽ Ioannis contradicit huic opinioni, per rationẽ quã ibidẽ dixi, s. ꝙ quælibet substantia earũ est pricipiũ &c. & maxime ẜm modũ ẜm quẽ ipse exponit dictã propositionẽ, & quomodo dicit postea Cõmentator ibidẽ, ꝙ primũ principiũ habet actionẽ, & reliqua, quæ ibidẽ dicit contra istam opinionẽ, vide cõmentũ. expositio autẽ Ioannis de illa propositione Cõmẽtatoris est error. nam ipse ponit per ly motorẽ, ꝙ dicit Cõmentator, motionẽ vel motũ. secũdo, q̃a hoc dictũ est hominis, quasi nõ intelligentis, quomodo illæ substantiæ sunt principia substantiæ sensibilis ẜm principia philosophicorũ; Nã Cõmentator cõmento, sexto. 12. Metaphy. dicit. declaratũ igitur est in hac sciẽtia, ꝙ ens non materiale, quod iã declaratum est esse mouens substantiã sensibilẽ, est substãtia antecedẽs substantiã sensibilẽ: & quod est principiũ eius ẜm formam & finem &c. ergo abstracta sunt motores & formæ & fines substantiæ sensibilis. Et hoc intelligitur de omnibus substantĳs abstractis, vt patet ibi. Præterea sermo demõstratiuus est per se, & de omni. & Cõmentator Quinto cõmento. eiusdẽ inquit. declaratũ etiam in hoc tractatu, ꝙ principiũ primæ substantiæ abstractæ etiã est substantia & forma & finis, & quod mouet vtroq; modo. principiũ aũt substantiæ abstractæ nõ est nisi Deus, & dicit in media sua expositiõe, vt iã dixi: & ẜm hanc dispositionẽ verificatur de corporibus coelestibus ꝙ sunt entia propter istas substantias, inquantum illæ substantiæ sunt principia eorum ẜm motionẽ, & ẜm formam & perfectionẽ. Modus aũt declarationis huius declarabitur in q̃stione sequenti: & iam Cõmentator locutus est de hoc cõmento. 37. 12. Metaphy. Et Auerrois in de Substantia Orbis reprehendit dicentes, quod Aristo. non posuit causam efficientẽ, nisi tantũ mouentẽ. & dicit in libro, quẽ fecit contra Algazel, ꝙ iam hæc q̃stio fuit inter Peripateticos & Platonicos, s. an mundus hẽt efficiens. Nam ẜm Platonẽ ponentẽ mundũ productũ, non est dubium ꝙ ponit causam efficientẽ. Sed Aristo. postquã ponit mundũ esse æternum, quomodo habebit causam efficientẽ ẜm eum? Et Peripatetici rñdent, ꝙ Aristo. bene ponit causam efficientẽ. & solutio stat in hoc, ꝙ

A esse corporũ coelestiũ consistit & remanet per motũ, & dans motũ facit motũ: & cum ista corpora coelestia non perficitur eorũ esse nisi per motũ. dans ergo motum est perficiens corpa coelestia. vult dicere, aliquo modo. Dicit vlterius, ꝙ iam declaratũ est apud eos, ꝙ ipse dat vnitatem, per quã muodus est vnus. Vult dicere. 12. Metaphy. cõmento. 52. & in libro Coeli. dicit vlterius, ꝙ dans vnitatẽ, quæ est conditio in esse cõpositi, dat partes, ex quibus est cõpositio. Nam cõpositio est causa earũ, sicut declaratũ est in illo libro. Et hæc est dispositio primi principĳ cum toto mundo, & ideo inuentio æternitatis in ipso, s. mũdo, est ꝙ nõ habet principiũ neq; finem, &, quia nõ intelligunt hoc loquentes, vr̃ eis difficile dicere mundum æternum & Deum æternũ. Et ideo productio æterna magis verificatur de ipso q̃ æternitas. videt̃ ergo expresse ex dictis eius, ꝙ motor mũdi est efficiens mũdũ, s. dans motum & efficiens ipsum. & certum est, ꝙ ille, cui appropriatur esse efficiens mundi, est Deus, sicut Auer-

B rois asserit expresse ibidẽ. ergo Deus est mouens & efficiens motum. & quare ẜm expositionẽ Ioannis nõ dixit Cõmentator, ꝙ quodlibet eorũ principiorũ est causa finalis motus & coeli, sed dixit ẜm motorẽ & ẜm finem & ẜm expositionẽ eius est, ac si diceret, est causa finalis motus & causa finalis: & deficit tunc ly corporis coelestis, & sic inutiliter reperitur causa finalis, & sic est nugatio. & eo magis, ꝙ illud, quod est causa finalis alicuius, est etiã causa finalis accidentiũ propriorũ illius. non ergo indigebat hoc dicere. Præterea, quomodo ĩcludit simul omnia abstracta in ista ꝓpositione; Nam ꝓpositio tunc ẜm sua dicta est quasi æquiuoca. vere enĩ hæc expositio est multum extranea & phantastica. Item ad principale, nam Cõmentator. 12. Metaphy. cõmento. 37. dicit exponens verba Philosophi ibidẽ dicentis. & est etiam illud, quod diligitur propter se, & desideratur iter hæc principia abstracta: quorũ vnũquodq; est aliquid vnũ simplex. et ele-

C mẽtum corporis quod mouet est illud, quod est ex eis in fine nobilitatis & simplicitatis et vnitatis, & intendebat per hunc sermonẽ distinguere inter primũ principiũ, & alia principia abstracta. Alia enim videntur esse electa & desiderata ꝓpter alia, s. principia aliorũ motuũ coelestiũ, ꝑter motum diurnum: quod autẽ hunc motum facit, videtur esse electum per se, cum versus ipsum moueĩ omne motu velociori & maiori motibus proprĳs vnicuiq; eorum. est ergo electum per se & amatum oībus: tale autẽ est perfectum in fine. Ioãnes autẽ exponit, ꝙ mouet mediate, sed hoc est falsum. nam Cõmentator dicit, ꝙ principium desideratũ ꝓpter se inter hæc principia, quorum vnũquodq; est elementũ corpis, quod mouet. ergo principium magis perfectum mouet corpus determinatum, sicut reliqui motores. & quare ẜm suam opinionẽ nõ dat differentiã inter primũ & reliquos, quod ipse mouet, tãquã finis, reliqui autẽ sicut efficientes: & puto, ꝙ non cõsiderauit principiũ huius dicti Cõmentatoris, aut dimi-

D sit illud ex intentione propter amorẽ opinionis propriæ. nam, quomodo Philosophus ponit differentiã inter res non conuenientes in vna actione, & quomodo verificat̃ hoc quod dicit Cõmẽtator, ꝙ versus ipsum mouetur oẽ motu velociori motibus proprĳs vnicuiq; eorum, nisi dicendo ꝙ Cõmentator ponit differentiam inter motorẽ, & motum primi corporis immediate, & inter reliquos motos & motores. Item, Philosophus & Cõmentator cõmento. 49. 12. volendo probare numerum abstractorũ non motorum, nisi quia substantiæ abstractæ sunt motores, ẜm eos præcise, non plus neq; minus, dicit Philosophus, Omnis natura & omnis substãtia, in qua pars non existit & est per se, inuenit dispositionem meliorem. & in alia translatione loco de ly, in qua pars non existit ponitur ĩpassibilis. Dicit vlterius, non igitur est alia omnino nisi ista, immo necesse est, ꝙ numerus substantiarũ sit iste, quoniam, si aliæ sint, mouebunt igitur, quia sunt perfectio motus: & in alia translatione fines loco de ly

perfectio:

perfectio: sed impossibile est vt alij motus sint à prædictis, & in principio illius textus dicit, necesse est igitur reputare, q principia imobilia & sensibilia sunt huius numeri. Intentio ergo sua est declarare numerũ substantiarum abstractarũ. nam nõ dixit in hoc sermone motores, & q numerus motorum sit fm numerum motuum vel mobilium, sed dixit numerus substantiarũ: & dat rationem super hoc, q abstracta sunt fm meliorẽ dispositionem: melius autẽ est mouere, qa sunt finis & pfectio motus: ergo non inuenitur forma de illis nõ mouens. numerus ergo eorũ est fm numerũ motuũ æqualiter. Et Cõmentator exponens ibidem dicit, si autẽ posuerimus, q ĩpossibile est vt sit corpus cœleste, quod nõ habet iuuamentũ in motione stellæ alicuius, & posuerimus q principia mouentia impossibile est vt sint nisi in dispositione meliori, vult dicere, principia abstracta, & si non in suo dicto poneretur aliquid superflue. Nam nõ est dubium, q formæ mouentes mouent: & addit, q non accidit eis passio materiæ, cum sint entia per se non in materia. Et esse eorũ in dispositione melior est, vt sint mouentia: necesse est vt via numerandi ista principia sit via ista, s. ex numeratiõe motuũ stellarum, cum enim posuerimus q nulla substantia abstracta est quæ nõ moueat, quia tunc inueniretur in dispositione diminuta. Et, cum posuerimus, q omnis orbis est propter stellã, & si non esset ociosum, manifestũ est q via numerandi istas substantias est via numerandi motum stellarũ. Et dicit, q hic Philosophus confirmat hoc vlterius, quoniam necesse est, si aliæ substantiæ sint ab istis substantijs, vt sint corpora motus cœlestia alia ab istis corporibus, quoniã vnaquæq; illarum substantiarũ est perfectio & finis motus. Et concludit, impossibile est igitur, vt substãtiæ mouentes sint nisi illæ quæ sunt fm numerũ motuũ. Dictũ autem Ioannis in hoc dicentis, q præter istas formas ponitur forma mouens fm finẽ tantũ, & Philosophus non intendit nisi numerũ motorũ, falsum est. Nam Philosophus ibidẽ dicit, quia & substantias & principia imobilia & insensibilia tot rationabile existimare. & parum post addit, imo necesse est, q numerus substantiarũ sit iste, & nõ dixit motorũ. Præterea ratio Philosophi est, ibi contra hoc. Itẽ, Philosophus & Cõmentator cõmento. 43. dicunt oppositum. Nam Philosophus inquit, nos autem dicimus de substantijs diuinis. principiũ enim & primũ entium non mouetur neq; essentialiter neq; accidentaliter, & mouet & facit primũ motũ etiam. verũ est tamen q in translatione hebraica sic inuenitur, nos dicamus iam ex positis & determinatis, q principiũ & primũ omniũ entium nõ mouetur neq; essentialiter neq; accidẽtaliter, & q ipsum mouet primũ motũ æternũ, & nõ ponitur, & facit. & dicit vlterius, & nos videmus præter motum totius simplicem, de quo dicimus moueri à substãtia nõ mobili alios motus æternos, qui sunt erraticorum. Videtur expresse ergo, q primũ principiũ entium mouet primum corpus. Ioãnes autẽ dicit, q mouet mediate, & hoc nihil est. nam nõ solum mouet primum corpus tantũ mediate fm hoc, immo omnia. quare ergo attribuit sibi primum tantum, cui respõdet Ioannes, q primum sibi tantũ attribuitur, quia motor illius corporis primi est nobilior, & intelligit primum modo perfectiori reliquis: sed hoc nihil est. nam motus corporũ cœlestium omniũ fm motum diurnũ est vnus motus, & propter vnam intentionẽ, quãuis sit aliqua diuersitas inter eos, sicut declaratum est in multis locis, & maxime in secũdo Cœli. cõmẽto. 42. 58. 70. & 71. Et in abbreuiatione Metaphy. Et ideo fm istum motũ debemus dicere, q ipse mouet illa corpora omnia nõ tantum primum fm istam positionẽ. Præterea Philosophus ibidẽ dicit. Manifestum est igitur, q substantiæ sunt fm numerũ illorũ. & loquitur de separatis, vt patet expresse in alia translatione. Et Cõmentator ibidẽ explicans magis dicta Philosophi dicit, nos autẽ possumus declarare bene multitudinẽ istarum substantiarũ ex rebus dictis,

E & inducere ad viam, qua quis potest scire numerũ eorũ. principium autẽ illius est hoc, q prius declarauimus, s. q primum principiũ entium est aliquid imobile. & q hoc facit p̄mum motum æternum & diurnum. Et parũ post dicit, sed nos videmus in cœlo plures motus, præter motum totius cœli, quẽ dicimus fieri à prima substantia immobili, s. motum stellarũ erraticarum. Et mirum est fm opinionẽ Ioannis, quo modo nunquã attribuit neq; Philosophus nec Cõmẽtator motum primi corporis suo motori appropriato, sed semp dicunt, q est actio primi principij. Et postea Cõmen. dicit, q numerus earum est fm numerum motuum: & hoc est valde extraneum fm modernos latinorum, s. q dicit semper de numero earum, & nunquã loquitur de prima substãtia, immo ponit primã in numero earum numerando motores, vt patet. & hæc erit causa erroris in cognoscendo primã causam. Item, Cõmentator. 12. in fine cõmenti. 391. super illud Philosophi. hoc enim Deus, dicit fm hoc quod sonat hoc nomẽ,
F est vnum æternum valde nobile, & declaratum est rõne aliquod tale est esse, & est illud, quod mouet omne. hoc igitur est Deus, & in nostra translatiõe inuenitur, & est illud quod mouet totum. Item, cõmento. 37. dicit. incæpit demonstrare, q intellectum est illud intellectum, quod mouet totum cælum motu diurno, qui est maximus & velocissimus motuum. & postea in illo cõmento dicit, q ille motor ẽ in fine nobilitatis, & in cõmẽto. 30. inquit, declaratum est ergo substantiã esse æternam, & semper mouentem. Et ideo nihil prodest ponere substantiam æternam, in qua non sit pricipium mouendi. Et hoc expressius dicit ibidẽ Philosophus. & Cõmentator cõmento. 38. dicit, vult declarare modum colligationis entium transmutabilium cum prima substantia. Et postea dicit loquendo de motu diurno: & qa illud, quod mouet ipsum, est non motum, cum sit in actu, impossibile est, vt sit fm aliam dispositionem. Idest, quod mouet ipsum primum motum, quia est actus purus sine aliqua potentia.
G Et postea dicit, q p̄mus motor mouet istum motum tantum sine medio. Et Ioannes exponit sine corpore medio, non sine motore medio: & puto, q ipse non exponit per primum motorem appropriatum primo corpori, qa vidit, q Auerrois dicit de ipso, q actus purus. & in principio dixit, q vult declarare modum colligatiõis &c. cum prima substantia. & non dixit cum primo motore. quomodocunq; sit, expositio sua est extranea. nam nõ est dubium in illo loco, q primus motor mouet corpus p̄mum sine corpore medio, & hęc nõ indiget declaratione. prętera negatio, quæ ponitur ibidem, s. sine medio, negat omne medium, vt sciunt Logici. Præterea Philosophus & Cõmẽtator expresse Secundo Cœli. cõmento. 37. hoc dicunt. Philosophus ibidem enim dicit, & cum ita sit, dignum est vt motor primus sit huiusmodi, causa enim prima mouet primum causatum cĩrcum, i. primum corpus, vt patet ibidem, & Cõmentator dicit, necesse est vt motor primi motus sit non transmutabilis, quia motor
H primi moti, est primus motor, & ens simplex est, quod mouet motum simplex, & intelligit Cõmẽtator p primum motum corpus supremum, & per alia mota, res existẽtes sub ipso, vt patet ex verbis eius. 12. Metaphy. 37. & 34. Item, Cõmentator Secundo Cœli. cõmento. 64. dicit, quædam acquirunt propinquitatem primi, q est Deus pauca operatione. Et est orbis totum cõtinens, & cõmẽto. 62. declarauit hoc magis. vnde Cõmenta. Et considera etiam cõmento. 71. illius secundi, & ex solutiõe secundæ difficultatis patet intelligenti, q primum est, qd mouet primum corpus. vnde dicit, similiter intelligendum est, quod vltimus orbis mouet alios orbes, s. sicut dicit, quod nobilius mouet totum, quoniã ista pricipia prima potentia spiritualis non diuiditur in alijs orbibus, nisi qa potentia diuiditur in vltimo orbe quẽadmodum potentia mouens animal nõ diuiditur in alijs mẽbris, nisi quia primo diuiditur in corde. videtur ergo, q inter hanc potentiam,

tentiam, quæ imediate procedit à primo, & primum corpus non est medium, i. ꝙ non est medium inter primũ & corpus primũ, neqꝫ corpus neqꝫ intelligentia. Quod aũt hæc virtus causetur imediate à primo simpliciter, cuius proportio ad aliqua abstracta est sicut Proportio primi Principis in ciuitate cum aliis regib⁹ articularibus, patet per Auerroim in libro Destructio Destructionum. nam ipse ibidẽ dicit, quod autẽ omnia principia abstracta & non abstracta sint causata vel ꝓducta à prima causa, &, i. aliquo modo. & ꝙ ꝓpter illam virtutẽ ꝓductã, s. de qua dixit, primus mundus est vnus, & per illam ligantur oẽs partes eius intantũ, ꝙ totus est conueniens vni actioni, sicut vnum animal, in quo sunt multæ virtutes & actiones & mẽbra diuersa. nam ipsum, apud scientes, ponitur vnũ. ꝙ autẽ hęc potentia sit causata à primo, est res concessa ab omnib⁹. Nam oẽs coeli apud eos, s. Philosophos, est quasi vnum animal. et motus diurnus assimilatur motui vniuersi animalis, i. ꝟm locũ: & motus partiũ coeli, i. aliorũ corporũ, præter primũ, assimilatur motibus particularibus membrorũ animalis. Et dicit post parum, ꝙ, si non esset hæc virtus, non esset hic ordo, & ꝟm hoc verificatur, ꝙ Deus facit oĩa & conseruat ipsa. Arguo igiť ex dictis Cõmentatoris sic. Illa potentia immediate diuiditur, vel est in primo corpore: sed illud, à quo hæc potentia causator, est Deus: ergo immediate causatur à Deo in isto corpore primo: sed hoc non est verũ ponendo aliquã intelligentiã iter primã substantiã & primũ corpus, ergo talis intelligentia non debet poni. Adhuc dicit, assimilať multum ciuitati, quemadmodũ ciuitas regitur & sustentatur per primum Principẽ, et per principes particulares sub primo, ita est in mũdo. & certum est, ꝙ primũ habet actionem sicut declaraui, et sicut apparet ex exẽplo eius. Nota tamẽ, ꝙ hoc argumentũ patitur cauillationes, si nõ recte intelligatur. nam diceret quis, prouenit à primo in primo corpore sine medio corporeo, nõ tamen sine medio omnino: hoc tamen remoueť considerando in dictis, & quia Cõmentator assimilauit hoc corpus cordi ꝓpterea remouetur considerando rationẽ, propter quã poniť hæc virtus. Quid autẽ sit hæc virtus, nõ est declaratum, & forte dicam postea. Item, Philosophus & Cõmentator cõmento. 55. 12. Metaphy. dicunt cõtra Anaxagoram, ꝙ ipse dixit sermonẽ diminutum, qa cõtinget ei ponere aliud principium, non sicut dicimus, ꝙ principium mouens mouet ꝟm perfectionẽ & cõplementũ, vt videmus medicinã mouere ad se: mouet enim ad sanitatẽ, & medicina est forma sanitatis. vult dicere, ꝙ omnis medicina, quę est in anima medici, mouet ad sanitatẽ: & illa, s. forma, quę est in anima artificis, est quodãmodo sanitas, sicut forma domus, quæ est in anima artificis, est quodãmodo domus. Et dicit in fine cõmenti, si igitur sanitas non esset in subiecto, sicut est de primo pricipio, tunc medicina moueret vtroqꝫ modo, s. ꝟm quod est agens motũ & finis. & hoc est magis manifestũ ex dictis eius hic, q̃ illud quod dicit cõmento. 44. vt posui. nam illic dicit ꝟm motorem, hic autẽ dicit ꝟm ꝙ est agens motum. Ideo expositio Ioannis illic non est vera, ꝟm quod omnino declarat positionẽ Cõmentatoris. etiã sicut diximus est illud, quod inuenitur in quadã sua epistola, vbi dicit hæc verba, Alpharabius, & Auicẽ. & sequentes eos opinantur primum principiũ non mouere primum corpus coeleste, & putant, ꝙ hoc sequitur, qa est vnum omnino & in fine simplicitatis, & nos semper hanc viam considerantes scimus ipsam non esse demonstratiuã. nam, si esset demõstratiua, non fuisset incognita ab Aristo. & reliquis Peripateticis. Et ideo, si ꝟm hoc ponunt ipsum non mouere aliquid, & sequitur ipsum esse ociosum sine actiõe, & q̃d sit quædam phantasia, vel quid phantasticum & similitudo quædam. postea ponit rationem Themistij pro ista positione & declarat eam sicut iam dixi. deinde dicit, ꝙ non sequitur per rationẽ Themistij, ꝙ primus motor nõ sit mouens omnino, sicut sequitur ꝟm eos. Illud autẽ, q̃d

A isti dicunt, quod ab vno nõ prouenit nisi vnum, vanum est. nam non est aliquis prouentus ab aliqua causarũ. nã à materia nihil prouenit, neqꝫ à forma, neqꝫ ab efficiente. Nam à forma prouenit actio habentis formã, & ab efficiente prouenit motus generationis vel trãsmutationis: vult dicere quasi, & ideo in abstractis non est prouentus neqꝫ habens vere efficiens, sed sicut efficiẽs sensibile, qui mouet materiã intãtum, ꝙ facit illud, quod est ens in potentia, esse ens in actu, non quod facit formã: & ponit eã in materiã. Et quia ibi non est materia, non est efficiens vere. nam actio agentis non est nisi motus transmutationis vel generationis, & motus requirit subiectum: nisi diceret quis, aliquid fieri ex nihilo, sicut ponunt leges: & tunc erit verum dicere abstracta esse producta. Inuenitur tamen in eis intelligens & intellectũ, perficiens & perfectum. Hoc est visum mihi adducere in declaratiõe huius cõclusionis de mente Illustrium Philosophorũ. Et declaratum est ex hoc, istam esse positionẽ Cõmentatoris sine
B dubio, & maxime si quædã eius verba exponantur per reliqua. nam adducam quasdã suppositiones seu propositiones: qa non debent simpliciter dici suppositiones, ex quibus apparebit solutio argumentorũ contra istã conclusionẽ, & per ipsas declarabunť multa fundamẽta Sciẽtiæ Diuinæ. Declarabo autem illas ex mente Cõmen. & ex verbis eius ꝟm posse meum. Prima suppositio est, ꝙ anima coeli et forma eius abstracta & motor suus sunt vnum in esse, distincta autẽ ꝟm cõsiderationẽ, i. cum considerata fuerint ꝟm modos diuersos. nam forma abstracta cõsiderata ꝟm ꝙ est mouẽs, vocatur anima, ꝟm se autem cõsiderata, vocatur intelligentia. Hæc suppositio vel cõpositio, qa non omnino deberet dici supponens, declaratur ex verbis Auerrois, & fundamẽtis eius, ꝙ autem sint animata corpora coelestia, patet ex verbis eius in libro Destructio Destructionũ. vbi sicut loquens Peripateticis, Sed positio eorũ vera est, ꝙ motum ꝟm motum circularem non quærit per ipsum, s. motum locum,
C sed quærit motum met circularem. ꝙ autẽ est tale motor eius necessario est anima non natura, vult dicere, sine cognitione. nam motus nõ habet esse nisi in intellectu. nam non inuenitur extra animã nisi mobile vel motum, & in ipsum est aliquid motus vel aliqua pars motus nõ mensurata vel nõ mensurabilis. Illud autem, quod moueť ad motum, ꝟm ꝙ est motus, appetit ipsum necessario appetens, aut motum cognoscit ipsum necessario. & hæc est vna via, per quã probatur corpora coelestia habere intellectum & appetitũ: & iam patet hoc per alias vias multas. Vna earũ, ꝙ vnũ motũ ex illis corporibus mouetur ꝟm motus oppositos simul, s. ab oriente in occidẽtem & e conuerso. Et hoc nõ potest esse à natura. nam quod mouetur naturaliter mouetur ꝟm vnum motũ tantũ, & iam præcessit sermo de rationibus, à quibus moti sunt Philosophi, ꝙ coelum habet intellectũ, & ꝙ manifestior eorũ
D est, qa declaratum est eis ꝙ motiones eorum sunt intelligentiæ abstractæ à materia, de necessitate non mouent nisi inquantũ sunt intellectæ & cognitæ: & cũ sit ita motum ab ipsa, est intelligẽs & cognoscens necessario. Apparet hoc etiã, quia motus eorum sunt necessario requisiti in esse istorum inferiorũ et cõseruatione ipsorũ. & nõ potest hoc esse accidentaliter vel à casu. Vult dicere, ꝙ hoc prouenit ab ordine intellectuali, qui est causa in esse istorum: & patet ꝙ ipse intelligit hic cum dixit ipsa habere intellectum, ipsa esse animata. nam quæstio ibidẽ est an sint animata. Præterea ipse probat per hoc ipsa esse appetitiua: appetitus autem est proprius animæ: sicut dicit Auerrois in epistola de possibilitate continuationis, cap. 9. Vnde loquendo de intellectu possibili inquit, & iste intellectus materialis, ꝙ nõ habet aliquã formã, assimilatur valde animabus corporũ coelestium. Nam dispositio vel intentio animæ in ipsis nihil aliud est nisi appetitus ad motum cognoscendi illam formã abstractã per modum receptionis. Et dicit in fine cõmenti. 41. 12. Metaphy.

taphy. hoc etiam modo proprio magis apparet: corpus enim cœleste animatū est necessario. Similē scientiā omnino ponit Secūdo Cœli. cōmēto. 61. Iam enim dixit ibidem expresse, q cœlum est animatū, & adduxit rationes super hoc. Item locutus est de hoc Tertio cōmento, Secūdi cœli. Item, dicit cōmento. 36. 12. Et ex hoc quidem apparet bene, hæc corpora esse animata, & q nō habeat de virtutibus animæ nisi intellectū & virtutē desideratiuā, quæ mouet in loco. Et in suo Tractatu de Substantia Orbis, versus finem dicit, Necesse fuit & hæc virtus, quæ neq; leuis neq; grauis sit in corpore simplici, & ipsam nō habere subiectū, aut cōtrariū, & vt sic animal necessario nō admista materiæ, sed anima corpori æterni, ita q ista anima non sit abstracta à corpore suo. Et cum hoc separata ab ipso, inquantū istud corpus nō indiget ipsa, qa est permaneos per se. Vult dicere, q hæc anima non est abstracta à corpore sicut res, quę nō appropriatur corpori. Nam ipsa est mouens illud corpus, mouens aūt est cum moto. nam omne motū ex se mouetur per virtutē existētem in eo, sicut dicit ibidē: sed tamē nō inhęret corpori, s. q ipsa anima non existit in materia mediare dimēsionibus, sicut formæ materiales. nam tūc esset cōpositum & generabile & corruptibile. Et ideo est abstracta à materia. Postea ibidē dicit, & cū considerauit de istis virtutibus, declaratum fuit ipsi appetitiuā ipsam esse virtutē de virtutibus animæ tantū. Hoc etiā videt. nam nos videmus hæc corpora cœlestia esse determinatæ magnitudinis & figuræ, & q mouent ex se à partibus determinatis, nō à quacūq; parte, oec per aliquid extrinsecū: tale autem est vnū de necessitate, ꝓpter hæc eoim dicimus rem esse vnam, dixi aūt nō per aliud extrinsecū, quia ferrum mouetur ad magnetē ab extrinseco, hoc autē ĩpossibile est in cœlo, s. moueri ad aliquod corpus extrinsecum, seu ab aliquo corpore extrinseco, vt patet suo loco: tale etiā mouetur à quacūq; parte, &, si adiungitur huic, q ipsum mouetur simul ad partes oppositas, erit hæc ratio magis cōpleta. dixi autē ferrum mooeri ab extrinseco, quia mouetur ꝑsente magnete, quæ est quid extrinsecū. Quod autem hæc sit idē cum intelligentia abstracta, patet p principia Philosophi & Auerrois. Nam illa anima est abstracta à materia, vt declaratū est in cōmento. 36. 12. Metaphy. in hoc proposito. vbi dicit, q declaratū est in libro de Anima, formas abstractas & intellectas: qua propter hoc mouens est intellectus, & hoc mouens est anima, sicut dicit ibidem. ergo anima & intelligentia vel intellectus in ipsis sunt idem & vnum. Et dicit in de Substātia Orbis. Et ideo videt, q formæ corporū cœlestiū & maxime forma corporis vltimi continentis sit quodāmodo anima, s. propter appetitū existentē in eis. Et mouere & quodāmodo intellectus, & est forma simplex, per quā animal cœleste cōponitur ex vno mouente, & vno moto. Et in sua abbreuiatione Metaphy. postquā probauit corpora cœlestia esse animata dicit, & cum sint animata ipsa mouentur propter sensum aut imaginationē, aut per cognitionē ĩtellectualē: sed ĩpossibile est habere sensum. nam sensus positi sunt in animali propter salutem. Et hoc corpus declaratum est ipsum esse æternū, & simile est de imaginatiua: nam ipsa data est animali propter salutem. Præterea vbi nō est sensus nō potest esse imaginatiua, & si fuisset motus huius, corpus propter sensum aut imaginatiuā motus eius nō esset vnus continuus: vult dicere, quia vna venit post aliam ſm diuersas imaginatiooes & sensationes ſm positionem Auic. dicentis q ipsa imaginantur situs diuersos, quos mutant. Et ipse ibidē declarauit istam cooſequentiā, magis & in alijs locis. Et dicit cōcludendo, &, cum ita sit, non remanet quod moueatur nisi propter appetitū, qui est propter cognitionē intellectualem vel à cognitione intellectuali. Et postea dicit, & cum declaratū est hoc de esse istorū principiorū, oportet considerare quale est esse eorū, & quomodo sunt motores, & quot modis sunt principia istorum corporū cœle-

E stium diuinorū. & via ducēs ad hoc est ponere hic illud, quod declaratū est in Scientia de Anima. nā maior pars principiorū, quæ hic poountur sunt accepta ab illa scientia, & nulla est via ad cognoscendū hoc genus entiū ſm q est sibi propriū, nisi post cognitionē illius Scientiæ. Et ideo ponitur in legibus cognosce te, & tunc cognosces Creatorē tuū. Dicamus ergo, q iam declaratū est in illa scientia, q formæ habent duplex esse, vnum sensibile aut simile sensibili, & est esse earū in materia. Dixit autē simile sensibili, qa forma substantialis nō est sensibilis saltem per sensum exteriorē esse & intellectuale, quod habent ſm quod abstrahantur à materia. Et ideo, si sit, sunt hic formæ, quarū esse est ſm q non sunt materiales, de necessitate sunt intelligentiæ abstractę: nam forma, ſm q forma, nō habet tertiū esse. esse ergo istorū motorū est ſm q sunt intelligentiæ. Et dicit in libro Destructio Destructionū in q̃stione sexta, q Philosophus ponit q ens noo materiale, sua substaotia est cognitio tantū. nam ipsi

F vident, q formæ nō sunt cognoscentes nisi propter hoc, qa sunt materiales. Et ideo, cum inueniūt aliquid ĩmateriale, sciunt ipsum esse cognoscens: & ad hoc habent rationē, nam ipsi vident formas, quando sunt abstractæ in intellectu, q sunt cognitio & intellectus: & q intellectus nihil aliud est q̃ formæ abstractæ à materia: & cum sit ita, illud quod nō est abstractū in fundamento suæ naturæ magis debet esse cognitio & intellectus illud, quod in fundamēto suæ naturæ est abstractū. Et dicit in q̃stione secūda. & cū verificatū est apud eos esse istius substantiæ, videlicet abstractæ, cōsiderauerūt in natura formarum naturaliū, & inuenerūt quasdā earū propinquas ad actum & remotas à potentia: qa quædā earū sunt minus passibiles quibusdā, quod est signū materiæ propriū eis, & inuenerunt animā magis purā à materia, & maxime intellectū. Vult dicere, vt credo, generabilē & corruptibilem, vt virtus cogitatiua sequēs formā hominis ꝓpriā, intantū q dubitauerūt de ipso, an sit materialis vel non:

G & qa viderūt formas cognitas ex formis animæ, & inuenerunt eas sine materia, sciuerūt q causa cognitionis est esse abstractum à materia, &, cum ĩuenerunt intellectum non esse passibilē, cognouerunt q causa, propter quā nō cognoscit formā, nihil aliud est nisi qa est perfectio quædam potentialis. Vult dicere, qa est io materia: sed, quando est perfectio cōpleta cui nō admiscetur potentia, vult dicere, q non est in materia: tuoc est ĩtellectus, & de istis iam locutus est Cōmentator io libro de Anima. postea ibidē arguit aliter de hoc dicēs, cum ipsi, s. Philosophi viderunt etiam ordinem existentē in natura, & in actiones eius, procedens ſm ordinē intellectualē similē ordini artificiali, sciuerunt, q est hic intellectus, qui dedit istis potentijs naturalibus hoc, s. q actiōes eorum sint ſm actiones intellectus, ita q sunt ĩgeniosæ, & propter has rationes dixerunt absolute, q hoc ens, quod est ĩtellectus simpliciter est dans ordinē entibus inuentum in actiones eorum. Nā sicut dicit Auer. 12. Metaphy. in sua media ex-

H positiooe, ordo intellectualis, qui inuenitur in entibus, q̃ sunt ꝑter substantiam. Vult dicere, abstractum inest eis propter ordinē existentē in substantia simplici nō cōposita, quia ipsa noo est in se intellectus in actu, sed est intellectus per aliud, & in potentia, & causa eius est ordo intellectualis, qui est in substantia simplici, cui non admiscetur materia: sed est intellectus per se & sua substantia est in actu, & est vere vnus & simplex, & intellectus in ipso est intellectum: sed substantia cōposita non est vere vna neq; simplex, neq; est per se intellecta, sed est intellecta per aliud: & non iotelligo hic de simplici illud, quod dicitur respectu cōpositi, sicut dicimus elementa esse simplicia respectu misti ex elementis: sed intelligo, q in ipso noo sit aliqua multitudo, & q est vnum omnino, & cum sit ita, illud quod intelligit corpus cœleste de primo ordine abstracto à materia, qui est causa in æternitate corporis cœlestis, & finis est causa in esse ordinis intellectualis

in

in omnibus partibus mundi, sicut illud, quod intelligit Rex & Princeps de legibus, & regimine, est causa in esse ordinis et regiminis in omnibus partibus ciuitatis. Vult dicere in summa, ꝙ illud, quod est intellectũ in potentia, & non est in se & in sua substantia intellectũ, oportet ꝙ sit tale propter intellectũ in actu per se talem, cõtinens in se illum ordinem intellectualẽ, & est causa illius. Et dixit cõmento. 61. secũdo Coeli. declaratũ est in Philosophicis, ꝙ motor corporũ cœlestiũ non est in materia. et declaratum est in libro de Anima. ꝙ illud, quod est huiusmodi, est intellectus. & declaratũ est in Prima Philosophia, ꝙ forma intelligibilis non mouet nisi ſm desiderium, quod fit à suo intellectu. patet etiam ex fundamentis Auerrois contra Auic. ꝙ cœlum nõ habet formã neq; animã pter motorẽ abstractum, s. à motore abstracto. Declaratũ est ergo cœlum habere intellectũ, & ꝙ anima eius est intellectus & motor. Quod autẽ anima ipsorũ & intellectus est idem cũ forma eorũ, probat. nã ipse Cõmentator. 12. B Metaphy. cõmento. 36. dicit. ſm igitur ꝙ ista intellecta sunt formæ eorũ, sunt mouentia ſm agẽs: & cõmento. 6. eiusdẽ dicit, declaratũ est igitur in hac scientia, ꝙ ens nõ materiale, quod iam declaratũ est esse mouens substãtiã sensibilẽ, est substantia antecedẽs substantiã sensibilem, & ꝙ est principiũ eius ſm formã & finem. Et postea in eodẽ cõmento inquit, & cecidit dubitatio in hoc, quod principiũ formale & mouens non sunt tria numero, sed vnum in subiecto, & tria in ratione. Vult dicere ſm diuersas cõsiderationes, vt patet ibidẽ per ipsum, & in media sua expositione. 18. dicit cõcludendo post hoc, quod dixit de ordine intellectuali. Et ideo nõ inuenitur ista substantia causa substantiæ sensibilis ſm qđ est mouens ipsum tantũ, sed ſm quod est etiam causa eius ſm finem & ſm formam. Nam amatũ & desideratũ est causa amantis & appetentis ſm istas tres dispositiones. vult dicere, ꝙ inquantũ desideratũ est bonũ, apud quod vel propter quod mouetur est finis, & ſm hoc de causa motus æterni: & est motor & forma etiam, quia est perfectio eius, et C actiones eius sunt per ipsum. actio autẽ rei prouenit ab ipsa propter eius formam. & hoc magis declarabitur in q̃stione secũda. Declaratũ est etiam ꝑ illud, quod posui, quod illa dicitur anima inquantũ appetit & mouet. nam ista sunt propria animæ, cõsiderata autẽ ſm se, dicitur intelligentia. & debes scire, ꝙ ex dicto Auerro. in cõmento. 36. Duodecimi, vbi dicit, ꝙ ſm ꝙ sunt formæ, mouẽt ſm efficiens: declarabitur ꝙ Deus mouet effectiue. Nã ipse est forma sine dubio, vt dictum est multoties: sed debes scire, ꝙ ſm ꝙ est anima, dicitur esse cum corpore. nã motor est cũ moto. & omne quod est ex se motũ, mouet per virtutẽ existentẽ in eo. Et ideo ſm istum modum dicitur esse finitum nõ in tẽpore, sed in actione, i. ꝙ ipse mouet corpus determinatũ ſm motũ determinatũ: ita quod nõ potest mouere corpus maius, neq; motũ velociorẽ: ſm enim istum modũ appropriatur corpori, & dicit esse cum ipso, quod corpus est vere diuisibile et finitum, non tamẽ potest diuidi, sed habet partem extra partẽ: & illud D est, quod vere dicitur esse finitũ vel infinitũ, ſm autẽ ꝙ est intellectũ & desideratũ, aut ſm ꝙ est in se consideratum, nõ dicitur esse finitũ neq; infinitũ eo modo, quo declaraui. Nam ſm hoc nõ dicitur esse cum corpore, sed dicitur de ipso ſm ꝙ est intellectũ & desideratũ, quod mouet vel est causa motus æterni per tẽpus infinitũ. Et videtur mihi ꝙ hoc intellexit Cõmentator in Tractatu de Substantia Orbis versus finẽ. vbi dicit. & cum considerauit in virtutibus appetitiuis cœlestibus, inuenit eas esse finitarũ potentiarũ. Et patet ꝙ ipse nõ intellexit finitatẽ ſm duratiõnẽ: nam hoc est contra fundamẽta sua. Patet pterea, ꝙ ab illis motoribus motus est perpetuus: ergo nõ distinguitur nisi per operatiõnẽ intellectus, i. ſm diuersas cõsiderationes. Nam ipse ibidẽ dicit, & cum considerauit in continuationẽ motus eorũ fuit declaratũ, ꝙ causa cõtinuationis motus eorũ non est ista virtus, qua mo-

A uentur, sed illud quod largitur eis continuationẽ, est aliquid appetibile: qa cõtinuatio nõ prouenit nisi à motore nõ moto: sequitur, ꝙ istud mouens neq; est corpus neq; potentia in corpore, & ꝙ est intelligentia abstracta. Patet ergo, ꝙ causa continuationis & perpetuitatis motus huius est, qa motor nõ est corpus neq; admistus corpori aut materijs, & hoc inuenitur in oĩbus istis motoribus, & ideo non indigemus alia causa sicut putauit Ioannes, neq; etiã est dubiũ sicut postea declarabitur, ꝙ intellectũ & desideratũ sunt vnum in re cum appetente & mouente, i. cum virtute qua mouetur. ergo appetibile, quod est causa cõtinuationis motus, nõ distinguitur in esse à motore, sicut intellexit ibidẽ Ioannes: non ergo distinguitur nisi ſm intentionẽ & cõsideratiõnẽ sicut dixit: & quod facit hoc quod dixi esse clarum est quod dixit Cõmentator in illo tractatu ante hoc. Inquit enim, & nõ est dicendum, ꝙ formę, quibus mouent corpora cœlestia sint alię ab eis ad quas mouentur &c. vt ibidẽ declarat: & parũ B post dicit cõcludendo, ergo nihil est in corporibus cœlestibus, per quod forma, quæ est motus, differat ab ea ad quã est motus, immo sunt eędem formæ: & nõ differunt nisi in dispositione et ad id, quò iuit post, vt dicit Aristo. quod intellectus & intellectũ idem sunt in corporibus cœlestibus. Declaratur pterea ex dicto eius ibidẽ. vbi dicit, & cum cõsiderauit de istis virtutibus declaratũ fuit ipsi ipsam esse virtutẽ appetitiuã de virtutibus animę tantũ. Vult dicere, & appetitus in ipsis præsupponit cognitionem, i. nõ est sine cognitione. Et ideo intelligunt etiã. Et dicit vlterius, ꝙ, cum considerauit de istis virtutibus appetitiuis cœlestibus, inuenit eas moueri ad appetibile nobilius ipsis: declaratur autẽ postea, ꝙ desideratũ est intellectum, & ipse & suũ intellectũ sunt vnum. Et ideo non possumus intelligere ex dicto Cõmentatoris, ꝙ differũt in re, & maxime, quia animæ eorũ abstractæ sunt à materia: abstractũ autẽ à materia est intellectus, sicut dixit. C Intellectus autẽ & intellectũ, de quo iam dixi esse idem, quod desideratũ sunt vnũ & idẽ in ipsis, & in fine dicit, ꝙ istud corpus cœleste intelligit hanc intelligentiã. Vult dicere, desideratũ, quæ est causa continuitatis motus: & patet, ꝙ ipse intelligit hic per corpus cœleste, animã cœli, quæ est intellectus, sicut declaratũ est, declarabitur autẽ postea, ꝙ intellectus in abstractis & intellectũ sunt vnũ & idem. Et si dicta Cõmentatoris nõ intelliguntur, sicut dixi, nullo modo verificabitur illud quod posui in declaratione principalis cõclusionis ex verbis eius in sua media expositione. vbi dicit, illud quod intelligunt de principijs determinatis vel proprijs eorum, & multa alia ibidem posita non erunt vera si nõ intelligentur verba Cõmentatoris sicut dixi, & considera illa verba.

Secũda propositio, ꝙ intelligens, intellectus & intellectum sunt vnum & idem in quolibet abstractorum, i. ꝙ quodlibet abstractum, intelligens, intellectus, & intellectum in eo sunt idem. in hoc tamẽ est differẽtia inter primum & reliquas intelligentias. Hæc suppositio est quasi D nota per illud, quod iam dictũ est, & magis declarabit. quod autẽ intelligens & intellectus & intellectum in abstractis sunt vnum, declaratum est ex verbis Philosophi & Cõmentatoris cõmento. 39. 12. cõmẽto. 51. & in libro Destructio Destructionũ, q̃stione tertia, in tertio modo prope finẽ sermonis incipientis. Dico, cum dicimus rem esse possibilẽ esse. Et in q̃stione dicente, an Deus sit vnus in sermone incipiente, Et cum totũ hoc ipsi dicunt Deũ. Et in q̃stione quęrente, an Deus cõuenit cum alio aliquo in genere, in sermone incipiente, Cõpositio autẽ, quę, est inter genus & differentiã, & in multis alijs locis ibidem: & in abbreuiatiõe suæ Metaphysicæ, & in q̃stione sexta inquit, Et si sit aliquid sine materia intellectus in ipso est intellectum, & dicit pterea in illo libro. Et quia primũ, s. ens est apud oẽs simplex. videt isti, i. Auic. & alijs difficile, quomodo ab ipso prouenit multitudo, intantum ꝙ inducti sunt ꝓpter hoc dicere, ꝙ primus non mouet motum

In abstractis, intelligens, intellectus, intellectum idem sunt.

tum

tum diurnū, sed à primo ꝓuenit mouens motum diurnū, & ab isto motore ꝓueniunt duo, cœlum, quod mouet, & motor, qui est p̄ter ipsum: & hic est error ſm fundamēta Philosophicorū. nā intelligēs & intellectū sunt vnum & idē in intellectu humano maxime in abstractis: et postea dicit, ꝙ cū fuit intellectū ex verbis Alfarabij & Auic. ꝙ motor secūdus intelligit suā substantiā & intelligit suam causam: & ſm ꝙ intelligit se ordinat vel ꝓuenit aliquid. Et ſm quod itelligit de suo pricipio, ꝓuenit ab ipso aliud quasi ipse hēt duas formas aut duas substantias vel naturas, sicut itellexit Algazel ex dictis ipsorū est falsum, nā, si sic esset cōpositus, plus q̄ ex vna forma, tunc illa forma erit vna in subiecto, multo ſm diffinitionē, sicut est anima. Et dicit in sua abbreuiatiōe Metaphysicæ, ꝙ hoc erit ꝓprium itellectui ſm quod est nō materiale, s. ꝙ intellectus & itellectū est vnū. & iō inuenit hoc in oībus abstractis: et hoc declarauit magis ibidē, sed ego accepi itētionē quasi tantū, nam siquis vult scire ista ex loco, vbi ordinate de istis tractant Philosophi, erunt sibi ꝓbabilia, vt bñ declarat Cōmentator cōtra Algazel in libro Destructio Destructionū. Et dicit in libro illo in q̄stione quærente, an mūdus sit effectus Dei grā in tertia difficultate, ꝙ nō est substātia vel q̄dditas intelligētiæ causatæ apud Philosophos, nisi illud, quod itelligit suo principio. Et nō sunt hic duæ res, s. vna ex istis quidditas, & reliqua intētio vel res addita supra quidditatē vel substātiam. Nā, si fuisset sic, esset cōpositū simplex, aut, s. abstractū non est cōpositum. patet ergo, ꝙ intelligēs, intellectus & intellectum sunt vnū & idē in abstractis. Quod autē sit differētia in hoc inter ea aliquo mō, declaro declarādo prius ꝙ aliæ intelligētiæ intelligunt primū: hoc autē probat multipliciter, primo vniuersali modo, & hoc declarandū, ꝙ ista abstracta de necessitate habēt primum principiū, & ꝙ nō sunt omnino distincta, ita ꝙ nō sit inter ea dependentia causæ & causati: & hoc sic, nā hoc nomē, s. principium aut dr̄ de eis vniuoce aut æquiuoce aut ſm prius et posterius, quod vocat analogiæ, sed non pōt dici vniuoce, nam vniuoca nō sunt multa nisi ꝓpter materiā, hic autem sunt imaterialia. & falsum est etiam ꝙ dicatur de eis pure æquiuoce, qa iam declaratū est ipsa esse vnius generis. & non intelligo hic per genus, genus diuisum in species, sed quod dr̄ vniuoce. nam hoc impossibile est in eis; sed intelligo qd vniuersale dictū de eis ſm prius & posterius, vel quādā naturā: sicut hoc nomē intellectus et abstractū & principiū, s. ꝙ vere dicit de ipsis, s. ꝙ sunt principia & motores vnius entis, s. mundi & si non, mundus nō esset vnus & colligatus: & cū hoc sit ita, non pōt dici de ipsis hoc nomen principiū nisi ſm prius & posterius: sed illa, à quibus dicit aliqd ſm prius & posterius, de necessitate sunt attributa, sed ad aliquid, quod est causa esse illius dispositionis in eis. Verbi grā, hoc nomen caliditas dr̄ de rebus calidis per habitudinē ad ignē, qui est causa caliditatis aliorū calidorū: & ex hoc apparet ꝙ est aliqd primū principiū istorū motorū. Præterea, Nos videmus istos motores esse diuersificatos in nobilitate & dignitate. Nā motor motus diurni nobilior est oībus, sicut declaratū est suo loco; res autē diuersæ in dignitate, quādo nō sunt diuersæ ſm speciē, tunc diuersitas inuenta in eis est ꝓpter prioritatē quorūdam eorū super alios in illa intentione vel re in qua conueniunt. Res autē sic dispositæ, de necessitate quædā earū sunt causatæ à quibusdā, & primū in eis est causa in esse omnium aliorū. Et ex hoc vr̄, ꝙ primus mouet ſm efficiens. Nā postquā abstracta cōueniunt in substātia, sicut dictū est, debēt cōuenire in actione sequēte substantiā. Hoc etiā patet alia via magis ꝓpria. Nam nos videmus actiones istorū corporū cœlestium ordinatas vel ꝓductas per eorū motus & iuuant in esse cuiuslibet entis istorū inferiorū & in cōseruatiōe eorum in tantū, ꝙ nos videmus, ꝙ si aliquis istorum motuum nō esset, corrūperetur esse rerum & ordo earū. Et ideo videmus Lunā & Stellas erraticas, quod quasi ser-

E uiunt Soli, & sequunt ipsum. nam nos videmus semper eas pergere ſm distantias determinatas, s. in ꝓpinquitate & remotiōe, & ſm vias determinatas, s. in velocitate & tarditate, sicut declaratum est in Astronomia. Et hæc actio nō prouenit ab eis, vel nō inest eis accidētaliter: & cum sit ita ipsi de necessitate quærunt, & cōsequunt vnū finē, & quia esse eorum non est ꝓpter res inferiores, finis ergo ille, in quo cōueniunt, est causa in hoc quod conueniunt & concurrunt & adiuuāt in ꝓductione cuiuslibet inferioris. Nā res acta vel producta cum esse illius perficitur per plus vno motore. Illud ꝑficitur per se, qa conueniunt illi motores in vno fine: & vniuersaliter mūdus est vnus per vnum principium: & sic nō vnitas inueniretur in entibus vel in mundo per accidens: vnde quasi manifestum est per se ꝙ mundus constat ex causis & causatis. Et per istas causas cognouerimus primam causam. Et quod verificat hoc totum est, qa nos videmus ꝙ reliqua corpora cœlestia mouētur motu diurno, & quasi omnia

F sequuntur primum motorē & seruiunt ei. Declaratum est ergo per aggregata ex dictis Auerrois & fundamentis eius hinc inde positis, ꝙ primus est causa aliorū motorum: sed nulla est via, ſm quā est causa eorum, nisi per illud, quod intelligunt de ipso: ergo intelligunt primum. nam sicut dicit diuinus Auerrois in abbreuiatione Metaphysicæ: cum posuerimus vnum eorum esse causa alterius, de necessitate causatum intelligit suam causam. Nā hæc duo cōuertuntur, in eius, s. ꝙ intelligit ex istis principijs aliud, illud aliud est sibi causa: & illud quod est causa illius causatum intelligit illud. Et declaratur etiam hæc conclusio per rationē vltimam probantē conclusionem præcedētē imediate, s. ꝙ primus motor est causa aliorū. Et ideo dicit Auerrois in sua abbreuiatione, reliqui motores cōueniunt cum hoc mobili, s. primo in motu eius: ergo in cognitione eius conueniunt. Probat preterea alia via, quilibet eorum intelligit suam substantiā: sed nō potest

G intelligere suā substantiā nisi intelligendo illud per quod sustentat vel cōpletur sua essentia: sed sua essentia sustentat aut cōpletur vel existit in eum p̄ primum: ergo itelligit primum qlibet eorum. Præterea apparet hoc, tiam intellectus ſm ꝙ intellectus versat circa ens nō circa priuatum. volo dicere ꝙ intellectus nō dicit esse intelligens nō entia: sed non est aliquod ens preter ista entia, quæ itelligimus. ergo intellectus illorum cognoscunt hæc entia vel versant circa hæc. Et cum declaratum est, ꝙ cognoscunt hæc entia, aut cognoscunt ipsa eo mō quo nos cognoscimus ipsa, aut modo nobiliori: sed falsum est ꝙ cognoscunt illa vel cōsistant in cognitiōe eorum eo modo quo nr̄ intellectus, qa sic minus nobili perficerent & essent causata ab istis entibus, sicut deducit bñ Cōmentato. 12. Metaphy. & in libro Destructio Destructionū. ergo cognoscunt illa mō perfectiori & ſm esse nobiliori q̄ esse circa quod, vel ſm quod cōsistit intellectus vel cognitio nr̄a. Nam vera cognitio est illa, quæ est cōformis

H rebus. Et ideo, si illa cognitio sit nobilior cognitione nr̄a,

I cognitio earum versatur circa entia ſm nobiliorem modum essendi q̄ modum, ſm quē versatur nr̄a cognitio, etiam est esse nobile entis, s. esse itellectuale, quod est causa: nobilius autē esse entium est eē quod hēt in prima causa, & iō Deus est oīa entia aliquo mō & cognoscit ipsa cognoscēdo suā substātiā, reliquæ autē intelligētiæ intelligunt illa ſm ꝙ intelligunt de ordine existēte in primo. intelligunt ergo primum: Nā reliquæ intelligētiæ assimilant principibus particularibus, qui sunt sub primo Principe. esse autē istorum Principum, inquantum sunt Principes particulares est per illud quod habēt de ordine vniuersali, quē habēt à primo: & qa entia istarum intelligentiarum est illud quod intelligunt de ordine vniuersali existente in primo, sequit ꝙ essentia illorum est illud qd intelligunt de primo. Vtrum autē itelligunt p̄mum ſm ꝙ sunt causatæ ab ipso, s. an intelligunt se esse causatas, non est hic locus huius, & forte declarabit per dicta & dicēda hic.

hic. postquã aũt hoc sic declaratũ est, declarabitur facilè differentia, quæ est inter vnitatẽ intellectus, intelligentis & intellecti in prima causa, & vnitatẽ earũ in reliquis intelligentijs: & nõ oportet aliud facere in hoc nisi congregare dicta Auerrois in hoc, & expone illud, quod est difficile in eis per illud quod est notũ magis: & tunc erit hęc consideratio cõpleta: inuenio enim Cõmẽtatorẽ. 12. Metaphy. cõmento. 51. dicentẽ. & sic debet esse in alijs intelligentijs abstractis: sed primus est simplicior eorũ. Et nõ est vnus simpliciter sine aliqua multiplicitate, nec ꝓpter alienitatem intellectus & intellecti: neq; propter multitudinem intellectorũ. quasi enim ostendit per hoc mediũ, quo possumus scire differẽtiã inter vnitatẽ primi et aliorum motorũ cum dixi, neq; propter alienitatem intellectus & intellecti sicut magis declarabitur. Dicit etiam in libro de so. d. in modo tertio quæstionis, quærentis an mundus sit effectus Dei. necessarium autẽ per aliud vult dicere eo modo quo superius declarauit circa positionem **B** Auicẽ. intellectus intelligit in ipso aliquam cõpositionẽ ex causa, & causatum, & si sit corpus inuenitur in eo multitudo vno modo & vnitas aliquo modo, i. vnũ in actu, multum in potentia. & si sit incorporeũ intellectus non intelligit in ipsa multitudine neq; in actu neq; in potẽtia. Sed vnitatẽ omnibus modis. Et ideo antiqui vocant hoc genus entium simplicia. Et cũ hoc dicunt de illis entibus ꝙ causa est simplicior causato. Et ideo dicunt antiqui ꝙ primus est simplicior. Nam primus nõ intelligitur in eo causa & causatum. Vult dicere, sed tantũ est causa. Alij autẽ, primo intellectus intelligit in eis aliquã cõpositionem. Vnde Cõmentator loquens de Auicẽ. ibidẽ complens suum sermonẽ inquit: & si intellexit per possibilitatẽ dispositionẽ intellectualẽ, i. vt credo per operationẽ intellectus: non sequitur propter hoc ꝙ aliquis istorũ sit cõpositus, sed intelligitur in ipso cõpositio, fm ꝙ est ex causa & causatũ. Et debes scire ꝙ hoc quod dixit, & si sit corpus vsq; in finem declaratum est ab ipso perfectæ in **C** illo libro in sermone incipiente. Compositio autem, quæ est inter genus & differentiã. Et postea dicit loquens de Algazel illud, quod ponit de mente Philosophorũ, s. ꝙ inuenitur multitudo in alijs à prima causa, tantũ est sermo corruptus non conueniens principijs Physicorũ. Nã nulla est multitudo in illis intelligentijs apud eos. Et nõ distinguuntur apud eos per simplicitatem & multitudinem. Vult dicere ꝙ non est multitudo, sicut ponit Algazel in quidditate vel essentia, ꝙ per idem accipio in isto loco, s. loquendo de separatis quorũ quidditas eo modo quo dicunť habere qualitates: qa fm veritatẽ sunt quidditates, non tamen cõstituũť, ex genere & differentia nõ distinguuntur ab essentia: sed illi distinguuntur per causam & causatum, & differentia in hoc ꝙ primus intelligit suam substantiã & reliqui motores suas substantias est, ꝙ primus intellectus intelligit de sua substantia rem existentẽ in sua substantia, non rem quæ refertur ad causam: reliquæ autẽ intelligentiæ intelligunt de sua substan**D**tia rem relatã ad causam earũ, & ita ingreditur earũ substantias multitudo hoc modo, & dicit postea in illo loco, non sequitur ꝙ intellectus & intellectum & oĩbus intelligentijs abstractis est vnũ & idem, quod oẽs sint causæ, æque simplices. Nam ipsi, s. Philosophi ponũt, ꝙ hæc dispositio inuenitur vel dicitur de intelligentijs fm magis & minus. Et nõ inuenitur vere nisi in prima intelligentia: et causa in hoc est, ꝙ primus intellectus in sua substãtia cõsistit omnino per ipsum, reliquæ autẽ intelligentiæ intelligunt de suis substãtijs quod ipse cõsistunt per ipsum: & si intellectus intelligens & intellectũ in quolibet illorum esset vnũ eo modo quo in primo esset substantia existẽs per se conueniens substantiæ existentes per aliud, vel intellectus non continuaret eam rem intellectam. Dicit ꝑterea in illa quæstione in tertia difficultate modi tertij. & differentia inter causam & causatũ est, quod prima causa esse eius omnino est per ipsam, esse autẽ secũdæ per re-

A lationem ad primã causam. Nam esse causata est sua met substantia, & nõ est res addita ei: sicut est dispositio hęc in causatis materialibus. verbi gratia. Color est res existens in se in corpore, i. est res absoluta, ipsum autem esse causa visionis est fm quod est relatum vel relatiuũ. Visio autem non habet esse nisi per istam relationem, vel suum esse consistit in relatione. Et ideo abstracta à materia sunt substantiæ de natura relationis vel relatiui. Et ideo referuntur causa & causatum in formis abstractis à materia. Et si hoc erit bene intellectum, omnia quæ dicta sunt in hoc de mente Auerrois, erunt quasi intellecta: & ex hoc autẽ ꝙ reliquæ intelligentiæ intelligunt ꝙ prima est causa earum. Nam ipsa intelligunt substantias earum, sed substantiæ earum sunt de natura relatiuorũ, ita ꝙ suum esse constituitur per relationem: ergo intelligunt rem ad quã referuntur. Præterea. Intelligunt primũ, & intelligunt se ĩtelligere primum, vel illud quod est primum. intelligens autẽ hoc perfecte, de necessitate intelli**B**git se esse causatum à re ĩtellecta. ergo &c. Item, in sua abbreuiatione Metaphysicæ, in hoc quæsito dicit. primum & vere simplex est illud, quod non indiget alia re extra se in cognitione suæ substantiæ. & vult ibidem, ꝙ reliquæ intelligentiæ indigent hoc. & dicit cõmen. Quinto Tertij de Anima. in solutione tertiæ difficultatis, opinandum est enĩ, ꝙ istud, s. intellectus materialis, est quartum genus esse: quemadmodum enim sensibile esse diuiditur in formam & materiam, sic intelligibile esse diuiditur in cõsimilia his duobus, s. in aliquod simile formę, & in aliquod simile materiæ. & hoc necesse est in omni intelligentia abstracta, quæ intelligit aliud, & si nõ esset multitudo in formis abstractis: & ideo declaratum est in prima Philosophia, quod nulla est forma liberata in potentia simpliciter, nisi prima forma, quæ nihil intelligit extra se, sed essentia eius est quidditas eius. illæ autẽ formæ diuersificantur in quidditate & essentia quoquo mo**C**do & nisi esset hoc genus entium, quod sciuimus in scientia animæ, non possemus intelligere multitudinem in rebus abstractis, quemadmodum, si non sciremus hic naturam intellectus, non possemus scire ꝙ motores abstracti sunt intellectus. Hoc autem vltimum iam declarandum est, per illud, quod iam dixi: reliquum autem sui sermonis declarabitur ponendo verba eius, circa hoc, in libro Destructio Destructionum. & in alijs locis: dicit enĩ in tertia quæstione versus finem. Videtur enim ꝙ causa multitudinis intelligentiarum abstractarum est propter diuersitatẽ naturarũ receptiuarũ earũ per illud quod intelligunt de primo principio, & per illud quod acquirĩt ab ipso de vnitate, quæ est vna actio in se, multa vel multiplicata ꝓpter multitudinẽ recipientiũ ipsam, s. vnitatẽ: sicut est de principe sub quo sunt multi duces ꝑticulares: & ante hoc in illa q̃stione loquit. & nõ est remotũ, ꝙ ipsum, s. primũ principiũ sit vnũ in se, cõsiderenť tñ de ipso multæ intẽtiones & cognoscuntur cognitiones distinctę **D** vel diuersæ, i. intelligitur modis distinctis ab intelligentijs. & simile huic dicit ibidem multoties. & dicit in epistola de possibilitate continuationis. capĩo. 13. dicens, ꝙ si posuerimus ꝙ quæ intelligunt formas abstractas à magnitudine non sint aliquo modo cum magnitudine, apparebit huius contrarium in corporibus cœlestibus. Nam potentiæ eorum, quibus intelligunt abstracta, sunt cum magnitudine. & ante hoc dicit in illa epistola. nam intellectus materialis, quia non habet aliquam formam formarum, fuit similior omnibus rebus animabus corporum cœlestium. Nam dispositio animæ ipsis, nil aliud est nisi appetitus ad motum apud cognitionem illarum, illam formam abstractam per modum receptionis. Et hoc totum verificatur sicut dixi superius, cum considerata fuerint, fm quod sunt animata. Declaratum est ergo, ꝙ vnio intellectus, intellecti, & intelligentis nõ est in omnibus abstractis vno modo. Declaratum est etiam, ꝙ in reliquis abstractis intelligitur in eis aliquo modo

recipiens & receptū, et potētia, nam, ſm quod in ipſis intelligitur recipiēs, de neceſſitate itelliguur potētia: in primo aūt non intelligitur recipiēs & receptū, niſi forte alio modo, potētia aūt non intelligitur in ipſo. & bene conſidera ne putabis cōtradictionē in verbis. Nā reliqui motores recipiunt intellectionē ſuam à primo, primus autē intelligit de ſe rem exiſtentē in ſe non exiſtentē in alio, & intelligit illā per modū receptionis: tamen in primo etiā intelligitur intellectus, intellectū & intelligens, ſicut declaratū eſt cōmen. 39. 12. Metaphy. Ex iſtis patet intētio Cōmentatoris in libro de Anima, cū dixit, niſi eſſet hoc genus entium &c. Nam non poſſemus intelligere multitudinem vel diuerſitatē in eis, niſi propter naturas earū receptiuas aliquo modo, ſicut dictū eſt. per dicta autem Ioānis in tertio de Anima nō verificaſ hoc dictū Cōmē. vt ſciunt intelligentes, quāuis multa bona dixit. debes tamen ſcire, ꝙ nō debet dici potētia abſolute illa potentia, quæ itelligitur in iſtis abſtractis: neq; eſt ſimilis omnino potentiæ intellectus noſtri: nam non ſunt in aliqua hora F vel inſtanti in potentia, vt recipiant rem vel diſpōnem, qa ipſe ſunt æternę, & ſi de nouo vel vere reciperent eſſent generabiles & corruptibiles, & maxime, qa intellectus eorū eſt idem cum ſubſtantia eorū. Præterea. Si ſic, quare non recipiūt hoc intellectū vel iſtā intellectionem ante, cū ꝓducens & recipiens inueniunſ ſemper ſm vnā diſpōnē, & ſemꝑ eſt inter illa eadē habitudo: & ipſe ſubſtantiæ non intelligunt hæc inferiora eo modo, quo ſunt? & ſi dicatur facta eſt in eis noua potentia vel diſpoſitio, hoc idē, quæro tūc de illa potētia: & ſic erit ꝓceſſus in infinitū. Cum igitur non eſt in eis res noua, nō habent vere efficiens, ſicut eſt in intellectu noſtro, ſicut dicit Cōmentator. in libro de Anima. in principio cōmenti ꝑdictū & in fine cōmen. ſecūdi. & cū nō habēt vere efficiens nō inuenitur in eis recipiens vere, neq; receptū, ſ. aliquo modo. ex iſtis patet, ꝙ prima cauſa eſt vere vna nullam habens cōpoſitionē in ſubſtantia, neq; intellectus aliquo modo differt ab intellecto in ipſa, neq; habet aliquo mo- G do potentiā neq; eſt aggregatū ex ſubſtantia & proprietatibus. Nā ſicut dicit Cōmen. 12. Metaphy. cōmen. 39. omne cōpoſitū eſt nouum, vult dicere, ſi ſit cōpoſitū in ſubſtantia, ſ. ꝙ ſit compoſitū ex materia & forma aut ex genere & differētia aut ſimile generi & differentię. verbi gratia, ſubſtātia & proprietates pertinentes ad eſſentiā, quæ ſunt partes eſſentiales eſt vere nouū, & ſi ſit aggregatum ex ſubſtātia & proprietatibus additis extra animam eſſentię eſt compoſitū vel conſtitutū ex conditiōe vel conditionato vel ex cauſa & cauſato: & cum hoc eſt vnum de neceſſitate eſt cauſatū, ſicut declaratum eſt ab ipſo in libro Deſtructio Deſtructionū expreſſe loquendo de proprietatibus & ſua abbreuiatione Metaphy. & aliqualiter cōmen. 51. 12. & à fortiori ſi ſit conſtitutū per efficientē, vel recipientē, & receptum vel cauſatū. Nam tunc illud aggregatū nō eſt prima cauſa, ſicut optime declarat in illo libro, ſed eſt actus purus perfectæ vnus, ſm H principia Philoſophoꝝ. dixi autē proprietatibus additis extra animā eſſentialibus vel non, quia, quādo ſunt multæ illæ ꝓprietates ꝓpter diuerſas cōſiderationes vel proprietates dictæ ſm negationē, ita quod ex illis non ſequatur aliqua multitudo non negatur à Philoſophis, ſicut dicit ibidē Auerrois. Vtrū aūt hæc potētia in abſtractis ſit diſtincta in eſſe ab intellectu eoꝝ, aut ſm conſiderationē tantū, & difficultates accidētes, nō eſt hic locus ꝓprius, ſed hoc hēt locū in q̄ſtione de vnitate intellectus: ibi enī dixi multa de hoc & quaſi de oībus iſtis ſuppoſitionib⁹. Debes autem ſcire ꝙ ſi intelligatur in primo de Anima, & recipiens aliquo modo intelligitur, tamē modo alio à modo, ſm quē itelligiſ in reliquis abſtractis. Nā ipſe recipiunt intellectū vel intellectionem aliquo modo ab ipſo primo: ipſe autem primus eſt ſibimet intellectum.

Tertia propoſitio, ꝙ deſiderans vel appetens & deſideratū in abſtractis eſt intelligēs & intellectū. Ex iſta ſe- E quitur ꝙ appetens eſt idē in ipſis cum deſiderato vel appetito: hęc ſuppoſitio declarata eſt per illud quod declaratum eſt in fine primæ ſuppoſitionis, & per illud quod apparuit ex dictis Cōmen. ꝙ ſunt cauſæ ſm motorem & finem: & non eſt dubium ꝙ finis in ipſis eſt idē cum deſiderato, ſed ipſe declarat hoc ex intentione. 12. Metaphyſicæ. 36. cōmen. Et in principio iſtius cōmenti inquit. & videſ de iſtis principijs, quæ ſunt in corporibus cœleſtibus, quod deſideratum in eis idem eſt cum intellecto. Et iam declaraui, ꝙ appetitus eorum prouenit ab intellectu & cognitione: ergo deſiderans eſt intelligens vel intellectus. nota tñ, ꝙ inquantum dicitur deſideratum, ſ. ſm illam conſiderationem videtur magis nobile & honorabilior appetente. Nam deſideratum aſſimilaſ fini vel eſt finis in ipſis: finis autē, inquātū finis, nobilior eſt eis quæ ſunt propter finem. Et hoc valde manifeſtum eſt intelligentibus Cōmen. Auerrois, & principia eius.

F Quarta ſuppoſitio, quod motores corpoꝝ cœleſtium mouent per ſe & primo, ꝓpter ſe, ſecūdario autē propter aliud, ſ. propter exitum iſtorū inferiorū in actum & conſeruationē eorū. Iſta ſuppoſitio iam poſita eſt ſuperius, & declarauit eam Cōmen. 12. Metaphy. cōmēto. 36. vbi dicit ꝙ non mouenſ niſi qa intelligunt ex ſe, ꝙ perfectio & ſubſtantia eorum eſt in motu &c. & etiam intelligunt ꝙ motus eſt cauſa exitus eius, quod eſt in potentia in illis formis abſtractis ad actum, ſ. ad formas materiales: et declarat ibidē quod intendit, cum dixit in potentia, quēadmodum dicimus, ꝙ formæ artificiales habent eſſe in actu in materia, & in potentia in anima Artificis. Et dicit poſtea, ſed tamen motus eoꝝ non eſt propter exitum iſtarum formarū à potentia in actu nō ita ꝙ illud eſt perfectio prima eorū, ſed ita ꝙ illud eſt conſequens primam perfectionē eorū. Intelligit ergo in hoc ſermone per corpus cœleſte, aggregatū ex corpore & ſuo motore, quod eſt ſicut vnum animal: mouentur ergo per ſe primo, vt aſſimilētur primo, i. vt ſint ſm meliorem diſpoſitionem G quæ poſſibilis eſt in natura eoꝝ: melior aūt diſpoſitio eſt eſſe mota q̄ quieſcere, nam motus eſt perfectio viui, & eſt vita rerum naturaliū, & ideo quærunt motum ꝓpter motū met: nam ipſa intelligunt ex ſe ꝙ perfectio eorum eſt in motu, ſed non intelligo ꝙ cognitio eorū ordinatur propter motum. Nam ſi hoc eſſet ſic, magis nobile eſſet propter minus nobile, ſicut dicit Auerrois in ſua abbreuiatione: ſed quod motus prouenit à perfectione & conſequitur ipſam, ſicut cōbuſtio ſequitur ignem, ſ. eſſe cōbuſtiuum: hoc tamē debet intelligi diuerſimode in abſtractis, & in corporibus eorū. Nam prima actio abſtractorum eſt intellectio, quæ eſt ſubſtātia eoꝝ, ſecūda autem actio, ſ. ſequēs ſubſtantiā eorū, eſt mouere: & iō cōtinuaſ ꝑfectio eorū per mouere, corporū autē cœleſtium actio prima eſt recipere motū æternum circularē, i. moueri in æterno & ſemꝑ à motoribus eorū, quæ tñ eſt principaliꝛ ꝓpter ſuū eſſe, ſ. ꝓpter æternitatē motus illius corporis, H vt dicit Cōmen. ſecūdo Cœli cōmen. 7. ordinanſ tñ corpus illud, & motus ad motorē. Nam ſi ſit abſtractū ęternum, cuius actio eſt mouere ſemper, oportet eſſe corpus æternum ſemper motum. Et ideo dicit Cōmen. in libro Deſtructio Deſtructionū ꝙ motus eſt actio eorum propria, propter quem inuenta ſunt. Et ideo, ſi motores eorum non eſſent, nō eſſet motus, et ſi motus nō eſſet, actio eorū propria non eſſet, & tunc ſubſtantia eorū nō eſſet. probatur ꝓterea ꝙ ꝑfectio eorū eſt in motu. Nā reliqui motores ſunt entia, vel hñt eſſe propter colligantiā, quā habēt cum primo motore, liganſ aūt cum primo, qa ipſe dat cuilibet eorū finē, propter quē inuenta ſunt illa principia particularia. & eſt ordo intellectualis inuentus in quolibet eorum, primus autem eſt cauſa illius ordinis, ſicut eſt de principe primo ciuitatis cum reliquis principibus, qui ſunt ſub ipſo, & quia finis in ipſis eſt forma intellectus & intellectum, & non eſt in eis ſeruitus addita ſuꝑ ſubſtantiam: ſunt ergo entia per illud quod habent

Motores corpoꝝ cœleſtiuꝫ p ſe primo ꝓp ſe mouēt, ſecūdario ꝑ ꝓp horū inferioꝝ gñationē ac cōſeruationē.

de illo fine: & ideo verificatur, sicut in sequenti q̃stione declarabit, q̃ Deus est efficiens ista aliquo mõ: finis autẽ eorũ est quasi ſm q̃ sunt regentia p̃ticularia, i. nõ ita vniuersalia sicut p̃mus. Nã iste finis nihil aliud est p̃ter hoc: nõ sunt autẽ regẽtia nisi p̃ motũ. nam mũdus nõ põt esse sine motu. mouent ergo p̃pter se. nam si cessabit regimen eorũ cessabit esse eorũ: mouent ergo p̃pter ordinẽ intellectualẽ quẽ hñt à primo, vt assimilent̃ ei, cum sint ſm meliorẽ dispõnẽ eorũ. primus autẽ mouet ſm ordinẽ intellectualẽ vniuersalẽ, quẽ hẽt in se. Et ideo ipse solus p̃fectæ mouet propter se, & est vere finis: nam ipse mouet propter se non vt assimiletur alteri nisi sibimet. Debes autẽ scire q̃ non intelligo per illud quod dixi, sicut cõbustiuũ esse sequitur ignem, q̃ actio eorũ sit naturalis sine cognitione: & iam dixi de hoc aliquid. Quod autẽ mouent propter productionẽ istorũ inferiorũ patet. Nam per motus istorũ producũtur hæc entia & cõseruant̃ modo perfecto: & hoc non est per accidens. Nam de natura perfectionis formarũ est esse agentes vel efficientes in isto mũdo inferiori, & nos videmus eas semper producere istos effectus, s. esse istorũ inferiorũ & conseruationẽ istorum, sicut declarabitur in sc̃da q̃stione. Quod autem non mouent propter ista inferiora p̃ma intentiõe patet, q̃a actio æterni & diuini est propter suum esse & perpetuitatẽ sui esse, vt declarat Cõmen. secũdo Cœli. cõmen. 17. & hoc etiã patet, q̃a æternũ & abstractum non est propter generabile & corruptibile. nam magis nobile non ordinatur propter minus nobile, sicut declarauit Cõmen. in multis locis: & in. 12. Metaphy. & in secũdo Cœli. & in sua abbreuiatione. Et ideo dicit Cõmen. in sua abbreuiatione Metaphy. & sicut nos, cum habuerimus vltimã perfectionem, melius est nobis influere aliis aliquid de illa p̃fectione, ſm q̃ eis est possibile recip̃e de illa perfectione, non q̃ perfectio nr̃a sit propter illos, sic est dispositio in corporibus cœlestibus cum istis inferioribus. Et dicit postea. & cum fuerit sic, patet q̃ ista principia, s. abstracta sunt causæ huius mundi sensibilis ſm formã, & efficiens, & finis. & ideo esse vel productio huius mundi sensibilis ab illis, s. aliquo modo non est, quia ipsa, s. abstracta sunt propter istũ mundũ, sed ipse est propter ipsa, sicut declaratur ex isto sermone. Et cũ hoc sit ita, non remanet q̃ perueniat ab ipsa nisi secũdaria intentione eo modo quo dicimus, q̃ lex vel ponẽs legẽ est causa boni hominibus dignis, nõ q̃ ipse acquirat perfectionẽ in se. videtur ergo q̃ entia sunt duobus modis, quædã sunt vt seruiunt aliis vel alio, quia ipsum est finis: & quædam sunt, quæ perficiunt alia & perficiũt ipsa: q̃a illa, s. perficientia sunt principia vel Principes, non quia sunt propter ipsa. & si bene cõsiderabis cõmen. 17. & 31. secũdo Cœli, erit tibi notũ. Ante autẽ q̃ veniam ad solutionẽ argumentorũ apparet mihi adducere hoc quæsitũ ex verbis Cõmen. in sua abbreuiatione Metaphy. nam hoc est valde bonum & vtile, vt puto in hoc. & hæc sunt verba eius, primum autem efficiens, ſm q̃ de necessitate est æternũ, sequitur, q̃ non sit in materia: quod autẽ non habet formã, necessariũ est etiam. Vtrum autẽ habet causam finalẽ indiget consideratione. Nã, si posuerimus ipsum habere causam finalẽ, erit causatum de necessitate ab ipsa: nã finis est nobilior efficiẽte. Vult dicere, vt puto in isto casu, q̃ finis sequẽs motum vel mutationem nobilior est mutatione, non illo qui mouet. secus est de fine non sequẽte transmutationẽ, sed est ens quoddam, q̃a finis, vt sic, nobilior est illo qui mouet vt mouens est, sicut est in æternis. sed de hoc dictum est aliquid. & cũ ipse non est in materia: ergo finis tantũ est causa sui esse. & quia nos iam ponimus ipsum p̃mũ efficiẽs, erit ergo causa finis: & sic erit causa sibĩpsi. hoc autẽ non sequitur in rebus materialibus. Nã efficiẽs est causa finis, ſm q̃ est finis, & quia hoc est impossibile, non remanet nisi q̃ ipse sit finis eius met, sicut sciens, cuius finis in docendo est influere bonum tantũ, & ponens leges, qui ducit homines ad dignitatem absq; hoc quod

A ipse acquirat dignitatem: & sic videtur etiam q̃ prima forma non habet efficiens. nam, si haberet efficiens, non esset vltima forma. Nam ipsa est etiam prior in esse efficiente, & magis remotum est q̃ sit materialis, & cum non habet efficiens, ipsa & vltimus efficiens sunt vnum in subiecto. Nam, si posuerimus ista duo numero, sequit̃ q̃ sit causata ab efficiente, & efficiens causatus ab ipsa, inquantum est habens formam, & non erit primum efficiens. oportet etiam de necessitate q̃ ipsa nõ habet finẽ. Nam finis, i. vt puto habens finem vel forte finis est etiã forma: & dicitur de ipso q̃ habet formã, & erit ergo forma prior ipsa, & sic non erit illa vltima forma: & cum sit ita, finis eius est sua substantia: impossibile etiam est ponere q̃ finis primus sit aliud à primo efficiente, & à prima forma. Nam prima forma, vt iam declaratum est in isto sermone, & vltimum efficiens sunt vnum in subiecto. & non est possibile, vt iam diximus, vt vltimũ efficiens habeat finem præter se & suam substantiam. Iam B ergo declaratũ est ex isto sermone, q̃ omnia entia ascendunt ad causam vnam, & ipsa est finis & efficiens & forma: declarabimus autem hoc via magis propria postea, viam autẽ qua dixi hoc declarare similis est viæ, de qua dixit in. 12. cõmen. 36. in exemplo balnei, & aliqualiter tactum est de hoc, & magis in sequenti tangetur. & dixit ante hoc in isto libro, q̃ intelligit per vltimũ efficiens vltimum motorem. & declaratũ est ergo q̃ motor primus & forma & finis primus simpliciter sunt vnũ, & q̃ primus est causa ſm efficiens & ſm formã, & ſm finem, & q̃ finis eius est substantia eius, ita q̃ ipse est finis eius. Ponam ergo nunc solutiones argumentorum.

Solutio argumẽtorũ.

AD primã dico, q̃ iam declarata est æquiuocatio & falsitas illarum propositionũ ex verbis Cõmentatoris positis in declaratione principalis conclusionis: & ipse perfectæ declarauit in libro Destructio Destructionum q̃ propositio dicens, q̃ ab vno non prouenit nisi C vnum, diuersimode dicitur de agente corporeo, & non corporeo vniuersali. & dixit ibidem, q̃ primus efficiẽs abstractus est efficiens abstractæ, corporeus autem est determinatum, ab agente autem abstracto, i. non determinato, vt dicit, s. quod non tantum agit in vnum et non in aliud, non tamen habet potentiam infinitam in vigore, nec naturam infinitam, sicut declaratur, nõ prouenit nisi actio absoluta, actio autẽ absoluta non determinatur in quendam actum, ita quod nõ in aliud: et per hoc cõcessit Aristo. quod faciẽs intellecta humana est abstractus à materia, s. quod est efficiẽs omnia, s. intellecta. & iõ hæc p̃positio est æquiuoca: & sic dicit ibidem, q̃ responsio ſm opinionẽ sapientis est, s. Aristo. quod res, quorũ esse non completur, nisi quia quædam earum sunt colligatæ cum quibusdam, sicut colligatio materiæ cum forma, & colligantia partiũ mũdi simpliciũ, quædã cum quibusdã, esse eorũ sequitur colligationẽ illorũ & cũ sit ita dans colliga D tionẽ dat esse: &, q̃a omne colligatũ colligatur per dispositionẽ, qua est vnum, vnitas autẽ vel vnũ, per quod colligatur, prouenit de necessitate ab vno quod est vnũ per se existens: necesse est ergo q̃ sit hic abstractũ vnum per se omnino existẽs. ab isto autẽ vno p̃uenit de necessitate vna dispositio in se: hoc autẽ recipit̃ in entibus ſm naturas eorum, & ab illa vnitate data in quolibet enti prouenit esse illius entis, & omnia ascendunt ad primam vnitatem, sicut prouenit caliditas in quolibet enti calido à primo calido, quod est ignis: & per hoc credidit Aristo. esse conuenientiam inter esse sensibile & esse intellectuale: & dixit, mundus vnus prouenit ab vno: & quod vnum est causa vnitatis & multitudinis modo diuerso, & propter difficultatẽ huius rei multi posteriores nõ itelligũt istud, sicut diximus. & cũ hoc sit ita, patet q̃ est hic vnum ens, à quo prouenit vna potẽtia vel virtus, per quã sunt omnia entia, & q̃a sunt multa: ergo ab vno inquantum vnũ prouenit multitudo, aut ordinatur, aut quomodocunq; volueris dicere: & hoc est oppositũ illius, quod putauit

dicens quod ab vno ꝓuenit vnũ:& considera istũ errorẽ quãtum magnus est:& debes cõsiderare hoc dictũ Philosophorũ an sit demõstratiuum vel nõ in libris antiquorum, nõ in libro Auicẽ. & aliorũ, qui transmutauerũt positiones Philosophorũ in sciẽtia diuina in tm̃, quod facta est similis imaginationibus extraneis. Ad scd̃m dico, ꝙ istã difficultatẽ soluit Cõmen. nõ magis expresso in Secũdo Cœli cõmento. 38. & 71. & in de Substantia Orbis. vbi distinguit finitũ & infinitũ simplr̃, s. fm tẽpus, i. quod actio sua sit æterna hoc est infinitum in duratione vel infinitum in actione, s. ꝙ mouet in instãti: hoc est qđ dicunt moderni, infinitũ intẽsiue, sed in Tractatu de Substantia Orbis perficit solutionẽ huius difficultatis cũ dixit. & est manifestum, ꝙ si in corpore cõposito ex materia & forma esset virtus infinita in tẽpore, sequeretur in ipso esse infinitum in ipsa actione aut passione: & hoc est ĩpossibile illud quod Aristo. intulit &c, i. qa omnis virtus materia, s. omne cõpositum ex materia & forma, est receptibile transmutationis, vel recipit transmutationẽ: & ideo, si in æterno nõ transmutabitur, qa ponimus ipsum semp̱ mouere, erit in ipso de necessitate virtus infinita in actione, s. intensiue, per quã resistit transitus, vel per quã nõ debilitatur, intantũ ꝙ cessat actio eius, qa bñ sic cõpositum est generabile & corruptibile, vt bene declarat Cõmen. in libro Destructio Destructionũ, & debilitatur etiã. & hoc videnẽ probare rationes Philosophi in Libro Cœli, vbi probat ꝙ cœlũ nõ est generabile & corruptibile. etiã quod possibile est corrũpi à nullo, perpetuatur nisi natura eius transmutaretur: vt dicit in. 12. sed hoc non sequitur, si motor non sit in materia: qa ex quo est omnino intransmutabilis si mouet vel si posset mouere aliquod mobile p̱ vnum diẽ vel vnum annum, potest mouere illud per tẽpus infinitũ, s. semper. Difficultas autem, quæ videẽ accidere in ista solutione, soluta est ab ipso. 12. Metaphy. cõmen. 41. versus finẽ, si verba sua diligenter cõsiderentur. Vnde hæc solutio mei ponit. 12. magis cõpleta, si bene cõsiderenẽ verba eius: & de hoc multa bona dicit in. 13. Metaphy. in sua media expõne: propter tamen amorẽ veritatis verborũ Cõmen. dico vlterius, ꝙ hæc difficultas potest solui eo modo quo tam dixit in fine primæ suppositionis. Nam ibidẽ declarauit, ꝙ duobus modis possumus cõsiderare motorẽ, & fm vnũ modum dicitur esse finitus nõ in tẽpore, sed in velocitate, s. fm ꝙ diciẽ anima vel assimulaẽ animę: fm autẽ alium modũ non dicitur esse finitus neq; infinitus, sed tantũ dicitur de ipso ꝙ est causa ꝑpetuitatis motus, & vult dicere Cõmen. cũ dixit & alter est infinitæ motionis, ꝙ fm ꝙ est intellectũ, non appropriatũ corpori ꝓuenit ab ipso perpetuitas motus: & nõ diciẽ de isto sic cõsiderato propter hoc, ꝙ est potẽtiæ finitæ nec infinitę: soluit ergo hoc modo, ꝙ non sequitur ponendo ipsum moueri à motore infinito, s. cuius actio est infinita fm durationẽ immaterialis existens, ꝙ mouet in instanti. Nã isti motores cõsiderantur fm diuersas dispõnes vel intentiones. Vno modo, fm ꝙ est anima, & tũc actio sua est determinata, i. ꝙ non mouet fm velocitatẽ infinitã. Alio autẽ mõ, s. fm ꝙ est intellectũ, & sic non mouet nisi inquantũ finis: & hoc totũ fm diuersas cõsiderationes, & ideo vt sic, non diciẽ finitus neq; infinitus, sed dicitur esse causa, quod motus est perpetuus, i. ꝑpetuitatis motus: quasi ergo respondet, quod virtus mouens, cũ cõsiderata sit fm quod est efficiens motũ, s. fm quod est anima, est virtus finita, s. mouens fm velocitatẽ determinatã in tẽpore infinito: hęc autem perpetuitas prouenit ab ipso fm quod est intellectũ & finis, sicut videẽ in multis cõmento, 13. & magis in de Substãtia Orbis. nam perpetuitas debet magis attribui abstracto à materia omnino, i. non attributo corpori, intellectũ aũt & finis fm quod talia nõ sunt attributa corpori: ergo. ꝑterea motor mouet in ęternũ propter finem: finis ergo est magis causa perpetuitatis motus. sed, si hoc poneretur esse in corpore, sequereẽ ꝙ moueret in instãti,

Infinitas intensiua.

A vt cõpleuit in Tractatu de Substantia Orbis, vt dictum est. fm autẽ expositionẽ Ioannis, quomodo põt etiã ipse soluere difficultatẽ perfecte? quomõ enim intelligit hoc dictũ, s. si sit virtus infinita in corpore? si intelligit infinitam fm durationẽ, quare mouebit in istãti: & si in actione, s. intensiue, quare nõ sequiẽ hoc de abstracto, sed quia non intellexit hoc perfecte, corrumpit vel debilitat demonstrationes Philosophi in octauo Physicorũ. vide dicta sua, & videbis tunc. fm autẽ hoc, quod dixi, soluitur hoc, quomodocũq; intelligetur suum dictũ, s. si sit virtus ĩmaterialis infinita. Nã, si intelligatur infinita intensiue, sicut dixi in cõmen. 71. Scd̃o Cœli, mouebit in instanti, si sit in corpore vel non. si autẽ intelligiẽ infinita fm durationẽ, hoc nõ põt eẽ verũ de virtute materiali, sicut dixi, & qa oĩs virtus corp̱ea est gñabilis & corruptibilis, i. oẽ sic cõpositũ, s. ex materia & forã, est gñabile & corruptibile: & p̱ hoc etiã solutẽ difficultas accidens in dictis eius octauo Physicorũ. Nam ipsemet ibidem distinxit de virtute finita & ĩfinita: & ipse dicit ibidẽ in sentẽtia, ꝙ ĩpossibile est ꝙ sit aliqua potentia hoc mõ, s. ꝙ motio eius sit tãtæ velocitatis, ꝙ nõ inuenitur magis, i. ꝙ nõ possit imaginari magis, siue sit materialis siue nõ: & ideo dicit in ratione vltimæ difficultatis, ꝙ, si posuerimus actionẽ propriã esse corporis, vult dicere, si posuerimus mouere per tẽpus infinitũ esse à virtute corporea, sequiẽ ꝙ insit ei potentia infinita, i. intẽsiue; sed si posuerimus alicuius vero corporis, i. hæc potẽtia, à qua ꝓuenit ꝑpetuitas motus, s. fm ꝙ est intellectũ & terminus, non sequiẽ ex hoc qa illa virtus hoc modo cõsiderata non appropriaẽ corpori. Et ideo nõ diciẽ finitum neq; infinitum hoc modo cõsideratũ: & debes scire, ꝙ hæc solutio est similis solutioni Ioãnis, nisi qa ipse dicit, hæc est distincta realiter, ego autẽ fm cõsiderationẽ tantũ: & est iste modus rationum probabilium, quæ inueniuntur ad vtrãq; partẽ. Nam rationes Ioãnis, quib⁹ voluit probare, ꝙ sunt distinctæ realiter, s. C in esse ad modũ loquendi Cõmen. non sequiẽ ex illis, nisi ꝙ sunt distincta: rõnes autẽ oppositæ opinionis probant ipsa nõ esse distincta in esse, nõ ꝙ sint nõ distincta aliquo modo. Veritas aũt est, ꝙ sunt distincta fm cõsiderationem, sicut dixi, sunt tamẽ vnum in subiecto, i. in esse. Respõsiones aũt dictæ à quibusdã Latinorũ Philosophantibus, s. ꝙ etiã si posuerimus istos motores posse mouere infinitę velociter, tñ nõ volunt, est sermo extra Philosophiam. Nam nulla virtus infinita hoc mõ inueniẽ, sicut declarat Cõmen. cõmen. 38. Secũdo Cœli: qa, vt dicit, si motor nõ hẽret potentiã terminatã: ergo neq; naturã terminatã, & sic erit nõ ens. Nã infinitũ in actu non est ens, & à fortiori nec actus purus. Sed forte aliquis rñdebit, ꝙ nõ incõuenit in abstractis & nõ quãtis: sed hoc nihil est. nam infinitũ siue quantũ vel quale vel quodcũq; sit, eius esse est ĩpossibile. nam aliter sequereẽ ꝙ totum est æquale parti suæ: hoc autẽ est ĩpossibile siue totum sit quantũ, siue perfectionale: cõsequentia patet p̱ has duas suppositiones, s. ꝙ medietas ĩfiniti est infinitum. scd̃a, ꝙ nullum D infinitum, saltẽ cum imaginabitur actu existens, excedit aliud, circa quas, siqs vult cauillare, nõ curo: qa nolo demonstrare nisi Sapiẽtibus bñ dispositis. Præterea, infinitum in actu, & totum, & completum ẽ sermo contradicẽs sibĩpsi. nã ponendo aliqd esse totum & completum, oportet nihil eẽ extra ipsum, ponẽdo autem ipsum ĩfinitum, sequitur ꝙ semp̱ est aliqd extra ipsum, vt declaratũ est tertio Physicorũ, cõmẽ. 63. & 64. nec de expositione Bur. est curãdum. Præterea ponẽdo rem in actu infinitã, sequiẽ de necessitate ꝙ oẽs eius partes sint simul, & ꝙ sit cõpleta, & ideo infinitum in actu ĩplicat contradictionẽ: & vide quomõ deducit hoc Cõmen. cõmen. 46. supradicto. & in sua summa tertio Physi. & non variaẽ ratio, nisi in quibusdã terminis, siue enim totum sit quãtum, siue non, idem contingit. & multa bona ibidem, s. libro Cœli dicit super hoc, & in Tractatu de Substantia Orbis: & maximum inconueniens est dicere, quod

præsupponit volẽdo demonstrare aliquid valde dubitabile, q nõ põt probari, vt habent isti dicere: & quod magis est remotũ, est, quod non est manifestũ, quod si ponit̃ hæc virtus in corpe, & quod sit ibidẽ voluntas, quod nõ debet mouere in instanti: sicut nõ sequitur hoc in abstracto ſm eorũ positionẽ: quomõ ergo declarabit̃, q primus motor nõ est corpus, nec virtus in corpe sua? quare &c.

Præterea. Ista abstracta & maxime primũ, substantia nõ excedit suã potẽtiã, nec sua potẽtia excedit eius velle, vel voluntatẽ, nã hæc oĩa in illo omnino sunt idẽ, tñ eni differunt ſm cõsiderationẽ. & iõ faciunt tñ quantũ põt, & faciunt totũ quod volunt, sicut declaratũ est suo loco. Vñ dñs Cõmẽ. in libro Destructio Destructionũ q̃stione scd̃a inqt, q Aristo. in quibusdã eius dictis in Metaphy. dicit, q efficiẽs, s. primũ de necessitate aut virtus eius est sicut fortitudo eius, & volũtas vel velle eius est sicut sciẽtia eius, aut potẽtia eius excedit̃ à fortitudine, & fortitudo excedit̃ à velle, & velle debilius est sciẽtia eius. & si B quædã istarũ virtutũ sunt debiliores quibusdã, i. non ita fortes, nõ erit differẽtia inter nos & primã causam, & sic attribuit̃ ei defectus & diminutio vt nobis: quod est valde inconueniẽs. vel oportet dicere, quod quælibet istarũ virtutũ est in fine pfectionis, quando vult, põt, & quãdo potest, facit: & oĩa in fine scientiæ, i. sciẽtifice. Nota tñ q multa hic dicta sunt de Deo Metaphorice, sicut fortitudo, vt declarat̃ libro Ethicorũ. quomõ aũt voluntas vel velle dicit̃ de Deo, & quis est modus, ſm quẽ dicit̃ velle, declaratũ est perfecte à Cõmen. in isto primo libro. Adhuc aũt dictũ Cõmen. in. 12. Metaphy. potest declarari hoc modo. Nam ipse dicit in scd̃o Cœli. in sua abbreuiatione, q in isto corpe, s. cœlesti, sunt duæ virtutes. Vna qua mouetur, & hæc forma nõ diuidit̃ ſm diuisionẽ corporis, & est infinitæ motionis. Secũda est virtus declinationis, & est virtus naturalis ſm quã dicimus hic corpus neq; graue neq; leue, & est finita ſm magnitudinẽ: & di- C cit in sua abbreuiatione Metaphy. loquens de corpe cœlesti, & adiuuat istũ motũ prouenientẽ ab anima, inclinatio quã hẽt naturaliter. oĩa non est incõpossibilitas vel repugnantia inter inclinationẽ huius corporis, & motum eius ab anima. Debes tñ scire, q, si hoc dictũ velimus dicere esse ſm positionẽ ꝑpriam, oportet dicere, q hæc inclinatio nõ est sibi propter formam in materia existentẽ, q̃a hæc est opinio Auicẽ. cui cõtradicit Auerrois secũdo Cœli, sed debemus intelligere per istã inclinationẽ, quãdam virtutẽ sequentẽ substãtiã cœli, s. corporis, quæ est quædã sua ꝑprietas, per quã cœlũ redditur dispositũ moueri à suo motore ſm motum determinatũ in velocitate & tarditate. & tunc cõple solutionẽ. Et iõ nõ oportet dicere, ꝑpter hæc dicta, s. 12. Metaphy. q Cõmen. loquitur ſm opinionẽ aliorũ. debes tamen scire q solutio Ioannis non est aliquo modo cõueniens principijs Auerrois. nã sicut declaraui in fine primæ suppositiõis, causa sufficiẽs in perpetuitate motus illius mobilis est, q̃a motor est im- D materialis, nõ admistus subiecto, & est ergo intellectus. Et ideo dicit multoties in de Substantia Orbis, si formæ essent diuiduales ſm diuisionẽ corporis, motio earũ esset finita. Vñ dicit etiã, infinitũ vero in tẽpore est necesse eẽ in corporibus cœlestibus ex diuersitate motoris et moti in eis à corporibus generabilibus & corruptibilibus, & inconueniens, quasi videt̃, adducere auctoritates ad hoc, quia omnia sua dicta declarãt istud. Vñ nullus est inuẽtus dicere q æternitas animæ cœli ꝓuenit ab abstracto, nisi Auicẽ. & cũ sequẽtes, quos multũ bene reprehendit Cõmen. sed q æternitas non prouenit ab abstracto, nisi per causam aliã abstractã, nemo dixit: & maxime in primo cœli ſm positionẽ Cõmen. in reliquis autẽ motoribus forte verificabitur hoc aliquo modo, sicut declarabitur in secũda difficultate. Nõ tñ isto modo ſm quẽ putabit magister Ioãnes. Tertiũ autẽ argumentũ & cõfirmationes, soluunt̃ per illa, q̃ dicta sunt in tertia suppositione: patet etiã q ꝑ istas rõnes non probatur nisi quod

A desideratũ, ad quod mouetur, diuersificat̃ ab illo, à quo mouetur: non aũt declaratũ est ipsa esse distincta in esse. & debes scire, q cum consideratũ est corpus cœleste tñ non cum suo motore verificetur quod mouetur propter nobilius ipso distinctũ in esse, quãuis sit cum ipso appropriatũ sibi, sicut dixi, sed, si cõsideretur ſm q est aggregatum ex corpore & motore, i. anima mouetur ad nobilius ipso, s. ad desideratũ, q distinguitur à motore ſm cõsiderationẽ, nõ ſm esse. Ad quartũ dico, q intẽtio Philosophi. & Cõmen. secũdo cœli est sicut dicit Cõmen. in principio cõmenti. 62. q res, quæ acquirit perfectionem nobiliorẽ sine actione est, cuius actio est sua substãtia, i. intellectus abstractus. dicit autem acquirit quasi mediate, vt sit hoc conueniens exemplis, quæ adducit ibidem. nam non dicitur vere proprie acquisitio in eis: hoc autẽ non dicit de primo tantum, sed de omnibus ꝑncipijs abstractis, quorum prima actio, quæ est intellectio, est substantia eorum. & hoc declarauit Cõmen. 12. Cœli, cõ- B mento. 66. cum hoc tamen stat, q actio eorũ secũda sequens suas substantias est propter perfectionẽ vel conseruationem perfectionis eorum, vt dictum est in quarta suppositione. Nota tamen, q, cum considerata sint corpora cœlestia non considerando motores eorum, verificatur de ipsis q mouentur vt assimilentur primo principio. sicut dixi de assimilatiõe. Et ideo dicit Auerrois Secundo Cœli. cõmento Quarto, omnia entia non intendunt per suas operationes nisi vt assimilẽtur perfecte nobili, quod est Deus, ſm q in natura eorum est acquirere de assimilatione. & parum postea dicit ibidem, q quędã acquirunt propinquitatem primi, quod est Deus pauca operatione, & hoc est orbis totum continens, & quædã pluribus actionibus, & sunt cæteri Orbes, nisi voluerimus hoc totum intelligere ſm diuersas considerationes, vt dictum est prius. hoc tamen, quod nunc dictum est, videtur magis. nam Cõmen. 12. Metaphy. in sua media ex- C positione inquit. Et cum hoc ita sit, ipse est prima forma, & primus motor, & finis primus omniũ entium hoc modo. excessus autem nobilitatis entium est propter excessum illorum in isto ordine & in isto bono. & ideo excessus eorum est ſm propinquitatem & remotionem quam habent ad ipsum primum: ergo cœlum mouetur vt recipiat ab isto ordine & bono vltimũ quod in natura eius est recipere. & similiter etiam reliqui cœli. & dicit ante hoc, omne ens appetit istum ordinẽ ſm q in natura eius est recipere de ipso, sit animatum vel non. hoc autem dictum Cõmen. dictum est etiam ab expositoribus in primo Ethicorum versus principium super illud Philosophi: omnia bonum appetunt, & maxime ab Alberto. Debes tamen scire, q ſm hoc non verificatur q animata & inanimata appetunt & intendunt illum ordinem & illud bonum ſm vnum modum. nam inanimata reguntur ab intelligentia non errante, & illum ordinem, & regimen est quod recipiunt potentiæ actiuæ habentes or- D dinem, & regimen, quæ sunt in omnibus entibus & illæ sunt quas Philosophi vocant naturam. Nam videtur q omne ens habet operationes condecentes ſm ordinẽ intellectualem & regimen eius. hoc autem non est per accidens nec accidentaliter: nec potest esse hoc propter intellectum similem intellectui nostro, sicut dicit Cõmentator in libro Destructio Destructionum & hæc est natura vniuersalis. Dicam ergo, res perfecta, cuius modi sunt omnia abstracta, & maxime primum, quorum perfectio & intellectio est sua substantia, nulla alia actione indigent in acquisitione huius perfectionis, neq; acquirũt istam perfectionẽ mediante aliqua actione. ex hoc tamẽ non sequitur q non moueant. Nam motus est operatio ꝓueniens à perfectione eorum, vt iam dictum est: cum autẽ dicunt, omne mouẽs ſm efficiẽs aut mouet vt acquirat pfectionẽ: est verum cũ limitatione tamen, cũ aũt dicunt q primus nõ mouet vt conseruet suam perfectionẽ, falsum est. Iam enim dictũ est in quarta suppositione, q

ipse mouet, vt assimiletur sibiipsi, hoc est, vt sit semp in meliori dispõoe, fm quã esse potest. ipse enim mouet propter se, finis enim primi efficiẽtis est sua substantia, sicut positum est de mente Cõmen. nobilior tñ, fm q finis sit, fm q est efficiens. hoc tñ totũ est fm diuersas considerationes tantũ, non q sit differẽtia in esse. Nam primũ efficiens & prima forma & primus finis sunt omnino vnũ, vt dictũ est. Ad rationem rabi Moysis, dico, q similis proportio est inter primũ & reliquos motores illi pportioni, quæ est inter actionẽ primi & aliorũ motorũ. Primus enim assimilatur primo Principi in ciuitate, in quo existit ordo vl'is, reliqui aũt motores Principibus particularibus, vnde actio primi est actio vl'is. Nam oĩa corpora mouent fm motũ diurnũ, primum aũt corpus non mouetur fm alios motus aliorũ corporũ: illud etiam corpus est maximũ & nobilissimũ corporũ. motus etiã huius est velocissimus motuũ: ipse etiã mouet pter se tantum magis proprie & vere, & hæc differẽtia sufficit. Vñ nos videmus q per ista media pbant Philosophi differẽtiam dignitatis istorũ. sufficit ergo ista in diuersitate operationũ eorũ.

F Ad sextũ dico, q ppositio dicens, q coelum supremũ nõ habet stellã, negatur à Philosopho & à suo Cõmen. multoties in. 12. Metaphy. & in sua abbreuiatione Metaphy. & hæc sunt verba eius, loquendo de numero motuũ, vbi incipit, et est vnius coeli totum continentis, & est coelum stellarũ fixarũ. Vtrũ autẽ sit coelũ nonum, dubitationẽ habet. Nam Ptolemeus putauit q est alius motus zodiaci pter motũ diurnũ, cuius reuolutio cõpletur per multa millia annorũ. Aliĳ autẽ putant, q est propter motũ vel motus prioritatis & posterioritatis. nota tamẽ, q cõmentũ Quarto. 12. Metaphy. videtur vocare istum motũ, motum processus & reuersionis fm latinã traductionẽ sequitur dictũ Cõmen. & iste est homo famosus in Alzarae de hominibus terræ nostræ, s. Hispaniæ & sequẽtes ipsum in hoc, & ponunt ad

G hoc astrolabia, à qua sequitur iste motus: nam ipsi considerauerũt Solẽ vel reditum Solis in puncto certo in zodiaco, & inueniunt ista diuersa. Quidam tamẽ putant, q ista diuersitas est ppter motum vel motus additos Coelo Solis: quidam dicunt, q hoc accidit propter errorẽ instrumentorũ, ex quo non pñt cognoscere hæc certe per ipsa, & vniuersaliter remotum est apud me, vt sit coelum nonum sine stellis. nam coelum est propter stellas, & est nobilior eius pars. Et ideo, quãdo in ipso sunt plures stellæ est nobilior: & iam locutus est de hoc Aristo. coelum autem, quod mouetur fm velocissimũ & maximũ motum, nobilior est omnibus corporibus coelestibus. q. d. Cõmen. q dispositio optima corporea debet esse nobilioris corporis. Et ideo concludit vlterius dicens. Et ideo non videtur nobis q sit sine stellis, sed est apud me impossibile. Vnde semper inuenio Cõmen. coelum stellarũ fixarum vocare coelum totũ continens, & dicit in cõmento. 48. 12. Metaphy. & cum posuerimus q omnis orbis

H est propter stellam, & si non, esset ociosus: & ibidem dicit, sed omnis motus est propter stellas. Possumus etiam dicere, q adhuc, si sit verum q est aliud coelũ supra coelum stellatũ, q in illo coelo sunt stellæ. & hoc innuit Cõmen. cum dixit, remotũ est apud me, vt sit coelum nonũ sine stellis: & non dixit coelum nonum tñ: & hoc est tantum quod probat sua ratio. nã ratio sua in hoc stat, q coelum est prope stellas & si non, esset ociosum. per hoc autem non remouetur coelum nonum. & dicit in fine vt tã posui, & ideo non videtur q sit sine stellis. Si tamen poneretur corpus nonum, quod mouetur motu diurno tantum: & quod non habet stellam & demõstrabitur, tunc oportebit dicere q Aristo. qa nõ vidit in suo tẽpore pter motum stellarũ fixarũ, s. supra ipsum: & voluit declarare, q nõ oportet ponere aliud coelum: et ideo nõ oportet ponere alium motũ pter istos: declarauit hoc isto mõ, s. si esset alius motus, essent aliæ stellæ. Nam coelum nõ est nisi propter stellam: non tamẽ sequitur ex hoc absolute,

E q coelum supremum, in quo non est stella, q mouetur motu diurno, est ordinatum propter coelum contentum in ipso: nam cætera non sunt paria. Nam quãuis etiam poneretur ita, s. q corpus supremum motum fm motum diurnum non habet stellam, & quod est sub ipso, habet stellas, & est nobilius ipso inquantum est stellatum, non sequitur q sit nobilius absolute & simpliciter. Nam supremum est nobilius, inquantum est maior: & quia mouetur motu velocissimo & reliqua corpora coelestia sequuntur ipsum, ita q seruiunt ei quasi, & motus eius nõ perficitur plus vno motore, vt dictum est: & propterea diximus, q motor eius est nobilior omnibus, & primus illorum absolute: ergo hoc debet esse nobilius, quia istæ dispositiones sibi attributæ arguunt in ipso maiorẽ perfectionem perfectione inuenta coelo existẽti sub ipso propter stellam. sed tunc oportet limitare propositionem dicentem coelum est propter stellam, hoc modo, coelum, in quo est stella, est propter stellam.

F Ista sunt visa mihi Heliæ de Creta hebreo in ista ardua difficultate, in qua nihil suscepi ab aliquo moderno. sunt tamen aggregata ex dictis Philosophi, & domini Cõmẽ. quia ipse videt dicere sentẽtias firmiores sententĳs aliorum peripateticorum præter Aristo. aggregaui tamẽ dicta eius & ordinaui modo quo videtur q quædã verba eius exponunt reliqua, intantum q videtur nihil esse dictum, quin sit in actu in verbis eius vel in potentia propinqua. sic etiam faciam in quæstiõe sequente quæ multum est connexa cum ista, & est hæc.

QVAESTIO DE MVNDI EFFICIENTIA.

An entium uniuersitas, secundum Philosophorum dicta, à Deo glorioso sit, & quomodo.



G AN prima causa, & cõsequẽter alia abstracta dant motũ tñ corporibus coelestibus, vel sunt virtutes largiẽtes eis pmanentiã & eẽ. & quis est iste modus, & vtr, quomodo oĩa entia sunt causata ab ipso Deo glorioso fm principia Philosophorũ. Ad qstionẽ iam motã breuiter dico, q pfundi Philosophi & maiores eorũ, & maxime Auerrois in Tractatu de Substãtia Orbis, & in libro Destructio Destructionũ rñdent, q primũ abstractum non tñ dat motũ corpori coelesti, sed dat sibi esse & permanentiã æternã in sua substãtia: non esse, quod pcessit priuatio, vel non esse, qa hoc est ipossibile fm principia eorũ. sed intelligunt, q esse huius corpis sequit primum aliquo mõ sicut declarabit, & aliquo modo declaratũ est in qstione de primo motore, nõ q sit vere & proprie efficiens, vt dicit Cõmen. cõmento primo Quarto Coeli. & dicã in sequẽtibus: sed sicut dicimus in reliqs abstractis q sunt causata ab ipso, & sequũtur per cognitionẽ. nam actio sua nõ est omnino naturalis neq; volũtaria eo modo quo in nos dicit volũtas, sed actio sua sequit substan-

H tiam suã, substãtia aũt sua est cognitio: & illa sunt causata ab ipso: sicut intellectus vel intelligẽs fm q intelligens, cõsequitur intellectũ, ita q causat ab intellecto. & dictũ est in prima qstione in rñsione primæ difficultatis & aliqualiter dictũ est in. 12. Metaphy. cõmento. 52. de hoc, s. de modo, fm quẽ entia & maxime æterna sunt causata à primo, & declarabit hic pprie. q autẽ corpora coelestia sunt causata ab ipso, pbatur. quo probato habebitur modus, fm quẽ sunt causata. Primo sic, actio eorũ propria seu ppria passio sequens essentias eorũ, q est in eis quasi differẽtia vel accipit in descriptione eorũ loco differẽtiæ, & est vita eorum, est motus æternus circularis, s. sic moueri: remouens autem propriã passionẽ alicuius remouet essentiã illius, cõseruans aũt ipsam in æterno cõseruat illã essentiã. sed primus est cã ppetuitatis motus circularis illorũ: ergo ille est cã eẽ & pmanẽtiæ illorũ. & cõponit sermo sic, oẽ cõseruãs propriã passionẽ alicuius cõsequentẽ essentiã illius est cõseruãs essentiã illius: sed pmũ cõseruat

motum

motũ circularẽ in corpibus cœlestibus, qui est passio sequẽs substãtias eorũ. ergo iste est cã aliquo mõ mee substãtiæ eorũ & in pmanẽtia: natura remouẽs esse cõbustũ vel caliditatẽ iã remouet naturã & substãtiã ignis, & cõsequẽter sic est de reliqs motorib⁹ cũ suis corporib⁹, non tñ oĩno eo mõ. Vñ dicit Auerrois libro Destructio Destructionũ in mõ scđo, qstione tertia, si mũdus esset æternus ex se & existẽs nõ fm q mobilis: nam omnis motus cõstitutus ex partibus est nouus, i. factus, non hẽret efficiens. sed si est æternus per dispositionẽ per quã semp est in factione vel creatiõe sua, tñ factio nõ habet principiũ nec finẽ. tunc dans vel causa istius factionis æternæ magis debet dici efficiens q̃ dans vel causa factionis nouæ: & fm hãc viã mũdus est factus à Deo. & hoc nomen factum magis cõuenit ei q̃ hoc nomẽ æternũ: sed vocãt ipsum ꝣternũ, vt remoueatur factio, i. ipsum esse factum ex subiecto & in tẽpore, & ponit priuationem. & intelligit Cõmen. per mundũ corpora cœlestia, & hoc magis declaro in alia via ponẽdo verba Cõmen. in sua abbreuiatione Metaphy. vbi dicit hæc verba: & ex hoc declaratũ est q ipsi, s. motores nõ sunt motores tm̃ corporũ cœlestium, sed dant eis formas eorũ, per quas sunt. qa, qñ nos remouemus illas, s. intelligẽtias, nõ inuenitur forma corporũ cœlestiũ, sicut qñ remouet intellectus in actu remouetur vltima perfectio: vel nõ inuenit nobis vltima pfectio: & fm istũ modũ sunt efficiẽtes illa aliquo modo. Nã efficiens est, qui dat substantiã rei. Et hæc vel si sit actio vel actus perpetuus et vel desinẽs, sed melius est esse perpetuus: sunt etiã fines eorũ. Nã formæ corporũ cœlestiũ nil aliud sunt nisi illud, quod intelligũt de ipsis: mouetur autẽ ab ipsis fm desideriũ: sunt ergo fines eorũ. ista ergo principia ponunt esse respectu huius entis sensibilis, vt formæ efficientes, & fines: recurre ad illud quod dictum est in quibusdã suppositionibus qstionis pcedentis, vbi dictum est, q eadẽ intelligentia fm diuersas cõsiderationes est finis & forma &c. Dicit vlterius in libro Destructio Destructionũ q primũ principiũ est principiũ omnium istorũ principiorũ fm efficiens & formã & finem. Nã forma & finis sunt idem in hoc genere entiũ, dans autem finẽ dat formã & esse: sed dans formã ẽ efficiẽs. vult dicere, q primus dat finẽ vt iam aliquo modo declaratũ est, & ipse in illo libro declarat. ergo &c. Et hæc oĩa declarata sunt ab ipso in sua abbreuiatiõe & in media expositione, & in cõmen. 12. vbi dicit, declaratũ est igitur in hac sententia, q ens non materiale, quod iã declaratũ est esse mouẽs substantiã sensibilẽ, est substantia antecedens substantiã sensibilẽ: & quod est principiũ eius fm formã & finẽ, & Cõmen. qnto eiusdẽ inquit, q principiũ primæ substãtiæ abstractæ etiã est substantia & forma & finis: & q mouet vtroq; modo & cum adiunctũ est huic illud quod dictũ est cõmẽto primo Quarto Cœli, s. vbi dicit, res enim æternæ nõ habẽt agens nisi fm similitudinem, neq; habent ex quatuor causis nisi formalẽ & finalẽ, & si habuerit aliquid quasi agens, nõ erit nisi inquantũ est forma illius, & cõseruans ipsum: & illud etiã quod dicit. 12. Metaphy. cõmento. 44. vbi dicit, non est potẽtia, vnde neq; agens, neq; prouentus &c. erit hoc perfecte intellectum. Secũdo probaĩ sic cõclusio: primũ in omni genere est causa omniũ, quæ sunt sub illo genere: sicut ignis est causa cuiuslibet calidi. primũ autẽ in genere vnitatis est Primus, qui est vere vnus: ergo est causa aliorũ. Vnũ corpus autem cœleste est vnũ cõpositũ ex substantia & quantitate: nam si nõ esset in ipso corporeitas, s. dimẽsiones, non esset corpus vere: dans ergo vnitatẽ, vel ille qui est causa vnitatis existentis in ipso, dat suũ esse & substãtiam: primus ergo est causa sui esse. Nam sicut dicit Cõmen. 12. Metaphy. cõmẽto vltimo. q deficit à traductione latina omne cõpositũ: vult dicere, quocũq; modo cõpositionis vel constitutionis indiget causa extrinseca, à qua vel per quã illud cõpositũ est vnũ: & si illud principium est cõpositũ indiget alio, & erit pcessus in infinitũ.

A Et ideo oportet ponere vnũ principiũ omnino simplex. Terno declaraĩ supponendo illud, quod declaratũ est in 12. Metaphy. q ordo existens in exercitu est ppter ducẽ primũ: & nisi esset iste ordo, neq; exercitus, neq; vniuersum esset: hæc autem corpora cœlestia sunt entia particularia, quasi mẽbra vnius animalis ordinata in esse totius vniuersi, & in ordine vniuersali totius, intantũ q ex omnibus entibus constituitur vnum ens, s. totus mundus, s. si sit per imaginationẽ quodlibet istorũ corporũ solum existens non ordinatũ ad hoc, vt sit pars totius vniuersi cessabit suum esse. nam esse eorum consistit in ordine. & ideo dans vel causa ordinis in istis entibus dat substãtias eorũ: à primo autẽ est iste ordo, qui forte est vnitas existens in omnibus entibus fm naturas eorũ, q̃, s. actio est causa vnitatis vno modo & multitudinis, alio modo vt dictũ est in alia qstione: & dictũ est à Cõmen. cõmẽto. vltimo Metaphy. Vñ dicit ibidẽ cõcludẽs. & hæc est causa q mundus est vnus à primo: ergo prouenit aliquo mo-
B do substãtia istorum. & forte hæc est virtus spũalis, quæ est in entibus, per quã mundus est ordinatus & vnus: & est similis ordini existẽti in exercitu propter principẽ, sicut dictũ est: vel forte virtus spũalis est illud quod puenit à primo in entibus, & est in abstractis illud quod intelligunt de primo, quod est substãtia eorũ. Nã substãtia vel essentia eorum nil aliud est, nisi illud, quod itelligunt de primo, in reliquis autẽ entibus est illud, quod habent de primo fm naturas eorum: nã ipsa recipiunt suum esse ab abstractis mediãtibus corporibus eorum, esse autẽ illorum corporum, s. cœlestiũ ẽ à motorib⁹ eorum aliquo modo, vt dictum ẽ: nã nõ est in materia aliorum entium pter abstracta recipere intellectionem. sed recipiunt esse, quod est eis proprium: & hoc apparet magis in entibus transmutantibus, quorum causa est motus: nã nisi motus Solis sit fm circulum obliquum, nõ esset generatio neq; corruptio: sed motus est causa in esse & cõseruatiõe isto-
C rum inferiorum. Nã ab illis corporibus proueniunt qualitates propriæ & figuræ ppriæ & proportiones & mensuræ propriæ, sicut bene declarat Auer. in. 12. cõmen. 18. motores autẽ sunt causæ motuum. & pmus est causa omnium. sed hic ẽ alius modus vnitatis vel vnionis, de quo dictum est in scđa via. Declaraĩ pterea, nam quãuis abstracta nõ dant esse in actu corporibus cœlestibus, s. esse pfectionale, vel pfectum, sicut forma ppria materiæ, nã sunt substantiæ in actu & motores eorum non inhærent materiæ, neq; pducuntur de potẽtia materiæ, sicut est de forma materiali, tamen aliquo modo sunt formæ eoꝝ, à quibus pueniunt oẽs actiones eoꝝ corpoꝝ, & sunt propter motores, ita q accidẽtia ppria cuiuslibet sunt in eis ppter motores, sicut materia determinatur à forma vel ab anima, & motio eorum puenit ab ipsis: & sunt perfectiones illoꝝ corpoꝝ, vt dictum est. quod enĩ mouet ipsum motu pprio illi, est illud, quod largitur illi primo dispositiones, p quas acquirit motum pprium. Et ideo mo-
D uens est agens orbem aliquo modo. Vnde & dat quantitatem propriam & figurã propriã isti motui, s. circulare. à primo autẽ inest eis mensura ppria isti motui, s. circulare, à primo autẽ inest eis mensura ppria vnicuiq; illorum corporum, & conuenientia inter ea adinuicẽ in ordine & quãtitate, ita q ex oĩbus pficiĩ vnus actus, s. totus mundus, vt bene dixit Cõmen. in de Substantia Orbis. & iõ cã motoꝝ est cã esse corpoꝝ cœlestium, & qlibet motor pprius est cã sui corpis. remouẽs ergo motores remouet pfectionẽ corpoꝝ cœlestium, & formas eoꝝ, quãuis nõ sint formæ materiales. remouẽs autẽ perfectionẽ & formã rei, remouet eẽ rei, & allegatum est ex verbis Cõmẽ. in pria rõne. debes autẽ scire, q non cõtradicit huic illud qđ dictum est in libro Cœli & Mun. quod nihil est posse corrumpi, quod tñ perpetueĩ ab alio, vel recipiat ꝣternitatẽ ab alio. nam nõ dicimus coelum esse posse corrumpi, & nõ sequitur ex modo, fm quẽ diximus coelorũ esse, & abstractoꝝ cãtum eẽ à pmo q in natura eoꝝ sit possitas

ad corruptionē. Nā in natura & substātia eorū nō est ali-
qua causa de causis corruptionis, qa sunt simplicia nō re
cipiētia transmutationē nisi sm motum localē circularē;
sed esse eorum tn̄ depēdet à primo, qa primus dat eis or-
dinē & vnitatē &c. Et cōsidera in hoc, nā nos dicimus, si
primus nō esset nō remanerent entia, qa oia dependent à
primo modis diuersis. materia enim prima dependet ab
ipso, qa nō pōt esse sine forma omnino. & ideo primū ef-
ficiens formarū, eo modo quo formæ materiales dicunt
esse factæ, dat esse materiæ, non esse absolutū, ita q̄ post
priuationē omnino facit illā esse, nam illa est quoddā ens
potētiale de se, sed dat ei eē actuale pfectionale, vel actū
perfectum esse: et si non esset hoc actuale esse quod habet
à forma non esset materia. Nam, cum remouet forma &
finis rei, remouebitur illa res. Declarabitur autē postea,
quomō formæ elementorū sunt causæ eē materiæ. Et iō,
si oino remouebit fora oino remouebit esse materie, non
quod in sua substātia est aliqua cā corruptionis, et in ipsa
sit natura potens recipere corruptionē: & tn̄ perpetuat à
primo: quod est īpossibile, à quo fugimus. nā ipsa in se est
simplex, sic dicā de corpibus cœlestib9, q̄ ipsa sunt quæ-
dam entia: & de necessitate sui esse sunt motores eorū, &
maxime primus, sicut declaraui. & ideo remouēs eē pri-
mi remouet esse eorū: qa ad esse & pmanentiā istorū req
runt necessario motores eorū. remouens autē aliquod ne
cessarie requisitū in esse alterius remouet esse illius, nō q̄
in illorū corporū sit possibilitas ad corruptionē. Et à pri-
mo remanet illa natura æterna. nā simplicia sunt, q̄ nullā
causam corruptionis habēt. Et iō nō sequit, cœlū vel cor
pora cœlestia īdigent esse primi vel motorum: ergò pñt
in se corrūpi vel sunt possibilia corrūpi sm suas naturas.
Nā non intelligimus per esse possibile corrūpi nisi hr̄e in
se naturā possibilē recipere corruptionē: hoc impossibile
est in eis. Dicimus etiā, q̄ esse abstractorū est à primo.
nā ipse est intellectū eorū. Intelligēs aūt sm q̄ intelligēs,
nō est, si intellectum nō sit. & ideo dicit Auer. 12. Meta-
phy. cōmento. 44. mōs autē modernorū in dicendo, q̄ à
tali motore, puenit talis motor, aut sequit aut pcedit, aut
talia verba, nō vere intelligunt de istis principijs abstra-
ctis. oia enim ista sunt dispōnes sufficietenus agentium
non vere. tantū enim est illic intellectus & intellectum,
pficiens & perfectum. Vnde dicit, q̄ ab agente nil proue
nit nisi extrahere illud, quod est in potētia ad actum: sed
illic nō est potētia, i. qa illic nō est subiectum. vnde neq̄
agēs, i. nisi sm similitudinē: sicut dixit in sua abbreuiatio
ne Metaphysicę ad istum ppositū, ipse, s. primus, est etiā
causa ordinis existentis in ipsis. esse enim istorū est sm q̄
sunt pricipia particularia sub primo pricipe. sicut etiā &
ordo nobilium regentiū exercitū in hoc constitutorū est
ppter primum ducē, sm q̄ sunt constituti, sed qa abstra-
cta sunt entia vel suū esse absolute est inquantū sunt no-
biles vel serui cōstituti à primo. nam ipsi sunt simplices,
& non inuenit in eis esse modus, sm q̄ sunt serui, & mo-
dus sm quē nō: quāuis sint entia, vt inuenit hoc in cōpo-
sitis, i. q̄ esse absolute seruorū nō est à dño, sed quod sunt
serui est à dño. hoc autē nō inuenitur in abstractis: nisi qa
seruitudo eorū est ordo vel intellectū, quod intelligunt.
intellectū aūt in eis est idē cum intellectu, sicut dictū est:
sed qa intellectū eorū est illud, quod intelligunt à primo
modis diuersis: & intellectū eorū est sua substātia, serui-
tudo eorum est sua substātia. Declaratum est ergo, q̄ illi
sunt entia simpl̄r, sm q̄ sunt serui, & iō, si dñs nō sit, s. pri
mus, illi nō sunt: nō tn̄ sunt possibiles corrumpi. Dico eō
sequēter etiā de cōpositis, q̄ esse eorum est à primo, nam
ipsa sunt entia ppter cōpositionē & vnitatē, q̄ est in cō-
positione eorum, & ppter alia dicta & dicenda, dans au-
tem cōpositionē & vnitatē est primus mediantibus mo-
toribus & corporibus cœlestibus: & forma prouenit ab
ipso istō modo, mediante tn̄ agente particulari: & ordo
intellectualis, quē cognoscimus esse in ipsis prouenit ab
ordine intellectuali in se simpliciter. vnde dicit Philoso-
E phus, nisi esset motus Solis in circulo obliquo, non esset
generatio neq̄ corruptio. Et cum erunt hæc omnia bene
cōsiderata, soluentur multæ difficultates in multis scien-
tijs, & nō oportebit dicere omnia entia esse in prædica-
mento relatiōis, ita q̄ substātia eorum cōsistit in relatio-
ne: nō quod relatio sit in eis addita subiecto accidēs eis,
sicut narrauit Auer. de Auic. i libro Destructio Destru-
ctionum. Nota tamē, q̄ nō est proprie efficiens in rebus
æternis: sed efficiens sm similitudinē, vt dixi. vnde sicut
dicit Cōmen. in illo libro actio agentis nō cōsistit in pri-
uatione sm q̄ est priuatio, quia priuatio non est actus:
neq̄ in esse, cui non inest priuatio, quia quod habet esse
perfectum in vltima eius perfectione non indiget efficiē-
te vel producente. vnde concludit, q̄ tantum consistit in
esse in tēpore, in quo et inest admista priuatio, & est esse
potentiale. & ideo dicit, q̄ motus semper indiget moto-
re. Sed adhuc accidit in hoc maxima difficultas. nam Cō
mentator in. 12. Metaphy. in solutione Ioannis Grāma-
F tici dicit. in corpore quidem cœlesti non est potentia, vt
corrumpatur: quia nō habet contrarium. est igitur per-
manens per se, & per suam substantiam. Motus autē im-
possibile est vt sit permanēs per suam substantiam, cum
habet contrarium, s. quietem. sm igitur permanentiā mo
tus, oportet nos ponere aliam intentionem remanentem
in se, e contrario permanentiæ quæ est in substantia. &
ideo non est in cœlo possibilitas nisi vt qescat. vnde con-
cludit, q̄ motus est necessarium per aliud, possibilis ex
se: sed impossibile est inuenire substantiam possibilē ex
se, necessariam ex alio: quia illud, in quo est potentia in
substantia, necesse est vt trāsmutetur eius substantia: &
impossibile est vt acquirat permanentiam & æternitatē
ex alio, nisi natura possibilis transmutetur in naturā ne-
cessariā. & dicit vlterius. cum enim declaratum est cor-
pus esse æternum, possibile est existimari q̄ non indiget
in hoc esse ponere principium nobilius eo: sed ipse ibidē
declarat q̄ necessarium est ponere principium nobilius
G ipso propter permanentiam & æternitatem motus om-
nino intransmutabile. & non ponit hoc propter perma-
nentiam corporis cœlestis. & in de Substātia Orbis ver-
sus finem, loquendo de motore dicit, & vt sit anima non
admista materiæ, sed anima corpis æterni, ita q̄ ista ani-
ma non sit abstracta à corpore suo. & cum hoc separata
ab ipso, inquātum illud corpus non indiget ipsa: quia est
permanens per se ex oībus istis. ergo vr̄ q̄ corpora cœle
stia nō indigent in suo esse & pmanentiā motorib9 eorū.

Oppositum tamē apparet per dicta. Præterea, In fine
de Substantia Orbis inquit, q̄ dator continuationis mo
tus est dator motus cœli, & nisi ipse esset, destrueret mo-
tus: & si motus, & cœlum. cœlum enim est per motum
suum, & si motus cœli destrueretur motus entium infe-
riorum destrueretur: & sic mundus. Ex quo verificatur,
q̄ dator continuationis motus est dator esse omnibus a-
lijs entibus. Et in illo tractatu versus medium inquit. &
H debes scire, q̄ istud corpus cœleste non indiget virtute
mouente in loco semper tantum, sed largiente virtutem
in se, & in sua substantia permanentiam æternam: quo-
niam & si simplex si modo habet potentiam in se, ad cor
ruptionem tamen est finitæ actionis necessario: quia est
finitarum dimensionum & terminatum à superficie con
tinente ipsum. Et omne tale, cum intellectus posuerit ip-
sum existens per se absque eo quod largitur ipsi perma-
nentiam & æternitatem, necesse est vt ita sit de finitate
suæ permanentiæ sicut est de finitate suæ actionis i vult
dicere. Et ideo dans perpetuitatem actioni eius dat æter-
nitatem suæ permanentiæ. Vnde concludit. Et ideo ne-
cesse est in intellectu esse potentiam largientem ipsi per-
manentiam æternam, quemadmodum largitur ipsi mo-
tum proprium æternum, & non hoc tātum: sed necesse
est hic esse virtutem, quæ largitur ei motum proprium
siue actionem, quæ est æternitas inter cæteros motus, s.
motum localem in circuitu, & figurā propriam isti mo-

tui, s. sphæricam: & multa alia, quæ ponit ibidem, & in fine huius sermonis reprehendit dicentes, ꝙ Arist. non dicit causam agentem, sed mouentem tantum. Vnde sicue dicit ibidem, finis enim significat agens significatione necessaria, sicut motũ mouens. Dicit præterea contra Auicen. & Algazel, ꝙ quædam entia sunt, quorum differentiæ substãtiales sunt per motum, vel motus & cœlum & inferiora sunt huius generis, & nisi mundus esset sm hãc dispositionem, i. ꝙ sua substantia consistit in motu, mundus non indigebit Deo post suum esse. Et dicit præterea, ꝙ Aristo. videt ꝙ mundus habet efficiens, & dans motũ corporibus cœlestibus dat esse in eis, nam per motum sustentatur eorum esse. Præterea Dicit, ꝙ ipse dat vnitatem, per quam mundus est vnus. dans autem vnitatẽ, quæ est conditio requisita in esse compositi, est dans partes, sicut declarauit ibidem. declaratum est ergo, ꝙ cœlũ indiget perpetuitate & permanentia sui esse à motore, & maxime à primo. Oppositum tamen videtur ex dictis, et vtinam scirem veritatem huius. Ad hoc tñ dico, ꝙ multum differt dicere cœlum habere potẽtiam in se & in sua substantia, vel esse possibile ex se, & dicere, ꝙ non remanet esse cœli sine esse motorum. Nam sm primum modũ intelligitur ꝙ in ipsis est natura recipiens corruptionem & contrarietatem, vel ꝙ sint possibiles corrumpi sm naturas eorum, & sunt vere composita, ita ꝙ illę formæ cõstituuntur in esse per sua subiecta, recipiunt tamen perpetuitatem ab alio: & hoc est impossibile. Nam illud, quod sm suam naturam est possibile, ita ꝙ habet potentiam ad corruptionem, à nullo recipit perpetuitatem. & hoc probant rationes priores, & maxime cum sint intellecta dicta Cõmen. in locis proprijs. Secũdum autem alium modum intelligitur ꝙ de rebus necessario requisitis ad permanentiã & esse substantiæ cœli sunt eorum motores & maxime primus, sicut de necessario requisitis ad esse & permanentiam materiæ est forma aliquo modo. dixi autem aliquo modo: ipsa enim non cõstituuntur in esse per suas formas, sicut composita, neq; formę earum per ipsa: neq; in ipsis est natura recipiẽs corruptionem, & per primum continuantur in esse, nam hoc est impossibile. neq; habẽt naturam recipientem contrarietatem. & hoc probant rationes factæ in oppositum. & consydera bene in hoc, sed per declarationem maiorem verborum Commen. cum dicit, ꝙ corruptio in ipso, s. in sua substantia est impossibilis, sicut quies. Et dicit est quæstio permanens per se, & per suam substantiam: sed motus impossibile est esse per se permanens, quia hãbet oppositum, & est quies. Et dixit, ꝙ ideo dicit Philosophus, ꝙ non est timẽdum ꝙ cœlũ quiescat in aliqua hora, & non dixit ꝙ corrumpetur. & dicit ꝙ si motus cœli est æternus, substantia cœli est æterna, et non conuertitur: & dicit, ꝙ propter permanẽtiam motus cœli est necessarium nobis ponere rem aliam permanentem ex se, & hoc non indigemus in permanentia & continuitate substantiæ cœli. & in fine Sobstantię Orbis inqt. loquendo de anima cœli. & cum hęc est separata ab ipso, inquantum illud corpus non indiget ipsa: quia est permanens per se, vt positum est. Dico, ꝙ indigere motoribus in permanentia cœli dupliciter intelligiẽ. Vno modo consyderato cœlo sm suam substantiam tantum, non sm suã actionem, sed sm motum circularẽ æternum, quæ est passio eius, sequens substantiam eius, s. recipere motum circularem. Alio modo consyderato cum eius actione simili. Adhuc primus modus dupliciter intelligiẽ, aut quòd indiget dante permanentiam & perpetuitatem suæ substantiæ: quia in ipso est natura recipiens corruptionem, s. quia habet potẽtiam ad corruptionem, vt dictum est, aut quia indiget perpetuitate: quia sua permanentia non est possibilis nisi per res indigentes alio, sicut est vnitas & ordo & reliquæ dispositiones, quę non inueniuntur in ipso nisi propter primum. Motus etiam localis dupliciter consyderatur. Vno modo sm ꝙ est localis tãtum, Alio modo sm ꝙ est motus localis corporis cœlestis. Iste aũt mo-

A dus diuersimode adhuc consyderatur in respectu omniũ eius causarum, s. motoris æterni intransmutabilis omnino, & mobilis æterni, cui non inest potentia ad corruptionem & necessitatem motus localis continui illius: vel cõsyderatur sm se, non per relationem ad omnes eius causas. & tunc dico, ꝙ si cõsyderetur cœlum modo secundo, idest cũ sua actione, tunc de necessitate permanentiæ eius requiritur motor & maxime primus, nam, si passio propria rei non esset, vel actiò eius sequens substantiam eius non esset substantia eius. Et ideo causa perpetuitatis motus est causa perpetuitatis substãtiæ & permanẽtiæ eius: sm etiam modum primæ diuisionis, patet ꝙ indiget permanentia, quæ prouenit à primo, sicut declarauit. sm autẽ primam partem diuisionis, patet ꝙ non indiget perpetuitate, quia non habet potentiam ad corruptionẽ, neq; contrarium, neq; est compositum: neq; habet aliquam causam ex causis corruptionis. & ꝙ declarat hoc totum est illud quod dicit Cõmen. in Lib. d. d. quæstione. 10. ꝙ cor-

B pus cœleste apud omnes Philosophos est necessarium per alium, i. per causam. nota tñ ꝙ nõ est possibile ex se necessarium per aliud: & iam locutus sum de hoc in alia quæstione. Motus etiam localis circularis cõsyderatus absq; eius causa est possibilis: quia habet oppositum, s. quietẽ: & potentia semper est admista motui: & ideo semper indiget motore, vnde, quamuis corpus cœleste de sua natura sit in potentia ad motum, & est aptum sic ab illo motore moueri, tñ ipsum ẽ de se ens actu, & nisi esset motor haberet priuationem motus: & ideo aliquo modo resistit vt Cõmen. trac. de Vacuo. & aliquo modo non. & eius motor non potest ipsum velocius mouere. & hoc inest ei propter talem naturam illius corporis & motoris illius, s. sic moueri. Cõsyderatus autem in comparatione ad omnes eius causas est necessarius æternus, ita ꝙ non est possibile non esse, & totum hoc est clarum scientibus commẽta, & maxime Duodecimo Metaphy. vbi loquitur de Ioan-

C ne Grammatico. Et cum hæc sunt bene consyderata, soluuntur multæ difficultates. Nũc est visum mihi aggregare ex dictis Auer. illud quod est conueniens huic, s. ꝙ omnia entia depẽdent à primo. Inquit enim in sua abbreuiatione Metaphy. postq̃ compleuit sermonem de motoribus abstractis, ꝙ abstracta sunt causæ corporum cœlestiũ, eo modo quo diximus: & primum abstractorum est causa aliorum. elementa autem sunt de necessitate causata à motu corporum cœlestium: et hoc iam declaratum est in Libro cœli. Ibidem enim dictum est, ꝙ de natura motus est causare caliditatem. Ad esse aũt caliditatis sequitur leuitas, quæ est forma ignis. vult dicere sequẽs formã ignis vel ꝙ accipitur loco formæ. Et dicit vlterius, ꝙ ad priuationem motus sequiẽ oppositum, i. grauitas. & ideo ignis terminatur in concauo corporis cœlestis. terra autem est in medio propter remotionem eius à motu continentis. simplicia autem media, quæ sunt inter ignem & terram, scilicet aer & aqua: inueniuntur sm duplicem dispositio-

D nem, ita ꝙ sunt grauia & leuia: grauia respectu superiorum, & leuia respectu inferiorum: & vniuersaliter, quia esse corporum simplicium est sm ꝙ sunt contraria, causa autẽ in cõtrarietate eorum nihil aliud est nisi motus corporis cœlestis. Corpus cœleste de necessitate est efficiens eorum, & conseruans. & non tantum hoc habet corpus cœleste respectu illorum, sed etiam ponitur quasi forma eorum et simplicia respectu illius quasi materia. Inferior enim eorum perficitur per superius & omnia perficientur in fine corporis cœlestis. Et hoc iã declaratum est in Libro Cœli, corpus etiam cœleste inquãtum rotundum non potest esse sine corpore, circa quod reuoluitur & est cẽtrum. terra autem est talis respectu cœli. cum autem terra sit, reliqua elementa sunt de necessitate. ergo elementa sequunẽ esse corporis cœlestis, sicut sequuntur lapides & parietes formam domus. Et cum hoc sit ita, corpus cœleste ẽ causa esse elementorum sm conseruãs, & efficiens, & formã, et finem. Debes tñ scire, ꝙ hæc declarata sunt perfecte ab

ipso

ipso in commentis eius, & maxime in dictis de Cœlo &
Mundo: sed hic tantum supponit ista. Et ideo non multũ
insistit, cura etiam Philosophi non est de nominibus. Et
ideo postea in illo Libro ponit dicta quasi media inter di
cta sua & Auicen. Ego autem accipiam ex dictis eius qđ
est conueniens positionibus eius in commẽtis suis. vnde
vlterius asserit, ꝙ de rebus homogeneis & animatis non
indigemus in assignatione causarum eorum nisi elemen-
tis & motibus corporum cœlestium, & hoc in homoge-
neis: sed in animatis oportet ponere generãs etiam de spe
cie eorum aut aliud loco illius. Et ideo dicit Aristo. ꝙ Sol
& homo generãt hominem. Nam ista generabilia & cor
ruptibilia indigent qualitatibus proprijs & figuris pro-
prijs & determinatis, quę proueniunt à motibus diuersis
& aspectibus corporum cœlestium: & hæc mensura in
omni specie istorum nõ prouenit nisi ab arte diuina intel
lecta per se. nam istæ formę habent esse multiplex, & esse
eorum perfectum est in abstractis. Et maxime in primo,
sicut declarat Commen. in Duodecimo Metaphy. & in
alijs locis contra Platonem & Themistium & Auicẽ. &
dicit in sua abbreuiatione in loco prædicto, & qa illa cor
pora sunt viua dant vitam istis inferioribus. Nã nihil po-
test mouere materiam ad perfectionẽ animalem nisi cor-
pus animatum. Nam res attribuit alijs similem substãtię
eius, & in dicta abbreuiatione, dicit I hoc proposito post
iam superius dicta: & cum hoc sit ita, sicut narrauimus &
declaratum est de corporibus cœlestibus, ꝙ sunt causa in
esse elementorum, & sm quot modis sunt causæ eorum,
dicamus, ꝙ formæ elementorum sunt causæ propinquę
in esse primæ materiæ communis eis sm formam & finẽ
tantum. Nam materiam primam impossibile est habere
causas præter istas duas tantum. nam efficiens producit
rem dando acto vel rei actæ rem sibi similẽ & est forma,
materia autem prima non habet formam, ideo neq; effi-
ciens. vult dicere, ꝙ non habet formã, quæ sit de substan
tia vel essentia eius vel pars essentiæ, neq; habet aliã ma-
teriam: quia ipsa est prima. Ipse etiam declarauit cõmen-
to primo quarti cœli, quia res æternæ nõ habent efficiẽs,
nisi sm ꝙ est forma eorum aliquo modo & conseruans.
declarauit hoc etiam commento. 92. Secundi Cœli. Pos-
sumus ẽt alio modo imaginari materiam esse causatam.
Nam hoc nomẽ materiæ dicitur de corpore cœlesti, & de
ipsa materia sm prius & posterius: quæ autem talem ha-
bent dispositionem primũ eorum est causa aliorum. sm
hoc ergo erit materia corporum cœlestium causa in esse
istius materiæ. & causa in esse materiæ corporis cœlestis
sunt formæ eorum, i. motores abstracti, vt declaratũ est.
necessitas autem istius ordinis in illis intelligitur hoc mo
do: quia enim sunt abstracta sm esse perfectũ habent pro
ducere vel ordinentur ab ipsis alia entia: sed, quia quædã
istorum entium formæ eorum non possum esse sine sub-
iecto de necessitate est vel sequĩ esse subiecti: & esse ista-
rum formarum in materia est propter necessitatem, sed es
se eorum in se est propter nobilius. Nam esse eorum de ne
cessitate melius est non esse vel priuatione earum. & pro
pter hoc soluitur dubium accidens in esse istarum forma
rum. nam potest quis dicere, ex quo entia habent perfe-
ctius esse in rebus abstractis, quare inueniuntur sm mo-
dum minus nobilem: nisi quis dicat, ꝙ finis in hoc est esse
earum in materia: & sic magis nobile erit propter minus.
Sed nos dicamus, ꝙ esse earum hoc modo est de necessita
te aliud esse, & est, qa esse nobilius est priuatione: & ideo
esse earum est diminutum, esse autẽ earum diminutum
est magis nobile respectu priuationis, esse autem earum
diminutum & materiale est propter necessitatẽ, quia nõ
possum esse sm dispositionem perfectiorem. vult dicere,
sm ꝙ sunt in actu, quia qñ sunt in potentia, sicut dicitur,
quia forma artificialis est in potẽtia in anima artificis, vt
dictum est quæstione præcedenti, habẽt nobilius esse: in
actu autem non possunt habere maiorem perfectionem
quàm istam, s. esse materiale, & dicit vlterius, ꝙ sicut nos

E nobiliores sumus docendo alios cum habemus vltimam
perfectionem sm ꝙ est possibile eis: sic est dispositio prin
cipiorum abstractorum in esse corporum cœlestium ab
ipsis: sed formæ quatuor corporum, s. elementorum sunt
propter necessitatem, s. propter esse formarum corporũ
cœlestium. vult dicere sicut dictum est: quia elemẽta sunt
propter corpora cœlestia inquantum sunt rotunda. Cor-
pora autem propter motores eorum, vel forte, quia de na
tura illorum motorum est prouenire ab ipsis alia entia.
Dicit vlterius, ꝙ inueniuntur etiã in materia propter ne-
cessitatẽ, & quasi accidit eis necessitas duplici modo, sm
quod sunt entia, alio modo sm ꝙ sunt I materia. Causa au
tem istarum necessitatum in eis est esse corporum cœle-
stium. nam necessitas in eorum esse est esse corporum ro
tundorum, & in esse eorum in materia est esse corporum
cœlestium in subiecto, vt puto si non sit error in scriptu-
ra: ꝙ vult dicere, cum dicit in subiecto corpus circa quod
voluentur, & est centrum: & forte intelligit per subiectũ
F corpus cœleste, quod dicitur subiectum respectu formæ
abstractæ non materia: sed illud quod magis videtur sm
positionem suam est, ꝙ necessitas in essendo entia est pro
pter perfectionem motorum. nam res abstractæ & perfe
ctæ proueniunt ab ipsis alia entia, vt dictum est, & causa
in esse materiali est, quia non possunt habere perfectionẽ
nobiliorem ista: & quia necesse est esse corp⁹ circa quod
voluitur cœlum. Sequitur vlterius dicẽs, formę autem,
quæ proueniunt post mistionem elementorum & com-
plexionẽ, sicut forma vegetabilium & forma hominis,
esse eorum est propter animam intellectiuam: & esse ani
mæ intellectiuæ vel rationalis propter nobilius, sicut est
dispositio in corporibus cœlestibus: puto quod intelligit
per hoc, si per animam intellectiuam intellexit abstractũ
à materia quod ipsa inuenitur propter se, & quia habet es
se nobile, sicut reliquæ intelligẽtiæ causatę aliquo modo.
Et ideo dicit, ꝙ ens magis propinquum corporibus cœle
stibus sm nobilitatem est homo, & est quasi medium in-
G ter esse æternum & generabile & corruptibile: sed, si in-
tellexit per animam intellectiuam virtutem cogitatiuam
sequens formam materialem propriam hominis, vt vide
tur ex dictis eius, cũ dixit, & esse animæ intellectiuæ vel
rationalis etiam in materia est propter necessitatem: tunc
intelligo, per illud quod dixit propter nobile, sicut est di-
spositio in corporibus cœlestibus, ꝙ hæc anima, quæ ali-
quando vocatur intellectus, est propter animam intelle-
ctiuam, sicut corpora cęlestia sunt propter motores eorũ,
sed magis videtur mihi, ꝙ hoc est dictum Auempace de
intellectu possibili, hunc enim librum composuit ante cõ
mentum multis annis, s. totam summam Philosophiæ et
Logicæ, in qua propter breuitatẽ secutus est alios in mul
tis: innuit tamen quasi semper illas non esse firmas senten
tias. Et ideo dicit postea, ꝙ ꝓportio animæ rationalis cũ
formis inferioribus ipsa est proportio rationalis ad intel-
lectum acquisitum: & ex hoc uidetur, ꝙ ipse loquitur hic
H sm opinionem Auempace, sed sm positionem propriam,
in qua ponit ꝙ materialis intellect⁹ est æternus & acqui-
situs corruptibilis, non verificatur hoc. nam corruptibile
non est nobilius æterno & abstracto: & forte vult dicere,
ꝙ esse animæ intellectiuæ sm ꝙ est recipiens, est propter
esse nobilius hominis, s. vt homo per ipsam sit intelligens
& nobilius, & etiam propter naturam suam inest ei hoc:
sed esse ipsius sm se ipsa est propter se. illud autem quod
dixit, sicut est dispositio in corporibus cælestibus, i. qui-
bus appropriãtur motores propter melius, & vt sint no
biliora. cum autem dixit, hanc animã esse in materia, for-
te vult dicere, ꝙ ipsa attribuitur corpori, & recipit à po-
tentijs animæ materialis: & sm hoc forte intellectus acq-
situs seu in habitu, est nobilior anima intellectiua, vt ẽ re
ceptiua. Nec est remotum, ꝙ sic in aliquo abstracto non
ita perfecto aliqua dispositione prope perfectionẽ homi-
nis: & maxime qñ hoc inuenitur in ipso propter suam na
turam diminutam respectu aliarum intelligentiarum: &

fore

forte hoc inuenitur in ea secundaria intẽtione propter hominem: primaria autem propter suam naturam, quia nõ potest aliter esse, & melius est sic esse q̃ non esse omnino. Inquit vlterius. & proportio sensitiuæ ad rationalem est proportio vel habitudo materiæ: & proportio vegetatiuæ ad sensitiuam, & proportio homogenei ad vegetatiuã etiam est proportio materię: & ipsamet est proportio formæ homogeneæ ad elemẽta. & homo est illud, in quo cõiungitur esse sensibile cum eẽ intellectuali, propter quod autem inueni de anima sensitiua & vegetatiua plus vna specie. Videtur enim q̀ esse eorum est propter perfectionem, & videtur q̀ quędam earum sunt propter hominẽ, vel quædam propter quasdam. In aliquibus autem animalibus hoc non videtur. & ideo postea declarabitur, q̀ quædam etiam corrumpunt quædam per accidẽs, & propter necessitatem materiæ, sicut scorpiones & alia venenosa, quæ videntur corrumpere quædam alia, quæ si nõ sint nobiliora, non sunt minus nobilia: & dicit loquendo de solicitudine, q̀ si inuenirentur istæ res, quæ prouenũt de necessitate materiæ, à quorum esse accidit malum esse magis malum. Nam impossibile est in esse eorum magis hoc & exemplificat de igne, cuius vtilitas est manifesta, sed sibi accidit corrumpere multas res. & concludit vlterius dicens. Iam declaratum est ex isto sermone quis est modus esse rerum quarundam à quibusdam, & proportio quorundam entium ad quandam imperfectionem, & q̀ omnes perfectiones attribuuntur ad primã perfectionem, vel dicuntur per attributionem ad ipsam, & de necessitate eorum esse est causatum ab esse primi. Et declarat postea loquendo de solicitudine, q̀ motus corporum cęlestium est conditio reqsita in esse cuiuslibet rei hic productæ, & in cõseruatione illius: & magis apparet hoc de Sole, & postea de Luna. Nam declaratum est de dispositione Solis, q̀, si esset maior q̃ ẽ, & locus eius magis propinquus, ipse corrumperet vegetabilia & animalia per intensam caliditatem: & si fuisset minor vel remotior, corrumperet illa propter intensiones frigiditatis, & videtur hoc etiam, nam res, per quã Sol agit caliditatem, sunt motus eius vel retractio radiorum, & multa sunt loca, quæ non sunt habitabilia propter nimiã caliditatem & nimiã frigiditatem. & videtur etiam hoc. Nam, si non haberet circulum obliquum, non esset hic ver, neq; ęstas, neq; autumnus. Et clarum est, q̀ ista tempora sunt necessaria in esse vegetabilium. & dicit præterea, q̀ si non esset motus diurnus, nõ esset dies neq; nox: & eẽt medietas anni nox & medietas dies, & tunc res corrumperentur in die propter caliditatem, & in nocte propter frigiditatem: postea ponit actiones Lunæ, & dicit postea, q̀ hęc est dispositio aliarum stellarum & corporum eorum ipse enim procedunt s̃m distantias determinatas ad Solem. Et ideo dicit Arist. q̀ motus eorum est s̃m motum Solis: dixit autem hoc, quia videntur sequi motum eius, & quærunt quasi assimilari sibi. Et ideo debemus hoc accipere ab Astrologis. Et vlterius inquit, sed propter nobilitatem istorum corporum cęlestium, sicut multoties diximus, non videtur q̀ solicitudo vel cura eorum sit prima intentione propter ista inferiora, & si non res æterne essent propter corruptibiles, & magis nobile propter minus nobile: sed quia acquirunt istam æqualitatem & ordinem in motibus eorum per illud, quod intelligunt de substantia principiorũ eorum. vult dicere, cum sint considerata, inquãtum sunt animata & habẽtia intellectum, sicut iam dixi: principia autem istorum acquirunt hoc à primo principio, quod ẽ Deus, & ipse est causa in esse rerum super terram & omnium hic existentium, quod est bonum simpliciter est ab ipso. Hoc est quod visum est mihi Heliæ de creta hebreo aggregare ex dictis philosophorum fideliter recitatis in hac nobili quæstione. Et si Deus prolongauerit vitam et bona fortuna successerit, dicam magis prolixe in istis rebus nobilibus &c. si quid tamen dictum sit contrarium legi non mirum est: quia tantum intentiones Philosophorum secundum fundamenta eorum dicere volui. scitur. n. q̀ via legis, cui magis creditur, alia est à via philosophica. Finis huius opusculi factum est Venetijs in. 1480. secundum numerum latinorum.

Anni tpa diuersa quãtũ necessaria sint.

QVAESTIO DE ESSE ET ESSENTIA ET VNO.

Cum essem Perusij cum doctissimo comite magnifico domino Ioãne mirandulano philosopho clarissimo, multa de esse & essentia & vno diximus: quia tamen positio Commentatoris circa hoc quoq; modo occulta est, nullibi complete posita: ideo hęc pauca aggregaui magis declarando q̃ disputando: & maxime quia cum bene dispositis tantum loquendum est de his.

Quænam sit unius natura, & quomodo ad ens seu decem prædicamenta se habeat.

B Circa id quod dicit Commentator commento. 3. Tertij Meta. contra Auicennã de vno, Nota q̀ Auicenna credidit vnũ sicut & ens esse quoddam accidens reale non solum in p̃dicamentis accidentium, sed in p̃dicamento substantiæ, ita q̀ vnum semper significat accidens realiter additum enti. Cuius ratio est primo. nam, si vnum in numero seu numero significat in accidenti accidens, & in substantia substantiam: numerus esset compositus ex accidentibus & substantijs, & nõ ingrederetur sub vno genere, & à fortiori sub prædicamento quantitatis. hoc autem est falsum. Præterea si poneret̃ significare substantiam tantum, sequeretur ex hoc aliud falsum, s. q̀ substantia existit in accidentibus, ex quo de aliquo accidente demonstrato dicitur ipsum esse vnum numero. vnde concludit, q̀ est unum accidens dictum vniuoce de omnibus decẽ generibus non s̃m prius & posterius, & q̀ hoc vnũ est vnum numerale, seu ex quo componit̃ numerus. Hoc C confirmat sic, quia in quibusdam manifeste apparet q̀ significat accidẽs. verbi gratia, cũ dicimus de aliqua aqua esse vnum numero: hoc enim est accidẽs in aqua. & ideo aqua remanet aqua siue sit diuisa, siue non, eo modo quo accidẽtia succedunt in subiecto vnum post reliquum præter corruptionem subiecti. manifestum est enim bene dispositis, q̀, cum aqua diuiditur, in quãtitate tamen in qua potest stare eius forma, nõ corrumpitur illic aliqua aqua nec generatur per acquisitionem nouæ formæ substantialis vel per corruptionem. aqua enim existens corpus homogeneum, non determinãs sibi figuram per se modo declarato in Libro Cœli, nec organice habens formam extensam non corrumpitur in tali diuisione: sed illæ, quæ prius fuerunt partes coniunctæ, nunc non sunt partes. vnde per diuisionem vniuersalis substantiæ factæ sunt duæ: non tamen aliqua forma quæ non pręfuit acquiritur nec corrumpitur in diuisione, immo eadem pars formæ, quæ fuit in vnaquaq; parte aquæ, remanet, separata tamen ab D alia: & simile accidit in quibusdam animalibus, in quib' anima est quasi vna s̃m formam non s̃m numerum, vt dicit Philosophus & Commentator in commento penultimo & vltimo Primi de Anima. & in secundo commento secundo illic ponit, q̀ talis anima est quasi vna in forma, & in actu plures in potentia: & hoc manifestum est, sed dixi hæc, quia quidam dicunt aliter contra intẽtionem Cõmentatoris & Auic. hic: & contra veritatem notã. Pręterea ipse arguit, vt dicit Commẽtator in dicto commento, quia hoc nomen vnum est nomẽ denominatiuum, seu concretum: ista autem nomina significant substantiam et accidens. Præterea ipse arguit, si vnum non dicit dispositionem additam substãtiæ, rei, tunc idem esset dicere hõ est unus, & homo est homo, vt dicit Commentator commẽto. 9. Decimi Metaphysicæ. Pręterea ipse credidit, q̀ vnum dictum seu inuentum in omnibus pręedicamentis est illud, quod est principium numerorum seu eiusdẽ generis: numerus autem est accidens, quia est de pręedicamento

to quantitatis. ergo vnum significat accidens in entibus:
& ideo opinatus fuit ꝙ vnum nō est idem quod ens, seu
non est idem cum prædicamentis: ex quo enim est acci-
dens de prædicamento quantitatis non possunt esse ipsa-
met prædicamēta. vnde concludit, ꝙ est accidēs commu
ne omnibus prædicamentis, de quibus omnibus dicitur
seu prædicatur. vnde & ipse Auicen. putauit ꝙ multitu-
do, quæ ponitur in genere numeri, cum dicitur, ꝙ nume-
rus ē multitudo vnitatum. est vnum cū numero & ideo
dixit, quō multitudo potest esse genus numeri & ipsa est
numerus met. nam multitudo in eo ꝙ multitudo diuidiť
ad talem & talem multitudinē, sicut numerus diuiditur
ad talia & talia numerabilia, s. sensibilia. vnde ipse puta-
uit ꝙ omnis multitudo est multitudo numeri de prædica
mento quantitatis, sicut credidit, ꝙ omne vnum est vnū
de prædicamento quantitatis: cui obijcit Commentator
in multis locis in dicto commēto & in cōmen. 8. Nont. &
in media sua expositione: quē locum dominationi vestrę
traduxi, et in alijs locis. primo enim contradicit ei in hoc,
ꝙ ipse credidit, ꝙ omne vnum significat accidens. secun-
do in hoc, ꝙ credidit ꝙ omnis multitudo est multitudo
de prædicamento quantitatis. tertio in hoc, ꝙ credidit ꝙ
vnum significat accidens semper. quarto in hoc, ꝙ credi
dit ipsum significare accidēs commune omnibus decem
prædicamentis, quod dicitur vniuoce de ipsis, vt saltem
sequitur ex dictis eius, immo videtur, ꝙ etiam vnum, qđ
est principium numeri, non dicitur uniuoce de omnibus,
de quibus dicitur, immo ſm prius & posterius, nisi saltē
ſm magis famose & minus, vt apparet ex distinctione
vnius numero, & vt postea apparebit: ex quib⁹ sequitur
quintum, s. ꝙ Auicen. male dixit in hoc, quod credidit ꝙ
vnum, quod est principium numeri de pdicamento quan
titatis, de quo cōsyderat Arithmeticus est idē cum vno,
de quo cōsyderat Metaphysicus: vnde hoc fuit causa sui
erroris. sexto contradicit ei in hoc ꝙ credidit ꝙ vnum sit
accidens reale in entibus, dato ꝙ non sit anima. hoc enim
nō est verum, saltem de vno, quod est principium nume-
ri: de quo ipse errauit, & credidit esse vnum accidens cōe
vniuocum. vnde, vt innuit Commentator in locis præal
legatis, & vbi loquiť de significatione vnius numeri mul
tipliciter dicitur. dicitur enim numerus numerale pri⁹ &
famosius de continuo, sicut dicitur vna linea & vna supfi
cies: dicitur etiam de corporibus homogeneis, quæ conti
nuant dispositionem aliquam in eis, & isto modo dicim⁹
de aqua demonstrata ꝙ est vna aliqñ. quādoq; autem di
citur vnum de colligatis & de continuis, & maxime de
colligatis ſm naturam, vt manus & pes: posterius autem
isto dicitur de colligato per artem, sicut dicitur de vna do
mo: dicitur aliqñ de vno indiuiduo ſm formam sicut Pla
to & Cicero, & de illo ꝙ est primum indiuisibile, & vni-
uersaliter omnia, de quibus dicitur vnum continentur in
quatuor vt dicit Commentator primo cōmento Decimi
Metaphy. multa tamē dicta apparēt diuersa in istis: quæ
omnia à sapientibus bene intelliguntur. de his enim om-
nib⁹ dicitur vnum numero famose, & vniuersaliter apud
multos significat has res ſm ꝙ ipsę sunt distinctæ ab alijs
& indistinctę in se: & ex his abstrahit intellectus intētio-
nem vnius seu vnitatis, quę est omnino indiuisibilis, quæ
est principium numeri: ex cuius multiplicatione fit quan
titas discreta absolute, quę est numerus. Istud aūt vnum,
sicut & iste numerus, est quoddam accidēs factum seu fa
bricatum per operationē intellectus: & iste est numerus,
qui est de prędicamento quantitatis, de quo consyderat
Arithmeticus. ipse. n. consyderat de uno, ſm ꝙ est vnum
tantum abstractum à subiecto. vnum autem non nume-
ro dicitur etiam multipliciter, vt dictum est in loco suo.
vnum autem, de quo consyderat Metaphysicus est syno
nymum enti, & dictum analogice. de quo dicit Philoso-
phus & Commentator, ꝙ est idem cum ente, & non dif-
ferunt nisi quodammodo: vnde ambo significant vnam
naturam, modis tamen diuersis. vnum enim, de quo con

E syderat Metaphysicus dicit ens cum priuatione diuisibi
litatis suę substantię & quidditatis, ens autem non dicit
priuationem diuisibilitatis. vnde vnum, de quo consyde
rat Metaphysicus dicitur analogice de decē prędicamen
tis, s. de vno in substantia & de vno in quātitate, quod est
principium numeri, & sic de alijs prędicamentis: vnde di
cit Commentator. vnum, quod est principium numero-
rum, est ex entibus, de quibus dicitur hoc nomen vnum,
licet sit magis dignum huius, i. hoc nomen vnum, quod ē
analogum ad decem prędicamenta, & tāquam genus ip-
sorum, non tamē vniuocum dicitur magis digne de vno,
quod est principium numeri quantitatiui, qui est aliquid
decem prędicamentoꝝ, de quo dicitur hoc nomen unum
analogice: quia ipsum est vnum omnibus modis, immo
magis debet dici vnitas, quę vnitas siue vnum inter oīa
de quibus diciť, vt dictum est prius, dicitur de primo in-
diuisibili in vnoquoq; genere. quomodo autem vnum,
quod est analogum ad decem prędicamenta inuenitur in
F omnibus prędicamentis, & quod non est accidens addi-
tum substantijs ipsorum, declaratum est à Commentato
re in locis prędictis & alijs vnum enim quod est synony-
mum enti, siue ens, accipiendo ens seu esse pro illo, quod
est tanquam genus, cui opponitur priuatio, non pro illo,
quod dicitur in propositionibus de secundo adiacente: et
etiā copula in alijs propositionibus, seu hoc verbum est,
quod idē significat quod verum, s. ꝙ sicut intellectus in-
telligit illam rem, ita est extra animā: & vniuersaliter est
de secundis intentionibus, seu est synonymum, non ꝙ est
quoddā accidens rerum, s. ꝙ eorum esse in anima est con
ueniens ei, quod est extra animam esset additum substan
tię rei, s. accidens, vel hęc dicuntur vniuoce de decem prę
dicamentis, vel analogice seu ſm prius & posterius vel
omnino ęquiuo. non omnino ęquiuoce: quia talia non
habent vnam definitionem, neq; vniuoce, neq; ſm prius
& posterius: neq; etiam habent subiectum essentiale seu
per se, neq; habent prędicata p se, quibus diuiduntur pri-
G ma diuisione, & non mediate, vt dicitur, ens aliquod est
in potentia, aliquod in actu & similia. neq; dicitur de eis
vniuoce: talia enim, si essent vniuoca cum alijs dispositio
nibus, quas etiam habent, essent genera decem prędica-
mentorum. impossibile autem est vt sit vnum genus vni
uocum substantię & reliquis prędicamentis, cum sint na
tura omnino & totaliter diuisę: ergo hęc dicuntur analo-
gice: ergo significant substantias prędicamētorum. nam
ista sunt, quæ dicuntur seu significantur ſm prius & po
sterius. vel prædicamenta haberent alia prędicamenta, s.
ꝙ esse, quod est accidens in substātia, est prius, & in alijs
est posterius, sicut ipsa, s. ꝙ esse in quantitate proportio-
natum esse in qualitate, sicut quantitas ad qualitatem &
similiter in substantia: hoc igitur accidens dicitur analogi
ce, s. quod tale accidens in substātia est habitudo eius ad
tale accidens in quantitate, sicut est proportio substantię
ad quātitatem, & similiter in alijs: & ſm hoc tale accidēs
H in substantia est in quantitate, quantitas: & sic erunt istis
prędicamentis alia prædicamenta, & idem etiam contin
git de istis: & si sic, esset processus in infinitum. confirma
tur, si essent vniuoca & genera, sequeretur, ꝙ substantia
esset pars accidentis, vel accidens pars substantię. nā ista
vel sunt substantię, vel sunt accidentia. Et sequeretur, ꝙ
substantia & accidentia non essent entia: & si dicatur, ꝙ
ista sunt vniuoca non tamen genera, nam sunt accidētia,
hoc est falsum. nam res superior prędicabilis, de quibus-
dam vniuoce est genus, & maxime quando respondetur
in quid: & hoc est notum. esset igitur accidens genus sub
stantię. si est accidens, & sequereť quod accidens esset prius
substantia: nam primum quod est in re est esse. Et etiam si
diceretur, quod est accidens sequens, quō est possibile qđ
ex numeris ita diuersis fluat vnum accidens vniuocum?
siue enim sit prius siue posterius, impossibile est vnum ac
cidens vniuocum esse omnibus prędicamentis. ex diuer-
sis enim ſm quod diuersa omnino non prouenit vna res

vniuoca per se. vnum enim accidens vnam naturam aliquo modo sequitur, saltem per se, sicut vnus effectus per se ab vno agente aliquo modo. Alias multas intentiones fecit Philosophus & Commentator in multis locis: videas, non enim vere est intelligibile essentiam esse, non dico in potentia vel in anima sine existentia, sicut oportet istis extraneæ intelligentibus dicere omnino. bene enim possibile est imaginari vere essentiam esse in potentia sine existentia illius in actu, sed in potentia vere. accipiendo autem esse pro vere, aliter est dicẽdum. Ex multitudine autem talis vnius analogice dicti causatur multitudo in vnoquoq; prædicamentorum, sicut ex multiplicatione vnius, quod est principium numeri, & est vniuersale commune, de quolibet de quo dicitur hoc nomen vnum causatur numerus, qui est de prædicamento quantitatis. aliquod vnum autem quod est subiectum istius vnius, s. synonymum enti, quod etiam dicitur analogice, non est aliud nisi decem p̄dicamenta, s. res vnæ, quæ sunt in vnoquoq; prædicamẽto notæ in suis locis: & sicut quodlibet ens per se est vnum & è conuerso, & idem diuersimode significant, ita vnum verius, & prius dicitur de primo in vnoquoq; genere, quod est indiuisibile in illo genere, vt dictum est, siue hoc sit naturaliter, vt in substantia principium substãtiæ, s. Deus, & in qualitate album dicitur cõmento septimo decimi, siue ex constitutione, vt dictum ẽ locis suis. Similiter simile est quærere primum ens in vnoquoq; genere, & primum indiuisibile in vnoquoq; genere, sed tantum differunt in modo: quælibet autem res cuiuslibet prædicamenti est vna non omnino indiuisibilis, nisi vnum quod est principium numeri, quod magis debet dici vnitas: vnum autem tale omnino indiuisibile, quod est principium numeri, non est in actu, nisi in anima, & per animam, extra animam autem est in potentia: sic vnum enim indiuiduum, s. substantiæ, verbi gratia non est omnino indiuisibile, sed est vnum indiuisibile in sua substantia in tali genere, & ipsum, vt sic, est in potẽtia, s. à quo abstrahit intellectus vnum & actu omnino indiuisibile, quod est principium numeri, & aliquod tale vnum in potentia non est accidens illius substantiæ, immo est ipsa eadẽ substantia accepta fm indiuisibilitatem substantiæ eius, & quidditatis. dixit autem aliquod, quia nõ omne vnum in potentia vnitas in ipso non est accidens, ut dicam. & similiter est in alijs p̄dicamentis, & vnum in potentia est subiectum vnius, quod est principium numeri, subiectum s. circa quod, vel de quo dicitur: non tamen de ipso verificatur quod est vnum omnino indiuisibile. s. omnibus modis: est etiam subiectum, à quo abstrahit intellectus, vt dictum est. vnde Commentator non omnibus modis dicit vnum esse idem cum ente: sed tale vnum synonymũ enti dictum analogice, quod est indiuisibile in quoquoq; genere seu specie, s. indiuisibile fm suam substantiam & quidditatem, i. fm illam naturam, fm quam dicitur ens. verbi gratia, in humanitate & in asineitate: & sic de alijs, quod vnum non dicit accidens seu rem additam enti seu substantiæ illius, sed tantum addit priuationem diuisibilitatis substantiæ illius, seu quidditatis. vnde tãtum ens dicit cum illa priuatione, quæ priuatio nõ est res addita præter naturam illius seu essentiam, sed intellectus intelligit illam rem cum illa priuatione, seu illam rem, vt in ea est illa priuatio, i. intelligit ipsam vere non diuisibilem illo modo, ita q̄ vnum in quãtitate seu in natura quantitatis idẽ est cum ente in quantitate seu quanto: & similiter ens in substantia est vnum in substãtia: & ens in homine seu hõ est vnus homo seu vnum in homine: & sic de alijs. differunt tamen modo dicto, & vniuersaliter ens substãtia est vna substãtia: & similiter de alijs. si enim per ens substantiam intelligimus genericam, per vnam substantiam etiã intelligimus vnã fm genus, i. non diuisibilem fm substantiam generis: similiter si intelligimus per ens substantiam specificam vel indiuidualem, intelligimus per vnam fm speciem vel indiuiduum. s. indiuisibilem fm substantiam

E speciei vel indiuidui, & simile est de alijs prædicamentis. vnde tale vnum sic synonymum enti dicit Commẽtator non esse accidẽs, certum enim est q̄ alijs modis vnum est accidens seu non est in substãtia idem cum illo, de quo dicitur. vt verbi gratia. vnum fm locum, vel vnum in contiguatione, vt cum dicimus hoc est vnum contiguum, & similiter de alijs similibus, vt verbi gratia. vna aqua fm continuationem. similiter vnum de prædicamento quantitatis suo modo. vnde postea, s. indiuiduum de prædicamento substantiæ, est indiuisibile fm formam, s. q̄ non diuiditur in formis diuersis numero, s. diuersis indiuiduis: similiter homo seu natura & species humana est indiuisibilis in humanitate, & tamen diuisibile fm quantitatem: et simile est de reliquis. similiter autem vnum fm formam, s. vniuersale non modo sibi conuenienti, & alia de quibus dicitur vnum fm indiuisibilitatem suæ substãtiæ. vnum autem commune, quod est principium numeri, est omnino indiuisibile, vt dictum est: & ideo magis vere dicitur,

F hoc nomen vnum dictum est analogice de ipso: vnum autem quod dicitur de aliqua parte aquæ, quæ postea diuiditur & non corrumpitur, non dicitur vt sic vnum, s. q̄ ẽ synonymum enti aquæ fm priuationẽ diuisibilitatis suæ substantiæ & quidditatis, sed talis naturæ: & ideo tale est accidens, quia non dicit priuationem diuisibilitatis suæ substantiæ seu naturæ, s. aquæ fm modum, fm quem dicitur ens, verbi gratia ens aquæ, sed dicit priuationem diuisibilitatis fm quoddam accidens, vt dictum est. vt verbi gratia fm talem continuitatẽ vel hmõi vnum. Simile autem est in reliquis similibus: vnum autem quod est principium numeri assimilatur vniuersali fm q̄ ipsum est nõ materiale. assimilatur autem particulari fm q̄ est vnum indiuiduum in anima, & fm q̄ accidit ei multitudo indiuiduorum, vt numerus: & ipsum non est vna natura vniuoca in omnibus, de quibus dicitur vt forma uniuoca: & forte etiam vnum quod est synonymum enti quodammodo assimilatur particulari & quodãmodo vniuersali.

G & tu quære modum. & ex istis patet solutio omniũ, quæ bene dicta sunt per Auicẽnam in hoc. Omnia enim quasi procedunt ex corrupta imaginatione: quia ipse nõ distinxit de vno quod est principium numeri: & de vno quod est synonymum enti: quod dicitur analogice. & credidit ambo esse accidentia, seu de prædicamento quantitatis, s. significant accidens, vt dictum est. id autem, quod dicit, q̄ vnum est nomen denominatiuum, nihil est. vnde vnũ in quantitate, vt dictum est, magis debet dici vnitas. in alijs autem dictum est, q̄ ipsa non sunt omnino indiuisibilia omnibus modis: & ideo dicuntur vnum nõ vnitas. dato etiam q̄ hoc nomen sit denominatiuum, hoc nõ nocet: quia est nomen artificiale acceptum ac si esset abstractum. Id autem, quod dicit Auicen. contra definitionem numeri, in qua ponitur multitudo, solutio est manifesta, nam iã dictum est, q̄ multitudo absolute sumpta vniuersalior est vno numerali, quod est principium numeri. dic-

H tum enim est, q̄ vnum & multitudo inuenitur in vnoquoq; prædicamento, & dato q̄ esset, ut ipse dicit, adhuc possumus imaginari numerũ, ac si ipse esset species de speciebus rerum numeratarum, & erit multitudo genus eius, & aliarum rerum multarum: & hoc non est impossibile per operationẽ animæ, sed hoc accidit numero, fm q̄ ipse est actio animæ in numeratis. Id autẽ, quod dicit Auicenna in quibusdam suis dictis contra definitionem vnius et multitudinis, quia vnum, quod accipitur in definitione multitudinis, est numerus, & vnum definitur seu cognoscitur per priuationem multitudinis in ipso: vnũquodq; igitur istorum duorum accipitur in cognitione seu definitione alterius, & ẽ quasi petitio principij: solutio aũt huius apparet ex his, quæ notaui uobis de mente Commentatoris in definitione relatiuorum, & hæc sufficiunt ad p̄sens: & fortasse, si Deus prolongauerit vitam, forte aliquãdo ero vobiscum & declarabo hæc omnia demonstratiue, & ad quod dicit Cõmentator de ente, seu de esse contra Auicennam,

cennam, si illa, quæ iam dixi nõ sufficiunt. Hoc autem q aliquis possit dicere contra hoc, quomodo posuit numerum, ex quo est per operationem intellectus, in prædicamento quantitatis, iam solutum est in eis, quæ notaui vobis iam ex media sua expositione. dictum enim est, q in prædictis locis loquitur de rebus, sm q ipsæ sunt famosę & magis notæ vobis, non in se. vnde in quantitate etiam ponitur pręteritum temporis, & ipsum non est nisi p operationem intellect⁹, & quæ dicta sunt de vno, & de ente, seu esse à Commentatore: est scientia Philosophi expresse in Decimo Metaphy. textu commenti octaui. & maxime sm traductionem latinã, in arabica enim non ita manifestum est, quamuis quasi idem dicunt: & vide Duodecimo Metaphysicæ. textu commenti. 19. dictum Philosophi, qm̃ inuenitur extra substantiam &c. quamuis non sit totaliter ad propositum. & vide etiam de analogia istorum. Commentum. 19. & 20. & 21. 22. & 10. Secũdi. & intellige rationes Philosophi & Commentatoris illic bene, s. in Octauo Nono Decimi Libri, & hæc sufficiunt Illa autem, quæ dicunt quidam latini contra Commentatorem in istis, nihil sunt, & omnia faciliter franguntur intelligentibus distinctiones horum nominum bene, & ea quæ insunt vnicuiq; significationibus istoꝝ. Vnde sciendum, q esse, sm modum loquendi Commentatoris, dupliciter ad propositum accipitur tãtum. Vno modo pro esse, quod idem est q eos, quod est tanquam genus decẽ prędicamentorum. Alio vero modo, si est synonymum, vt dictum ese primo modo &c. id est, q res differunt tantum modo quodam, quia res non connotat existentiam actualem vel potentialem, esse autem sic, s. vel actualem vel potentialem, & diuiditur ad substantiam & accidens & in actum & potentiam, cui opponitur priuatio: & sm istũ modum intelligitur quæstio Philosophi Primo Physicorum. cum autem dicimus substãtiam esse, intelligitur sm alium modum, s. vt est synonymum vero: aliter esset aliqua nugatio. cum autem dicimus substantia habet esse per se, seu est ens per se existens, accipitur ly esse seu ly ens per id quod est tanquam genus. & talis descriptio aliqualiter, sed non perfecte, facit cognoscere rem & multę tales descriptiones fiunt in sciẽtijs: esse autem primo modo prius est natura vel causa, esse secundo modo sequitur esse primo modo: intelligitur hoc quod dicimus substantia habet esse per se, accidens autem habet esse sm q habet esse in alio, quod est seu habet esse p se, esse autem pro vero modo dicto conueniunt omnia prædicamẽta æqualiter. & tale, vt dictum est, constituitur per operationem intellectus, & talis cognitio præcedit cognitionem quidditatis rei, s. q non quærimus naturaliter procedendo cognitionem quidditatis rei donec sciamus ipsam esse extra animam in actu vel potentia, sicut est in anima: cognitio tamen quid nominis præcedit hanc, accipiendo autem esse secundo modo, significatum eius est aliud à quidditate seu essentia, & tali modo potest quis cognoscere quidditatem, non dico quidditatẽ esse, & ignorare esse rei secundo modo accepto. cum autem intelligitur p esse id quod intelligitur per rem, est tanquam genus dictum sm prius & posterius: & per hæc solui possunt omnes difficultates vnde id, quod quidam dicunt probando q esse differt ab essentia, seu q est existentia, & aliud ab istis duobus modis, nihil est. dicũt enim, q quãdocunq; sunt aliqua duo, quorum vnum affirmatur de aliquo à quo alterum negatur, illa sunt diuersa: sed quidditas dicitur de aliquo, s. de rosa non existente, & ab ipsa tamẽ negatur esse. ergo &c. & alias similes rationes ponunt: sed certe ex malo intellectu huius rei procedunt. nam quidditas & essentia, quod est idem q res & esse, q est tãquam genus, vel est in actu vel in potentia. vt dictum est. similiter esse vel accipitur primo modo, vel secundo: & si primo modo, uel in potentia vel in actu: & tũc manifestũ est, q, si accipiatur essentia in actu, de quacunq; re dicitur, de ipsa etiam dicitur esse in actu primo modo. & si dicitur essentia in potentia, si-

E militer & esse primo modo: vnde quidditas in actu est esse tale in actu & quidditas in potẽtia, potentia est tale esse en potentia primo modo. manifestum igitur est, q nõ est alius modus esse præter hos, quos Commen. posuit. existere autem in actu est quidditas & tale esse primo modo in actu & quidditas in potentia est existentia, & tale esse in potentia, si vocari debet existentia, cum sit in potẽtia, ita q per illam naturam & per quam est ens & quidditas seu essentia, per illam existit siue in actu siue in potentia: non q sit hic aliquod accidẽs per quod res seu ens existit seu habet esse in actu vel potentia sm primum modum. esse autem secundo modo, quod est per operationẽ intellectus, q differt à q̃dditate, est id quod negare possumus & etiam ignorare nota existente quidditate. id etiam, qd dicunt, q quidditas dicitur de rosa non existente, vel intelligunt q dicitur esse in rosa siue in potentia siue in actu vel non, si intelligunt quod dicitur esse in rosa, tunc manifestum est q esse secũdo modo dicitur de ipsa in actu vel

F in potentia. si non, non bene est intelligibile id qd dicunt dr̃ de rosa: & de his nolo plus ad præsens prolongari magis: quia videtur mihi q hæc sufficiunt, & maxime tibi.

HELIAE CRETENSIS

PHYLOSOPHI, ET MEDICI, IN DICTIS AVERROIS SVPER LIBROS PHYSICORVM CLARISSIMAE ADNOTATIONES

Intentio Auctoris.

G 

Vm voluerit Comes Illustris dominus Ioannes della Mirandula habere aliqua, quæ circa Librum Physicorũ mihi apparent, hoc nullo modo negare potui. Ipse enim vere est virtuosissimus, naturaliter dispositus ad recte Philosophandum, immo iam dignissimus existit Philosophus, & hæc fuit causa, vt aliqd de eis scriberem. Quãuis enim pauca breuia & forte obscura sint, ipse suo clarissimo intellectu hæc & obscuriora intelligit. Siquis enim ex se intelligere potest, immo inuenire, aliorum dicta faciliime cognoscit. Et ideo ego Helias hebreus cretensis volui hæc aggregare. hæc tamen quidem non sunt bona nisi sibi & eis, qui ei assimilantur, qui pauci sunt. Præsupponendo tamen multa dicta modernorum, quæ tamen omnia clara sunt ei, quæ omnia debent ordinate videri, aliter erit quædam confusio. In istis tamen omnibus loquor vt Philosophus non aliter: via tamen legis quæ firmior

H est, est alia &c.



Irca procemium, vbi dicit, q quædam scientiæ speculatiuæ sunt pp exercitium &c. *Auer. I. poemio primi physicorũ.*

Si textus est rectus sic intelligitur, q quædam scientiæ speculatiuæ sunt propter exercitationem intellectus, s. vt intellectus exercitetur, & acquirat habilitatem intelligendi & recte intelligendi in scientijs speculatiuis, quæ sunt propter scire & perfectionem intellectus tantum: vt Naturalis & diuina, quæ sunt de speciebus & rebus à natura intentis, non sũt sic sunt mathematicæ. Quòd autẽ scientiæ mathematicæ saltem quædam sint tales, & quod sunt quasi tanquã Logica, & maxime apud antiquos non habentes Logicam saltem complete, declaratum est à Platone in suo de Regimine ciuitatis: & ab Auerroi in commento vnius libri, quem traduxi vobis de hebraico in latinum: & iam dixi de hoc in quæstione mota de possibilitate continuationis in fine. Item in codẽ vbi dicit, Sed vsus quo vtitur enthymema

De inductionis vsu i demonstratiuis scientiis.

memate & inductio &c. Nota quod dialectic⁹ vtitur inductione inferendo vniuersalē à multis, vel ab omnibus indiuiduis, vt dictum est in Secundo Priorum, & hoc facit per se ex inductione. In hac autem scientia non vtitur tali modo inductione. Inductio enim ingressum habet in scientiam demonstratiuam hoc modo, verbi gratia. Nos videmus hunc hominē esse animal rationale, & hunc: & tunc intellectus cognoscit prædicata inesse subiecto per se, & q est habitudo essentialis et necessaria inter subiectum et prædicatum, & facit tunc propositionem uniuersalem, et hæc vniuersalis aliquādo acquiritur ex cognitione vnius indiuidui tantum, vt aliqualiter dicit Commentator Secundo huius. vbi Philosophus dicit, q hirundo facit nidum propter finem. Aliquando multorum vt bene declarat Commentator Secundo Posteriorum, cōmento. 104. & 106. vnde nō acquiritur vniuersalis in scientia demonstratiua per se ex inductione. Nam verificatio vniuersalis est propter habitudinem essentialem prædicati & subiecti: & hæc dicta sunt à Commentatore in Libro Topicorum, in Primo vel Secundo quem non habetis traductum. Et per iam dicta patet etiam, quòd dicit de enthymemate: nam aliquando ex vno indiuiduo seu specie acquiritur indiuiduum vniuersale, vt exemplificaui de hirundine. Verum est etiam quòd inductio topica enthymema ingressum habent in scientias demonstratiuas, nō ad probandum ignotum naturaliter, sed ad declarandum notum per se: quod tamē indiget modicula declaratione. Sed hoc non intendit hic Commentator, vt intelligens intelligere potest.

Com. 1.

COmmento primo vbi dicit Commentator sed quædam consyderant de causa formali tantum, s. Mathematicæ: & quædam de tribus causis, s. de motore, fine, & forma, & est scientia Diuina. Circa hoc notandum est illud quod dicit Commentator commento. 5. & 6. Duodecimo Metaphysicæ. nā ibidem declaratum est, q Metaphysicus declarat q prima substantia abstracta est forma, finis, & efficiēs, seu motor. p̄terea declaratur in Duodecimo, quomodo mouet, & q mouet tāquam amatum & desideratum. Et videtur mihi q translator errauit, & accepit loco ly efficientis motorem. Vnde in Primo suæ summæ Metaphysicæ dicit, q id quod declaratum est in Scientia Naturali sunt duæ causæ vltimæ tantum, s. materia, & mouens, & remansit sup ipsum hic declarare causam finalem, & formalem, & efficientem. nam iam ponit q differentia est inter motorem & efficientem: nam motor dat moto motum tantum, efficiens autem dat formā, propter quam est motus. Hæc sunt verba eius, & vult dicere, vel proprie vel metaphorice, vt dixit in quæstionibus de motore & efficiēte. in istis autem inferioribus vere, mediante tamen motu & agentibus proprijs propinquis, in alijs aūt metaphorice, vt illic dictum est. & Commentator etiam illic hoc dixit aliqualiter, non tamen declarat Primus Philosophus substātias separatas esse, neq; primum motorē esse, neq; hoc est possibile, nisi naturali per motum. nam substantias esse separatas non possum⁹ probare nisi per motum æternum, vt declarat Philosophus Octauo huius, neq; per rationes Auicen. probatur aliquo modo primum motorem esse separatum, immo, si aliquid concludunt non concludunt nisi primam causam esse, non tamen esse separatum, & maxime apud ponentes coelum esse simplex, non compositum ex materia & forma dante ei esse, vt est intentio Philosophi, & est veritas: nisi diceret quis, q omne quod mouetur ab alio mouetur: sed tunc medium esset motus. & vide rōnes eius. neq; etiam per rationem Auic. probatur primum motorem esse, & maxime eo modo quo formauit ipsas Auic. nam propositio dicens, q quodlibet ens vel est necessarium vel possibile siue causatum vel non. Si intelligit per possibile verum possibile, s. materiale seu q existit potentialiter in materia, tunc propositio est vera. Sed tunc ipse probat hoc de necessitate per motum. Nam, quando di-

A cit, q possibile indiget causa, est ac si diceret, indiget mouente seu transmutabilitate producente ipsum de potentia materiæ ad actum: ex quo per possibile intelligit materiale, vt dictū est. Præterea, quomodocunq; sit, hoc adhuc non probauit per istam rationem primam causam esse, immo potest quis dicere, q non inconuenit in quibusdam causis processus in infinuum. ego enim sum à patre meo, & ipse à suo, & sic in infinitum. Et si intelligit p possibile vel causatum illud, quod est omnino sua natura priuatum seu priuatio, & producitur totaliter ab agēte, i. nō ex subiecto, tunc illa sua propositio est falsa: & adhuc dato q sit vera non deducit per hoc nisi ad causam necessariam, non ad primam, sed necessariam ex alio. Possum. n. dicere q sunt causæ infinitæ necessariæ non habentes primam, & quamuis hoc est falsum, tamē Auicen. non probauit hoc: nota tamen q quomodocunq; sit hoc Metaphysicus non potest probare saltem substantiam esse separatam. nam nullus artifex probat principalem partem

B sui subiecti. Et quæstio, an artifex probet suum subiectū est alia ab ista. vtrum separata esse, possint demonstrari nisi per motum, quamuis sint inuicem connexæ. vnde si esset alia via à motu, sequeretur q aliquis artifex probaret seu posset probare suum subiectum, s. Metaphysicus, vt innuit Commentator Duodecimo Meta. commento quinto: vnde per hoc etiam, q nullus potest probare suū subiectum, probatur q non est alia via, & similiter è conuerso. Et ad vnam respondeo simpliciter, q nulla est alia via à motu, vide commentum. 22. Secundi huius. & commentum quintum Duodecimi Meta. Et liber. d. d. circa hanc materiam. Ad aliam respōdeo, q nullus potest demonstrare partem principalem sui subiecti, & maxime quia fm antiquos Metaphysica diuidit in duas sciētias, Vna ē de separatis à materia, reliqua de alijs. Quod autem nullus artifex potest probare suum subiectum, vt dictū est, patet. nam subiectum formaliter acceptum ma-

De demonstratiōe subiecti in artibus & scientiis.

C nifestum est, q non potest probari in illa scientia à posteriori, quia hoc nō pertinet ad illum artificem, neq; à priori: quia medium, p quod probabitur illud subiectum, vel est medium contentum sub illo subiecto formaliter accepto, vel ei attributum vel non. si non, ergo non eiusdē artificis. si sic, ergo præsupponit subiectum formaliter acceptum seu sua ratio. Sed Commentator alio modo declarauit hoc in Primo Posteriorum in commento magno, vbi Philosophus loquitur de hoc. Et ideo Metaphy. non probat Deum esse, seu primam causam omnium causarum. & quamuis probet q substātia abstracta est principium substantiæ sensibilis, & inuestiget principia substantiæ in eo q substantia, tamen hoc facit, quia accipit probata à Naturali, vt dicit Commentator commēto quinto sexto Duodecimo Metaphy. Et si dicatur, q Naturalis probat primum motorem, qui est principalis sui subiecti, respondeo q non est verum: non enim est pars subiectiua principalis, sicut entia separata sunt respectu entis simpliciter.

D Sed est causa prima sui subiecti à posteriori, & hoc habet attributionem ad ens mobile, seu corpus mobile, non autem res sic se habet in prima philosophia. nam ibidem cōsyderatur de ente fm q ens: principia autē abstracta seu principia prima entis in eo quod ens sunt pars subiectiua entis, immo principalissima. Intelligo autem hic per principia entis, principia substantiæ æternæ. Et cū hoc q sunt pars principalissima, sunt etiam principia; nec hoc inconuenit in tali subiecto. nam ipsum est ens inquantum ens. vnde & huiusmodi entia sunt hoc modo, immo principalissima & simplicissima: & maxime primum ens, quod ē causa omnium aliorum, & sunt causæ entis i eo quod ens essentialiter, non in eo quod mobile, seu aliud simile: non tamen sunt causæ totalis entis subiecti, nisi aliqd esset causa sui. Vlterius nota, q commentator in media sua expositione in Decimo Metaphy. dicit quod nullus Artifex probat definitionem sui subiecti quando fuerit ignotum esse, nam hoc non potest probare nec per demonstratio-

nem

nem simpliciter, nec à posteriori. Simpliciter autem non, quia tales demõstrationes sunt à posterioribus, s. demonstrationes, quæ sunt definitiones in potentia. Impossibile autem est partes esse notas, & totum ignotum. vult dicere, vt dixit commento Primo Primi Posteriorum, quod partes definitionis non dant definitionem, vt ignotum p se cognoscitur à noto, sicut est in conclusione ex præmissis. Vide ibidem. nec per demonstrationem à posteriori, qa talis fit à rebus, quæ insunt subiecto. Falsum autem ē, ꝙ subiectum sit ignotum, s. an sit, & res, quæ existit in eo sit nota esse, i. sit nota esse in ipso. vel ab ipso, quia alter illud non demonstratur: & dicit in summa, ꝙ, si subiectū est ignotum, s. eius esse, impossibile est ipsum probare in illa scientia. Sed recipit ipsum esse ab alia scientia, in qua declaratū est, sicut Metaphysicus à Naturali recipit subiectum vel partem principalem subiecti, s, substantias separatas esse seu motores separatos seu modū essendi eius: vt mathematicus accipit à metaphysico. Et dicit qđ hoc, quod dixit de subiectis artium, manifestum est, s. cum eē eius est ignotum, artifex illius artis nō declarat illud. Sed vtrum si pars illius subiecti sit ignota, potest artifex illꝰ artis demonstrare, illud dubitationem habet: & dicit, qđ impossibile est illud probare per demonstrationem simplicem, ex quo impossibile est habere causas, ex quibus cōstituitur cognitio eius: & ipsum esse ignotum vt dictū est: sed, si sit accepta à verificatione quadam solum possibile est, vt si vnum contrarium sit notum in vna arte, & aliud ignotum, possibile est probare ignotum ex contrario noto in illa arte. Et hoc iam fecit Aristo. in esse ignis. Vtrum autem hoc fieri potest per locum à simili perscrutatione indiget: quia simile est locus, i. topicus: & aliquando in quibusdam materiis possibile est esse locus demonstratiuus. Sed in hoc quod dicit hic Commentator est dubium, quia in Quarto Cœli commento. 32. probat Philosophus & Commēta. ignem esse, & est pars subiecti, quæ est pars mundi de quo illic consyderatur: & illa probatio non videtur esse à contrario nec à simili. Et forte dicendū est quod Philosophus non probat hoc illic, vt talis artifex, sed vt artifex communis disputādo contra antiquos, vt apparet ibidem. Vel forte hoc probat per locum à simili, vt dicit illic Commēta. sicut si vniuersum aquę &c. Et forte hoc nō est illic totaliter ignotum, quia notum est de partibus ignis, vt dicit illic Commen. De igne autem comprehenditur nihil nisi partes: & tu consydera & comple per te. Id autem quod dicit Commen. in Secundo de Anima non contradicit huic consyderanti bene. Intendit igitur Commen. in illo primo quod definitio subiecti non probatur esse in subiecto seu definito, seu non probatur esse vt definitio nec à priori nec à posteriori in illa sciētia, cuius ē subiectum, cum subiectum fuit ignotum esse: & hoc probatur vt dictum est. Si autē subiectum est notum esse, tunc non probatur definitio à priori, sed bene à posteriori probatur de definito seu de subiecto. Subiectū autem non probatur esse nec à priori nec à posteriori in illa scientia cuius est subiectum. Et hoc intellexit Philosophus Decimo vel Vndecimo Metaphy. cū dixit ꝙ substantia & eius quod quid est non est demonstratio. Intelligens per substantiam subiectum. Et per quod quid est definitionem subiecti. Diuersimode igitur intelligit hoc Philosophus, nam subiectum nullo modo probatur. Definitio enim aliquomodo sic. Et bene cōsydera in hoc qđ dico definitionem probari ne contingat error, qa non possum ad præsens magis prolongare. Et vide commentum primum Sexto Meta. & cōcorda. Vide etiam in Primo Posteriorum commento. 55. & 56. & in secundo cōmento. 12. & in Duodecimo Metaphy. commento quinto & sexto. In commento enim primo Sexti Metaphysicæ intelligit per substantiam definitionem subiecti, cum dicit subiecta non habent demonstrationem. hoc etiam potest habere aliam declarationem quā intelliges ex dictis in commento Libri posteriorum in locis dictis, Et tu cō-

E sydera & comple, & concorda: omnia enim non possunt scribi. Et nota vlterius, ꝙ dato ꝙ primam causam possit Metaphysicus probare esse, non tamē potest probare ipsam esse separatam, quia vt separata, est pars principalis subiecti: dato ꝙ concedatur ꝙ prima causa non est pars principalis. Nota etiā ꝙ aliquid probant rationes Auic. illæ præsupponunt motum & declarata à physico, vt dicit Commētator in Secundo Metaphy. quando probat processum infinitum in aliquo genere causæ esse impossibile, immo vtitur demōstrationibus physicis. Ipse etiam supponit ibidem causam finalem esse: hoc autem proprie non probatur nisi per rationes naturales, neq; probauit Auicen. quæ est prima istarum quatuor quā dicimus primam simpliciter, neq; ꝙ sit separatus finis. Et si quis diceret primus à nullo dependet. Corpus autem dependet à suis partibus: ergo dicere possum ꝙ primum non dependet ab alio tāquam ab agente. Sed non est probatum per hoc ipsum non depēdere à partibus, & vniuersaliter hoc

F probare non possumus nisi motum supponendo mediate vel immediate. Sed dominatio tua dicebat contra hęc. nonne dictum est in quæstionibus philosophi: quia viderunt ordinem mirabilem & ingeniosum inuentum in entibus sciuerunt ꝙ ille, qui dedit eis hunc ordinem intellectualem artificialem est intellectus p se: ergo sine via motus. probatur hoc, & responsum fuit per me, ꝙ quamuis habetur ex hoc ꝙ est intellectus, & quamuis clarum est ꝙ non intelligit particulariter, nec vniuersaliter, vt dictū est alias, tamen possum dicere ꝙ est in materia seu in corpore, sicut anima nostra, quam virtus cognoscitiua sequitur. Sed dicebatis contra hoc, sequeretur ꝙ intellectus noster qui est separatus a materia fm doctrinam Commentatoris esset nobilior primo, separatum enim nobilius est materia hic. Ad hoc autem responsum est, quod dato qđ ita sit, tamen hoc erit verum, si cætera sint paria: sed non est ita in proposito. Primum enim quamuis sit materiale, tamē habet alias multas dignitates, & illo simpliciter no

G bilius est intellectu nostro: & si dicatur sequeretꝰ secundū hoc, quod primum esset generabile & corruptibile, dico quod tūc tu probas per viam motus: & vniuersaliter hic non potest hoc probari nisi motu primo, vt declaratum est in octauo, nisi supponatur aliqua propositio instabilis vel forte aliqua alia ꝓpositio, quæ est declarata p motū.

Circa cōmentum secundum tertium & quartum eiusdem primi nota, quod Philosophus in principio huꝰ libri ponit duas quæstiones præter primam, sicut etiam asserunt omnes græci. Vna earum est, quod debemus incipere prius loqui de rebus magis vniuersalibus: nam ipsæ sunt notiores minus vniuersalibus. Alia autem est, ꝙ modus doctrinæ & inuestigationis in rebus naturalibus est procedēdo a compositis sensatis ad simplicia: nā composita sunt notiora apud nos in hoc in compositis. Et hæ quæstiones sunt valde diuersæ: nam per vnam earum declaratur de qua re naturali debemꝰ prius loqui. an de ma- Cō. 2. 3. 4.

H gis vniuersali an de minꝰ. verbi gratia, an de materia simpliciter, an de aliqua materia, s. hominis & equi. Et declarauit ibidem quod debemꝰ loqui de magis vniuersalibꝰ seu communibus per causas quas posuit ibidem Cōmentator. Vna earum ē, quod magis vniuersalis sunt magis nota, & debemus incipere a magis notis. Alia autē quæstio declarat modum declarationis scientiæ, s. an proceditur a composito ad simplex, & a priori ad posterius: & verificauit ibidem primam partem, quia cōposita sunt notiora nobis. Et hæ quæstiones sunt multū diuersæ. Et manifestum est quod hæc est intentio Arist. ibidem. nam ipse conclusit bis, & in vna conclusione terminus medius est quod compositum est notius, & in alia quod vniuersale est notius. Et ipse nō declarauit in illo libro propositionem seu minus vniuersale per medium vniuersale, sed declarauit materiam simpliciter per cōpositum. Sed hic accidit dubitatio, nā nos debemus incipere a notiori, vt dicit Philosophus: & dicit ꝙ hoc ē uniuersale, & in alia quę-

stione

stione dicit, quòd posterius est magis notum. Arguatur igitur sic. Posterius seu vniuersale est magis notum. Et in alia quæstione dixit, quòd posterius est magis notum: ergo contradictio. Et quamuis possumus dicere, ꝙ posterius non est minus vniuersale: nam nos non accipimus posterius determinatum, scilicet aliquod indiuiduū demonstratum seu quodcunque posterius: siue sit homo siue sit asinus, & hoc est quod vocauit Auerrois compositionem specificam vel compositionē speciei, scilicet speciei compositi. Et secundum istum modum non est minus vniuersale. Tamen propter veritatem ego respondebo melius, quāuis esset concessa propositio dicens, quòd posterius est minus vniuersale: & dico, quòd magis & minus sunt relatiua: & ideo, cum dicimus minus vel magis vniuersale est minus notum & magis notum: debemus declarare respectu cuius est min⁹ vniuersale vel magis vniuersale seu commune. Dico ergo, quòd posterius & compositum est magis notum simplici vniuersali seu communi in rebus naturalibus: vt compositum, est magis notum apud nos, quàm materia vniuersalis: nam ex esse & transmutatione compositi in specie in qua percipimus compositum indiuiduum cognoscimus esse primæ materiæ. Cum hoc tamen totum etiam est verum, quòd simplex magis vniuersale est magis notum simplici minus vniuersali, verbi gratia. Materia absolute est magis nota vel facilius peruenimus ad cognitionem materiæ asini vel hominis, non quòd ipsa sit notior homine vel asino, quæ sunt composita: & per hoc soluitur contradictio. Nam Philosophus dixit in vna quæstione, quòd debem⁹ prius loqui de rebus magis vniuersalib⁹, & postea de minus vniuersalibus, nam magis vniuersalia sunt nobis magis nota minus vniuersalibus, vel faciliter deducimur in cognitionem istorum in rebus simplicibus, à facilioribus autem debemus incipere: sicut declarauit Commentator in principio Libri Posteriorum in commento magno, illic enim ponit hæc verba. Et necessariū est in ordine Doctrinæ incipere à magis noto, sicut necessarium est in inuentione conclusionis, scilicet ꝙ volendo cōcludere procedimus à magis noto ad minus notum: sed fuit vniuersale apud nos notius particulari, scilicet minus vniuersale ipso. nam vniuersale assimilatur toti composito & particulare assimilatur parti. & sicut totum compositum est magis notum apud nos parte, ita magis vniuersale est magis notum apud nos minus vniuersali, seu determinato. Nam ipsum continet res multas proprias seu determinatas vel partes vel quomodocunq; volueris vocare illa, & iam declarauit hoc Aristote. declaratione perfecta in Libro Physici Auditus: hæc sunt verba eius, & intelligendo ista potest quis intelligere ea quæ dicta sunt. In alia autem quæstione dicit quod nos debemus procedere à composito & posteriori ad simplex prius. Nam compositum est magis notum nobis quàm simplex vniuersale, & possibile est etiam ꝙ sit notius proprio seu determinato: sed cognitio huius non est necessaria. hic cum ergo dixit, ꝙ posterius est magis notum, vult dicere, ꝙ est magis notum quàm simplex vniuersale: quamuis ipsum sit minus vniuersale: & hoc accidit ei propter compositionem, non quia ipsum est minus vniuersale & propter cōpositionem: vel secundum ꝙ ipsum est compositum per quam compositionem est magis notum: dixit ꝙ debem⁹ procedere à composito posteriori ad simplex prius. Cum autem dixit, ꝙ magis vniuersale est magis notum vel facilius cognoscitur, voluit per hoc quod est magis notum quàm minus vniuersale simplex nūquam compositum: & hoc est valde manifestum: sed prolongaui de hoc tantum: quia vidi fere omnes expositores latinorum in quæstionibus eorum & expositionibus esse confusos in declaratione huius & multa dixerunt: sed non peruenerunt ad intentionem Philosophi & Commentatoris in illis, quia non intellexerunt verba eorum: & isti errauerunt in duobus: vnum eorum est quia non referunt magis & minus

A ad rem ad quam debet referri. Aliud autem est quòd acceperunt illud quod est per accidens loco illius quod est per se, putauerunt enim ꝙ minus vniuersale est magis notum: quia viderunt compositum, quod est minus vniuersale, si concesserimus hoc quod est magis notū magis vniuersali. Sed hoc accidit composito posteriori, non ſm ꝙ est minus vniuersale: sed quia est cōpositum. Et ſm hunc modum, s. secundum ꝙ est compositum propter quod illud est magis notum: dixit ꝙ debeamus incipere ab ipso, non quia ipsum est minus vniuersale: nam ipsum esse minus vniuersale ſm ꝙ ab ipso, pcedimus ad magis vniuersale inest ei per accidens. nam nos non procedimus ab ipso ad prius, nisi quia ipsum est magis notum, & hoc inuenitur in ipso, quia est compositum. nō quia est minus vniuersale: & ideo dicim⁹, ꝙ quædam res minus vniuersales sunt magis notæ reb⁹ magis vniuersalib⁹, non ſm ꝙ sunt min⁹ vniuersales, sed ſm alium modum. Sed debes scire,

B ꝙ sensibile seu sensatum, ſm ꝙ est sensatum, non est notū apud naturam aliquo modo, & vniuersale est magis notum apud nos minus vniuersali, vt genus & species: sicut est apud naturam. sed vniuersale causalitate, ut prima materia & prim⁹ motor sunt magis nota naturæ ꝙ̄ sint apud nos, & non est hoc ita in rebus vniuersalibus, quæ inueniūtur in multis, sicut genus & species, sicut diximus: sed intellectiones vel intellecta sensatorū, sicut intellectiones compositorum & descriptiones eorum sunt magis notæ apud nos intellectionibus seu intellectis rerum remotarū à materia vel à sensu: & sunt cognitiones causarū & causæ causarum, & è conuerso apud naturam, sicut declarauit hoc Auerrois in principio Libri Posteriorum in commento magno: & ideo dicens absolute, ꝙ minus vniuersale est magis notum apud nos magis vniuersali, errat. dicens etiam ꝙ sensatum seu sensibile est magis notū apud nos ꝙ̄ intellectum vniuersaliter, errat: nam prima intellecta sunt notiora apud nos ꝙ̄ sensata. In commento. 5. Com. 5.

C vbi dicit. & suas causas secūdum fidem. & inferius dicit, Causas suas secūdum imaginationes. Nota, ꝙ per fidem intelligit verificationem, scilicet affirmationem vel negationem. per imaginationem autem intelligit apprehensionem seu cognitionem simplicem, quæ vocatur apud latinos simplicium apprehensio. & iste fuit modus loquendi arabum & hebreorum: & Commentator isto modo loquitur multoties in Tertio de Anima: & hoc etiam intelligitur ex sua intentione hic & maxime in principio commenti. quamuis enim traductor non recte traduxit: tamē moderni debent hoc intelligere ex verbis Commentatoris. In commento. 21. vbi dicit: & esse eius ſm albedinem est aliud ab esse eius secūdum musicam &c. Nota ꝙ capitur hic esse alio modo & commento. 25. alio modo. Illic enim intelligit per esse separationem seu per se stare: hic autem rationem seu definitionem. In cōmento. 36. vbi dicit. Partem quæ est de specie partium in quas totū

D diuiditur &c. Nota ꝙ ex hoc concludit, ꝙ ꝑ partes actuales intelligit minima naturalia quæ possunt existere actualiter diuisa. In commento. 44. in principio commenti vbi dicit. Sed principaliter & per se corrumpitur in aliqd terminatum vnum &c. Nota ꝙ illud quod ponit in quinto non contradicit huic: nam forte omnis motio sic absolute consyderata est de contradictorio in contradictoriū primo & per se: & de vno in vnum. Consyderatio tamē specialiter specie numerationis non ē vnus modus de quibus. nam generatio simpliciter est de non esse in esse primo & per se: nam nihil aliud principaliter intelligitur per generationem simpliciter: & corruptio simpliciter est de esse in non esse: hoc tamen non est sic simpliciter verum: & vide commentum octauum quinti. de albatiō &c. & similia dicunt motum de nigredine ad albedinem seu de nigro ad album primo & per se. & ratio est quia iste motus est inter res contrarias positiuas partibiliter acquisitus seu successiue in subiecto ente in actu & ideo immediate mouetur de albedine in nigredinem: & è contra. non autem

sic est de generatione & corruptione simpliciter. & vide commentum septimum quinti: & veritas est q illud quod corrumpitur seu generatur: corrumpitur semper in aliquod vnum determinatum. similiter in generatione: & hoc semper. Quaodo enim album corrũpitur corrumpitur in oigrum semper. nam & si corrumpitur ad rubeũ vel ad pallidum non corrumpitur ad illa nisi secũdum q sunt in aliquo modo nigra sicut dicitur to quinto cõmento sexti: & maxime secundum illam expositioοem Commentatoris in qua dicit. Cum igitur propositio dicens q transmutatio est &c. Vnde primo & per se album corrumpitur ad nigrum. Secundario autem ad media quæ sunt terminata: & hoc vult hic Commentator. & sic nulla est contradictio. positum enim quòd contrarium primo & per se corrumpitur ad contrarium posititiuum: vt dicit ibidem Commentator expresse in cõmento octauo adhuc verum est q res primo & per se corrumpitur ad vnum. In commento. 45. versus finem commenti. vbi dicit. & est illud in quo est priuatio propria illi compositioni. id est non habens illam compositionem: est tamen aptum natum illam habere & in eodem commento parum post vbi dicit. Sed illud in quo est priuatio illius cõpositionis &c. Nota, quòd videtur q quando ex simplicibus oon albis fit album compositum fit ex opposito secundum habitum & priuationem: quia fit à simplicibus non coloratis per commistionem certam ad quam sequitur color seu talis color: non enim ad quamlibet commistionem sequitur color nec sapor nec odor vt dicit Commentator in quinto colliget & in aliis locis. hæc tamen non sunt oĩa in mistis. & ideo passiones misti dicuntur: tamen inueniuntur in pluribus mistis & quasi in omnibus. In cõmento quinquagesimo vbi dicit. Quod principia &c. non generant ex aliis. Intellexit non constituuntur taoquam ex partibus: & in eodem commento in fine vbi dicit. Non transmutabilia. Intellexit inter se adinuicem: quia priuatio nec fit forma neq; è conuerso, neque generantur ex aliis tanquam ex partibus essentialibus. Reliqua autem scilicet non prima constituuntur ex primis: & sic prima non sunt transmutabilia aliquo istorum modorum: sed sunt permanentia. In commento sexagesimo in fine commenti in illa parte in qua ponit Commẽtator quatuor rationes ad probandum nihil produci seu fieri ex nihilo vbi dicit. Et ĩpossibile est vt sit in illo cuius partes & cætera. idest quia motus est in recipiente: & recipiens remanet cum recepto. In commento septuagesimo vbi loquitur de materia & de potentia materiæ: est notandum vt puto: quòd per potentiam duæ intentiones intelliguntur. Vna est relatio seu respectus rei ad actum. & hæc intentio est defectus quidam & priuatio quædam scilicet quòd noo est in actu. Secunda est dispositio seu aptitudo per quam subiectum secundum suam naturam est aptum seu dispositum: & hæc dispositio non est priuatio omoino sed est quædam qualitas, scilicet de specie qualitatis quæ dicitur potentia naturalis: & est illa per quam res est apta seu disposita agere vel pati: & hæc est dispositio remota saltem respectu compositorum. nam forte ipsa est propinqua respectu elementorum: quamuis sine dubio in materiis elementorum sunt dispositiones diuersæ & est vna in fundamento materiæ: & præter hanc sunt dispositiones propinquæ secundum numerum specierum entium: sicut dicitur in Duodecimo Metaphysicæ. Sed istę sunt productę in materia mediantibus formis elementorum: & quædam earum mediantibus compositis, vt verbi gratia forma panis disponit materiam ad recipiendum formam sanguinis vel formam humanam cum comeditur. Et dispositio hæc propinqua siue accipiatur pro respectu siue pro dispositione aliqua qualitatiua est per se ad formam vniuersalem: & est illa quam vocat Auerrois in Libro Coeli & Mundi: potentiam essentialem seu per se: & est per accidens ad formam Platonis & Ciceronis & secundum iustum modum vocatur potentia acci-

E dentalis: & ideo non est hæc potentia essentialis in infinito tempore: quæ postea priuetur in aduentu actus. Nam nulla forma specifica priuatur tempore infinito. & etiam istę potentię propinquæ sunt generabiles & corruptibiles: & forte hę etiam secundum quòd sunt propinquę vocantur per se. Vide in Quarto huius. in commento centesimo vigesimo: & etiam non sunt in materia potentiæ infinitæ. Nam non est in materia quomodocunque accipitur potentia, nisi vna potẽtia propinqua cuiuslibet speciei, & est respectu formæ specificæ vniuersalis. sed accidit huic potentiæ vni multiplicari, cum consyderatur respectu Indiuiduorum, sicut declaratum est aliquo modo in quæstionibus meis de intellectu, vbi locutus sum de natura vniuersalis: non tamen dico, quòd non sunt diuersę dispositiones eiusdem speciei in diuersis portionibus materię. Et Auerrois declarat, quòd potentia quomodo cunque duorum modorum accipiatur non est substantia seu essentia materię: neq; pars essentialis et. Quòd autem

De natura materiæ.

F dispositio seu pręparatio non sit substantia eius, manifestum est ex sua ratione, quam posuit in sua summa libri Phisicorum, & in media sua expositiooe, nam possibilitas vel pręparatio indigent subiecto. Pręterea. Si ista pręparatio esset sua substantia, esset materia sibiipsi, idest subiectum eius substantię: nam potentia dicitur per relationem ad aliquid. Vult dicere, vt puto, quòd potentia & pręparatio est potentia, vel pręparatio habentis potentiam. Pręterea, Si sua substantia esset potentia, & nullo modo haberet esse in actu, non dico sicut esse formę vel habentis formam, esset in potentia, vt sit in potentia, id est quod esset aliquid hic, quod est in potentia prima materia: & vt puto has rationes tetigit hic in sua ratione secunda in hoc commẽto. & ideo dixit. Non est potentia neque priuatio. Et forte voluit etiam, quòd potentia & actus sunt de prędicamento relationis, & ideo non est potentia. nam potẽtia dicitur per relationem ad actũ.

G Sed debes scire, quòd Auerrois non negat nisi substantiam eius esse potentiam eo modo quo dictum est, idest quòd substantia sua sit potentia, & non substantia subiecta. sed bene concedit quòd hęc dispositio est substantialis ei per relationem ad formam vniuersaliter. nam natura eius est vt recipiat formam. Et ideo dicit in de Substantia Orbis, quòd potentia est differentia substantialis materię. & secundum hoc forte potentia hic, quam habet per respectum ad omnes formas, non est accidens, sed est substantia eius. Sed noo est substantia eius potentia respectu suiipsius, id est eo modo quo dictum est. & ideo potentia, quam habet respectu formarum, dicitur quòd est accidens ei, id est quòd potentia non est substantia eius respectu suiipsius. cum hoc tamen concedimus, quòd cuilibet formę specificę est dispositio seu pręparatio propria vt materia immediata, ex qua fit res mediantibus dispositionibus factis in ea, & hæc dispositio inuenitur & fit seu producitur in materia productione

H voa. Sed præparatio vna, quam habet respectum ad omnes formas, est sua substantia, id est quod est subiectum, in cuius natura est recipere formas, non quòd in ipso sit potentia addita super substantiam eius. Et consyderato commento vigesimosexto. secundi. & secundum hoc non indigemus potentia naturali vna & si forte concedere voluerimus in esse huius potentiæ naturalis. Dico, quòd voluit in suo dicto de Substantia Orbis quod ipsa accipiatur loco differentiæ substantiarum non quòd sit differentia substãtialis. Et si intelligamus quòd Auerrois vult quòd substantia materiæ non est potentia, scilicet respectu substantiæ eius, quamuis sit in potentia respectu formæ sine potentia naturali, tũc prima ratio, quã fecit hic, est fortis, scilicet quòd si potentia est substantia eius, tunc substantia eius corrumperetur in aduentu formæ. nam tunc priuatur potẽtia. Sed, si dicamus quòd hic est potentia naturalis, tuoc hæc ratio declaratur, q defectus iste seu priuatio non est substãcia eius. nam priuatio

corrumpitur

corrumpitur seu desinit in aduentu formæ. nam non est possibile dicere quòd potentia naturalis corrumpitur. Si hoc enim esset, ita non reciperet amplius, salt è ex illa specie. & videtur mihi secundum suam intentionem, quòd non est in ipsa potentia naturalis, sed secundum suam substantiam est in potentia ad formas omnes. Nota tamē bene, quòd potētia ad propositum dupliciter dicitur. Vno modo de subiecto potentiæ. Alio modo de re receptibili seu respectu rei receptibilis vel formæ ad actum. Primo modo est substantia quædam possibilis ex se, & hæc est sua substantia seu essentia, & per hanc naturam est in potentia ad omnes formas, non per aliā: Secundo modo autem est quidam respectus, & indiget subiecto, & desinit esse cum aduenit actus: & secundum hunc secundum modum negat hic Commentator quòd sit de substātia eius: scilicet quòd potentia secundo modo non est substantia eius, scilicet primæ materiæ, & pro istis vide, quæ notaui in de Substantia Orbis de dictis Commentatoris de potentia. Vnde potentia primo modo est vna, sicut & materia prima: & per illam dicitur esse in potentia ad omnes formas, saltem remotas, quæ per illam potentialitatem apta est perfici à quacunque forma ex formis compositorum aptitudine remota, minus tamen remota vel propinqua respectu elementorum vt diximus. vnde materia cognoscitur cum forma secundum quod inest ei natura diminuta & potentialis. vnde propter hāc naturam accidit sibi recipere non quod essentia eius consistat in receptione nisi secundario, non tamen dico quòd non sit naturale sibi & quasi substantiale recipere, immo est receptiua secundum suam naturam: nec dico, quòd potest esse sine forma. forma enim facit ipsam esse in actu, non esse simpliciter, nisi per accidens, vt declaraui alias. propinquæ autem, & etiam secundo modo, non dico illam, quæ dicitur ad omnes formas, sunt tot quot sunt species formarum, sed istæ propinquæ non sunt æternæ, vt iam dictum est: & similiter in secundo modo. In commento.79. vbi dicit. Et ex hoc apparet quòd omne habēs materiam est generabile & corruptibile. nam in natura materiæ est priuatio formæ &c. Vult dicere, quòd in natura materiæ est quòd sit in ipsa priuatio per respectum ad formam, scilicet q denominetur per priuationem formæ secundum suam naturam, uel q attribuatur ei: non quod in sua natura ē priuatio simpliciter, scilicet quod ipsa nullo modo sit, & quod natura eius sit natura priuationis: & etiam materiæ secundum suam naturam non est formata in actu, idest quod non est sua natura secundum quod ipsa est materia natura habentis formam, secundum quod in ipsa est forma in actu: sed causa generationis & corruptionis fundatur & radicatur & secundum prius est materia propter priuationem, quæ est in natura materiæ. nā quamuis contrarietas formarum vel qualitatum est causa generationis & corruptionis, tamen causa esse contrariorum actiuorum & passiuorum est, quia priuatio est in natura materiæ sicut dictum est, idest respectu formarum accidentalium vel substantialium. Et similem rationem fecit Commentator in hoc Secundo in commento.47. vbi dicit contra Auicen. immo continens, vt in pluribus est illud cuius natura est possibilis &c. Et volo dicere, q̄d hæc est prima causa generationis. nam, si esset natura materiæ, natura habentis formam in actu, secundum quod est habens formam in actu, non reciperet formam: & ēt, si non esset priuatio, materia nō recipit formam, sicut declarabitur etiam commento.81. Et cōsydera in commento.72. tertij. In commento vltimo huius. vbi dicit Commentator, Sed sicut dixit Arist. Philosophus declarat substantiā materiæ &c. Vult dicere, q diuinus declarat perfecte naturā materiæ. nam ipse consyderat de differentijs entis, secundum quod est ens: & potētia & actus sunt differentiæ entis. Et ideo Diuinus declarat perfecte naturam materiæ per habitudinem seu respectum ad omnes differentias entis. sed Naturalis declarat, quòd est in potentia

Com.79. De natura priuationis.

A respectu formarū materialium, idest quod ipsa est in potentia recipere formas: non quod declarat absolute quòd ipsa est ens in potentia, secūdum quod potentia & actus sunt differentiæ entis simpliciter, scilicet quod non declarat quod est in potentia secundum quod potentia opponitur actui, qui est differentia entis simpliciter. nā de hoc consyderat Philosophus Primus, qui consyderat de rebus secundum quod sunt entia. & consydera commentum.21. secundi. Et forte vult dicere, quod Metaphysicus declarat quomodo est vna, & quomodo habet esse, & quomodo non, vt declarauit hic Commentator commento.14. Duodecimi Metaphysicę. & illic dicit. Iste sermo facit intelligere, q esse est esse materiæ, & est proprium huic Scientiæ, & non de Scientia Naturali.

Diuinus ac naturalis diuersimode materiam speculant.

SVPER LIBRVM SECVNDVM ANNOTATIONES.

B

Circa id quod Commentator dicit in principio huius Libri, quod principium alterationis non est ab intrinseco. & dubitatur communiter de reductione aquæ calefactæ ad suam frigiditatem similem primæ. Nota q ex dictis Auicen. accipitur solutio. & pro hoc vide vltimum commentum Primi de Generatione. Commentator autem & Philosophus aliter soluunt, vt est veritas. Verum enim est, quòd principium initiatiuum alterationis est ab extrinseco, aliter idem ageret contrarium: sed tamen, cum habuit principium extrinsecum, etiam remissum seu debile, à quo incipit alteratio, completur seu intenditur ab intrinseco: & in hoc assimilatur eis, quæ mouentur ab extrinseco: & isto modo nullum accidit impossibile: & de istis bene consydera commentum.14. Quarti Coeli. & in Duodecimo & Septimo Metaphysicæ. vbi loquitur de conuenientia agentis, & maxime circa sanitatem. sed, secundum quod Commentator dicit in Secundo de Anima, quod aqua pura non calefit, ipsa remanente pura, & maxime secundum ipsum, quia formæ elementorum non suscipiunt magis & minus, aliter est dicendum.

De principio alterationis.

C

Circa secundum librum, commento tertio. vbi dicit. Subiectum huius Libri est natura, & principia naturalia & cætera. Nota, quòd vel vult dicere, pars subiecti vel ratio formalis subiecti, & verum est, quod principia naturalia, & etiam natura quoquo modo sunt partes subiecti Scientiæ naturalis. Dicit autem quoquo modo. Quia subiectum proprie est ens mobile seu naturale: cuius esse non declaratur à Naturali: sed naturale est ratio eius formalis. & forte vult dicere, quòd sit fundamentum seu principium. Item etiam in eodem commento. vbi dicit, Quoniam nauis mouetur ex principio in ipso, sed non primo & cætera. id est quòd nauis est per se motum, tamen natura mouens est alia separata in esse, & ideo mouetur ex principio in ipsa, sed nō primo. Circa illud autem quod dicit de Arte Medicinę. Nota, quòd per virtutem actiuam, quæ est in ipso semper artem, curat se secundum quod corpus ægrum, sed accidit medico curare se. nam nec omnis ęger est medicus, immo nec omnis homo est aptus, vt fit medicus, ita quod medicus agat in se hoc tamen accidit secundum partem theoricam. & hoc est quod dicit Commentator, quia pars medicinę, cui accidit agere in suom subiectum, est pars theoricę non practica, idest per artem, quam habet, quam vocat theoricam, ipse agit in se, secundum quod ipsi accidit esse corpus ęgrum, vt dictum est. raro tamen vel nunquam inuenitur quod aliquis medicus agat in se secundum partem practicam, id est secundum operationē manualem, scilicet phlebotomare se vel similia, sed tm̄ dicit per artē, qua habetur, quę sunt facienda: & aliquando accidit ipsum esse ęgrum: nam non omnis homo est medicus.

Com.3. De huius libri subiecto.

D

Quod nam mouentiū principiorum sit natura.

dicus. & dato quod esset, adhuc non est ars medicinæ natura, quia agit to illo, in quo est per accidens. In commento.19.secundi Libri. Nota q ex hoc quod dicit Commentator. & contingit dicētibus formas esse defioire formas naturales abstractas à materia, patet q in definitione formę oaturalis ponitur materia. In commento.26. in principio commenti. vbi dicit. Quòd materia est de genere relationis. Ad declarationē huius, vide illa quæ notaui in commento septimo Primi Libri. Et forte materia est de genere relationis quo ad suam cognitionem, quia ipsa cognoscitur per analogiam ad formam: & hoc sufficit Philosopho ad suam probatiooem. Vel forte intelligit quòd potentia, quæ est eius differentia substantialis, est de geoere relationis, idest potentia eius ad formā, non potentia eius io seipsa: quia ipsa noo est talis potētia neq; habet eam. & bene coosydera illa, quæ notaui. Item in commento parumpost. vbi dicit. Ad quem igitur ordinem oportet Naturalem peruenire in scientia formarū & noo pertransire illud, scilicet in sciētia quidditatis &c. Patet quòd Naturalis cōsyderat de quidditate rerum materialium. & ideo dicit immediate post hoc, non in scientia eius, quod est esse: id est, quia esse omnium formatum tam separatarum quàm non, probaī à Naturali, sed quidditas materialium tantum cōsyderatur à Naturali. In commento.47. vbi loquitur de casu & fortuna contra Auicennam circa principium commenti. Nota quòd innuit hic Cōmentator. Sicut fit diuisio de effectib⁹, ita debet fieri de causis: qa casus & fortuna sunt causæ. Et ideo Commentator reprehendit Auicennā quòd dixit quòd in eis quæ sunt æqualiter contingentia inuenitur casus, & si sic, esset aliqua causa æqualiter contingens. Contra qđ probat Commentator quòd oon datur causa æqualiter contingens. Sed ad maiorem declarationem dictorum Commentatoris in hoc commento. Nota quòd vt puto Commentator intellexit ex dictis Auicennę quòd est hic aliqua causa naturalis p se, ex qua possunt prouenire operationes, & non prouenire æqualiter: & tamen effectus proueniens ab ipsa non dicitur esse à casu simpliciter, sed est à casu respectu alicuius causæ. non autem respectu alterius causæ, sicut ambulatio. verbi gratia, quæ respectu virtutis motiuæ est à casu, vel à fortuna: & respectu appetitus ad motum non est casu. Et fuit oecessarium ei intelligere ita sua verba. Nam ipse voluit per hoc soluere rationem Themistīj: & si noo intelligentur ita verba illius, non esset responsio in ratione Themistīj, qui arguebat à virtute actiua. Et etiam Commentator dicit in principio commenti, quòd, cum declarabitur natura rei aduenientis à casu, declarabitur dispositio causæ: & quæ causa est: nam causata sunt notiora apud nos causis. Videtur ergo, quòd, si sit hic natura vel aliqua res naturalis, quæ secundum suam naturam est possibilis prouenire & non prouenire æqualiter, quòd sit hic causa actiua naturalis, cuius dispositio est huius. Et ideo coocedit Auicenna esse huius causæ: sicut concedit esse huius naturæ causatæ. & dicit vel sequitur ex dicto eius, quòd hoc causatum, in cuius natura est produci & non produci æqualiter, cum prouenit à causa naturali, cuius dispositio est talis, vel cum attribuitur ei, dicitur quòd est à casu. Et contra hoc arguit Commentator primo. Si esset hic aliqua res vna naturalis, quæ est à casu respectu vnius causæ, & necessaria vel possibilis vt in pluribus respectu alterius causæ, non erit illa res secundum suam naturam proueniens in paucioribus, oeque secundum plurimum neque necessario, ex quo natura eius non est natura necessarīi neque possibilis vt plurimum: neque possibilis secundum paucum: ex quo ipsa attribuitur causis necessarījs, & possibilitas secundum plurimum & secundum paucum. Quare ergo natura eius est magis natura eius, quæ est secundum plurimum, quæ sit necessarīj vel secundum paucum. non est ergo oecessaria secundum suam naturam. nam causæ eius nō sunt necessariæ neque possibiles: quia

E causæ eius sunt non necessariæ: & ergo esset hic alia natura ab hominis naturis. nam, cum causæ sunt necessariæ, idest agentes semper & necessario, causatum est necessarium. & si secundum plurimum, causatum est secundum plurimum, sicut est dispositio in corporibus cœlestibus cum his inferioribus, saltem in aliquibus. nam quamuis sint agentia naturalia, seu agunt de necessitate, idest non possunt non agere, tamen oō sunt causæ necessariæ, idest non est necessarium, vt proueniāt effectus ex eis. nam in natura istorū est possibilitas vt impediatur operatio eorum secundum paucum seu in paucioribus. & hoc ab impedientibus extrinsecis. Præterea. Contradicit Auicenna in hoc, quod dicit hic esse causam naturalem, idest actiuam dispositam seu aptam agere, & non agere æqualiter, & hoc per se: nam sequeretur q non proueniat ab ipsa aliquid, vel vt proueniant ab ipsa duo contradictoria simul: & maxime, qa noo inuenitur causa naturalis, idest agens naturale, quod sit possibile agere per se secundum paucum, idest agere rem, quæ est possibilis secūdum paucum, non duo secundum paucum temporis: & quòd causa per se de sua natura est non agere hoc per se, nisi secundum paucum: nā hoc est impossibile. Sed illud, quod est possibile, est vt sit agens naturale agens per se secundum plurimum: & impeditur à sua operatione naturali secundum paucum: quia est in sua natura possibilitas, vt impediatur secundum paucum à sua operatione naturali propter impediētia vel res extrinsecas vel materiam. & hoc impedimentum secundum paucum vocatur casus, idest quòd effectus proueniens ab ipso est secundum paucum, non sicut in natura eius est agere secundum plurimum. Sed illud quod est secundum paucum propter impedientia vel res extrinsecas vel materiam, dicitur quòd prouenit à casu: & causæ extrinsecæ non sunt in natura rei naturalis, scilicet quæ non est à casu prouenire ab eis sunt causæ per se rei prouenientis à casu, non secundum quòd est à casu. Et consydera io commento.60.& 61.& 65. sed est G à casu à causa, de cuius consuetudine non est secundū plurimum cum accidit ei impedimētum: & tameo nulla res naturalis prouenit à casu, habens etiam causam naturalē per se ordinatā ad hoc. & ex hoc potest quis ratioeinari similiter in rebus prouenientibus à voluotate secundum fortunam. Sed in hoc est differentia aliqua. nam inuenitur vna res in specie à voluntate à fortuna vel non à fortuna. Et si tu intelligis hoc recte tu potes itelligere solutionē omnium dubitationum quas ponunt latini contra rationes Auerrois. Nam maior pars earum procedit ex malo intellectu. Illud autem quod dicunt quòd virtus motiua in loco animalis est apta seu disposita agere & non agere motum æqualiter. & hoc per se. Ad hoc dico, quòd iam declaratum est in Tertio de Anima: & in Libro de Motibus animalium, quòd motus localis in animali perficitur in animali per virtutes animæ & per corpora: & virtutes animæ sunt virtus imaginatiua & appetitiua. H Nam imaginatio mouet potentiam appetitiuam, & appetitus sequitur imaginatum, sicut sequitur abscisio gladium: & potentia appetitiua est potentia receptiua, seu passiua tātum respectu volitionis, seu appetitionis: & ipsa, scilicet virtus appetitiua mouet calorem naturalem, sicut declaratum est ibidem perfecte. & ideo virtus motiua animæ non est virtus potens mouere & non mouere æqualiter: sed virtus appetitiua, secuodum quòd est recipiens, possibile est recipere ista duo æqualiter. & similiter corpora, quibus perficitur iste motus secūdum quòd sunt mobilia. Sed quod inueniatur aliqua potentia naturalis potens agere & non agere æqualiter per se est impossibile. Et etiam virtus motiua non est naturalis omnino. Nam sequitur rationem & electionem. & in Libro de Anima: consyderabitur perfecte de istis rebus, & maxime in sua summa, & in illis quę notaui ibidem. & videī q intentio Auerrois & sua ratio est, quòd nulla potentia actiua animalis seu naturalis potest agere & non agere æqualiter,

In definitione formæ natural' ponitur materia

Materia qūo ad genus relationis spectat.

Oē formap gen⁹ speculal naturalis, sed non sol⁹, sed materiales tm̄ naturalis cōsyderat.

De casu & fortuna.

Quid a casu contingere dicatur.

Quę a volūtate eueniunt, a fortuna, & non a fortuna cōtingere suscipiūtū ē.

æqualiter, & hoc per se: & quod voluntas vel virtus appetitiua est potentia receptiua tantum respectu appetitus, qui sequitur cognitionem, sicut sequitur abscisio gladium. & consydera in commento octauo Octaui Libri huius. Et nota etiam, quod nulla res naturalis, scilicet non voluntaria: aduenit à casu & à causa naturali per se ordinata ad hoc: neque aliqua species producitur à natura & à casu, sicut declaratum est in Octauo huius. & consydera in commento sexto. 61. 62. 64. In commento. 74. vbi dicit. Quoniam, si naturalis non concesserit eam, negat principium finale & cætera. Nota quòd in Vndecimo de Animalibus, multum loquitur de istis Commentator. & de Necessitate quomodo inuenitur in rebus naturalibus.

Com. 74.

Com. 81. In commento. 81. vbi dicit Commentator. Tunc poneremus hoc ex peccato naturæ. Nota, quòd non vult dicere, quòd non illa agat casu, id est omnia monstruosa & non monstruosa, vt dixit in principio huius commenti. Vel vult dicere indiuiduum, cui accidit monstruositas.

In eodem commento versus finem, vbi dicit. Causa igitur illius vaccæ & cætera. Si fuerit verum & cætera. Nota in Decimooctauo de Animalibus declaratur, an hoc sit verum.

Com. 85. In commento. 85. in principio commenti, vbi dicit. Quoniam cum posuerimus, quòd omne animal generatum ex spermate & cætera. nō intelligo quòd idem dicit bis, sed vult dicere cū dicit, Generatur ex spermate, quòd vt plurimum homo non monstruosus generatur ex spermate, & nunquam homo generatur ex non spermate. Et per hoc soluitur difficultas Burlei cōtra istā rationem. Secundum enim solutionem Burlei Commentator petit principium. Nota tamen quòd hæc difficultas potest solui alio modo.

Com. 87. In commento. 87. vbi dicit, illa enim, quæ inueniuntur in rebus naturalibus de necessitate non propter aliquid, vt mors & cætera. & illa quæ inueniuntur in eis propter aliquid & cætera. Nota, quòd vult dicere principaliter, seu non ex necessitate materiæ etiam, nam multa sunt de necessitate materiæ, quibus tamen natura vtitur propter aliquid, vt patet I Vndecimo de Animalibus. Vel vult dicere propter formam, idest quòd forma est finis eorum. Diuisibilitas autem est propter aliquid, seu dimensiones materiæ sunt propter aliquid, scilicet vt recipiat formam, nam indiuisibile, secundum quod indiuisibile, per se non patitur, neq; recipit & maxime formam extensam, neq; quantitatem. Indiuisibile enim non potest esse subiectum, neque susceptiuum diuisibilis, neq; indiuisibile fit diuisibile: & hoc maxime efficaciam habet in his, quæ aliquando vere recipiuntur, vt quidam dicunt de quantitate, quòd totaliter aliquando corrumpitur, scilicet per corruptionem formæ præcedentis: & alia totaliter vere de nouo producit, & sine materia aliquando, saltem per instans remanet sine quantitate, vt apparet sequi secundum istos: quia secundum principia vera non est idem modus omnino de quantitatis receptione, si quantitas vere recipitur, & formæ siue non, non curo, sufficit enim quòd est vera receptio, non sic autem est in materia prima cum quantitate interminata, si bi coæterna secundum Commentatorem & huiusmodi: quia in æternis huiusmodi non est vera receptio, vt dicit Cōmentator in multis locis & maxime in Tertio de Anima. dicitur enim receptio in istis æquiuoce, ex quo est passio inseparabilis ab ipsa. hoc tamē est secundum prius & posterius in quantitate cœli, & materiæ. vnde, qa nunquam vere recipitur nec in instanti, nec in tempore, non accidit ex hoc impossibile, sicut accidit in istis: quamuis enim intelligitur esse subiectum, tamen in re nunquam recipit vere, sicut materia recipit quantitatem vere secundum istos: & tu supple & remoue cauillationes, quæ dici possunt circa hoc. Et ideo, si materia non habet dimensiones sequentes suam naturam tanquā proprium eius, non esset receptiua formarum: & si quantitas esset in materia mediante forma, tunc illa esset receptiua secundum quod formata, & tunc forma esset ratio principalis recipiendi

De materię quantitate ac dimensionibus.

A quod est impossibile, quia actus in eo quod actus non recipit. Et ideo dimensiones sunt propter aliquid, vt patet secundum doctrinam Commentatoris in libello de Substantia Orbis secundum quod illic notaui diffuse: & secundū hoc oportet intelligere cum dicit, propter formam tanquā ad finem, non tanquam ab efficiente.

SVPER LIBRVM TERTIVM ANNOTATIONES.



Irca tertium librum, in commento quarto, vbi dicit Commentator. Et intendebat declarare quoniam motus non dicitur vniuoce, ideo non habet definitionem dictam vniuoce. Nota, quod ex hoc patet, quod motus materialiter est definitum hic, vt patet etiam commento. 21. quinti. Tamen videtur, quod hæc definitio alio modo intel-

B lecta comperit motui formaliter sumpto. vide commentum 9. quinti. Item in isto commento, vbi dicit. & similiter qui est in vbi & qualitate. Secūdum autem quod est &c. Nota, quod idem motus omnino, quando comparatur ad motorem est actio, vt sic, quando autem comparatur ad motum seu passum, est passio siue pati, vt dicitur commento. 22. Vnde passio est transmutatio transmutabilis de dispositione in dispositionem, vt dicit in sua Logica. Pati autem est rem transmutari, scilicet transmutabilem de vna dispositione in aliam. passio ergo est transmutatio comparata ad motum siue passum. passio ergo addit istam comparationem supra transmutationem: & similiter actio suo modo. & ideo motus seu mutatio respectu istarum comparationum se habet tanquam subiectum, vt dicitur commento. 21. & 22. Transmutatio tamen, quæ est actio motoris, est in moto seu passo, vt dicitur commento. 3. & 18. vnde mouere est actio motoris in

Quō mot⁹ actionis & passionis rō nē subeat.

C rem motam, vt patet ex commento. 22. & ideo transmutatio est magis in prædicamēto passionis. Mutatio enim est, qua aliquid mutatur, & dicitur pati: ideo sunt in eodem prædicamento seu eiusdem prędicamenti. Pati enim est transmutari, ideo passio est transmutatio. Addit tamē comparationem seu respectum ad mobile, vt dictum est: & mutatio pro fluxu, vt stat sub tali respectu, est prædicamentum passionis: & illamet mutatio, vt habet respectum ad mouens, seu agens est actio: & in hoc cōsydera. Et ex hoc patet, quod idem est actus motoris & moti, scilicet motus: & est in moto. ista tamen est falsa, actio est passio, sed hæc est vera, id quod est actio, est passio, idest de eodē motu verificatur quod est actio & passio non simpliciter, sed cum istis respectibus, vt dictum est. & credo ad præsens, quod isti respectus actualiter sunt per operationem intellectus aptitudinaliter extra animā, seu ex natura rei: quod pro eodem in hoc habeo, idest quod non omnino dependent

Et si hæc sit falsa actio ē passio, hæc tñ vera est, id quod est actio, ē passio.

D ab operatione intellectus. vnde, si intellectus non intelligit ipsum, tamen est aptum mouere intellectum ad talem intellectionem ex sua natura. Et forte actio sic accepta, scilicet non pro motu, fundatur in motore, sicut reliqua relatiua, vt paternitas in patre seu in potentia generatiua, seu actiua patris. Vnde motor est causa actiua motus, & hęc causalitas, quam habet supra motum, est in motore subiectiue, vel est ipse motor realiter. Motus tamen non est in ipso motore. Item in eodem commēto in fine commenti, vbi dicit. Ille autem est verior. Nota, quod non vult dicere quod verius sit dicere quod albedo diminuta sit motus. Oppositum enim declaratum est Quinto Physicorum commento quinto. Sed vult dicere quod forma diminuta est magis ens siue perfectior. In commento sexto vbi dicit. et manifestum est, quod ista definitio motus est communis motui nouo, & æterno &c. Vbi loquitur de augmētatione, Nota, quod vt puto augmentatio est mot⁹ respectu animalis augmentabilis, i. quod dicitur de ipso moueri in toto tempore, in quo non est cōpleta sua augmētatio: sed illud ad-

Com. 6.

Augmenta oo quō sit motus & cō tiguus.

 ditamētū,

ditamentum, vel res, per quam augmentatur animal, nõ mouetur vere. nam est generatio in substantia respectu huius rei generatæ. Generatio autem in substãtia est mutatio seu transmutatio non motus, sicut declaratum est in quinto. Sed vocauit istum hic motum secundum famositatem donec declarabitur veritas, sicut dixit Auerrois in sua summa in hoc loco. Quòd autem sit motus respectu animalis augmentabilis manifestum est. nam subiectum augmẽtationis non dico generationis illius partis est animal: quod est subiectum ens in actu, & etiam tota augmentatio, quæ est quasi ex genere perfectionis vltimæ, quæ aduenit per augmentum, vel de specie eius non fit in uno instanti. & ideo animal, quod mouetur, secundum quòd mouetur in isto motu coniungitur ei potẽtia, nam hoc acquiritur ei paulatine paulatine. & ideo hæc potentia est coniuncta moto seu mobili & motui, donec perueniat ad perfectionem, quæ est finis motus: & tunc non dicitur, quòd ipsa mouetur: quia non est hic potentia coniuncta amplius, & hoc est conueniens exemplo Philosophi de ædificatione: & consydera. & hæc est continuatio, quæ apparet ex definitione motus, non continuatio quã putauit Alpharabius: & est ꝙ sint partes motus coniunctæ simul, non intercisæ. Nam hoc est impossibile in motu augmentationis, nisi instans esset continuum seu coniunctum instanti, sicut dicit in octauo. Sed hæc continuatio, quam dicit Alpharabius non inuenitur nisi in motu locali. & forte etiam in quibusdam qualitatib⁹. & ex hoc soluitur contradictio, quæ apparet inter dicta eius hic, & in octauo. Et vide in octauo, cõmento. 33. in fine. & videtur etiam, ꝙ generatio in substantia non est vere motus, sed mutatio. nam subiectum generationis in substãtia nõ est ens in actu, neq; est in generato, neq; in corrupto in substantia, secundum ꝙ est generatum seu generabile potentia coniuncta actui, scilicet illius generationis. Sed vltima perfectio, quæ inuenitur in eis, & est forma, aduenit non in tempore, idest tota in vno instanti, scilicet toti animali. & similiter etiam est dispositio in parte generata in substantia, per quam augetur animal: & ipsa est semper in vna duarum dispositionum, scilicet uel in actu completo, vel in potentia completa. Et non inuenitur potẽtia cõiuncta actus secundum aliquod tempus, saltem in formis compositorum ex elementis. nam elementa forte hoc habent: sed tamen generatio eorum nõ est motus. nam non est subiectum in actu illa mutatione: & consydera in quinto. commento. 10. Sed animal augmentabile mouetur vere, sicut dictum est, Et bene consydera. Nam per ista soluuntur multæ dubitationes absq; hoc ꝙ concedimus res extraneas. Et vide rationem, quam fecit hic ad probandum, ꝙ motus augmentationis non est continuus: quia compleuit eã in octauo. Illic enim dixit, ꝙ sequiť ex hoc ꝙ instans sit continuum seu coniunctum instanti, aut ꝙ cuilibet parti partium tẽporis sensibilis correspondet res generata, per quam augmentatur animal: & illa augmentatio esset sensibilis. & ibidem perficit hanc rationem: & remouet difficultates, si tu intelligis.

Com. 8. In commento. 8. in fine commenti, vbi dicit, Sed in fine huius libri declarabitur &c. Nota, ꝙ ex hoc patet, quia in fine Octaui loquitur de Deo: quia ipse solus est, qui nullo modo mouetur, quia est actus purus.

Com. 12. In commẽto. 12. vbi dicit. Sed debes scire, ꝙ ista definitio non est manifesta per se &c. Nota, ꝙ vult dicere omnino: sed Idiget modicula declaratione. In secundo enim Posterio. declarauit ipse perfecte in commento magno, ꝙ nulla definitio ignota naturaliter probatur per has vias, scilicet per inductionẽ, aut per viã compositionis vel diuisionis, siue per viam acceptã à contrario.

Com. 19. In commento. 19. vbi dicit, Si igitur agere est in motore &c. Nota, ꝙ inferius in hoc commento in illo loco, vbi dicit. Et ex hoc quod posuimus, ꝙ agere est motus &c. Declaratur hæc consequẽtia. & etiam parũ ante, vbi dicit. & vnicuiq; est motus.

Com. 31. In commento. 31. versus principium commẽti, vbi dicit, Illa igitur, quæ est no

E ta p se & accidit ei quod fuit probabilis &c. Nota, ꝙ vult dicere famosa. per probabile enim saltem aliquando intelligit commen. famosum, ut sciunt docti in sua doctrina: et stat aliquid esse per se notum, non tamen famosum. Itẽ in illo commẽto parumpost. vbi dicit. Et instans præsens necessario exigit tempus &c. Nota ꝙ hic supponit Commentator ꝙ instans semper est principium futuri & finis præteriti. Et hoc optime declarauit Alpharabius & Cõmentator in Libro Destructio Destructionum ubi declarauit ꝙ instans in tempore sic se habet sicut punctus in linea circulari. & vide commentum. 127. quarti.

Com. 32. In æternis non differt eẽ & posse. In commento. 32. vbi dicit. & possibile in rebus æternis. Nota, ꝙ videtur dicere, quod possibilitas secundum rei veritatem est ad vtranq; partem contradictionis: ita ꝙ possit esse & non esse. hoc autem non inuenitur nisi in indiuiduis generabilibus & corruptibilibus. In æternis autem non est sic, sed tantum sunt necessaria vel impossibilia. Quando ergo tr... eis est potentia vt sint æterna illa sunt necessa-

F rio æterna: & similiter, quando possunt esse, sunt de necessitate. In libro autem Destructio Destructionum ipse declarat hoc aliter. & forte in idem redit.

Com. 41. In cõmento. 41. vbi dicit, Neq; ẽt est possibile inueniri numerum in actu separatum. Nota contra Auicen. qui ponit in separatis à materia esse hoc possibile. Si enim dictum Philosophi intelligeretur de numero rerum nõ separatarum à materia tantum, tunc Philosophus non indiget hoc: quia iam declarauit & declarabit nullum corpus esse infinitum.

Com. 43. In commento. 43. vbi dicit Commentator. Quoniam, cum aliquid fuit compositum ex duobus, necesse est vt definitio illius compositi sit composita ex definitionibus illorũ duorum &c. Nota, quod credo ꝙ intelligit Commen. ꝙ corpus infinitum, idest corpus, quod est infinitum secundum quod est corpus, est infinitum, scilicet ex omnibus partibus. & hoc est necessarium. & hoc probat sua ratio. Postea inueni hãc responsionem iactam à Commentato-

G re in sua summa, & multum gauisus sum. Tu dices forte, ꝙ non ponis corpus sic infinitum, sed ex vna parte uel ex duabus tantum. Contra tunc infinitas esset in ipso per accidens & non necessario. Iudiciũ enim est æquale de omnibus dimensionibus, scilicet esse finitas vel infinitas. & ideo vel omnis infinita vel nulla saltem necessario: quod est contra aduersarios. secunda etiam ratio est demonstratiua: nullus enim sanę mentis dubitat, ꝙ aggregatum ex duobus quãtis est maius vno eorum, siue sit finitum, siue infinitum: & est totum si ponatur esse sic. hoc enim non variat propositum, etiam est notum quasi per se, quòd infinitum ex vna parte est infinitum simpliciter. Vel saltẽ sequitur ex hoc: & hoc aliqualiter declaraui in quæstionibus meis de vnitate intellectus. vnde patet ꝙ cauillationes modernorum nihil sunt: et ipsi male intelligunt Commentatorem. & vide commentum. 53. Item in illo commento versus finem. vbi dicit. Contingit infinitum esse maius infinito. Nota ꝙ vult dicere si sic poneretẽ. & ideo

H non est contradictio cum hoc quod dixit in fine commenti. 49. quòd infinitum non est maius &c.

Com. 48. In commento. 48. vbi. dicit. Locus partis naturalis, in quo quiescit & locus totius sunt idem numero &c. non oportet declarare hoc: quia ipse declarauit in commento. 52. hanc propositionem. In textu cõmenti. 53. vbi dicit Philosophus. Aut quomodo infiniti erit hoc quidem sursum &c. Nota, quod Philosophus forte intellexit hanc rationem, scilicet ꝙ non est maior ratio ꝙ vna pars talis infiniti debeat dici sursum, & alia deorsum, quã ẽ conuerso: ex quo ambæ sunt infinitæ: & nulla apparet distinctio, per quã vna pars sit superior seu superius, & alia est ẽ contra. In commento. 54. vbi dicit, intendit ꝙ sex partes, & sex vbi supposita partibus corporis inueniuntur &c. Nota, quòd ex isto dicto, & ex hoc quod dicit in responsione, apparet, ꝙ dictum Burlei hic dicentis, ꝙ hæ partes non inueniuntur in istis corporibus, scilicet inanimatis nisi p comparationẽ, non est verum, & consydera.

Com. 54. In textu commenti,

menti.56.vbi dicit, quod autem non sit infinitum simpliciter multa impossibilia accidant manifestum est. Consydera quomodo Philosophus asserit tempus esse finitum, esse manifestum impossibile. In commento.57.vbi dicit. Ex tempore enim & hominibus recedit pars &c. id est corrumpitur seu desinit vna pars & alia fit, non autem sic
Com.60. est in magnitudine. In commento. 60. vbi dicit. Et si hoc esset, tunc esset hic magnitudo infinita in actu: quoniam si magnitudo &c. Nota, quòd inferius in hoc commento deducit aliter hanc consecutionem. Et consydera. Idem in eodem commento parumpost, vbi dicit. Quando, si posuerimus quod magnitudo potest crescere in infinitum, tunc infinitum exibit in actum &c. Et tunc potentia intelligeretur &c. Nota quòd magnitudo est res positiua & actus quidam. & ideo additio est ire ad esse, cuius esse & additionis, scilicet actualis causa, est forma. & ideo finitas, quæ est quædam determinatio, est per formam. Cuiuslibet enim rei naturalis determinata est magnitudo, & hoc est per formam. & vide commẽtum.67.
De infinito quō sit ipotentia. Et ideo hæc potentia respicit actum, ita quòd si sit potentia in natura alicuius magnitudinis crescẽdi in infinitum, tunc esset possibile esse in actu infinitum, immo esset in actu. & ideo hæc potentia est sicut quando dicimus hoc est homo in potentia, scilicet quòd potest exire ad actum completum, cui non admiscetur potentia. non autem sic est in diminutione. Diminutio enim est ire ad nihil, cuius causa, scilicet nihil & diminutionis in infinitum est materia, vt ipsam sequitur quantitas: & est tanquam eius passio: & vide commentum.72. Vel quia materia in se est infinita, idest non habẽs formam propriam, sed semper variat formam in infinitum, debet attribui ei infinitas in diuisione, vt notaui commento.65. priuatio autem seu nihil non est actus, neque exit in actum: ita quod res sit totaliter nihil. & ideo in diuisione continui semper potentia coniungitur actui, vt dictum est commento.57. Et ideo hæc potentia non intelligitur, sicut intelligitur cum dicimus, hoc est homo in potentia: nec debet poni in esse nisi potentia quæ respicit actum completum, cui non admiscetur semper potentia. ponere enim diuisionem completam omnino in actu, est destruere diuisionem: quia eius esse constituitur per potentiam, ut dictum est commento.57. Præterea. Ponere talem potentiã in magnitudine, scilicet habere potentiam excedendi omnem magnitudinem, sequitur impossibile statim: siue ponatur quod cesset additio, siue non: ponere autem diuisionem procedere in infinitũ, non sequitur propter hoc aliquod impossibile nisi ponendo diuisionem cessare, vt dicit Commentator. & ideo nõ sequitur, omni magnitudine data possibile est dare minorem, ergo possibile est quod sit aliqua magnitudo minor omni magnitudine: nisi ponatur quod cesset diuisio: & causa est vt diximus, quia potentia ad additionem est potentia ad actum & ad esse, quod pertinet ad formam, potentia autem ad formam potest exire ad actum: nullus autem actus est infinitus: non autem sic est de diuisione. Vel forte et melius, quòd additio inest rei propter formam, diminutio autem seu diuisio propter materiam, & ideo, si esset additio possibilis in infinitum in quantitate esset possibilis forma actu infinita: & tunc patet quod potentia intelligeretur in additione, sicut intelligitur cum dicimus quòd hoc est homo in potentia: quod potest exire in actum cõpletum. Diminutio autem seu diuisio, quia inest rei propter materiam: quia est ire ad nihil siue ad priuationem, quod inuenitur per materiam, vt dicit commento.72. Et quia est terminata ab alio, non terminata in se, vt dicit cõmento.65. & ideo potẽtia ad diuisionem in infinitum potest exire in actum totaliter: quia hæc potentia non est ad formam, seu non respicit formam vel actum, immo priuationem seu nihil. Addition autem in infinitum si esset possibilis maxime inesset formæ, & actu infinitum secundum magnitudinem esset forma vel habẽs formã: & hoc propter formã, & ideo est impossibile vt additio in quan-

Diuisio, nõ aũt additio in infinitũ sic dat, & cur,

A titate sit possibilis in infinitum, nedum ut sit in actu, quia forma est causa terminationis & continentiæ: & ideo impossibile est, vt ex ea accidat non determinatio rei habentis formam, Vide commẽtum.67. vbi dicit. quòd causa, quia infinitum non est in actu, est forma: & alia bona. & in commento.68. Burleus autem male intellexit hoc, & peius arguit, & pessime respondit. & consydera quomodo Burleus & reliqui latini confusi sunt in intentione cõmenti.69. & miscent intentiones diuersas vnam cum reliqua. & tu consydera & comple, quod deficit. & vide commentum.67. & 68. In eodem commento parumpost, vbi dicit. Quoniam semper diminuitur siue consyderetur secundum quod est in materia & cætera. Nota, quòd vult, cum dixit in materia, non consyderata ipsa vt est sub forma substantiali. Quia propter formam est ei impossibile diuidi in infinitum forma remanente: & ideo etiam potest quis dicere forte, quòd diuisio procedit in infinitum etiam in naturalibus, ipsa tamen non remanen
B te. Vel potest quis dicere quòd continuum, siue mathematicum, siue naturale est diuisibile semper secundum magnitudinem, non quòd extra animam sit sic, vt dicit in fine commenti. In commento.64. in principio commenti. vbi dicit. & totum & completum est oppositum Com.64.
infiniti. Nota, quòd totum & completum est oppositum infinito. & ex hoc potest accipi ratio fortis multum ad probandum infinitum in actu esse impossibile quomodocunque sit. & vide in sua summa in Tertio in hoc capitulo. In commento. 65. vbi dicit. Et subiectum recipiẽs infinitatem, quod est materia & cætera. Nota, quòd Com.65.
intelligo subiectum recipiens diuisibilitatem in infinito, idest quod semper potest diuidi est materia coniuncta quantitati, quæ est tanquam eius passio. Et ideo dicit quod infinitum accidit materiæ secundum quod est materia. Et non est curandum de argumentis puerilibus Burlei. Et consydera bene omnia dicta in commento
C hoc. Nota tamen quòd Commentator in sua summa dicit, quòd materia est infinita, quia non habet de se formam, sed expoliatur ab vna forma & recipit aliam: & hoc in infinitum. & ideo de se est indeterminata & infinita. Infinitas ergo diuisionis in continuo & augmentationis debet attribui materiæ. Et forte hoc vult dicere Commentator in hoc commento. Item in eodem commento parumpost, vbi dicit. Causa in hoc est & cætera. Vult dicere quòd causa in hoc, scilicet quòd est contenta & recipiens in infinitum. & hoc si intendit hic Commentator de infinitate: quod notaui ex sua summa. Si autem non assignat causam continentiæ tantum. In commento.67. vbi dicit. Quoniam forma est causa terminationis & continẽtiæ. Nota, quòd videtur quòd ex hoc potest quis concludere quòd nulla forma est in actu infinita, siue materialis, siue non. Item in eodem commento in fine commenti. vbi dicit. Ex illa enim si esset infini-
D tum & cætera. Vult dicere, si illud, quod est in potentia ad infinitum esset forma, seu habens formam, vt sic: tunc potentia esset, sicut quando dicimus, hoc est homo in potentia: & sic esset possibile exire in actum completum, & sic esset actu infinitum. In commento.68. versus principium, vbi dicit. Causa enim additionis in numero &c. Com.68.
Nota, quòd in isto capitulo Philosophus & Commentator loquuntur de numero, de quo loquuntur Arithmetici, quæ est de prædicamento quantitatis, & est per operationem intellectus, idest qui constituntur ex vnitatibus omnino indiuisibilibus. illa enim magis debet dici vnitas quàm vnum. & isto modo non est in actu nisi in anima, extra animam autem in potentia, & est res numerata & non accidens: seu est ens quod dicitur secundum prius & posterius de decem prædicamentis. & sic vnum dicitur de quolibet ente, & de vno quod est principium numeri, quod inuenitur in actu in anima tantum. & si hoc vis intelligere resolute, vide Commentatorem cõtra Auicennam Nono Metaphysicæ in sua media ex-

Infinitatis rõ in continua ex materia sumit,

Com.67.

positinne versus principium. & cum hoc sit ita. Multa dicta Burlei hic de numero & Linenniensis nnn sunt recte dicta. & consydera, & vide commentum. 133. quarti.

Com. 69. In textu commenti. 69. vbi dicit Philosophus: quuntū contingit potentia esse, & actu contingu &c. Nota, ꝙ distinctio Burlei in ista propositione nulla est ad propositum Philosophi. Philosophus enim arguit vt dictum est supra, Si magnitudo, siue aliqua magnitudo, qd pro eodem hic habeo, habet potentiam crescendi in infinitum, seu sit maior omni mensura, ex quo ista potentia respicit actum, potest exire ad actum: & sic possibile est esse infinitum in actu: hoc autem est impossibile. ergo. Neq; refert quantum ad hoc, siue illa magnitudo quæ additur sit de nouo producta, siue non. & consydera. Item in eodem commento. vbi dicit, & non sequitur, si ponatur ipsam existere in actu &c. Nota, quod vult dicere Commētator, ꝙ, quando potentia est potentia alteuius rei demonstratæ seu permanentis, tunc potentia, quæ est in ipsa ad omnes additiones possibiles in ipsa eiusdem naturæ seu speciei est vna potentia: & potentiæ partiales omnes sunt partes vnius possibilitatis demonstratæ existentis in re vna permanente vna. & ideo illam potentiam contingit exire in actum, aliter esset frustra. non autem sic est in rebus successiuis non demonstratis, sicut in motu. nam motus non est permanens vnum, & non est in vna parte motus potentia, vt aliæ sunt: in mobili etiam non est vna potentia ad omnes partes motus, quia motus non est quid demonstratum vnum permanens, sicut est quantitas cōtinua. Numerus etiā est vna res: quia numeri diuersi non sunt quid vnum, sicut est in quantitate continua. Et per hoc consydera errorem Burlei, qui voluit dare istam causam superius, vbi dictū est, ꝙ ex positione diuisibilitatis in continuo esse possibile infinitum non sequitur impossibile, sicut in additione. Vnde nota, ꝙ hæc consequentia valet, Actus est vnus & pmanens: ergo potentia est una, & è conuerso, non est vnus & permanens: ergo potentia non est vna, ergo non oportet quòd exeat in actum. Non tñ valet, potentia est vna. ergo potest poni in actu. Sed oportet addere, & respicit actum, vt dictum est supra.

SVPER QVARTVM LIBRVM ANNOTATIONES.



Irca quartum librum commento sexto in fine, vbi dicit, Et hoc est vnum entum, quibus Arist. &c. Nota, quòd in Libro Destructio Destructionum in quæstione prima versus finem primi modi declaratur hoc. & Burleus de hoc non bene intellexit.

Com. 15. In commento. 15. vbi dicit, ergo proprium est materiæ vt habeat dimēsionem in potentia, & locus antequam in eo existat locatum secundum Aristo. & in veritate est dimensio in potentia. Nota quòd forte vult dicere, quòd res, quæ est locus, uerbi gratia, aer & aqua est corporis seu dimensio in poten-

H tia, idest quòd superficies, quam habet, diuersificatur propter diuersitatem locati, scilicet quòd aer, verbi gratia cum consyderatur secundum quod est locus in potentia est corpus indeterminatum: & accidit ei terminus secundum istum modum à locato, & secundum diuersitatem locati diuersificatur terminus corporis illius secundum quod est locus: hoc tamen non est commune seu vniuersale omnibus corporibus, quæ circundāt. & forte voluit dicere, quòd est in potentia vt sit corpus antequam sit in ipso locatum, & hoc est in potentia: sicut dicimus, quòd res est in potentia antequam sit: & non est ita dispositio in dimensionibus tribus, quæ sunt in materia. nam ipse non sunt corpus in potentia tali modo possibile, nisi diceret quis, quòd tres dimēsiones, quæ sunt in materia, cum consyderantur secundum se, sunt in potentia vt sint corpus determinatum in actu, quamuis nunquam sint in potentia, id est non determinatæ: & sunt etiam corpus in po-

E tentia, quia ipsę recipiunt diuersitatem terminorum a formis diuersis.

In commento. 20. vbi dicit, Et quando acciderit vltimo continenti moueri rem per motum corporis. Nota, quòd sic intelligo, quòd locus non mouetur per motum locati, nisi per accidens & secundum paucum. Materia autem & forma mouentur semper per motum locati. ergo &c. Non sic intellexit Burleus quòd locus non mouetur per motum corporis, cuius est superficies nisi secundum paucum, & errauit: tamen ex verbis Commentatoris hic, videtur quòd expositio Burlei sit vera. nam ipse dixit, cuius est vltimum: & quomodocunq; sit, verba Burlei procedunt ex malo intellectu. & tu consydera. Com. 20.

Item in eodem commento in fine, vbi dicit Commentator, Quoniam locus, secundum quod est quantitas, nō mouetur & cætera. Nota, quòd intelligo sic, quòd locus, secundum quod est vltima superficies, non est mobilis, siue secundum quod est quantitas. Quia quantum mathematice consyderatum non mouetur. Sed bene corpus naturale mouetur, cuius corporis quantitas siue superficies mouetur per accidens ad motum illius corporis. & vide commentum. 42. Nota tamen, quòd locus, secundum quod est naturalis, in quo quiescit mobile, nullo modo est mobilis secundum eandem speciem motus, scilicet corporis, quod mouetur ad ipsum: quia alter mobile non quiesceret in eo, ut deducit Commentator commento. 42. Quantū nō mouetur.

F

In commento. 36. versus finem, vbi dicit. & hoc apparet de catapharo. Nota, quod est quoddam vas habens foramen sursum & deorsum: & si obtureitur foramen, quod est in parte superiori, aqua non fluit: & hoc demonstrat vacuum non esse & vide problemata Philosophi circa hoc, & commentum. 52. Com. 36.

In commento. 43. vbi dicit, Quoniam graue non quærit hunc finem, nisi secundum quod est medium totius &c. Intellego magis principaliter. Et vide commētum. 49. &. 56. & in sua summa Quarti, de Cœlo. Com. 41.

In commento. 68. vbi dicit Commentator sic, Omne quod mouetur naturali motu mouetur in aliquo, in quo ē superius & inferius: & in vacuo non est superius omnino. ergo & cætera. Circa hoc nota quòd forte diceret quis in defensionem huius opinionis, quòd vacuum ē locus. Sed locus naturalis ignis, verbi gratia, est vacuum tangens cœlum, & locus naturalis terræ est vacuum, quod est in medio: & sic in reliquis. & ideo mouetur ignis ad concauum cœli, & quiescit in ipso. Et secundum hunc modum etiam forte respondebunt ad illa quæ dicta sunt contra eos in commento. 66. Sed hoc nihil est, nam rationes Philosophi sunt, quod cum ponatur vacuum, non possent moueri corpora in ipso, vel quiescere. nam ipsum est simile in omnibus eius partibus. & hoc sufficit ei. Præterea. Ipsi non ponunt locum esse superficiem circundantem. ergo superficies cœli non est locus naturalis ignis: ergo non mouetur ignis ad ipsam, neque quiescit, quando est in ipsa: nisi esset locus superficies circundans, & ipsi non concedunt hoc. Præterea. Pars vacui propinqua cœlo est similis reliquis partibus vacui, ex quo non sunt in ipso qualitates diuersæ: quia non est in eo corpus naturale, sicut dictum est iam. Præterea quomodo erit vacuum quod est medium locus naturalis terræ, quia non est hic in vacuo res propter quam sit naturalis? nisi diceret quis quòd superficies aquæ est locus. Præterea. Quid dicere possunt in vacuo, quod ponunt extra mundum, & in mundo, quod est infinitum secundum eos. In eo enim non est superius, neq; inferius: neq; medium. Com. 68.

G

H

In commento. 68. vbi loquitur de motu proiecti. Nota quòd de hoc loquitur magis Commentator commento decimo Sexti Libri, & . 82. Octaui. & ideo non videtur mihi dicere aliud aliquid. Com. 68.

In commento, 71. prope finem digressionis, vbi dicit Commentator. Aut resistentia erit ex vtroque scilicet ex remoto & medio & cætera. Nota, quòd ex dictis Commentatoris patet hic expresse, quòd, si poneretur vacuum mistum Com. 71.

ex

ex elementis successiue mouebitur in ipso: quia vbicunq; est resistentia inter motorem & motum, ibi est successio in motu: sed sic est in misto. ergo. Oppositum tamen apparet, nam, si aliquod mistum mouetur in vacuo in tempore, sit illud tempus subduplum ad tempus, in quo illud idem mouetur in pleno, tunc fiet in eo tanta additio in quantitate, quod velocitetur motus eius in duplo: & patet ꝙ æque velociter mouetur hoc in pleno, sicut primū in vacuo: & tunc ponatur aliquod mistū omnino æquale sicut primum, & patet, ꝙ hoc æque velociter mouetur in vacuo, sicut magnū, ex quo medium non resistit, ergo magnum æque velociter mouetur in vacuo, sicut in pleno. [Com. 88.] Item ratio Philosophi cōmento. 73. videtur concludere hoc, & deduc eam. Solutiones autem dictæ ad istas rationes videntur quasi voluntarie. & ideo dico ad presens, ꝙ posito vacuo, vt dictum est, sequuntur duo contradictoria prædicta: neq; hoc est contra regulas Logicorum: & maxime, quia antecedens non est omnino vnum [7] & idem. Reliquæ enim propositiones adiunctæ nō sunt æquales, neq; eædem, sicut dictum est aliqualiter in quæstionibus de vnitate intellectus. & tu considera. [Com. 89.] In cōmento. 68. versus pricipium, vbi dicit. Et qa materia est cā passiōis &c. i. raritatis & lenitatis, vt dicit parū post.

In cōmento. 89. in principio. vbi dicit. Omne habens partes necesse est, vt oēs eius ptes sint omnes simul &c. Nota ꝙ similes rationes sunt veræ de rebus permanentibus. Sed non de successiuis, quarū nulla pars inuenitur simul tota, sed tantū inuenitur aliquid eius non pars. & ideo habent esse diminutum, & sic potentiale: & ideo indigent in suo esse actuali & cōpleto anima, quæ considerat tempus: ac si essent partes eius simul, & alia talia, vt postea dicemus. Vnde hæc propositio dicens, Omne habens partes &c. est vera de permanentibus non de successiuis. Et similiter propositio dicens, ꝙ cōpositū ex nō entibus &c. Verū tamen est ꝙ cōpositū ex non entibus aliquo modo non est. & cum hoc stat ꝙ cōpositū ex non entibus est, non tamen cōplete & in actu. Vide cōmentum centesimū quintū. Et ideo hæc ratio est logica: accipit enim famosum, non verū vniuersaliter. [Com. 93. 97. 98.] In fine cōmenti nonagesimitertij. vbi dicit. Sed plura tempora esse est impossibile &c. dato etiam ꝙ sint plures mundi.

In cōmento. 97. & 98. vbi reprehendit Gale. non dico aliquid, quia in cōmento sequenti ipse bene declarat hoc totum, quod dicit hic. Item in eodem cōmento. vbi dicit. Et motus potest imaginari &c. Nota ꝙ forte vult dicere extra durationem & successionem & maxime localis. Tempus enim addit aliud supra durationem, vt videbitur. & in media sua expositione dicit, ꝙ nos cognoscimus seu imaginamur motū sine priori & posteriori, vnde difficile videtur imaginari motum sine duratione, & maxime localem. In cōmento. 99. versus principium cōmenti. vbi dicit. & quando motum mouetur per continuum, motus eius erit continuus &c. Nota ꝙ vult dicere diuisibilis & compositus ex partibus, vt innuit in sua summa, sm quod notaui in Tertio quia motus est conti- [Com. 99.] nuus. Vide illud, & cōmentum. 116. Si enim magnitudo esset indiuisibilis, tunc pertrāsitio illius, s. motus, esset nō quantus, neq; continuus, immo motus, per quē pertransitur indiuisibile, est indiuisibilis non quantus. Vnde diuisibilitas in motu locali est propter magnitudinē. & vide cōmentum centesimū sextum, aliter magnitudo indiuisibilis pertransibilis esset diuisibilis: quod implicat. & vide cōmentū quintū Sexti. Vide etiā cōmentū sexagesimum Octaui, quia ibidē innuitur alius modus. Item in eodem cōmento post hoc, vbi dicit, quoniā si pars motus, quæ est in parte mensuræ prioris sm initium ex quo est motus &c. Nota hoc quod dicit sm initium &c. per hoc enim potest quis soluere quandā dubitationem hic fieri solitam, & considera, quāuis enī forte non sit aliqua pars naturaliter prior alia extremitate, tamē est prior sm initium motus ab ea. Item in eodē cōmento post hoc,

A vbi dicit, cum fuerint accepta, sm quod sunt in subiecto. Nota quod forte vult dicere, sm quod sunt subiectū temporis sunt partes motus. partes enim motus sunt illæ, in quibus fundatur prius & posterius, s. duratio, quæ diuiditur in prius & posterius, quæ sunt numerus, vt sunt duo distincta: sunt tamen numerus numeratus. & videtur quod iste est modus loquendi Commentatoris, s. ꝙ aliquando vult dicere subiectum: & dicit in subiecto, vt patet inspicienti bene cōmentum centesimum sextum.

In cōmento centesimo sexto in fine. vbi dicit. & quod terminatur ad duo instantia est tempus: igitur motus sm quod terminatur &c. Nota ꝙ istum modum loquendi videtur reprehendere in sua summa. & vide quomodo limitat hoc. [In subiecto ꝑ subiectū vel Cōmētator. Com. 103. 104. 101.] In cōmento centesimo quarto. vbi dicit. & dicēdum est eis quod Sor. est idem quodammodo & est sm subiectum: id est ꝙ Sor. sm se est vnus. & vide cōmentum quadragesimum septimum quinti. In commento. 105. versus principium. vbi dicit. & causa in hoc B ꝙ instans & tempus sunt simul est: quoniam instans est numerus trāslati &c. Nota ꝙ forte vult dicere, ꝙ instans est numerus mutati esse translati, & hoc aliquo modo manet idem: quia translatum manet idem, & dum durat motus semper est translatum mutatum. & ideo videtur esse vnum mutatum continuum, & similiter instans, est tamen diuersum sm esse, s. sm prioritatem & posterioritatem. & ideo isto modo non corrūpitur, sed variat esse. & ideo non oportet ꝙ corrumpatur in instanti, vt dicebatur in ratione Philosophi superius: quia non corrumpitur aliquod ens permanens seu actu existens totaliter, sed quædam succedunt, & quædam sunt præterita. Et tu bene considera. & vide cōmentum vigesimum quartum Sexti. per illud remouentur multæ expositiones modernorum de hoc. Et forte hoc dicit, quia instans indiuisibile non est extra animam in actu, sed aptitudinaliter: id est quod in tempore est aliquid aptum natum sic intelligi, C non tamen est in ipso indiuisibile in actu, ita ꝙ continuatio vnius temporis cum alio intelligitur ac si esset quid indiuisibile in ipso in actu, similiter punctus in linea, & alia huiusmodi. in hoc tamē est differētia, vt dicetur. Et ideo in re est idem aliquo modo cum tempore. & ideo nō corrumpitur, sed variatur sm prioritatem & posterioritatem. & intellige hoc recte. Postea inueni in sua media expositione hæc verba, ꝙ instans est vnum, propterea qa subiectum in quo inuenitur instās est vnum numero, & est multa sm quod in ipsa inueniunt prius & posterius, [Instans tpis quō sit vnū & multa.] & intelligit per subiectum hic translatum, vt in ipso postea dicit ibidem. Et postea concludens dicit, & sm istū modum instans est vnum, sm quod ipsum sequitur vnū subiectum. Sed quia hoc translatum non est firmum in vno loco. Sed inuenitur in locis diuersis distinctis secūdum prius & posterius instans est multa. [Com. 106.] In cōmento centesimo sexto, vbi dicit. Et est necesse, vt iste punctus sit D in actu, i. ꝙ potest bis demonstrari, non ꝙ sit extra animam indiuisibilis nisi in potentia, vt ipse dicit expresse in duodecimo Metaphysicæ in sua media expositione. Nihil enim quod est in corpore est in actu extra animam indiuisibile omnino, sed aliquo modo & in potentia. & ideo potest determinari aliquo modo. Vnde esse puncti est magis propinquum ad actum, ꝙ esse instātis. nam in corpore demonstrato in actu extra animam, verum est dicere, ꝙ in ipso est punctus, & vnus punctus demonstratur bis, non sic autem est de instanti & tempore: nam nullum tempus est demonstratum simul, & ideo nō possumus demonstrare vnum instans bis. Item in eodem commento. parum post, vbi dicit, Incœpit narrare hoc, [Instans vnū bis demonstrari ñ pt.] punctus enim est causa numeri lineæ, instans est causa numeri temporis &c. id est diuisionis seu diuisibilitatis, vt dicit inferius in hoc commento. ex tali autem diuisione causatur numerus, scilicet prius & posterius, quæ sunt duo. In commento. 109. vbi dicit, Continuatio accidit ei gratia materiæ & discretio, scilicet numerus gratia [Com. 108.]

formæ

formæ &c. Nota q hoc sic intelligo ad præsens, tempus enim est quantitas continua, seu sequens quantitatem continuam, eo modo quo prius est dictum, quæ quantitas seu duratio habet ex sua natura quædam, quæ competunt quantitati discretæ, scilicet minimum, vt dictum est. hoc enim inest tempori secundum q est numerus. Est enim numerus non simpliciter sed numeratus: de natura enim temporis est habere partes non simul, sed vnam priorem, reliquam posteriorem. & hoc habet per duo instantia, vt dictum est. Linea autem habet hoc à puncto vno: quia eius partes sunt simul. Nota tamen, q istam diuisionem & numerationem habet tēpus extra animam potentialiter seu aptitudinaliter non in actu, sed habet hoc actualiter per animam. Quod autem hoc habet actualiter ab anima patet, nam ipsum est quid continuum, non diuisum, nec extra animam habet aliquam partem simul & à fortiori priores & posteriores simul: quæ partes sunt numerus numeratus. Quod autem hoc habet ex se aptitudinaliter patet. Nam ipsum est quædam duratio successiua habens in se instantia continuantia ipsum, & per quæ est aptum vt diuidatur per intellectum, non in re, sicut linea per punctum. hoc etiam patet per rationem Commentatoris post, Tempus ergo extra animam est numerus numeratus in potentia: numerus autem numeratus sunt hæc duo prius & posterius. Tempus ergo est compositum ex quantitate continua & discreta, non intelligendo per discretum numerum simpliciter, sed illa duo, secundum q in eis coniungitur numerus, scilicet prius & posterius. Est ergo tempus quid continuum, cui inest diuisibilitas & numerabilitas: & est numerus numerabilis seu numeratus. & hoc per suam naturam. Numerabilitas autem seu numerus est quasi forma. Quia, si non esset diuisibilis & numerabilis non haberet prius & posterius, quidditas autem temporis consistit in priori & posteriori. diuisibilitas etiam quasi fundatur in continuo. De dictis modernorum non curo. Inconueniens enim esset tempus componi ex istis, si tempus esset numerus simpliciter, sed si sit numeratus non est inconueniens. nā quantitas continua vt diuisibilis in duo, est numerus numeratus: habet tamen rationem formæ vt numerus numeratus, vt dictum est. & hæc duo requiruntur ad esse temporis, scilicet continuitas & prius & posterius. Vide commentum. 115. &. 112. &. 114.

Tpi quo nu meratio ex se, vel ex aiæ opere conueniat.

Com. 110. In commento. 110. vbi dicit. Prius autem & posterius temporis sunt idem secundum subiectum, sed est diuersum secundū definitionē &c. Nota, q forte vult dicere, q vna nota non differt ab alia, neque secundū subiectum, neque secūdū definitionem: quando fuerit accepta simpliciter, i. mathematice. prius autem & posterius, quæ sunt numerus numeratus, diuersificatur secundū definitionem: quamuis sint ambæ partes temporis. Vide commentum. 99. &. 105. Item in eodem commento. vbi dicit. Sicut est dispositio in tempore accidit ei vtrūque &c. i. q alia est duratio prior vt sic, & alia posterior secundum definitionem, scilicet vt numeratum. Item immediate post hoc. vbi dicit. Et ex hoc modo prius & posterius in tempore sunt idem in omnibus motibus &c. id est q iste numerus, vt numerus, est vnus omnium numeratorum per tempus.

Com. 113. In commento. 113. vbi dicit. Et necesse est, vt & vtrūque mensuret reliquum: quia vtriusque paucitas & multitudo &c. Circa hoc nota bene quomodo mensurant se inuicē, & qualis est modus mensurandi eorum secundū intentionem Commentatoris.

Com. 114. In commento. 114. vbi dicit. Quoniam mensurat ipsum non esse ipsius &c. Intelligo per esse rei hic totam durationem rei, vt innuit commento sequenti. Item immediate post hoc, vbi dicit. Tempus vero mensurat de motu vtrūque, s. quantitatem & esse. per quantitatem intelligo hic bis tantum vel ter, & similia. & cum dixit esse, vult dicere esse motus finiti & determinati. Item nota, q motus habet quantitatem & continuitatem eo modo, quo dictum est in commento

E præcedenti, & commento. 101. maxime localis. Et forte ipsum mensurat quantitatem motus, cum sit facta imaginatio dicta in commento præcedenti, & forte vult dicere, quòd mensurat partes motus, quæ sunt quodammodo quantitas discreta, scilicet vt est diuisibilis & habens partes diuersas & priores & posteriores saltem materialiter, & subiectiue, scilicet motus localis. Et vide commentum. 121. vbi innuitur, q quamuis motus sit quantus, tamen quantitas accidit motui, id est, vt ad presens intelligo, quia tempus quod est per se quantum est accidens motus. vel quia mensura est per se quanta, circa quam fit motus, & pertransitio, vel mensurat quantitatem quam habet à tempore per aliquod tempus notum & determinatum. Vel forte intelligitur hoc modo, s. q nos dicimus motum esse longū & breue, quia est in tempore longo & breui. & hoc modo mensuratur quantitas motus per tempus motus, non quia habet aliam quantitatem quam sit quantitas temporis.

F Vnde tempus est quantitas continua motus secundū q in ipsa quantitate est diuisibilitas secundū prius & posterius seu diuisio. & hæc quantitas isto modo est passio motus, vt post declaratur. Accidit tamen tempori mensurari per motum, sicut dicimus, q tempus est longum, in quo fit motus longus. & hoc accidit in qualibet mensura & mensurato, scilicet quod mensura mensurat mensuratum per se, & mensuratum mensurat per accidens. Nota etiam, q prius & posterius in motu est præteritum & futurum, & nihil aliud. instans enim separat prius à posteriori: quod instās est finis præteriti & principium futuri.

Per accidēs tps p motū mēsuratur.

In commento 117. in principio. vbi dicit. Omne quod est in tempore est in eo in aliquo numero, & omne quod est in aliquo numero &c. Vult dicere, ex quo tempus, longius saltem, potest mēsurare maius illo. Præterea. Illud quod est in tempore est inter duo instantia: quodlibet autem instans est medium inter præteritū & futurum, ergo &c. Com. 117.

Præterea. Exemplum Philosophi de loco. & vide com-

G mentum. 122. In commento. 118. vbi dicit. Quod esse alicuius in numero est, vt illud, quod est in numero, habeat aliquem numerum, qui mēsurat essentiam eius per essentiam intelligit esse. & vide commentum. 116. et. 117. Com. 118.

Item in eodem cōmento parum post. vbi dicit. Quiescens est in tempore, i. quiescens aliquando vt prius. Et parum post vbi dicit. & similiter motum, i. aliquando.

In commento. 121. vbi dicit. Quia excedit esse horū, & esse subiectorum: quæ nata sunt, vt in eis inueniantur ista. Vult dicere, q est non esse istorum, vt declarat statim. Item in eodem commento, vbi dicit. Cum autem priuatio eius accipitur in respectu possibilitatis eius in prima materia inuenitur infinita in præterito, id est, & sic non est in tempore. Item in eodem commento parum post. vbi dicit. Illud autem, per quod mensuratur esse alicuius secundo, & sunt illa quæ reciprocant, id est; secundum speciem, vt elementa: quia subiectum eorum propinquum est materia prima. Com. 121.

H In commento. 128. vbi dicit. Quoniam transmutatio alicuius extrahit illud ab illo, cum quo est hoc, sic intelligo, Transmutatio transmutat ens, quod existit, à sua natura seu dispositione, siue illa dispositio sit actus, siue nō ens: & ideo corrumpit per se: quia per trāsmutationem per se remouetur dispositio contraria. Item in eodem commento. vbi dicit. Ideo homines attribuunt ipsum tempori. Secundum hanc causam seu signum videtur q genita per putrefactionem, q generatio eorum attribuitur tempori: tamen secundum causam iam prius dictam, quæ fundatur in ratione naturali: talis generatio non attribuitur tempori nisi modo iam dicto. Com. 128.

In commento. 129. vbi dicit. Quoniam non dicitur, q illud quod mouetur in circulo, est velocius per circulum, intelligit circulariter. Com. 129.

In commento. 130. in fine commenti. vbi dicit. & quod est motum in actu tempus inuenitur in eo in actu, id est, non tanquam in subiecto, sed tanquam numerus seu mensura Com. 130.

sura, nisi in primo mobili: tamen etiam in ipso non est accidens extensum, sicut albedo in pariete: hoc tamen vltimum non simpliciter affirmo, & vide commentū. 134.

Com. 131. In commento. 131. vbi dicit, Aut actio numerantis in numerato, id est, non in numerato, tanquam in subiecto: quia subiectum, in quo fundatur, est anima: sed est circa numeratum. Item parum post hoc in eodem commento, vbi dicit, & cum manifestum est ꝙ numerus nō est numeratum, ergo est actio numerantis in numerato. Ex hoc nota de natura numeri. Et vide commentum. 68. Tertij. Et per hoc remoue multos errores modernorum. Et vide commentum. 135. Item in eodem commento. vbi dicit, Sed esse eius extra mentem est in potentia propter subiectum proprium, id est, ꝙ res numeratæ sunt aptæ natæ ex sua natura, vt eas anima numeret per diuisibilitatem earum, & diuisibilitatem in actu seu in potentia. Et ideo hæc numeratio non est figmentum, immo intellectus intelligit res, sicut sunt aptæ intelligi. In com-

Com. 132. B mento. 132. vbi dicit, & siue motus fuerit generatio aut corruptio. Nota, ꝙ non intellexit per generationem subitam seu instantaneam productionem formæ, sed forte intelligit alterationem præcedentem formæ substantialis sue aggregatum, vt patet in fine commenti. Item in eodem commento parum post, vbi dicit, Quoniam est numerus aliorum motuum per translationem, &c. Nota, ꝙ in sua summa in hoc libro ponit hæc verba. Et quoniam declaratum est de dispositione temporis, ꝙ est numerus motus secundū prius & posterius, forte dubitabitur. An est numerus cuiuslibet motus, scilicet ꝙ inuenitur in quolibet motu. An numerus vnius motus. Si enim nos posuerimus ipsum numerum inuentum in quolibet motu, sequeretur ꝙ tempus multiplicaretur secundū multitudinem motuum, & essent instantia multiplicata etiam. Tempus autem in omni loco est vnum & coniunctum seu continuum, & si poneremus vnum esse numerum vnius motus tantum, sequeretur ꝙ non cognosceret tempus ille, qui non cognoscit hunc motum. Et ideo debemus ponere ipsum non multiplicatū secundum multitudinem motuum, sicut numerus qui nō diuiditur seu multiplicatur per diuisionem subiectorum eius neq; multiplicatur per multitudinem eorum, sicut etiam verbi gratia, cum accipimus ipsa. per. 10. equos &. 10. asinos, &. 10. tunicas, nam diuisio eorum est vna, & non sunt in hoc, sicut accidentia quæ diuiduntur per diuisionem subiectorum eorum, sicut albedo & nigredo: & hoc est necessarium in ipso. Quoniam ipsum est numerus motus vniuersalis, quod intelligit intellectus, ꝙ omnia entia transmutantur per ipsum, & ꝙ ipse continet omnes motus. Et ipse non indiget in sua cognitione vt sit motus proprius e contrario illius, quod accidit ei, & cum accipitur determinatus, nam ipse debet attribui motui noto, vt sit notum. Et quia quidam motuū sunt priores quibusdam, & esse eorum est magis famosum seu notum, & primus eorum est motus translationis, & isto, motus corporis cœlestis, Et isto, motus diurnus: & quia mensurans debet esse minus quolibet mensurato in illo genere: & magis remotum ab eis oportet vt accipiatur determinatum secundum motum huiusmodi, nam per ipsum mensurat motus proprius & determinatus. Et hęc est dispositio cœli cum reliquis motibus: & si esset hic motus velocior in ipso, ipse esset mēsurans, & non alius. Sed quia numerus huius motus est prior reliquis numeris motuum, ita ꝙ esse eius est primum & per se & numerus aliorum est secundarius, & mediante isto motu

Mensis siue Annus motū cœli sequuntur. sequitur ꝙ ipse sit mensurans seu numerus. Et hoc apparet: nam dies & mensis & annus non sunt nisi partes tēporis, quæ sequuntur motum corporis cœlestis. Et accidit huic cum hoc, quod est vnum, ꝙ sit famosum apud gentes, nam iste motus est, per quem, & per cuius tempus mensurantur reliqui motus, & reliqua tempora, & res per quam mensuratur res, cum hoc, quod debet esse

A de genere mensurati, oportet de necessitate vt sit prima in illo genere indiuisibilis, nam est mensura in natura, sicut vnum in numero. Et ideo iste motus debet esse prior reliquis motibus, & tempus eius quod est dies & nox est mensura reliquorum temporum: & ꝙ tempus mensurat istum motum primo et per se, & mensurat reliquos motus secundario & mediante isto motu. Et ex hoc apparet quomodo mensurat reliquos motus. Item Commentator in libro Destructio Destructionum in prima quæstione dicit, Præterea tempus non sequitur motum, sicut finis sequitur magnitudinem, nam finis sequit̃ magnitudinem, quia inuenitur in ipsa sicut accidens inuenitur in suo subiecto demonstrato: & hoc & ipsum est hoc, demonstratum per demonstrationem sui subiecti: & est in loco, in quo est suum subiectū, & non est in consecutione temporis ad motum. Sed consecutio temporis à motu est magis similis consecutioni numeri ad numeratum, scilicet sicut non transmutatur numerus propter

Tp̄s motū nō sequitur sicut finis magnitudinem.

B transmutationem rei numeratæ, neq; multiplicatur per suam multiplicationem. Et hæc est dispositio temporis cum motu. Et ideo tempus est vnum cuiuslibet motus, & mobilis. Et inuenitur in quolibet loco, ita, ꝙ si imaginati fuerimus homines incarceratos à pueritia in aliqua spelunca terræ, nos diceremus omnino ꝙ ipsi non cognoscunt tempus, si non cognoscunt aliquem motum sensatum qui est in mundo. Et ideo videt Aristo. ꝙ esse motuum in tempore est magis simile numeratorum in numero. Nam numerus non multiplicatur per multiplicationem numeratorum, neq; demonstratur & locus per demonstrationem locorum numeratorum. Et videtur, ꝙ propter hoc est proprietas eius, vt sit mensura motuum, & mensura esse motuum mobilium in eo ꝙ mobilia, sicut numerus mensurat ipsa. Et ideo dicit Aristo. in definitione temporis, ꝙ est numerus motus per prius & posterius, quæ sunt in ipso, id est in motu: & cum hoc

C sit ita: sicut si nos posuerimus aliquod numeratum productum non sequitur, vt sit numerus productus, sed sequitur si sit numeratum vt sit ante ipsum numerus: ita sequitur, si sit hic motus nouus vt sit ad ipsum tempus: & si produceretur tempus per esse alicuius moti demonstrati, quicunque fuerit, esset tempus cognitum cum illo motu: hoc facit te intelligere, ꝙ natura temporis est multum diuersa à natura magnitudinis: hęc sunt verba eius. Vnde, quāuis omne accidens subiecti fundatum in ipso subiecto corporeo est extensum & diuisibile, & multiplicatur per multitudinē subiectorum, non tamen hoc oportet de accidenti, quod est passio motus, non secundum partes extensas per extensionem subiecti, sed secundum prius & posterius. Et maxime, quia hæc passio non habet esse extra animam nisi in potentia: ita ꝙ motus habet aptitudinem seu dispositionem circa quā intellectus versatur, & facit tempus in actu, non tamen dico ipsum esse passionem motus in eo ꝙ motus, sed primi motus: numerat tamen quemlibet motum. Sed de hoc iam alias

D dixi. Item in eodem loco. vbi dicit, Quia est numerus translationis. Quoniam translatio &c. Nota ꝙ forte hęc est differentia, quia si motus translatiōis sit, tempus est, etsi non, non. In reliquis autem motibus non sic est. Si enim ipsi non sunt, adhuc tempus est: & hoc est ita; quia si motus localis non est, nullus motus est, non e contra. Dixi autem hoc, quia si per imaginationem reliqui motus essent, & non localis, forte esset tempus: quamuis in re non sit ita, hoc tamen non affirmo, quia scientia Philosophi & Commenta. videtur omnino esse quod sequitur primum motum: quamuis sit numerus cuiuslibet motus. Et bene cōsidera, & de hoc multa dixi alias. Item in eodem commento parum post. vbi dicit. Et, quia sequitur motum simpliciter, quicunque sit, necesse est &c. Nota ꝙ intelligo, ꝙ tempus sequitur motum quicunque sit, non vt verba iacent, sed eo modo, quo ipsemet declarauit in cōmento. 100. in solutione dubitationis. Item

Tp̄s sequit primū motū & est mēsura cuiuslibet mot⁹.

in

in eodem commento parum post, vbi dicit. Sed, si posuerimus ipsum esse numerum cuiuslibet motus, cum fuerit numerus alicuius moti demonstrati, & in alia hora mouetur aliud motu æquali ei, tunc tempus erit numerus vtriusque illorum motuum. Et sic multiplicabitur per multiplicationem eorum, & sic essent duo tempora insimul: quod est impossibile. Nota, ꝙ ex hoc expresse apparet ꝙ Ioannes Iandunus & Burleus, dicunt tempora esse

Com. 133. multa, non tamē primum tempus. In commento. 133. vbi dicit, Sequitur, vt tempus istius motus sit prius cæteris temporibus, numerans illa, id est, ꝙ tempus prius & principaliter attribuitur seu mensurat primum motū alijs motibus, vt patet in commento præcedenti: neque aliud sequitur ex premissis, & considera. Ioannes autem de Ianduno, & quidam alij moderni dicunt, ꝙ tempus non est omnino vnum numero, sed aliud & aliud numero in diuersis, quæ actu mouentur. Et hoc sic nititur probare supponendo primo, quòd nihil mensuratur aliqua quantitate successiua, nisi ipsum sit quantum & successiuum, id est, quantitas successiua. secundo, ꝙ vnusquisq; istorum motuum inferiorum proprie dictorum mensuratur tempore. tertio, ꝙ nihil est quantum successiuum, nisi per quantitatem successiuam & inexistentem. quarto, ꝙ nulla est quantitas continua successiua nisi quantum succedens per primam suppositionem. Sed omnis motus proprie dictus vel est quantitas successiua, vel quantum succedens, vel habens in se quantitatem successiuam. ergo omnis motus proprie dictus idem est tēpus vel quantum succedens. Si autem sit tempus, tunc, cum plures & diuersi sint motus numero, plura & diuersa erunt tempora. Si dicatur ꝙ est quantum successiuum, cum nihil sit quantum successiuum nisi per quantitatem successiuam sibi inexistentem, sequitur ꝙ omnis motus habet in se quantitatem successiuam sibi inhærentem. Talis autem quantitas est tempus, vt dictum est, ergo omnis motus proprie dictus habet in se tempus.

Item arguit sic. Nihil est æquale quantitati successiuæ, nisi sit quantitas successiua aut habens quantitatem successiuum sibi inhærentem. Sed omnis motus proprie dictus istorum inferiorum est ęqualis alicui tēpori, quod est quantitas successiua: ergo omnis talis motus aut est quantitas successiua, aut habet in se quantitatem successiuam sibi inexistentem. Sed quia hæc dicta sunt contra Philosophum & Commentatorem, vt patuit, respondebo magis specialiter: quamuis per iam dicta apparet corruptio istorum. Et dico, quod prima suppositio est vera, primo & principaliter, In alijs autem sufficit ꝙ habeant quantitatem à mensura, circa quam fit motus, siue habeant quātitatem eo modo, quo dicit Commentator commento. 15. scilicet quādo fuerit tempus imaginatum extensum &c. Vel sufficit quod sit quantum non per quantitatem in eo existentem, sed per quantitatem temporis primi, ita ꝙ per replicationem numeratur motus, nec tertia suppositio est simpliciter vera, vt patet. Ad secūdam rationem dico, ꝙ motus dicitur æqualis alteri, quia æquale spatium in æquali tempore pertransiuit. Et ideo hæc ratio nulla est. Et considera ea quæ notaui.

SVPER QVINTVM LIBRVM ANNOTATIONES.



Com. 5. Irca librum Quintum commento. 5. vbi dicit. Et similiter primum motum dicitur his duobus modis. Nota ꝙ in septimo libro videtur dicere, ꝙ hic intendit per se motum illud, quod mouetur secundū omnes partes, & non quia pars mouetur: & ipsa mouet totum. Item in eodem loco parum post. vbi dicit, Sed hic intēdebat per motum primum illud quod est per se simpliciter, id est, vt intelligo non primo tamen. ipse enim posuit in principio commenti loco de primo per se. & dixit, ꝙ hoc intel-

E ligit Philosophus per primum. Vnde per primum intelligit hic Philosophus per se, per se autem intelligit motū, quod non dicitur moueri, quia pars eius mouetur: & etiā ꝙ non dicitur moueri per accidens, scilicet quia accidit alicui ꝙ mouetur per se, sicut dicitur. verbi gratia, Albū mouetur ad caliditatem seu musicus currit. Non enim mouetur seu currit secundū ꝙ musicus, sed secundum ꝙ animal. verbi gratia, Cui accidit vt sit musicus: accidit enim musico secundū ꝙ musicus currere, & hæc duo simili modo requiruntur ad hoc ꝙ sit per se motor. hoc enim sufficit hic Philosopho ad suum propositum, vt innuitur in primo commento, & non curo nunc de dictis Burlei. Sed dices, quid est primum motū, ex quo per se motum habet duo iam dicta: Dico, ꝙ vltra hoc requiritur ꝙ non moueatur ad motum alterius, vt verbi gratia, homo æquitans, & hoc videtur necessariū: quia iam dictum est, ꝙ quod mouetur, quia pars eius mouetur, reducitur ad per accidens. ergo quod per se mouetur, non

Primū motū quid sit.

F mouetur, quia pars eius mouetur. ergo per se mouetur secundum totum mouetur: non ergo dicitur primo moueri proprie accipiendo ly primo, quia totum mouetur, dato ꝙ hoc requiritur: vnde Philosophus intendit per ly per se motum hic quod mouetur etiam secūdum omnes partes: & hoc est quod dicit Commentator per se simpliciter: & hoc est quod dicit in fine commenti. 5. vt notaui: vnde per se simpliciter, id est, non per aliam naturā etiā: non tamen tollit aliam causam seu alium motorem. forte tamen dicta Burlei non sunt omnino falsa, & tu considera: & vide commentum. 27. Octaui. Et videtur ꝙ veritas sit omnino, ꝙ dupliciter dicitur sic aliquid esse per se motum, seu primum. Vno modo, vt opponitur ei per accidens, scilicet illud quod mouetur, quia pars eius mouetur modo dicto in textu, et etiam vt cursus, verbi gratia, attribuitur medico, quia non currit vt medicus, vt dicitur in textu, & sic loquitur hic Philosophus. Alio modo

G accipitur vt opponitur illi quod mouetur propter partē eius sic intelligendo, ꝙ primum est illud quod mouetur: non quia aliud eius mouetur per se seu potest moueri. Sed illud quod ita est motum ꝙ minus illo non mouetur seu non potest moueri: & tale est minimum in vnaquaq; specie: & dicitur primum motum & simplex, quia non componitur ex alijs motis seu minimis: & dicitur primum, quia ratione totius competit ei motus seu posse moueri non ratione partis eius, sed vt tale totum: & huic opponitur moueri per partem, id est, ꝙ pars illius mouetur seu potest moueri per se, & tale est compositum ex multis primis motis seu minimis, & sic loquitur in. 7. cōmento primo & secundo, & de tali primo moto seu per se non loquitur Philosophus in hoc quinto, sed loquitur de illo quod est per se motum tantum, id est, non primū: intelligendo per primum illud quod mouetur, quia est in ipso pars aliqua, quę est, seu potest esse primum motum, vt dictum est, vnde primum, vt sic, addit supra se, vt in

H quinto loquitur de per se, seu dicit aliam rationem, & hæc omnia innuit Commentator hic & in septimo. In eodem commento. vbi dicit. Et ista alietas est ei primo & essentialiter, per accidens vero &c. Circa hoc nota ꝙ intelligit hic per motum transmutationem: forte vult dicere, ꝙ materia, quæ mutatur & forma fiunt idem per se. Accidit tamen forte materiæ vniri huic formæ, non tamen hæc forma est accidens in hac materia, & forte dixit, ꝙ est per accidens, quia non accidit hoc nisi transmutationi substantiali: & forte vult dicere idem specie, vt quando calidum mouetur ad maiorem caliditatem: hoc tamen est per accidens, quia minus calidum non mouetur ad intensiorem caliditatem nisi per accidens, scilicet quia non mouetur secundum ꝙ calidum, sed secundum quod frigidum, & forte hæc totalis caliditas est vna numero, ita quod in fine motus est vna totalis caliditas. Videtur enim esse clarum, ꝙ prior gradus est tanquam materia posterioris, & ideo, sicut materia identificatur

cum

cum forma, scilicet substantiali & fit vnum per se, ita similiter hic: sed sicut materia non est omnino idem cum forma, immo alia est natura materiæ à natura formæ, ita in proposito isti gradus non sunt omnino indiuisibiliter vnum, ex eo tamen fit seu resultat vnum totale per se. & videtur quod magis ex istis gradibus fit vnum quàm ex materia & forma, & per hęc soluuntur multa circa hanc materiam. Burleus tamen ponit alias expositiones: & videtur mihi quod intendit Commentator dicere, ꝙ, quando aliqua pars motus est introducta, capiendo motum pro forma fluente, tunc illa pars motus mouetur vlterius per accidens ad motum subiecti, & vide commentum quintum. Item in eodem commento, vbi dicit. Deinde illud ex quo est motus, id est, quod est vltimum respectu istarum causarum. In commēto.4. vbi dicit, & non nominatur à nomine eius ex quo est. Nota, ꝙ causa huius iam tacta est in commēto præcedenti, vbi dicit. Cum ab hoc separatur &c. In commento.5. vbi dicit, & propter transmutationem sequentem illas, existimāt ꝙ albedo est motus, & sic motus ad illam erit motus ad motum, & quia manifestum est ꝙ albedo &c. Vide cōmentum.4. Tertij, & commentum.9. huius, & nota, ꝙ albedo est motus materialiter sumptus, vt ei cōiungitur potentia & fluxus, vt dicitur commento.9. & ideo non negatur hic hoc modo formam fluentem esse motum capiendo motum materialiter: nec etiam est falsum ad motum sic sumptum esse motum formaliter sumptum, immo quælibet perfectio noua permanens acquiritur per motum siue mutationem, capiendo motum formaliter. sed negatur ꝙ forma est motus formaliter sumptus. Si enim esset motus formaliter sumptus: tūc ad motum formaliter sumptum esset motus: quod improbabitur post. nam albedo & reliquæ formę permanentes acquiruntur per motum. si ergo esset motus formaliter sumptus, tunc esset motus ad motum formaliter sumptum. Verum est etiam ꝙ albedo & similia, secundum ꝙ formæ, non sunt motus aliquo modo sumptus. nā formæ, vt sic sunt quiescentes & non sunt motus aliquo modo, nisi sit in eis fluxus & potentia coniuncta actui: & forte motus formaliter sumptus non est ad motum materialiter sumptum: quia non est tanquam ad terminum nisi ad formam quiescentem, sed de hoc infra magis: & vide suam summam in quinto, & vide commentum.15. & .34. Item in eodem etiam commento parum post, vbi dicit, & qui fingit ipsam moueri &c. id est, per se, vt dixit in commento præcedenti, vel secundū quod forma, vt notaui. Item in eodem commento in fine commenti. Et intendit hic per primum & essentiale &c. id est, non per aliam naturam, & adiungetur huic, nec per causam mediam. hoc tamen modo non oportet conclusionem esse primam, sed bene præmissas in demonstratione simpliciter. cōclusio tamen est prima, id est, non per aliam naturam, vt ipse declarauit bene in primo Posteriorum. hic autem intelligit per primum, non per aliam naturam. Et tale est etiam per se, id est, essentiale. Idem commento.7. vbi dicit, de non esse in non esse. non esse enim, id est, simpliciter dixit. Idem in eodem cōmento, vbi dicit. possibile est etiā dicere in eis, quæ opponuntur secundum contrarietatem illa transmutari &c. Nota, ꝙ hoc est tamen per accidēs, vt dicit in commento sequenti: & vide commentum.51. & .55. Item commento.8. vbi dicit. Quoniam generatio & corruptio numerantur in vna specie, id est, non tamen sunt secundum vnitatem, saltem in specie specialissima. Item in eodem commento, vbi dicit. non inuenitur in eo transmutatio omnino, id est, motus, vt innuit superius. Item in eo eodem commento parum post, vbi dicit. Ergo hic non est idem subiectum formę aquæ, vult dicere in actu demonstratum, ita ꝙ non est aliud subiectum motui in actu, à principio vsque ad finem, vt dixit parum supra & post. Item in eodem commento. vbi dicit, ꝙ est causa in hoc ꝙ transmutatio in ea non est motus & generatio eius est à non ente per accidens, & generatio eius ab ente in potentia. Nota, ꝙ ex hoc videtur ꝙ generatio simpliciter est primo & per se ex ente in potentia primo & per se ad ens in actu. Generatio autem secundum quid est à contrario positiuo per se ad contrarium positiuum. Vnde ambæ generationes sunt ex non ente per accidens, vt dictum est etiam supra. semper enim dicit Commentator intelligo per non ens, ens in potentia: & vide commentum.7. neque contrarium huius dictum est à Commentatore, si tu intelligis sua dicta. In commento.9. vbi dicit, Quod transmutatio, quæ est motus, in rei veritate est inter opposita mediata, id est, vt intelligo, per se. Et vide commentum.7. & .8. & intelligo per mediata secūdū formam, vel magis & minus. Item in eodem commento. vbi dicit. Et videtur ꝙ sit potentia ad vnumquodque prædicamentum &c. Nota ꝙ in media sua expositione in fine.7. Metaphy. in quibusdam traductionibus, & in.8. versus medium & versus principium in.11. ibidem enim declarauit hanc propositionem, scilicet ꝙ potentia in quolibet genere est in primo genere, in quo est actus. Item in eodem commento paulo post vbi dicit, Secundum vero ꝙ motus est forma in hac materia. Nota ꝙ intelligo circa hanc materiam, non materiam in qua: quia illa est subiectum quod transmutatur, motus autē materialiter posterior est natura transmutatione, quæ acquiritur: ideo impossibile est vt motus materialiter sit subiectum motus formaliter. Dicitur autem forma, quia motus, secundum quod motus, dicit transmutationem. Vnde esse motus, vt motus, consistit de necessitate in transmutatione: ideo motus formaliter est illa transmutatio seu passio non perfectio diminuta, quia illa stat post motum in quiete: & ideo motus pro fluxu formæ se habet vt forma respectu motus materialiter. Præterea, cum dicimus fluxum formæ, forma se habet secundum hoc tanquam subiectum & fluxus tanquā forma. Vnde & in accidentibus, scilicet in definitione eorum, subiectum ponitur in vltimo, & vide commentum.34. Item in eodem commento in fine commenti, vbi dicit. Ponentes vero receptionem esse prædicamentum passionis non bene fecerunt &c. Nota, ꝙ Commentator intellexit de prima opinione, ꝙ dixerunt receptionem potentiam receptiuam. nam receptio non completur nisi per potentiam receptiuam, & transmutationem siue passionem et per receptum: ipsi autem non dixerunt transmutationem neque intellexerunt de recepto: & hoc est manifestum. ergo intellexerunt potentiam receptiuam, & huic contradicit Commentator. In commento.10. versus finem cōmenti. vbi dicit, Quia relatio, quæ accidit ei, est propter suam transmutationem in loco per accidens. Est igitur vtriusque per accidens &c. id est, ꝙ relatio non est motus per se, etiam in illo, quod per se mouetur: nam quamuis per se mouetur ad locum, quia est eius terminus, non tamen est ad relationem per se. Accidit enim ipsi, ꝙ mouetur per se ad locum acquirere relationem per illum motum. Vnde hoc mouetur per se tantum in loco. In commento.13. versus finem. vbi dicit. Et cum prima transmutatio non erit, non erit consequens, &c. Nota quod intelligo, quando prima non est dabilis, si sint causæ per se, vltima non est dabilis. Siue enim ponatur omnes esse simul siue uō, sed vna post aliam, semper est impossibile procedere in infinitum. Sequitur enim si sint causæ per se, vt causatū sit sine causa. Vnde ex quo sunt per se, si prima non est dabilis, neque vltima. sed prima non datur ex quo sunt infinitæ causæ. Vnde, cum albedo per se terminat dealbationem, & dealbatio per se est causa albedinis, si dealbatio non est aliquando dabilis, non esset aliquo modo albedo, & si albedo est dealbatio, fuit aliquando vel est, & ideo dicta Burlei hic, non sunt bene dicta omnino. Et vide cōmentum.15. & .Cum hoc tamē stat quod causæ essentialiter ordinatæ debent esse simul & finitæ:

vt

Marginalia: Com.4. Com.5. Com.7. Com.8. (left); Com.9. Com.10. Com.11. (right); section letters A B C D.

Com. 16. vt ponitur commento.46.8. In commento.15.vbi di-
cit.Quoniam,si in transmutatione de albedine in nigre-
dinem,sequitur vt nigredo sit transmutata &c. Vult di-
cere, quando deducitur de potentia ad actum,quando ta
men est producta est forma quiescens, vt dicitur com-
mento.5.Ipsa tamen nõ mouetur,sicut mobile mouetur:
non enim est subiectum motus.vide commentum.5.&
Com. 22. 3.&.34. In commento.22.vbi dicit.Contiguatio vero
mathematica est in magnitudinibus,quantum vltima su-
perponuntur.Circa hoc vide commentum.9.Quarti,&
2.Sexti,cum autem dicit.Si igitur fuerint corpora super-
ponentur superficies eorum contiguæ: &,si superficies
superponentur lineæ,& lineæ supponentur puncto,si di-
cimus punctus superponitur puncto. Sed hic non inten-
dit mathematicum, quoniam in mathematicis duo vlti-
ma reuertuntur in vnum &c. Hoc sic intelligo.Ex quo
enim vnum indiuisibile tangit aliud secundũ se totum,
ita quod quodlibet sui tangit quodlibet alterius,ex quo
sunt indiuisibilia,secundum ergo istam considerationem
duo puncta,immo infinita se tangentia fiunt vnum pun-
ctum,sed hoc non est in natura.quia nõ inueniuntur om
nino indiuisibilia,saltem in actu:sed Mathematicus con
siderat lineas & superficies, & reliqua, secundum quod
sunt abstracta à materia,saltem per intellectum.Et ideo
dicta Burlei non sunt ad propositum:nullum enim indi-
uisibile Mathematicæ consideratum tangens aliud di-
stinguitur ab illo.immo,si infinita indiuisibilia actu ex-
tra animam tangerent se,non esset ex his nisi vnum indi
uisibile,vt patet in.6.huius.secundo, immo neque pun-
ctus tangit proprie punctum,sed reuertuntur ad vnum,
si essent tangentes, & vide cõmentum.30. Item in eo-
dem commento.vbi dicit.Et interest illud ad quod trans
mutatum transmutatur primo.Nota,ꝙ non dicit tamen
hic ꝙ datur primum simpliciter. In commento.23.vbi
dicit,& in continuis:forte vult dicere in istis,quæ conti-
nue mouẽtur in aliquo tempore. Item circa hoc quod
dicit immediate post. Quia plura continua continue de-
ficiunt aliquantulum in intentione,id est,vt intelligo in
materia circa quam mouentur, scilicet ꝙ ille motus non
est continuus simpliciter:quia non est vnus, tamen mo-
bile continue mouetur secundum tempus vere, vel ap-
parenter:non enim ambulatio est vna numero,sicut vo-
Com. 26. latio.vide commentum.40.&.41. In commento.26.
vbi dicit.Quoniam tangentia sunt de speciebus diuersis
id est,intelligi possunt,etiã de speciebus diuersis. Item
in eodem commento.vbi dicit. Et ista continuatio non
est naturalis,id est,sic considerata vt mathematica.nam
ista,vt sic,non sunt extra animam,saltem in actu.natura
lia autem sunt extra animam, & sunt materialia. In
Com. 28. commento.28.in principio.vbi dicit. Quoniam omne
tangens est sequens. Vult dicere,non tamen sequens,in
quo est ordo prioris & posterioris. Item in eodem cõ
mento.vbi dicit,& quia adunatio est &c. Ego intelligo
per adunationem vnionem cõpletam.verbi gratia,duæ
partes corporis,seu lineæ,habent terminum cõmunem,
& sunt continuæ. Sed postea,cum vna pars apponitur
alteri & continuatur vna pars cum altera secundum to-
tam longitudinem seu latitudinem,ita ꝙ vna pars, quæ
fuit extra aliam totaliter, nisi quod fuit vnum vltimum
cõmune inter illas non amplius est extra illa saltem illa si
gnificata,& hoc est quando corrumpitur terminus com
munis prior & fit adunatio illarum partium omnino si-
cut possibile est fieri. Hæc autem adunatio non est nisi
post continuationem, vt cum duæ partes aquæ conti-
Com. 31. nuantur postea commiscentur,& corrumpitur media su
perficies & vniuntur. In commento.33.in principio,
vbi dicit,& in motu circulari non est ex quo,& ad quod
vult dicere, ꝙ non est in corpore circulari, quod moue-
tur circulariter,aliquis punctus magis dignus,vt sit prin
cipium ꝙ̃ finis,sed quilibet punctus est principium & fi-
nis,similiter etiam quod mouetur super lineam circula-
E rem. Item in eodem commento immediate post,vbi
dicit,& est dictum in definitione motus, qui est idem in
specie,ꝙ est illud &c.id est,ꝙ ambo termini,ex quo sunt
eiusdem speciei,& etiam termini ad quos sunt ambo eius
dem speciei. In commento.38.circa hoc, quod dicit,
Quod sequitur plures actiones esse à pluribus formis,& Com. 38.
nullus existimat &c. Nota hoc non videtur tutum.si e-
nim est possibile, ꝙ sint ab eadẽ forma plures actiones,
non essent necessarię, vt plures actiones sint à pluribus
causis.Et ideo ponens vel dubitans vnum ponit vel du-
bitat reliquum,nisi forte ignoret consequentiam,quæ ta
men videntur per se nota.& ideo reliquæ expositiones,
quas ponit sunt meliores. In commento.52.vbi dicit.
Et contrarietas eius differet à contrarietate extremi in Com. 52.
hoc &c. Videtur quod sit de mente Commentatoris, ꝙ
colores medij differunt specie ab extremis & inter se,
verbi gratia,Rubedo & viriditas, vt innuit in multis lo
cis,& aliqualiter commento.31.Cum hoc tamen dico,ꝙ
F extrema sunt in eis secundũ gradus remissos,non tamen
sequitur,ꝙ omnes motus ab albedine sint eiusdem spe-
ciei,nisi illi, qui terminantur actualiter ad nigredinem,
vel qui non quiescunt in aliqua forma media. Quamuis
enim motus ab albedine ad rubedinem sit ad nigredinẽ,
quæ est in rubedine, non tamen est ad nigredinem sim-
pliciter,sed ad nigredinem,quæ coniuncta alteri consti-
tuit speciem rubedinis,& sic de similibus.neque omnes
dealbationes sunt eiusdem speciei,nisi quando terminus
actualis,ad quem cessat motus: & sic quies sit eiusdem
speciei. Et vide commentum.32.Sexti. Nota tamen ꝙ
Commentator in sua summa Tertij Meteorotum dicit,
ꝙ medium dicitur secundum duas species. Vna eatum
est vera,& secũdum prius:& hoc est medium inter duo
contraria,cuius esse est per commistionem seu comple-
xionem duorum extremorum: & quidditas eius differt
à duobus extremis.& exemplificat sicut viridis color.
Aliud autem dicitur similitudinarie,& secundum poste-
G rius,& illud est medium secundum quantitatem tantũ:
& diuersificatur à duobus extremis secundum magis &
minus. Commentator ergo dicit aliquod medium,non
tamen proprie, non esse diuersæ speciei ab extremis,&
videtur,ꝙ hoc sit vel minus album, vel nigrum per ad-
mistionem contrarij: non tamen constituitur diuersa spe
cies per complexionem, sicut multoties fit in artificiali-
bus.nota tamen vlterius, ꝙ magis perfectum & minus
in vna specie suscipiente magis & minus differunt secun
dum numerum tãtum:nec est inconueniẽs in specie,quæ
suscipit magis & minus,ꝙ, si vna sit magis, sic reliqua.
verbi gratia vna albedo est magis albedo reliqua: & ꝙ
essentialiter vna sit magis similis reliquæ eiusdem spe-
ciei ꝙ̃ alia eiusdem speciei,ex quo illa species suscipit ma
gis & minus. Possumus etiam dicere, ꝙ,cum aliquando
dicit Cõmentator,ꝙ media non differunt specie ab ex-
tremis,non vult nisi,ꝙ sunt composita ex extremis, &
H non sunt omnino alia,& diuersa ab eis. Vide commen-
tum.23.10.Metaphy. In commento.59.vbi dicit, & Com. 59.
sunt contrarij secundum naturam, & non naturã,id est,
tantum:& vide commentum sequens. Item in eodem
commento versus finem.vbi dicit,verbi gratia.ignis &
terræ,tunc vterque erit contrarius reliquo secundum il-
lud ad quod mouentur naturaliter,id est,sunt contrarij
secundum speciem tantum,quia ambo sunt naturales.
Item in fine commenti.vbi dicit. Aliter erit contra-
rius reliquo secundum naturam & non naturam,id est,
vt non secundum speciem tantum,vt dicit in commen-
to sequenti vltimo. In commento.61.vbi dicit Com- Com. 61.
mentator. Apparet eum translatio eius erit velocior,
quando appropinquat &c.Nota,ꝙ ex hoc forte quis po
test reddere causam, quare mobile naturaliter velocita-
tur in fine. In commento.62.in fine.vbi dicit.Ergo est Com. 62.
in potentia non in actu,id est,non in actu completo, si-
cut fuit antequam sit motus. Vnde, sicut terminus,ad
quem

quem paulatim acquiritur, & non est complete in actu, nisi in fine, ita & terminus à quo suo modo & quies in termino à quo, aliquo enim mobile quiescit in termino à quo, dum mouetur, & non est totaliter corruptus, nisi in fine cum acquisitus est terminus ad quem, qui successiue introducitur, sicut successiue terminus à quo corrumpitur. Et similiter quies in termino à quo: quia dum est motus aliqualiter quiescit in termino à quo, sicut aliqualiter habet de termino à quo. Vnde simul tempore fit generatio caliditatis & corruptio frigiditatis. Et semper dum corrumpitur pars aliqua frigiditatis introducitur pars aliqua caliditatis, & sic successiue, prius tamen secundum naturam fit corruptio q̃ generatio. In commento penul. vbi dicit Commen. Sed intendebat quietem ad quam etiam motus, & dixit oppositam large, id est, quia hic non est proprie opposita, vt dicitur commento. 54.

SVPER LIBRVM SEXTVM

ANNOTATIONES.

Com. 2. Irca librum Sextum, commento. 2. versus finem vbi dicit, Et impossibile est, vt vnum secundum continuationem. Vult dicere continuationem. Item in illo loco vbi dicit, ex diuersis in specie, supple hoc. Praeterea illud aeterogeneũ, vel est diuisibile, vel indiuisibile. si sic, ergo non componitur ex indiuisibilibus. si sit indiuisibi-
Com. 7. le, ergo ex eis non fit diuisibile. In commento. 7. vbi dicit Commen. Quod impossibile est res mota moueatur insimul, & ꝙ iam perfecit motum, scilicet ꝙ in eodẽ instanti sunt vera haec duo &c. Vide quomodo Philosophus habet, pro maximo inconuenienti, quod aliquod fit, & factum sit simul: quamuis sit indiuisibile, vt isti ponunt. Et hoc est contra modernos, & nota ꝙ Commen. 5. Physi. commen. 13. dicit expresse, ꝙ res generata cum fuerit in generatione nondum illa res est generata, verbi gratia, quoniam homo, cum fuerit in generatione, nondum est homo, & hoc est manifestum per se, nisi forte nõ considerantibus. Generatio enim seu factio est exitus rei de potentia ad actum. Dum ergo est generatio est potentia. ergo ipsum tunc non erit in actu. Vnde res completa iam non fit, nec res iam corrupta corrumpitur, ex quo ponitur corrupta, nisi res iam facta fit & corrupta corrumpitur quod implicat. Quoniam tantum non est non corrumpitur factum, etiam iam & cõpletum est in actu, & non indiget agente producente. Sequeretur enim secundum hoc, ꝙ idem esset in potentia & in actu. Et ꝙ instans praesens & praeteritum sunt idem. Et haec omnia innuit Commentator in diuersis locis. Sed dices, secundum hoc daretur vltimum instans rei permanentis, & non daretur primum fuit esse: ex quo instans generationis non est generati esse, et instans generationis est instãs corruptionis formae praecedentis. Ad hoc dico, ꝙ Aristo. & Commentator in. 8. nil aliud voluerunt, nisi quod idem instans, in quo generatur forma sequens, forma pręcedens corrumpitur: instans tamen non erit in actu, & ꝙ idem instans magis debet attribui rei generatae seu generandae, non corrumpendae: & ideo dicitur, ꝙ datur primum instans rei permanentis, & non vltimum. rationes autem modernorum circa hoc nil sunt: quia vltimum instans fui esse est instans corruptionis eius, quod est instãs generationis sequentis: ideo non oportet quod aliqua latitudo corrumpatur in instanti, nec ꝙ instans sit immediatum instãs, nec ꝙ materia sine forma. & hoc est quia tunc, scilicet in instanti corruptionis non est omnino forma perfectae, sed est in corrumpi substantialiter simpliciter tantum, & similiter alia est tunc in generari instantaneo substantiali: et ideo nõ est tunc certa latitudo qualitatum conseruantium formam corrumpẽdam: nec alia inconuenientia dicta accidunt, bene tamen scio, ꝙ ista

A dicta sicut & multa alia sunt extranea apud istos propter consuetudinem in contrario, sed de hoc non est curandum, quia non omne probabile & famosum est verum, nec e conuerso. Et bene considera. & vide commentum. 40. Item in eodem commento, vbi dicit. Sequitur vt habeat motum per vnamquamque partium &c. Circa hoc vide deductionem in textu, quia est clarior. Et in hac ratione habeo maximam difficultatem: forte enim dicet quis, ꝙ tunc neque totam pertransiuit, neque partem: sed totam pertransit in hoc instanti, & in instanti sequenti habebit eam pertransitam. & considera. Et forte potest sic ratio formari, in illo instanti, in quo mouetur, super illud indiuisibile, aut est in ipso aut non. si non: ergo sequitur, ꝙ pertransiuit illud: quia iam mouebatur in ipso: quod est impossibile, si sit in ipso & non pertransiuit illud, ergo vel est totaliter in ipso, vel secundum partem. Si secundum partem: ergo est diuisibile. si totaliter est in ipso. ergo tunc quiescit: ex quo in illa parte tempo-
B ris secundum eos nõ mouetur. instans enim apud eos est pars temporis. Sed iam positum est ipsum continue moueri per totum illud tempus, & per totam illam partem. Considera tamen quid diceret Philosophus de generatione substantiali & corruptione, quae sunt quaedam mutationes instantaneae. Ipsae enim non sunt motus, neque transmutationes, nisi aequiuoce, vt dicit Commentator commento. 131. Quarti, & commento. 32. huius. 6. Sequitur enim finis transmutationis, & dicitur transmutare in tempore alterationis: & in instanti aduentus formae est transmutatum. Sed isti ponunt motum componi ex indiuisibilibus, & ꝙ indiuisibile est pars eius. Vnde sequitur ex positione eorum, ꝙ pars motus sit indiuisibilis, & tamen est motus: quia quęlibet pars motus est motus. Et vide commentum. 9. Possum etiam dicere, ꝙ indiuisibile, cum pertransitur, est pertransitum, id est, est in ipso toto. ergo tunc nõ mouetur ad ipsum. Quod enim
C totaliter est in aliquo, non mouetur ad illud, & sic in nulla parte magnitudinis est motus. ergo non est motus, & tamen in fine est motum iam. Vide commentum. 88.

In commento. 15. in solutione dubitationis. vbi dicit. Com. 15.
Ad hoc autem dicamus. Nota ꝙ ex commento. 2. Septimi potest quis accipere aliam solutionẽ etiam. In commento. 23. vbi dicit. & quia tardius pertransiuit in hoc Com. 23.
tempore magnitudinem compositam &c. Nota ꝙ sequitur etiam hoc posito ꝙ nõ sunt aequales numero partes temporis & magnitudinis, ex quo magnitudo componitur ex duobus indiuisibilibus: & tempus ex tribus indiuisibilibus. In commento. 32, vbi dicit & etiam Com. 12.
demonstratio, qua Aristo. vtitur in hoc non erit prima & essentialis. Nota, quod neque Bur. neque Ioan. de Iandu. intellexerunt hanc rationem perfecte, & hoc, quia non habuerunt intentionem eius in commento Libri Posteriorum. Quod tamen faciliter potest quis intelligere.

D Item eodem commen. versus finem. vbi dicit. Sed quidem in albo & quidem in pallido: licet hoc quidem non distinguatur in actu &c. Circa hoc vide commẽtum. 87. & vide commentum. 70. Octaui. Et nota, ꝙ, cum transmutatur sine medio, verbi gratia ex albedine in nigredinem, quiddam eius est in albedine, & quiddam eius est in nigredine de necessitate, ex quo est medium: & hoc sufficit. Et ad maiorem declarationem nota, potest enim quis dubitare dicendo. Detur primum generatum, verbi gratia. minimus ignis potens esse seorsum: & simul minima res, quae potest calefieri simul, id est, quam calefaciens incipit calefacere totam simul: & similiter res quę congelatur tota simul, & maxime secũdum intentionem Commentatoris credentis hoc. illa ergo res non erit pars eius in termino à quo, pars in termino ad quem, & responsio in hoc, vt puto est, ꝙ illa res vel ẽ diuisibilis vel non. si est diuisibilis, iam habemus intentum nostrum: si sit indiuisibilis, hoc est impossibile. nam ipsa est vel fuit pars continui. impossibile autem est indiuisibile esse partem

tem

tem continui, vt dictum est: & etiam si esset indiuisibile, scilicet hoc primum. Et sunt tangentes alıæ partes, de necessitate non esset ipsum solum primum transmutatum, sed transmutatur aliud cum ipso: & ideo quomodocunque fuerit positum, omne transmutabile est diuisibile: & per hoc completur demõstratio. Et considera in hoc & perfice illud. In hac enim dubitatione multi scandalizati sunt, & responsionem perfectam non inuenerunt omnino. Et quasi omnes expositores latinorum confusi sunt in hoc. Et si diceret quis, hæc propositio est tamen falsa, scilicet omne transmutabile pars eius est in termino à quo, & pars eius in termino ad quem primo. nam transmutabile primum sicut dictum est, nõn verificatur hoc de ipso. Ad hoc dico, quod hęc est vera. nam ipsa sic intelligitur. Omne transmutabile seu quod transmutatur, pars eius est in termino à quo & pars in termino ad quem. Vel pars eius potest esse in termino à quo, & pars eius potest esse in termino ad quem, & hoc cum associabitur seu coniungetur, hoc primum cum alio minori ipso. verbi gratia, & ponamus tunc transmutantem ab alia parte, scilicet nõ apud istum primum. Et hoc sufficit in hoc, quod Philosophus intendit declarare hic. Sermo autem Philosophi quando dicit, quod non potest esse simul secundum omnes eius partes in termino ex quo, & in termino ad quem, scilicet perfecte, id est, quod habeat totum terminum ex quo, & totum terminum ad quem in omnibus eius partibus. Et etiam impossibile est vt sit complete in termino ex quo, nõ complete in termino ad quẽ & similiter e conuerso. primum autem in generatione substantiali est minimum sicut ipse dicit. Illud enim idẽ transmutatur in tempore secundum qualitates præcedentes. Sed quia illud quod aduenit in non tempore est finis illius quod est in tempore, subiectum eorũ est vnũ & cum ipsum est vnum verificatur quod omne transmutabile non in tempore est diuisibile. In illuminatione autẽ verificatur hoc alio modo, nam aer recipiens lumen trãsmutatur vel est transmutabilis etiam secundum locum. Commentator tamen in sua media expositione dicit quod congelatio et similiter coagulatio. vt verbi gratia, lactis, sunt fines transmutationis, & non sunt motus, & ideo quod dictum est de generatione, dicitur de istis. nam secundum ipsum ad congelationem pręcedit motus. & forte demonstratio Philosophi non habet locum in illuminatione, quia non est motus. Et non sequitur, motum illuminati saltem quoddam minimum etiam naturale calefactum in actu prius inducitur magis perfecte caliditas in vna parte propinqua: forte hoc vltimum tamẽ est difficile valde. Com. 37. In commento. 37. vbi dicit. Necesse est vt ista diuidantur per diuisiones æquales, scilicet quod medietas motus, id est, vt intelligo & motionis. In eodẽ commento parum post. vbi dicit, & in medietate moti considerandum est de hoc. Quia non videtur verum nisi de partibus motus, quo diuidũtur secundum diuisionem mobilis, de quibus loquitur commento. 33. nisi forte intelligeretur comparando mobile ad aliquod determinatum signum in spatio: quia sic pars præcedit partem, id est, quod vna pars mobilis prius pertransit illud signum, quam reliqua. Et ita illa pars pertransit illud In prima parte, & secunda in secunda, & sic de cæteris: & medietas eius in medietate temporis, in quo totum mobile pertransit illud signum. Vide commentum sequens. Com. 39. In commento. 39. vbi dicit. Et vniuersaliter omne prædicatum &c. ex hoc videtur quod non datur minima caliditas introducta, & simpliciter de aliis: quia eodem modo diuiditur, sicut tempus, & etiam vbi est magis et minus, ibi est successio & motus, saltem si subiectum sit in actu: & vide finem commenti. 36. & . 37. & maxime hoc vltimum concludit, si motus sit sine interruptione: quod dico propter augmentationem. Vide illa, quæ notaui in Tertio circa augmentationem: & vide finem commenti. 44. & . 49. & . 58. & . 61. & . 70. & . 74. Veritas tamen

E de hoc dicta est superius, & adhuc dicetur magis inferius. In commento. 40. vbi dicit, Quoniam hæc duo Com. 40. sunt opposita &c. Contra modernos, qui dicunt, quod aliqua fiunt, & simul facta sunt: & vide commentum. 42. & . 45. Item commentum. 41. vbi dicitur. Quod di- Com. 41. ctum est de transmutationibus vniuersaliter manifestũ est per se in transmutatione, quæ dicitur, Transmutatio principaliter &c. id est, quia est entis principaliter, quod est substantia. Quamuis enim generatio sit finis transmutationis, non tamen est transmutatio, nisi æquiuoce, vt dictum est supra. Tamen hoc nomen transmutatio, quando dicitur de fine dicitur principaliter, id est, principalius dicitur de fine, qui est forma substantialis, quam de fine, qui est de genere transmutationis proprie dictæ. Vide commentum. 32. Com. 42. In commento. 42. vbi dicit, & non transmutatur nisi in indiuisibili: & initium eius in quo transmutatur. Circa hoc vide quid intelligit Philosophus per in quod, & in quo in commento. 37. 39. Quarti. & . 49. F In eodem commento vbi dicit, Sequitur vt non transmutetur in initio transmutationis, id est, quia non est tunc pars motus: quia ipsum est instans. Item in eodem commento immediate, vbi dicit. Nisi sit tam transmutatum. Vult dicere, ex quo omne quod mouetur iam mouebatur, & adiungo huic, quod non est medium inter motum & quietem: et tunc perficitur ratio. Item in eodem commento immediate post hoc, vbi dicit. Manifestum est quod transmutatio nõ habet principium. Vult dicere, quod sit pars motus, nam principium rei non est pars eius. punctus enim non est pars lineæ. Et etiam sequeretur, quòd continuum componeretur ex indiuisibilibus, sicut dixit: & ideo hoc principium est in potentia, & quamuis hoc sit verum, tamen videtur, quod intentio sua hic non est nisi quod motus non habet principiũ inuentum in actu, sed in potentia. & considera in sua summa. Punctus nõ ẽ ps lineæ. Declaratur ergo per iam dicta, & per dicta hic, quod prima mutatio; quæ est in moto, in principio motus est G indiuisibilis, & ipsa non est pars motus, sed principium eius: sicut punctus non est pars lineæ, sed est principium: & hoc principium non potest demonstrari, scilicet dicendo hoc: nam ipsum est in potentia, sicut instans, in quo est transmutatum, sicut dicit in commento. 40. ipsum enim est in potentia, & non demonstratum: & ideo ambo non sunt in actu, & ex hoc eliciunt moderni, quòd non datur primum instans motus, & est verum, si intelligatur, quod non est demonstratum, & hoc, sed in potentia. & bene considera. nam hoc non vocatur vere transmutatum postquam non præcessit ipsum mutatio: hoc enim est impossibile, vt declarabitur. Transmutatum enim, cum intelligitur, sic est finis transmutationis: & non inuenitur finis rei, vel vltimum eius ante rem, sicut dicit multoties Commentator in hoc. 6. sed ipsum est primum transmutatum aliquo modo. & considera in commento. 40. & . 42. Item in eodem commento, vbi di- H cit, & cum narrauit, quod istud primum debet esse diuisibile, & contrarium primo, quod est principium eius, in quo est motio moti, id est, iam trãsmutati. non quòd primo tunc transmutatur, quia non datur prima pars motus, & vide cõmentum. 40. in principio, & finem sequentis. Com. 47. In commento. 47. in principio, vbi dicit, & vt in qualibet parte ponatur transmutari in actu, id est, eo modo, quo motus est in actu. Vide suam summam. In textu commenti. 48. vbi dicit. Si ergo, C, D, primum Com. 48. eius, quod transmutatur ad, D, H. Quoniam iam declarauimus, &c. Nota quod ex hoc habetur expresse contra expositionem Auenpace, quam dixit superius, quod Philosophus intendebat diuisibilitatem in accidentibus. Nam, si ibidem non demonstrauit istam conclusionem, quam hic supponit, non est demonstrata iam in alio loco ante hunc: & certum est, quòd hic loquitur de diuisibilitate continui essentialiter, & mirum est quomodo non dixit Commentator in illo loco, & forte videbatur ei

esse

esse notum cuilibet, & vide textũ cõmenti.87. In cõ-
Com. 49. mento.49.vbi dicit. Inuenitur primum per se, & non
per accidens, id est, non inuenitur primum. sed hoc est ei
Com. 53. per accidens. In cõmento.53.vbi dicit, & in quolibet
instanti transmutatum dicitur esse transmutatum &c.
Considera hic quomodo dicit Commentator in instanti
esse transmutatum, & in tempore transmutari: & hoc di-
Com. 59. cit expresse in cõmento sequenti. In cõmento.59.vbi
dicit, Quia partes magnitudinis, ex quibus generatur,
quãdoq; sunt diuersæ in specie, i. vt caro & neruus & os:
& etiam cor & caput. Item in eodem cõmento, vbi di
cit. Non sequit̃ vt partes transmutationis in eo aut trans-
mutati sint de specie postremæ transmutationis &c. No-
ta, ꝙ ex hoc videtur ꝙ caro & neruus & similia habent
formas proprias, & differunt specie. Cum hoc tamẽ stat,
ꝙ, cum corrumpitur siue generatur, forma totius corrũ-
pitur & illa generatur. Et ideo caro mortua non est ca-
ro nisi æquiuoce. Vide Cõmẽtatorẽ in Libro de Anima
libus, si habes. Et forte etiam organica differunt specie à
componentibus. hoc tamen vltimum est difficile, quã-
uis hoc magis appareat hic in verbis Commentatoris.

Item in eodem cõmento versus finem commenti. vbi
dicit. Causa in hoc est, quia generatio est in magnitudi-
ne, &c. Nota quòd quamuis cuiuslibet formæ naturalis
accidẽtalis vel substãtialis inuenitur quantitas determi-
nata, i. ꝙ non põt esse in quantitate minori, i. in corpore
minori, ipsa est. Ergo prima quantitas, in qua produ-
citur forma, sicut est dispositio in entibus artificialibus.
Et vide cõmentum.91. tamen forma accidentalis. verbi
gratia, qualitates suscipientes magis & minus non inue-
niutur in eis primum, s. aliquis gradus. Vel aliqua pars
gradus, quod est primus: & ꝙ non inuenitur minor ipso,
sicut non inuenitur primum in continuo ſm quod conti
nuum. Nam ipsum recipit magis & minus. Et quælibet
pars gradus illius diuiditur ad partes, & ideo aduenit ꝑ
motum non in instanti. & hęc diuisio, quamuis non insit
ei propter subiectum, inest ei propter motum & tẽpus,
quæ sunt continua. Et possibile est etiam, vt sit in hoc di-
uiso in infinitũ propter subiectum. Nam corpus agens,
quamuis agat in aliqua parte simul, i. quod non agit in
parte eius vna, antequã agat in reliqua, ex quo ipsum est
minimum, tamen in parte propinquiori agit magis per-
fecte, & ideo accidit ei diuisibilitas, et non est dubium, ꝙ
quælibet forma accidentalis seu materialis corporalis di
uiditur in infinitum per diuisionem corporis in quo est:
& ideo non inuenitur in ipsa primum, ſm quod ipsa est
in continuo, sed inuenitur in ea primum, ſm ꝙ est natu-
ralis. Declaratum est ergo, ꝙ cuilibet generationi in sub-
stantia vel in qualitatibus diuisibilibus præcedit ipsum
mutatũ esse: & similiter quodlibet mutatum ꝑcedit mu-
tatio. Sed inuenitur hoc in generatione substantiali non
propter aduentum formæ substãtialis, quæ est in instan
ti, sed propter qualitates præcedentes aduentum formæ.
Aduentus enim formæ sequitur transmutationem, quæ
est in qualitatibus, & est finis transmutationis illius, &
non est transmutatio, & considera in cõmento.39. De-
bes tamen scire, ꝙ caliditas, vel albedo (verbi gratia) in-
uenitur determinata, i. quod non inuenitur in actu nisi ca
liditas determinati gradus, & sic de alijs similibus. Nam
quodlibet ens naturale in actu perficitur sua operatio ꝑ
quantitatem seu mẽsuram determinatam, non cum qua-
cunq; quantitate, vt ipse dixit in cõmento.91. tamen illa
quantitas seu mensura virtutis non aduenit tota simul.
sed pars ante partem semper, sicut dictũ est. nam ipsa est
continua. Sed illę partes, quæ sunt minores mensura de-
terminata, sunt in potentia, i. secundum quod ad pręsens
pertinet, quod si priuaretur seu remoueretur agens illius
qualitatis, non remaneret in actu mensura minor mensu
ra determinata. sed ipsa desinet esse seu priuabitur: forte
tamen ipsa non priuabitur in instanti, s. non corrũpitur:

A quia, scilicet agens nõ corrumpitur vel remouetur in in-
stanti. Et quamuis corrũpatur in instanti, forte hoc non
est impossibile, ex quo non est in actu: & etiam hoc inest
formæ secundũ suam naturam, i. vt non inueniatur vel
remoueatur in actum minori mensura non propter con-
trarietatem quæ corrumpit ipsam. Debes etiam scire, ꝙ Agens corporeum in agendo repatitur.
diuisio et processus ad infinitum in his est in potentia, si-
cut dixit in hoc loco, & in multis alijs locis in isto libro.
& considera. Nam ex dictis hic soluuntur quædam dif-
ficultates positæ contra illud, quod dicitur, ꝙ agens cor-
poreum cum reliquis conditionibus in agendo patitur.
dixerunt enim. si sit (verbi gratia) aliqua quantitas ignis,
quæ patitur ab aliqua quantitate aquæ, verbi gratia, pu
gillus aquæ agit in pugillũ ignis, & e contrario, & quod
sint coniuncti seu continui vel igni vel aquæ tres pugil-
li. verbi gratia, ignis vel aquæ, quæ non patiuntur à con-
trario propter distantiam. Si igitur positio sit vera, se-
quitur ꝙ vna res mouetur motibus cõtrarijs simul. nam
B ignis, qui est quatuor pugillorum, agit in vnum pugillũ
aquæ, & patitur à frigiditate aquæ vnus pugillus ignis,
& iam positũ est ꝙ huic pugillo ignis sunt continui tres
pugilli alij, & sunt fortiores aquæ. ergo ipsi agunt calidi-
tatem in illam partem ignis, quæ repatitur in agendo in
aquam. Sed illa pars posita est pati à frigiditate aquę. ſm
positionem ergo mouetur ad caliditatem & frigiditatem
simul. Et Responsio in hoc est, ꝙ reliquæ partes ignis nõ
faciunt seu producunt caliditatem in parte continua seu
coniuncta eis, nisi postquã ipsa fuit compassa à frigidita-
te, & non à quacunq; frigiditate, sed à frigiditate existen
te seu inuenta in actu. Et ideo, cum inuenitur in ipso fri-
giditas in actu, incipit agere in ipsum caliditas non ante.
Et tunc non patitur amplius à frigiditate. non ergo mo-
uetur simul ad caliditatem & frigiditatem. Et forte non
est etiam ita remotum dicere, ꝙ vna conditio proposi-
tionis illius dictæ est, ꝙ non sit hic agens, quod non pati-
tur fortius in agendo, vel in conseruando qualitatem par
C tis agentis, quod cum agit, patitur: non autem sic est in
exemplo posito. Sed tamen post hoc visum est mihi mu-
tare sententiam de quibusdam rebus dictis hic et vide il-
lud, quod notaui in cõmento.23. Octaui. & ex illo soluit̃
difficultas modo vero. Nam, quãuis quædam pars ignis
patitur in actu ab aqua cum agit in aquam, tamen reli-
quæ partes ignis non agunt statim in actu in igne frige-
facto, sed stant per aliquod tempus: & postea prouenit
ab eis in alia parte aliquis gradus caliditatis determina-
tus, id est, minor, qui potest esse in actu, & aduenit totus
simul in instanti & ante illud instans agebat in potentia
& aliquo modo: & quomodocunque sit hoc, non inci-
piunt reliquæ partes ignis agere in illam partem ignis,
nisi quando iam aduenit ei frigiditas in actu, id est, frigi-
ditas determinata minor, quæ potest esse in actu: & hoc
aduenit in instanti. Debes etiam scire, quòd quamuis
quantitas cuiuslibet rei naturalis est determinata secun-
dum quantitatem, seu determinatæ quantitatis in ma-
D gnitudine & paruitate, verbi gratia, cor minimum vel
maximum, & similiter caro, tamen non inuenitur in ip-
sa, scilicet in quantitate minori magnitudinis illius rei pri
ma pars ſm quantitatem, & ſcd̃m ꝙ ipsa est continua.
Nam quælibet pars est semper diuisibilis, & hoc inten-
dit Commentator in fine huius commenti: & considera
etiam in commento.39. bene. Item cõmento.60. vbi Com. 60.
dicit. Quod impossibile est vt moueatur motu finito, in-
telligit per hoc in magnitudine finita. Item commen-
to.61. vbi dicit. Non est verum nisi in qualitate, & simi- Com. 61.
liter in generato dissimiliũ partium, id est, vt verbi gra-
tia, cor generatur prius & postea alia membra, vt patet
in libro de Animalibus. Item in dicto commento pa-
rum post, vbi dicit. Et hoc quidem motuum quiddam
est post quiddam, manifestum est &c. Nota, quòd ex
hoc etiam videtur, ꝙ non datur minimus gradus primo

introductus, immo quælibet pars gradus est diuisibilis in infinitum. Vide commentum.39. Veritas tamen de hoc apparebit magis inferius. Et sic hoc debet intelligi de quolibet motu vel non. Item in eodem commento, vbi dicit. Et quod componitur ex finitis est finitum, idest ex finitis in magnitudine & numero. In commento.62. vbi dicit. Et debes scire, quòd ex hoc apparet, q

Com.62. impossibile est infinitum moueri omnino, idest neque in

Com.70. tempore finito, neque infinito. In commento.70. in principio commenti. vbi dicit. Quòd non est primum tempus in quo cessat & cætera. Nota, quòd ex hoc commento, & sequenti, videtur etiam quòd non datur minima caliditas primo introducta. Vide commentum.39. & finem septuagesimi quarti. In commēto.74. in prin

Com.74. cipio commenti. vbi dicit. Vult declarare, quòd transmutatum &c. Nota quòd hæc conclusio multipliciter intelligitur, & semper est vera: potest enim intelligi, quòd nulla parte temporis mensurantis motum est ipsum mobile, & omnes eius partes in termino ad quem. Etiam po-

F test intelligi quòd mobile non est in aliqua parte illius tēporis in illa dispositione, verbi gratia, in vno loco, & similiter de alijs. sed est in vna dispositione seu loco, durante mutatione in vno instanti tantum. & in tali instāti non dicitur neq; quiescere neq; moueri. & hoc intendit hic Philosophus. per hoc enim apparet ratio Zenonis es-

Com.83. se falsa. & vide commenta sequentia. In commēto.83. vbi dicit. Accidit enim huic, vt sit de non esse in esse &c. Nota, quòd de hoc dictum est multum in Quinto Libro.

Com.85. & vide commentum octauum illius. In commēto.85. quasi in principio commenti, vbi dicit. Quia hoc quod posuit quòd partes eius & cætera. Nota quòd hoc, quod dicit hic, non contradicit rationi Commentatoris contra Themistium de toto & de parte in Quarto huius, cōmento.45. Ipse enim alio modo dicebat sphæram moueri secundum partes, dicebat etiam quòd mouetur secundum omnes partes simul, & tamen negabat totum mo-

Com.86. ueri: & consydera. In commento.86. vbi dicit. Et quia G indiuisibile dicitur illud. Vide commētum.92. illic enim

Com.87. aliter distinxit aliquo modo. In textu commenti.87. vbi dicit Philosophus. Aut quiddam est in hoc, & quiddam in hoc. declaratum est etiam & cætera. Nota quòd ex hoc etiam habetur contra Auempacē, & vide textum commenti quadragesimioctaui.

SVPER LIBRVM SEPTIMVM ANNOTATIONES.



Irca Septimu librum, circa primam conclusionem, scilicet omne motum habet motorem, eo quòd nihil mouetur à se. Quia hæc demonstratio est multum nobilis, & est vnū ex principijs necessarijs in declaratione primi motoris. si enim hoc nō esset potest quis dicere quòd corpus cœleste sine aliquo alio motore mouet se, & sic nō indiget motore separato vel materiali. Et ideo hic & in

H Octauo probat hoc Philosophus, & omnes latini, quos vidi multum confusi in hac demonstratione) ideo visum est mihi ponere dicta Auerrois in sua summa, & in sua media expositione. postea declarabo illud quod videtur occultum in commento. Dicta enim aliorum nolo mihi attribuere: hoc enim non est boni viri, & hæc sunt verba eius in sua summa, in hoc loco Aristotelis in principio huius Septimi declarat, quòd omne motum habet motorem, & quòd nihil mouetur à se, idest quod motum in ipso sit motor, sicut potest quis putare in terra & aqua & alijs corporibus, quæ mouentur à motore non extrinseco: & posuit ad hoc tres propositiones. Vna earum est: omne quod mouetur ex se primum est diuisibile habens partes. Secunda, omne motum primum, cum imaginatur aliqua pars eius quiescere, totum quiescit de necessi-

E tate. Tertia, omne quod quiescit per quietem partis eius, mouetur ab alio de necessitate, & motor in ipso est alius à moto. Primam autem propositionem ipse declarat per illud, quod iam declaratum est in Sexto Libro. quod omne motum est diuisibile in eo ex quo, & in eo ad quod. Et per illud etiam quod declaratum est ibidem, quod indiuisibile non mouetur. Secunda autem propositio, & est qđ primum motum, ex quo est habens partes, & primum, cum imaginata sit aliqua pars eius quiescere, reliquū quiescit de necessitate: & non potest esse in ipso motus, est per se nota, cum intelligitur illud quod intendit per primum motum. nam primum motum est illud quod non mouet propter partem in ipso, sed est motum à se: & illud est in his corporibus simplicibus: tamen accidit dubitatio in mensura, seu quantitate minima, quæ potest esse in terra mota inferius. nam motum hmōi, & ex terra & igni est primum motum: quia iste motus non potest esse parti eius. nam non inuenitur ignis minor, sed hoc est ita: quia men-

F suræ seu quantitates entium sunt determinatæ: & cū hoc est declaratum in de dispositione primi, manifestum est, quod cum imaginati fuerimus aliquam partem eius quiescere, reliquum quiescit de necessitate. In quadam scriptura inuenitur, quiescit naturaliter non de necessitate: & vt videtur mihi, quasi in idem redit. nā per hoc intendit Cōmentator dicere, quod quiescit non propter impedimentum aliquod extrinsecum necessitans ipsum nō moueri, sed dimissum suæ naturæ non impeditum ab extrinseco non mouetur. Cum autem in alia scriptura dicit, quiescit de necessitate, intelligitur q non potest amplius moueri. Et sequitur hoc quod dicit, & non est possibilis in eo motus: si enim esset possibilis in eo motus, illa pars reliqua esset minimum illius entis: & sic esset minus minimo, & minimum & non minimum: & illud quod fuit positum primum, non esset primum. Tertia autem propositio, & est quod omne quod quiescit, cum quiescit pars illius, motor est alius à moto, est etiam per se manifesta. Nam primo

G motum, quia accidit ei hoc, s. ipsum quiescere per quietē partis eius, manifestum est de necessitate, q motor in ipso iam destructus est, & q motum remansit: & q motor non est motū. Si enim esset motor ipsum motū, non quiesceret pars remanens à primo moto. nā non est corrupta dispositio, p quam mouebatur. nam reliquum est corpus diuisibile, & ipsum est motum, seu mobile, fm q est corpus & diuisibile: quia igitur quiescit reliquum per quietē partis, scitur q primum motum in ipso distinguitur, vel diuiditur à motore. nam, si ipsum non distingueretur ab ipso, ipsum non qesceret per quietē partis eius: & si ipsum non quiesceret per quietem partis eius, non esset motum primum. In moto ergo sunt de necessitate duæ res. Vna earum est, fm quam est diuisibile, & est res per quam mouetur seu quæ mouetur: Secunda est indiuisibilis, & est illa quæ cum corrumpitur cessat motus, & res illa est motor de necessitate. Talia igitur corpora simplicia motum primum in eis diuiditur fm quod est motum, & est indi-

Primū motū qđ quantitate.

Nota mobilis diuisionem.

H uisibile ex parte motoris, & ideo motor in ipso est de necessitate aliud à moto. Et diuisio accidit ei propter materiam, & indiuisibilitas accidit ei propter formam, & ipsa est motor, & ipsa non mouetur. Vult dicere, q forma nō diuiditur fm diuisionem materię: Nam materia, fm q ipsa est quāta, recipit diuisibilitatē in infinitum, sicut declaratum est in Tertio. & forma non diuidit isto modo. nā, cum dicitur in minori, q̃ primum, quod est possibile esse in actu in illa specie, corrumpet de necessitate: tñ forma ē recipit diuisibilitatem fm istum modum, s. fm q ipsa est extēsa in materia, & sunt in ipsa partes infinitæ in potētia sicut in materia. Sed, cum diuideret in actu ad partē minorem quantitate determinata illius entis, corrumpit forma Sed non accidit hoc, cū consyderabimus diuisionē in quanto, fm q est quantū continuū. Et adiūgit Cōmen. q Arist. adiunxit secundæ ppositioni tertiā, & est, q oē qđ

Formæ diuisibilitas

quiescit

quiescit per quietem partis illius naturaliter, ipsum mouetur per aliud ab ipso. Declarata est illa ex hoc sermone veritas propositionum, quas fecit Aristo. in declaratione huius quæsiti, & declarauit, ꝙ omne motum, in eo ꝙ motum, habet motorem, postea ponit dubitationes: sed nolo ponere eas hic, quia in commento magno quasi posuit easdem. In media autem sua expositiõe dicit hæc verba, Dico ꝙ omne quod mouetur in loco non à re extrinseca, oportet ꝙ sit motum ab aliquo motore in ipso diuerso à moto: mota enim, quæ mouentur ab extrinseco, manifestum est in eis ꝙ ipsa mouentur à motore diuerso à moto. Sed illud, in quo accidit difficultas in eo, sunt res quæ mouentur in loco non ab extrinseco, & maxime corpora simplicia, sicut terra & aqua & aer & ignis. Nã ista potest quis putare de eis, quæ mouentur ex se, & ꝙ motor in eis est motum met. In animali autem videtur ex dispositione eius diuersitas moti in ipso à motore. nam manifestum est per se, quòd anima est motor in ipso, & corpus est motum: ex quo priuatur motu eius per priuationem animæ. Et cum hoc sit ita, cum dicimus omne motum habere motorem, indiget declaratione. & demonstratio huius est: quia motum per se quoddam est primum, & quoddam non primum. Et primum est illud quod non mouetur quia pars eius mouetur per se, vel potest moueri, sicut motus minoris partis terræ & aquæ, quæ est illa, quæ non potest recipere formam aquæ magnitudo minor ipsa. nam hæc magnitudo est determinata in corporibus naturalibus, & non primum, et est illud quod mouetur totum, quia pars eius mouetur per se, sicut motus animalis in loco propter motum caloris naturalis, qui est in ipso, & sicut motus aquæ, quæ est maior minima propter motum minimæ. Et est manifestum, ꝙ motum non primum mouetur ab alio, & ipsum est motum primum. Manifestum est ergo, quod si sit aliquod mouens se, ita quòd motum in ipso & motor sit vna res met, quòd oportet, quòd sit primum, & cum hoc sit ita, considerandum est, an sit possibile vt sit hic motum primum, quod mouetur à se: & quiescit à se. Et dicamus omne quod mouetur à se, ipsum quiescit à se: & illud, qđ quiescit à se, non quiescit per quietem alterius: & cum verificatum est nobis, quòd omne quod mouetur à se nõ quiescit per quietem alterius, manifestum est, quòd sequitur ſm oppositum contradictorij seu ſm contrapositionem, ꝙ illud, quod quiescit per quietem alterius, non mouetur à se: & illud quod non mouetur à se mouetur ab alio. Concluditur ergo ex hoc, ꝙ omne quod quiescit per quietem alterius, ipsum mouetur ab alio. Cum autẽ hæc propositio fuerit nobis verificata, nos possumus declarare, quòd omne quod mouetur per se & primo, mouetur ab alio. Nam declaratum est in sermone precedenti, quòd omne mobile est diuisibile. Ponaẽ ergo aliquod motum primum, quod sit A.B.C. dico ꝙ A.B. diuidiẽ de necessitate, ex quo declaratum est ꝙ omne mobile est diuisibile. Diuidatur ergo in C. & sequitur de necessitate, quia ipsum est primũ, cum ponimus partem eius quiescere, vt verbi gratia, partem C.B. & hoc est possibile in quolibet moto, ſm quòd ipsum est motũ, quod quiescit A.B. totũ. nam, si A.C.B. residuũ mouetur, vel potest moueri, non esset A.C.B. ſm suã totalitatẽ primum motum, & iam posuimus ipsum primũ, hoc igitur est impossibile. De necessitate ergo sequitur, ꝙ, cũ quiescit C.B. quod est pars, ꝙ quiescit A.C.B. quod est totũ. Et, cum A.B.C. quiescit per quietẽ partiũ eius, ipsum de necessitate quiescit per quietẽ alterius. nã totũ est aliud à parte. Et iã declaratũ est prius in sermõe vniuersali, ꝙ oẽ quod quiescit per quietẽ alterius ab ipso mouet per motũ alterius ab ipso: sequitur ergo ex hoc de necessitate ꝙ motũ A.B.C. primũ, ſm qđ primũ, mouet ab alio: & cũ declaratũ sit hoc de moto primo, declaratũ est ꝙ oẽ motũ absolute mouet ab alio: nã primũ motũ in loco est illud, de

Motũ ꝯters ne habere motorem oportet,

A quo accidit dubitatio. Verũ aũt est hic aliqđ primũ motum faciliter possumus puenire in cognitionem huius ex his q̃ dicta sunt: & ideo tacuit de hoc Aristo. & iã qdam pter nos motus fuit de hoc in octauo. Si enim nõ esset in aliqđ motũ à se primũ motũ, essent in moto ptes ĩfinitæ in actu, qa sequit ꝙ oẽs sint mouentes & motæ simul, & causa in esse moti primi nihil aliud est q̃ diuersitas motoris in esse à moto. nã, si motor in re esset ipsummet motũ, nõ esset hic motũ primũ. Nã declaratũ est, ꝙ omne mobile est diuisibile ad semp diuisibilia: & hocmet est causa, ꝙ, cũ ponit pars eius quiescere, ꝙ quiescat totũ: nam, si ipsum esset motum à se, & quiescit pars eius, possibile esset in reliquo pars eius moueri, & nõ quiescere, nisi per accidẽs, & nõ quiesceret naturaliter p quietẽ alterius: & ideo hæc demõstratio est de genere demonstrationũ à signo. nã in hoc declaratur prius per posterius: & iam accidit multis hoĩbus in hac demõstratione maxima difficultas, ita ꝙ nos etiã confusi fuimus de hoc per aliquod tempus: B & fuit difficile nobis intelligere profunditatẽ Aristo. in hoc: & causa huius fuit, ꝙ nos nõ cogitabamus de cõditione, quã posuit Aristo. de moto posito. Vel quòđ motũ positũ est ꝙ sit primũ. Nam, cum nõ ponitur hæc cõditio, non verificatur demonstratio. Et ex hoc accidit multis hoĩbus cũ non intelligunt istã demonstrationem ꝙ conquesti sunt de Aristo. ita ꝙ Gale. scripsit suũ tractatum famosum. Auenpace autẽ, qs nõ cogitauit hanc conditionẽ, indagauit verificare hanc demõstrationem sine hac cõditione, & deductus fuit in hoc procedere alia via à via Aristo. & putauit ipsam esse viam Aristo. & hoc declarabitur tibi ex verbis eius in libro suo in principio huius libri. Præterea non peruenit ad nos declaratio huius demonstrationis ex verbis expositorũ. Nam Themistius omisit hoc à suo libro, & etiam à libro Alexãdri ſm traditionẽ, quæ peruenit ad nos omissa declaratione huius, postea peruenit ad nos Alexander in hoc loco: & C inuenimus dicta eius conuenire cum hoc, quod scripsimus de hoc sermone longiore. sed forte est magis difficilis. Hæc sunt verba Auer. Tu ergo vides intentionem huius demonstrationis, & in quibus fundatur: & ꝙ est demonstratio à posteriori. Et ex hoc patet error latinorum expositorũ in hac demonstratione. ipsi enim omnino deuiant à via Aristo. & fecerunt demonstrationem Aristo. multum debilem & confusam, & non solũ hoc, immo litigant contra Cõmentatorẽ dicentẽ hanc demõstrationẽ esse à signo, & quidam arguunt contra Cõmentatorem, & quidam respondent pro ipso: & nullus eorũ intelligit eius intẽtionem. & hoc faciliter potest quis deprehendere ex dictis eorum, & ex dictis Cõmentatoris hic. & hæc est intentio Commentatoris in cõmento. In primo enim cõmento ponit intẽtionem, vbi dicit in hoc tractatu incipit perscrutari, an, omne motum habeat motorem, & in eodẽ cõmento, vbi dicit, ꝙ istud motum, de D quo vult perscrutari, s. ꝙ mouetur per se, debet esse motum ſm totum non ſm partem &c. Et in cõmẽto sequenti vbi dicit. Et necesse est esse hic prima mota, quia corpora naturalia non diuiduntur in infinitum in eo ꝙ sunt corpora naturalia &c. Ibidem enim declarauit, ꝙ ipse intelligit per motum secundum totum illud quod est primum, id est, quòd minus ipso non potest moueri, & ideo est motum primum secundum totum, & si quiescet aliqua pars eius, quiescet totum. Illud autem, quod mouetur, quia pars eius mouetur, & mouentur cum ipsa reliquæ partes illius, non est primum motum, secundum ꝙ intendit hic de primo moto. Et ideo dicit post hoc in hoc commento, ꝙ hoc, scilicet, ꝙ mouet totum, quia pars eius mouetur, est compositum à motis multis: & consideratio hic est de moto vno primo: & per hoc scietur in composito plus quàm ex vno primo moto, sicut dicit postea in commento secundo. Et consideratur in commento. 44. Octaui, & etiam cõmento. 43. & etiam

cõmentū decimū, &c. 21. huius: & cõmentum. 22. Quarti Coeli, & etiam. 31. Octaui: & vide etiam cõmentum. 27. Octaui, &c. 28. &c. 33. & etiam cõmentum. 91. Sexti libri. Intendit ergo hic Cõmentator per primū minimū naturale in qualibet specie, q, si mouetur, mouetur ſm totū: non quia pars eius mouetur vel potest moueri. vnde, qa nos videmus motum remanere ſm plures partes, & ſm conditionem necessario requisitam ad ipsum moueri, i. q ipsum remanet diuisibile, & tamen non mouetur nec potest moueri, scimus de necessitate naturā motoris esse aliam à natura moti. Sicut enim, quia videmus animal mortuum remanere, & ipsum non moueri, scimus q anima est motor, & q motor est alius à moto, ità proponit etiam hic. neq; obstat modus declarationis tertiæ propositionis in sua summa & in cõmento. quãuis enim videatur diuersus, tamen, cum considerabuntur, ambæ redeũt ad vnam intẽtionem, & vna declaratio perficit modum declarationis alterius. Considera ergo quanta fuerit profunditas Aristo. Philosophorum omnium Principis, & & sui Cõmentatoris Auer. quod etiam in his in quibus locuti sunt perfecte, quamuis parum obscure: ferè omnes Philosophantes sunt confusi. Quid ergo erit de his, de quibus nihil locutus est? Ioannes autem de Iandu. multum debiliter intelligens circa hoc, sic format hanc demonstrationem. Supponit enim primo q omne quod mouetur est diuisibile. secundo, nihil prohibet conditionalem seu propositionem hypotheticam esse veram, cuius antecedens est simpliciter impossibile: addens huic, cum aliqua conditionalis seu hypothetica est vera, quãtumcunq; eius antecedens sit impossibile, omne illud est falsum, ex quo sequitur destructio & falsificatio illius hypotheticæ. verbi gratia. Si diceremus q aliquod volatile est per se retentibile in aere, ex quo sequeretur istam esse falsam, Si asinus volat asinus habet alas. tertio q cum aliqua dispositio debetur alicui subiecto per se primo neq; oportet eam remouere ab ipso, si remoueatur à quocũq; alio. Quarto, q, si pars alicuius mobilis quiesceret, quodcunq; sit illud, ipsum totum non mouetur per se primo. tunc format rationem primo sic. Oẽ illud, qd quiesceret si aliquod alterum quiesceret, mouetur ab alio, vel non mouetur à seipso per se & primo. hæc patet ex tertia suppositione. Sed omne, quod mouetur, quiesceret si quoddam aliud quiesceret: igitur sequitur q non mouetur per se & primo. hæc patet ex aliĵs suppositiõibus præmissis. ergo &c. Item format eam sic. Si aliquod moueretur à seipso per se & primo, tunc non oportet q, si pars eius quiesceret, & ipsum quiescere, i. non moueri per se & primo: sed hoc est falsum. ergo & primū, falsitas cõsequentis est manifesta ex suppositione quarta, & cõsequentia manifesta est ex tertia. Item, format eam sic, illud est falsum & impossibile, ex quo sequeretur destructio hypotheticæ veræ & necessariæ: hoc patet ex secũda suppositione. sed, si aliqd moueretur à se primo, sequeretur ex hoc falsitas conditionalis, quæ simpliciter est necessario, & hoc patet ex tertia suppositione. ergo. Sed tunc ipse dubitat sic dicens, per illam rationem probaretur non solũ q nihil mouetur à se primo, sed quòd nihil potest moueri primo, arguendo sic, illud quod quiesceret, si aliquid illius quiesceret, non mouetur per se & primo: sed omne quod mouetur quiesceret si quoddam illius non moueretur, ergo maior patet ex tertia suppositione, & minor apparet. nam omne, quod mouet habet partes, si pars quiesceret, totũ quiesceret. ergo &c. Et itẽ per tertiã suppositioẽ, pbaret q triangulus nõ habeat tres &c. qa habere tres remouet à triangulo, si remoueat ab alio, s. à figura: silr risibilitas nõ inest hoi primo, qa remouet ab hoie, si remoueret ab alio, s. ab animali. Ad q rñdet sic dicens, q hæc tertia suppositio sic oportet intelligi. Cum aliqua dispositio inest alicui subiecto primo nõ oportet eã remoueri ab illo p remotionẽ ab alio, cum istud aliud sit extra-

Alia est in oibus natura motoris à moto.

E neum & diuersum ab illo respectu illius dispõnis, vt hoi respectu risibilitatis est extraneus asinus: & ideo, si risibilitas remouet ab asino, nõ sequit eã remoueri ab homie. Sed, si illud aliud nõ sit extraneũ subiecto respectu illius dispositionis, tūc per remotionẽ ab illo alio remouetur à subiecto: sicut patet in exẽplis. modo dico, q moto absolute non est extraneũ habere partes respectu huius q est moueri, imo hoc est ei necessariũ: sed ei quod ponitur per se & primo moueri à seipso, extraneũ est omnino habere partes: quod sic patet. qa, si aliquid habeat partes & moueat seipsum per se & primo, tunc quælibet pars seipsam mouebit per se, & sic vnũ & idem simul & ſm idem erit erit mouens & motũ ſm eundẽ motũ, & vlterius erit in actu & potentia simul & ſm idem & respectu eiusdem. Vnde manifestũ est, q pars est ad extraneũ ei quod mouetur per se & primo à seipso, propter quod, si aliqd moueretur à seipso, & primo, non deberet remoueri ab eo per remotionẽ à parte: sed vt dicebatur pars non est qd

Motū p se prio hẽre ptes repugnat.

F extraneũ ab eo, quod mouetur respectu huius quod est moueri, immo est ei necessariũ & per se. Et, pptet hoc, si moueri poneretur remoueri à parte huius, quod primo mouetur, bene sequeret illud nõ moueri primo: & ideo nõ valet illa obiectio. Hæc sunt verba eius, & quasi ſm hanc viam procedunt oẽs Latini. Sed certe, si sic intelligatur, non solũ non erit demõstratio, immo erit error & confusio, vt bene intelligentes possunt videre. ipsa etiam respõsione data, quã dat iste homo, quamuis in se sit verum, scilicet q si illa suppositio tertia sit vera, oportet eũ sic intelligere. Nam statim sequitur destructio multarũ rationum positarum ab ipso pro Philosopho: ideo sua dicta sunt vana, & tu considera tertiam suppositionem sic intellectam, & suam vltimam rationẽ: non enim sequitur illam conditionalem esse falsam. Et ad probationem per tertiam suppositionẽ dico, vt ipse dicit. Verum est, si sit extraneum, sed hoc nõ est extraneũ: prima etiam sua ratio & secunda peccat manifeste, & nihil concludunt tertia

G suppositione sic intellecta. Præterea, Philosophus arguit contra Plato. dicentem naturam motoris non distingui à natura moti. Et commen. dicit q hoc apparet dubium in elementis, modo demõstratio Philosophi sic intellecta: nõ est contra Plato. nec declarat illud quod est dubium in elementis: hoc autem, quod iste dicit, quasi respondeo q ei quod ponitur moueri per se & primo à seipso, extraneũ est &c. falsum est. Mobile enim ſm q mobile habet partes. Præterea illud, quod competit alicui ratione generis seu magis cõmunis: non potest remoueri ab illo ratione differentiæ seu minus cõmunis: modo, habere partes competit mobili in eo quod mobile: ergo à nullo mobili potest hoc remoueri siue esse extraneum. quãuis enim forte non habet partes ratione qua mouet à se primo, si esset aliquid tale, tamen habet etiam partes ratione qua motum est, & ideo non est ei extraneum, & hoc sufficit. Præterea non est per se notum, vel saltem

H per istam demonstrationẽ Philosophi hic, q sit extraneũ illi quod mouetur per se primo habere partes. Illud autẽ quod dixit, q sequeretur q idem simul erit mouẽs et motum &c. non est ad propositũ suum, siue enim ponat hoc primo, siue non, ratio Philosophi in octauo, pbat esse impossibile, q motor & motũ sit vna natura omnino: non ergo qa primo. Præterea, ſm istum, hæc demõstratio nõ pbat aliqd de partib⁹ essentialib⁹ sed de quãtitatiuis, in octauo aũt de essentialibus, nõ de quantitatiuis. Veritas tñ est, q hic probat illud idẽ vno modo, & in octauo, alio modo: & magis cõplete, vt dicit expresse Cõmẽ. in multis locis: & maxime. 33. 81. &. 25. Quarti Coeli, & ex hac demonstratione patet, q nihil mouet se primo, ita q eadem natura omnino vera sit mouens se, & mota à se. Nota, q si vltimum motum mouetur, omnia quæ sunt supra ipsum in mobilibus sic ordinatis, mouentur vel mouebantur quando incępit iste motus illorum: et ideo,

si

si primum desinit moueri, non oportet omnia alia desinere à motu: quia tam primū forte deducit alijs mobilibus virtutem seu aliquam impressionem, per quam moueri possunt secundū illum motum, quem inceperunt per aliquod tempus. vnde necesse est primum motum ex se incipere motum, non tamen oportet q cum ipsum quiescit ab illo motu incepto, q statim omnia quiescant: & per solui̅tur difficultates modernorū, non bene intelligentium verba Commen. in responsione contra Gal. de corde in hoc septimo, in commento quinto, vbi dicit, scilicet vt sit vnius moti numero. Nota q videtur ex sequentibus, q sufficit motum esse vnum secūdum continuationem, vel contiguationem. & cōsidera. In cōmento. 9. versus finem vbi dicit, id est, q omnis motor & motū, inter quę non est medium, sunt communia, scilicet in hoc q locus eorum est vnus, & si primus motor &c. Vult dicere, q hoc est commune cuilibet motori & moto, inter quæ non est mediū, q locus eorum est vnus. Sed, si motor sit separatus à materia attribuitur loco corporis moti ab ipso: nam ipse non est in loco, nisi quia motum in ipso est in loco: nam ipse non est forma in corpore, quāuis sit cum corpore: & ideo non attribuitur loco nisi propter motum: sed, si motor non est separatus, tunc motor & motum ab ipso immediate sunt in loco: quia sunt simul in vno loco, & illa, quæ sunt in vno loco, sicut compositum ex materia et forma, dicitur de eis, quòd sunt in vno loco sicut dixi. In textu commenti decimi, vbi dicit, Cum motus attrahentis, cum singularis est, fit velocior. Circa hoc vide textum nouum in hac parte, & vide commentum, vbi soluit secundum duratione: & in fine commenti, in eodem textu parum ante, vbi dicit. & latio & inuolutio. Per inuolutionem intelligit circulationem.

Primum & ex se motū cū quiescit, ñ necessario aliaq quiescūt,

Com. 9.

Com. 10.

In commento huius textus vbi dicit: & syllogismus talis est, omnis motor in loco est &c. id est, nam circulatio, vt dictum est, reducitur siue componitur ex his. De latione esse dictum est quomodo reducitur ad tres species iam dictas. Item in eodem commento vbi dicit. Sed quærit quomodo eijciena &c. De hoc vide commentum. 28. Tertij Cœli. Illic enim ponit in hoc duos modos. Item in eodem commento vbi dicit. Ad hoc autem quod quæritur, quoniam plura trahentia videntur &c. Nota, q in sua summa ponit hæc verba, postquam posuit ibidem quasdam difficultates dicit respondendo. Dicamus, quòd principium illius, quod positum est hic, est quòd motor, cum fuerit corporeus, nō mouet nisi cum mouetur: & hoc videtur per se esse manifestum. Sed dubitatur de hoc de lapide attrahente ferrum, & reliqua corpora, quæ mouent & non mouentur: sed hæc dubitatio soluitur. nam ista corpora mouent alio modo à modo, secundum quem sequitur per ipsum q mouetur corpus cum mouet. nam ipse, scilicet lapis attrahens, & similia eius mouent secundum finem, sicut mouet superficies aquæ seu circulatio eius terram. Illa autem mouent secundum efficiens. & ideo oportet de necessitate, vt moueantur: & vniuersaliter ferrum in hoc motu mouetur ex se: & non est ita de moto per aliud corpus extrinsecum, cum mouet ipsum. nam ipsum mouet ipsum ad aliquem finem: & illud quod videtur de lapide attrahente, etiam de Ambra seu de zaphiro, & similia istorū q ipsa mouent attracta ad ipsa mediante aere per aliquā speciem mutationis: & cum peruenit ad attractam formam per illud quod est in sua natura recipere ipsam, mouetur ex se ad ipsam: & signum huius est illud quod videtur in lapide zaphiro. nam ipse non attrahit paleam donec fricetur & calefiat, & ipse non attrahit nisi ad distantiam determinatam et magnitudinem determinatam attrahentis & attracti. & quod maius videtur, quod fit in hac dispositione per ignem. & videtur, quòd quodlibet istorum attrahit per naturam ignis, quæ est in ipso, cum habitudine quæ est inter ipsum & attractum ad ipsum. & non est mirum, si mouetur res quæ se habet per modum materiæ ad rem, quæ se habet per modum formæ. nam ignis quasi mouetur ad materiam sibi conuenientem, & e contrario suæ naturæ: sicut accidit in flamma & in lycinio, cum positum est in lucerna directe: ita quòd perueniat fumus descendens ab ipso ad lucernam. Tu enim vides ignem moueri inferius super illum fumū ad lycinium. Circa hoc vltimum dictum Commen. nota, quòd ipsemet Commentator in sua summa in libro Meteororum dicit, q illud, quod apparet esse magis verum, est q iste motus non est vnus, id est, q mobile non est vnum. Sed est continua generatio per partē post partem in illo fumo, & non est motus verus, & hoc asserit omnino in sua media expositione in eodem libro, scilicet Meteororum: & sine dubio hæc est intentio Philosophi ibidem. Cum hoc tamen videtur stare causa seu res, quā hic ponit Commentator: quia vna pars illius fumi inferior est altera. Vel forte locutus est secundum apparentiam. Tamen in sua dicta summa Meteororum ipse de hoc aliqualiter dubitabat. Item in eodem, vbi dicit nutrimenti arborum, nota q de arboribus videtur hoc magis seu de plantis: in eis enim nō sunt fila seu fili attrahentes, & ideo oportet dicere q nutrimentum mouetur ad membra, sicut ferrum ad magnetem. In commento. 11. vbi dicit. Ergo densum & rarum sunt de qualitate &c. Circa hoc vide suam summam libri de Anima, capitulo de tactu. Item in cōmento. 12. vbi dicit, Et cum accidit animantis alterari sine sensibus, id est, quando dormiunt maxime profunde. In commento. 11. in fine commenti vbi dicit: siue motor fuerit primus, id est, tantum si non est nisi vnus motor. In commento. 15. circa hoc quod dicit, ita vt mihi videt esse intelligendus iste locus. Densitas enim &c. Circa hoc vide Commentum 85. quarti. & nulla est cōtradictio: ibidem enim loquitur de raro & denso, hic autem de raritate & densitate. nam ibidem dicit q dēsum, quod fit ex raro, est illud quod habet quantitatem minorem seu extensionē, & rarum oppósito modo: hic autem diffiniuir raritatem, q est transmutatio ad maiorem quantitatem. Vel dicamus, q rarū & densum sunt aliquo modo in qualitate, & aliquo modo in quantitate, & aliquo modo in positione. Sed circa respōsionē primā est difficultas. nam, si raritas est qualitas: rarū esset de pdicamento qualitatis, & cōsiderat de hoc. nā quāuis raritas sit qualitas, non est remotū q rarum, sm q ipsum est maior quātitas vel extēsio, sit de pdicamēto quātitatis, & cōsidera in fine cōmenti sequentis hoc. In cōmento. 20. vbi dicit. Vt ferrū pparatur ad test itudinē ad recipiendū lucem & alios colores &c. Nota q videt q hæc sit opinio Themistij & Theophrasti de intellectu: & vide in tertio de Anima. & forte, si recte intelligat erit cōueniēs positioni Auerrois, l. si intelligatur q non est ibidē in intellectu mutatio quæ est motus: & cōsidera versus finem cōmenti. Videtur enim, q opinio sua hic est, q intellecta non fiunt in intellectu sm q fiunt res, quæ nō fuerunt, sed pducuntur in intellectu, sicut fit relatio in colūna sine motu colūnæ, sed per motum hominis qui mouetur: & similiter fiunt intellecta in intellectu cum insunt nobis formæ imaginatæ eo modo, quo declaratū est in tertio de Anima, absq; motu in intellectu. Itē in eodē cōmento vbi dicit. Statim fit in nobis spēs vniuersalis absq eo q in ipsa fiat trāsmutatio, i. trāsmutatio, quæ est motus: & si sic intelligeret hoc, eēt hæc positio vera: & si nō, est sm opinionem Themistij.

A

B

Com. 11.

Com. 12.

Com. 11.

Com. 15.

C

Rarū & dēsum diuersi mode ad qualitatis & quantitatis genus spectant.

Com. 20.

D

In eodē cōmento versus finē vbi dicit, sed quærit hic quare tacuit &c. In fine sui sermonis de his dicit, & forte &c. i. & vr q similis sit dispositio in potētijs naturalibus, i. q ipsę sequunt cōplōnes, & cōplexiones sequunt trāsmutationem passibilem, ita q in eis est alteratio: ita in potentijs non est motus. Item in eodem vbi dicit. Tūc dignior erit vt non sit alterata, id est, alteratio, et est

prima quæstio. Et idem intellexit de alterato & alteratione. Item in eodem cōmento, vbi dicit, non q hæc sit opinio eius, id est, q non est opinio sua, q non sit alteratio in intellectu: immo est intelligendo alterationem non proprie, sed perfectiuam, quia intellectiones verę fiunt.
Com. 26. In commento. 26. in fine vbi dicit, Id est, quod accipitur in definitione dupli &c. Nota, q tamen æqualitas dicitur de quantitate continua & discreta æquiuoce non secundum prius & posterius: & considera in commento. 34. Primi Poste. &. 38.
Com. 27. In commento. 27. in fine vbi dicit. Et hoc nomen coniunctio, quo vtitur in rei veritate, est continuatio. Vult dicere hic, sed non semper, vt patet commento. 21. &. 24. Vide etiam textum 24.
Com. 28. In commento. 28. vbi dicit, & sic æqualis habebit eandem rationem in numeris &c. id est, cuius contrariũ declaratum est. ipse enim declarauit hoc in multis commentis primi Posteriorum commento. 74. &. 38.
Com. 29. In commento. 29. vbi dicit, necesse est, vt vnius transmutati transmutatum sit vnum &c. Circa hoc vide in secũdo Posteriorum commento. 94. &. 22. & ex hoc patet, q forma generica vera differt à forma specifica non secundum rationem tantum.
Lineam rectã æquari circulari ẽ ipossibile. Item in eodem commento in fine vbi dicit, & Geometer decipitur in hoc &c. Vult dicere, q Geometer errat in hoc, id est, q ipse putat q linea recta est æqualis circulari: quia linea vel magnitudo recta potest fieri circularis, vel per naturam vel per artẽ, hoc autem non est necessarium, nam quamuis linea recta possibile est ipsam fieri circularem, tamen linea recta, ipsa existente recta, & habente modum rectę, impossibile est ipsam esse æqualem circulari ipsa remanente circulari, & si sint duæ lineæ rectæ æquales, & vna earum postea sit circularis: quamuis scitur mensura circularis per rectam, non tamen mensuratur circularis per rectam, & quomodocunque sic, circularis non mensuratur per rectam, vt hæc circularis, & hæc recta: quia in hoc casu recta mẽsuratur, cui accidit fieri circularis: non enim scitur mensura circularis vt circularis, sed vt circularis fuit recta. Et per hoc soluitur dubitatio Burlei. In sua autem summa in hoc loco sic dicit. Neque motus rectus neque circularis dicitur de eis velocius & tardius secundũ vnũ modum seu intentionem. Si enim hoc esset ita, motus rectus esset æqualis motui circulari: & si hoc esset ita, esset linea recta æqualis lineæ circulari: & non est ita, nam linea recta non applicatur seu coniungitur vel cõtinuatur æqualiter super lineam circularem, neque partes eius super partes eius, æqualitas enim inuenitur in motu propter magnitudinem. Quod autem dicunt Geometre, q circulus est æqualis quadrato tali, & q linea recta est æqualis lineæ circulari: hoc dicunt propter continentiam. verbi gratia. Illud, quod cõtinet iste circulus, & linea, est
Com. 30. æquale ei, quod continet quadratũ. In commento. 30. vbi dicit. Differentia autem translationis &c. Nota, q hæc propositio potest ampliari, scilicet q differentia alicuius speciei debet esse de natura generis, in quo est illa
Com. 32. species. In commento. 32. in fine vbi dicit. Et si in genere &c. Nota, q nunc sic intelligo hoc, Si calefactũ in eo quod calefit differt specie ab illo quod frigescit, motus calefactionis, scilicet motus ad caliditatem differt specie à
Com. 35. motu frigiditatis, & simile in genere. In cõmẽto. 35. circa illam propositionem, q omnis motor, qui mouet aliquod motum per aliquod spatium &c. Nota, q intelligo hanc esse veram, cum corpori mouenti seu motori inest potentia mouere duplum illius mẽsuræ, in illo tempore, & si non, non. & considera in cõmento. 72. Quarti. Ibidem enim videtur q hoc sit verum simpliciter. Erit ergo verum cum non erit resistentia ad motum & ad velocitatem, nisi propter medium, vel forte resistentia est aggregatum ex medio & ex moto & corpore mouente, id est, resistentia aggregata ex his omnibus. Et tunc, si potentia motiua dupliciter peruenit illa res in illo met tẽ-

E pore ad duplum illius spatij, & similiter etiam cum diuiserimus motum secundum istum modum. Et forte etiã intelligitur sic. nam cum pars terræ (verbi gratia) mouet inferius, et mouet aerem duplum eius mouebit illum aerem in medietate temporis: & similiter duplum illius aeris in æquali tempore: nam in motu elementorum nulla est resistentia nisi propter medium, vt declaratum est in quarto. Cum igitur duplicetur motor, mouebit illã rem in illo tempore per duplum spatium. Et secundum istum modum est etiam cum diuiserimus motum, & remansit motor, sicut fuit dictum, & de hoc bene considera. In eodem commento vbi dicit, licet non sit proportio inter potentias motiuas & mobiles, id est, vno modo, vt dictum est supra: & vide causas successionis in motu, s. quare non est etiam in instanti in quarto libro cõmento. 72.

SVPER LIBRVM OCTAVVM.

F ANNOTATIONES.

Circa proemium Octaui libri, vbi dicit. Qd' esse hominis in sua vltima perfectiõe est ipsum esse perfectum per scientias speculatiuas, & q ista dispositio est fęlicitas vltima, & sm fatuos vita æterna. Nota, q sm q apparet ex manifesto sui sermonis, videtur habere opinionem Alpharabij, qui dixit vltimam prosperitatem vel fęlicitatem consistere in speculatione, & maxime Dei & intelligentiarum, & q nulla est alia fęlicitas: hoc tamen nullo modo est de intentione Commentatoris, vt patet tertio de Anima. & in quæstionibus meis de hoc. Sed intentio sua est hic, q hæc est vltima fęlicitas, quæ acquiritur per voluntatem, vt declaratum est in quæstionibus dictis: præter istam tamen est alia posterior, quæ est adeptio intellectus agentis, tamẽ illis quos vocat hic fatuos, non sic intelligunt vitam æternam: ipsi enim nec specu- Quæ nam optima hominum fęlicitas.
G lationem, nec adeptionem intellectus agentis vocant vitam ęternam: quamuis enim per adeptionem intellectus agentis acquiritur aliquo modo æternitas, vt declaratũ est in quæstionibus dictis, tamen ipsi non intelligũt hoc: neque intentio eorum fuit hæc. Vel forte possumus dicere, q Commentator negat hanc æternitatem esse formaliter fęlicitatem. Reliqua autẽ, quæ videntur esse obscura in hoc prologo, sunt clara per dicta ab Auerroi in expositione Libri Politicorum Platonis, qui iam traductus est per me dominationi tuę, & ideo non oportet amplius de hoc dicere, & quia etiam in prologo primi libri multa declarantur. In commento primo vbi dicit, ego Com. 1. autem cum hoc quod credebam &c. Nota, q intentio Cõmentatoris patet bene cõsiderantibus cõmen. nonũ.

In cõmento secũdo versus principiũ, vbi dicit & Anaxagoras opinabatur. Dubium enim videtur, quia non Com. 2. videtur q hoc vltimum sit dictum Anaxagoræ per ea
H quæ dicta sunt primo Physicorum, & vide illic, forte tamen hoc sequitur ex sua positione. Item in eodem cõmento circa opinionem Empedoclis, vbi dicit. Partes vero mundi &c. Nota, q ex hoc etiam potest quis accipere rationem contra Empedoclem. De opinione autẽ Pla. de generatione mundi nihil ad pręsens dico. Quãuis sm sua dicta, hoc quod Philosophus narrat, de ipso affirmat, vt in Timeo non solum ex verbis, sed ex ꝑpositionibus & fundamentis & modo ꝓbationis: tamen dominatio tua, ꝑpter magnã perspicacitatem ingenij & Platonis amorem sic vult glosare vt hoc non dicat, sicut etiam multi asserunt Platonici. In commento quarto vbi di- Com. 4. cit. Tunc duo cõtradictoria essent in eodem subiecto, & in eodẽ tẽpore, s. potentia motus &c. Vult dicere potentia, vt incipiat mouere, & motus in actu. Item in eodem commento parum post, vbi dicit, Generatio enim est motus. Nota, q accipiendo motum proprie dictum, hæc est vera, Generatio est motus, accipiendo generationem

Generatio quo fit motus.

tionem pro alteratione præcedente generationem quæ terminatur ad ipsam. Si vero generatio accipiatur pro aduentu formæ substantialis, tunc nõ est motus proprie dictus. Verum est tamen q compositum non fit à moto, siue ab eo quod est in potentia tantum: quia materia nunquam est nuda à forma: & ideo fit ab ente in actu: hoc tamen non est per se, vt patet primo Physicorum, & Libro Cœli.

Com. 7. In commento. 7. versus principium, vbi dicit Commen. Et quod mouet hoc motu, vt declaratum est in. 7. & in. 5. scilicet q ante &c. Bene considera: quia sine hoc non erit perfecta demonstratio.

Com. 8. In commento. 9. Nota q omnes istæ expositiones, quas posuit Commenta. cum dixit, & oportet nos perscrutari &c. sunt veræ in se, sed non sunt ad intentionem Philosophi, nisi vltima, vt affirmat Commen. & circa illam vide. 7. huius, &. 55. 56. 57. Sexti, & Commentum. 32. Sexti, & 9. 7. Item in eodem commento vbi ponit quasi tertiã expositionem cum dicit, & q propinquitas corporis ad quasdam res &c. Vult dicere secundum quasdam eius partes. Item in eodem commento versus finem vbi dicit. & cum fuerit hic motum æternũ, id est, cum aliis conditionibus iam positis. In fine eiusdem commenti, vbi dicit: & est impossibile transmutationem primam esse in tempore, id est, nouam.

Com. 11. In commento. 11. vbi dicit. & cum hoc impossibile est demõstrari, sicut demonstratur punctus &c. Vult dicere, q punctus inuenitur in linea, & possumus ipsum demonstrare magis quam in vno instanti: nam ipse inuenitur cum linea. Et ideo possumus imaginari punctum, qui est principium lineæ, & non est finis alterius. Sed instans non inuenitur neque cum tempore præterito, neque cum futuro: & ideo ipsum est de necessitate post præteritum, & ante futurum. Præterea, illud quod nõ potest per se existere, scilicet esse firmum, sed suũ esse est instabile, sicut instans non potest esse ante futurum, nisi sit finis præteriti. Præterea, declarabitur ex ista via, nam omnis motus factus ante ipsum est tempus. nam esse factum ante suam productionem sine dubio fuit priuatum, & impossibile est verificari de ipso in instanti, in quo productum est ipsum esse priuatum: sed est priuatũ in instanti alio ante hoc instans & inter quælibet duo instantia est tempus. ergo ante istum motum fuit tempus: tempus autẽ sequitur motum, & inuenitur cum ipso. ergo ante omne tẽpus determinatum fuit tempus, ergo ipsum est æternum. Præterea instans est in potentia, non in actu, vt dictum est in aliis locis. Tale autem non potest demonstrari, scilicet modo quo alias declaratũ est: & si demonstraretur esset quiescens, sicut punctus. & non esset ergo tempus de natura rerum, quarum esse consistit in successione & considera in commen. 76. Sexti.

Com. 12. In cõmento. 12. vbi dicit. Quoniam, si primus motus quieuerit &c. Vult dicere forte q saltẽ prius natura corrumpitur motus, siue desinit q̃ sit inducta illa dispositio: hoc autem est impossibile in primo motu, etiam impossibile est q, sit aliquis motus causa corruptionis primi motus. quia primus motus est causa omnium aliorũ motuum. Præterea, dispositio, quæ fit in re per quam nõ est possibile rem post moueri, fit in re postquã quieuerit, nam & si motum simul corrumpitur, & cessat à motu, adhuc remanet potentia ad motum: & si non in illo, remanet tamen in materia eius siue in composito, quod generatur ex illo: quia annihilatio est impossibilis: & ideo, si debet corrumpi illa potentia, corrumpitur per motum posteriorem post primum motum, seu vltimum, quod est impossibile.

Com. 15. In commento. 15. vbi dicit. Quorum vnus est quod aliquid sit possibile tempore infinito &c. Nota, q hoc est impossibile in potentia essentiali: & etiã in potẽtia propinqua. Item in eodem cõmento vbi dicit. Sed sicut diximus &c. Nota q in isto commento ponuntur. 7. rationes ad probandũ istam intentionẽ: prima ratio incipit ibi. Sed sicut diximus q mouens &c. Vbi

12

A autẽ dicit. Et si non esset &c. Remouet cauillationem: & circa hoc vide Cõmentũ. 38. & inferius in hoc cõmento, secũda ratio fit ibi, vbi dicit. Quæreodum est quemadmodũ &c. tertia ratio vbi dicit. Voluntas enim nõ postponit. Et in illa parte innuitur etiam alia ratio. In illa autem parte in qua dicit, & si fuerit dictum quomodo &c. ponit dubitationẽ & soluit. Et vide in fine cõmenti vbi cõplet solutionem. In solutione aũt vbi dicit. istud enim motũ appropinquabitur, id est, ſm quasdã eius partes, vt dictũ est supra. Quinta ratio fit ibi. Et etiam si fuerit voluntas antiqua. In illa autem parte, in qua dicit: & est manifestũ q istud mouẽs &c. ex hoc etiã potest quis formare quintã vel sextã rationẽ, ex quo primus motor est omnino intransmutabilis: forte tamen non est ratio per se, quia voluntas dicitur æquiuoce de antiqua & noua. Verum tamẽ est q hoc argumentũ concludit. Si voluntas vel appetitus præcedit volitũ. In illa parte vbi dicit, Omnis igitur motor à quo procedit appetitus ad moue-

B re &c. Nota, q ex diuisione data format sextam vel septimam rationẽ, in illa parte, vbi dicit, Et hoc contingit necessario ex hac positione &c. Ponitur septima ratio vel octaua. Item in eodẽ cõmento in illa parte vbi dicit. Indiget igitur motore priore ipso &c. Supple & si non. Quare non fecit ab æterno illam rem, ex quo ipse est potens & volens motum. Præterea sequeretur q motus, qui positus esset primus, non primus, & sic in infinitum: & vide Cõmentum. 52. Item in eodem cõmento parũ post, vbi dicit, & non est natura innata facere. Nota, q hic est etiam ratio fortis, & si primus agit voluntate, & maxime, quia sua voluntas æterna & inuariabilis. nolui tamen formare has rationes, & declarare eas propter multas causas: & maxime, quia tu potes ex te maiora intelligere: & quia de his dixi aliquid alibi.

In commento, decimo septimo, vbi dicit. Viuum autem dicitur mouere se, & vtrunque in rei veritate, vt post declarabitur Com. 17.

C indiget motore extrinseco. Circa hoc vide Commentum. 29. &. 20. 32. &. 37. 51. 63. In commento. 22. circa Com. 22. finem commenti, vbi dicit, & qui negat naturam negat naturalia. Supple, & qui negat naturalia negat subiectũ Sciẽtiæ naturalis. nota vlterius, quòd ex isto loco potest quis accipere rationem, quòd artifex nullo modo potest probare suum subiectum. In eodem commento ante hoc, vbi dicit. Qui omnia entia mouentur, id est, corporea.

In commento. 23. vbi dicit. propter hoc diuidatur Com. 23. & alteratio in infinitum, scilicet inquantum fit ab alterante. Nota, quòd videtur intelligere hic per alterationem qualitatem fluentem, non fluxum. Et verum est, q non quandocunque alterans alterat est alteratio in actu, & est possibile q vnum alterans contrarium sit statim post aliud. In eodem loco parum post vbi dicit, & si nõ. tunc ante transmutationem esset transmutatio, id est, in actu, & post hoc dicit, & non inuenitur transmutatio noua omnino, id est, ex quo secundum hoc præcedunt

D infinitæ. Sequitur in commento, & existimat quòd totum hoc: hic Commen. ponit dubitationem & soluit: & vide Commentum. 74. Postquam autem consideraui hæc omnia, quæ dicit Commen. de hac materia: & considerando bene rationes Commen. hic & suam intentionem complete videtur mihi sine dubio secundũ Commen. q aliqua pars qualitatis producitur tota in instãti vno, & est pars quę potest esse in actu: & est prima pars, quæ primo producitur: & ideo dicit Commen. q alterans est apud rem, in cuius natura est alterari: & non fit statim alteratio in actu, sed indiget aliquo tempore donec fiat alteratio in actu, id est, aliqua qualitate in actu. Illa tamen qualitas in actu, quæ est minima, quæ potest esse in actu aduenit tota in instanti, & in illo tempore est alteratio in potentia propinqua. Et alterans agit tunc aliquo modo: quia non potest produci illa qualitas minima, nisi esset illa mora, & tanta actio. & hoc est valde

rationabile & conforme, & non in actu: quia adhuc nullam qualitatem introduxit: sed tameo possum dicere, ꝙ tuoc illud mobile habet aliquid aliquo modo de termino ad quem. sed melius est dicere, ꝙ non habet: quia nec habet de termino ad quem in actu complete, nec in complete: sed dum mobile habet aliquid de motu, capiendo motum pro forma fluente, tunc habet partem sub termino ad quem, & etiam & hoc sufficit, Physicorum in Sexto, sed ante hoc habet esse in potentia valde propinqua: dum tamen mouetur, accipiendo motum non pro forma fluente, & tunc agit aliquo modo, vt dictum est. hoc est quod dicit Commen. commen. 74. contra antiquos: & ideo non sequitur ꝙ sit possibile ꝙ noo sit quies inter duos motus cootrarios in qualitate: nam hoc quod dicunt, ꝙ possibile est accidere ꝙ sit hic in illo instanti agens contrarium: & ergo tunc accipit agere statim sine quiete non est verum. nam non incipit statim agere contrarium in actu, seu non introducit stanti contrarium in actu: & etiam non sequitur quòd detur primum instans motus, sicut declarat Commen. hic: nam motus in eo ꝙ motus & cootinuus, non datur ei primum instans. Continui enim non est prima pars, & præter hoc sunt aliæ rationes, quæ positæ sunt in sexto.

An motus primum detur.

Sed res, quæ aduenit per motum, datur ei primum aliquo modo. Et forte etiam motus, cum consideratur secundum ꝙ est de prædicamento qualitatis vel quantitatis, datur ei primum instans: & est in actu aliquo modo non perfecte, sicut dicit. Cum autem consideratur secundum quod est de prædicamento passionis, & continuus, non habet primum, & ooo est ibidem primum in actu, & etiam motus localis secundum quod est corpus, & continuum, id est, magnitudo super quam vel circa quam fit motus, non datur ei primum actu, neque corpori illi secundum quod est continuum. Sed motus localis, cum considerabitur secundum quòd est in actu, habet aliquam primam partem, id est, cum pertransiuit totam illam partem simul in actu. Sed in potentia non habet primum. nam instans, io quo pertransit in potentia medium huius est ante instans, in quo pertransit totam illam partem: instans tamen inuenitur io potentia: & considera bene in commento. 68. & etiam in Sexto libro commento. 99. Et ex hoc possuot solui multæ dubitationes.

Item in eodem commento versus fioem, vbi dicit. Terminus enim entis in actu, id est, materialis. In commento. 24. vbi dicit. Aut quia in aliis motibus inuenitur generatio & corruptio, id est, secundum quid. In commento. 27. vbi dicit de ignorantia quorundam expositorum. Vide commentum primum septimi. In eodem commento vbi dicit. Necesse est vt motus eius à sua anima sit naturaliter, scilicet etiam ad superius.

Com. 24.

Com. 27.

In eodem commento parum post, vbi dicit. si igitur contingit quòd anima mouet corpus secundum motum elementi dominantis in ipso, tunc motus corporis ab anima erit naturaliter, id est, secundum ꝙ est corpus. In eodem commento parum post, vbi dicit. Tunc motus corporis ab anima erit non oaturalis, id est, secundum ꝙ est corpus mistum habens multum de terra. Sed est bene naturalis, secundum quòd est animal, seu corpus animalis secundum ꝙ est tale, scilicet animalis. In commento. 28. vbi dicit. Nullus enim dubitat quòd animal mouetur ab anima, &c. id est, quia nos videmus in morte animalis, quod remanet corpus, ipsum non mouetur.

Com. 28.

Item in eodem commento. vbi dicit. Sicut in rebus artificialibus, quæ mouentur per principium in eis. Si litera noo est corrupta sic intelligitur, id est, quæ mouentur per principium in eis, non primo, sed per accidens. Et vide commentum. 3. 2. In commento. 29. vbi dicit. Et non possumus etiam dicere in eis, quæ mouentur à principio in eis additor & ꝙ mouetur ex eis absque eo quod indigeat causa extrinseca, Nota ꝙ videtur ꝙ hæc

Com. 29.

E causa extrinseca est medium, vt patet Quarto huius. & in libro Cœli: & etiam indigent motore extrinseco, vt post apparebit: & vide in fioe commenti. 27. In principio enim dum generantur, & tunc mouentur in suis locis naturalibus à generãte mediante forma, vt patet per Commen. tertio Cœli. Cum autem retinentur à prohibente. Et postea mouentur per rem mouentẽ prohibẽs, quod est extrinsecum. & etiam à sua forma. Et vide Cõmentum. 32. Item eodem commen. parum post vbi dicit. Sicut dicimus in eis, quæ mouentur ex se &c. Circa hoc nota ꝙ alio modo habens aoimam indiget motore extrinseco, & aliter non habens animam, vt patet commento. 20. Verum est etiam, quòd animal ad sui productionem indiget motore extrinseco, vt patet. Et vide etiam Commentum. 51. Sed tamẽ nota, quòd animal cum generatur, non statim mouetur motu suo proprio, sicut contingit in elementis. Vnde generans elementa, secundum ꝙ dat eis de forma, dat eis etiam omnia accidentia

F conmgentia formæ, quorum vnum est motus in loco: & ideo, cum forma fuerit completa in eo complebitur vbi suum debitum, & alia accidentia, nisi aliquid impediat, vt dicit Commenta. commen. 32. & maxime, quia secundum ipsum formæ elementorum partibiliter acquiruntur: & ideo, sicut partim habet de forma ita et de motu conueniente illi formæ. cum autem completa est forma, completur & motus, oisi aliquid impediat: & ideo Philosophus & Commen. in hoc. 8. multoties dicunt elementa moueri ab extrinseco, non autem sic est in animali: quia quamuis ab anima sequantur operationes seu à generante mediante anima, non tamen statim cum introducitur anima, animal potest moueri secuodum motum proprium animalis: nam animal & maxime, perfectum requirit organizationes & complementum membrorum, & reliqua, quæ sunt necessaria ad motum eius: & ideo animal non dicitur moueri ab extrinseco eo modo quo dicitur elementum. Præterea, elementum sem-

G per mouetur ab extrinseco, vt dictum est: nisi sit prohibens impediens: & omnes rationes, quas Philosophus fecit in hoc octauo ad probandum grauia & leuia moueri ab extrinseco, nihil aliud probant nisi hoc: non tamen negat Aristo. oeque Commentator, ꝙ elementa non mouentur à sua forma: & hoc est manifestum in doctrina Philosophi & sui. Commentatoris: & hoc est quod dicit Commentator in commento trigesimo secundo in fine, vbi dicit. Declaratum est igitur ꝙ nullum corporũ simplicium naturalium, scilicet terræ, ignis, & cæterorũ moueret se propter hoc ꝙ in eo est principium, quo moueat se: & hoc essentialiter & non accidentaliter. Sed in eo est essentialiter principium receptionis vt moueatur ab extrinseco non principium actionis nisi per accidens. Et vult dicere, cum dicit, & hoc essentialiter, id est, à potentia essentiali, vt dictum est supra in hoc commento. Sed bene à potentia accidentali: non tamen illud principium

H per accidens mouet: immo per se, quamuis graue non sit per se motum. Cum autem dicit noo principium actionis nisi per accidens, id est, à potentia accidentali: negat igitur Philosophus & Commen. corpora simplicia moueri se à potentia essentiali: quod manifestum est, negant etiam hæc corpora moueri ex se, cum non diuidantur in motorem & motum, vt dicit Commentator commento. 32. Dicunt etiam ipsa moueri ab extrinseco ad loca propria eo modo, quo dictum est: nullo tamen modo ipsi oegant cum ipsa generantur in locis non propriis, & retinentur ibidem à prohibente, & postea remouetur prohibens, quòd forma eorum sit motor: neque etiam dicunt, quòd mouentur à generante extrinseco: & quòd non mouentur ab ipso mediante forma, quam generans dat. Sed ad maiorem declarationem istorum notandum est illud, quod dicit Commentator in Tertio Cœli, commento vigesimo octauo, vbi dicit, & videtur

etiam

etiam ipsum esse necessarium in esse motus naturalis modo proprio. Et in hoc est difficultas, declaratum est enim de elementis, quòd non nominatur inter ea quæ mouentur per se in loco nisi à generante, scilicet cum ex eis fiat aliqua portio in actu à generante, tunc existunt in illa parte omnia quibus constituuntur, scilicet moueri in loco proprio, & alijs accidentibus proprijs, nisi aliquid impediat ipsa à motu ad locum proprium. Quemadmodum igitur cętera accidentia existentia in re generata nō existent in ea nisi à generante, tamen mediante forma generati, quæ fit à generante, ita est de hoc motu. verbi gratia, quòd, cum elementum, scilicet aquæ verbi gratia, mutatur & fit ignis, statim in prima parte eius, in qua existit igneitas ab igne generante existent omnia accidentia ignis secundum quod est ignis: & vnum eorum accidentium est motus ad superius: quoniam secundum quod in parte generata existet de parte leui, secundum hoc existet in ea de loco corporis leuis: & de alijs accidentibus partibus proprijs. Sed tamen quia non existūt à generante nisi mediante generato, & motus primo & essentialiter non fit nisi à motore, & nullo alio mediante, propter hoc iste motus non est primus, neque essentialis à motore extrinseco, sed à forma moti. Et ideo habet proprium iste modus motus, vt per eum moueatur res per se, cum aliquis non impedierit ipsum à motu per violentiam, scilicet cum impediens quieuerit: & secundum istum modum assimilatur ei quod mouetur per se. Et quia motor essentialiter distinguitur in esse à moto, sicut in animalibus. Motor enim in eis est alius à moto, cum motor sit anima, & motum sit corpus. In corporibus autem simplicibus idem est motor secundum positionem & motum, Sed differunt secundum modum. Lapis enim mouet se inquantum est grauis in actu, & mouetur inquantum est potentia inferius. Et causa in hoc, quod inuenitur vno modo in actu & alio modo in potentia est, quia componitur ex materia & forma: forma igitur eius mouet inquantum est forma, & mouetur secundū quod est in materia: non enim est in potentia ad inferius, nisi secundum quod est in materia. Et ideo lapis non est per se motus essentialiter, sed assimilatur ei quod mouetur per se: & ideo indiget in suo motu motore extrinseco: neque etiam nominatur inter ea, quæ mouentur ab extrinseco: quia non mouetur hoc motu ab extrinseco sine medio, scilicet intrinseco, et hoc est vnum eorum, ex quibus Plato existimauit, quòd necesse est q primus motor moueat se essentialiter, scilicet secundum hoc quod videtur in lapide, q motor in eo sit motum. Sed licet idem sit motor in eo cum moto, tamen non eodem modo vt Plato existimauit: sed diuersimode secundum quod apparet ex prima demonstratione in principio septimi Physicorum, vt declaratum est, q omne motum habet motorem. Et quia lapis, sicut diximus, non diuiditur in motorem & rem motam, ita q vtrūque eorum sit existens in actu. lapis enim non mouetur essentialiter à se secundū quod lapis. Tunc enim mouetur à principio quod est in eo accidentaliter, cum non habeat esse motus nisi per illud principium, non enim est motus lapis nisi secundum quod est potentia inferius, & est motor secundum q est grauis. Si igitur fuerit motus essentialiter per se, inquantum est grauis: & iam posuimus q non mouet essentialiter, nisi secundum quòd est grauis, erit etiam motor & motum essentialiter eodem modo, quod est impossibile. & ideo non est motus nisi semper accidentaliter lapis, neque mouet se essentialiter, & cum ita sit, & omne quod mouet se accidentaliter necesse est q moueat se, quia essentialiter mouet aliud motum à se, verbi gratia, quia homo non mouet se accidentaliter in naui, nisi quia mouet nauim essentialiter. Et cum ita sit, lapis igitur non mouet essentialiter nisi aerem in quo est, & mouet se, quia hoc quod mouet se, sequitur motum aeris, sicut de homine

In simplicibus idē est motor secūdū pōnē & motum, differūt tñ secūdum modum.

A cum naui. Et cum ita sit, aer igitur & aqua sunt necessaria in motu lapidis, & hoc est illud quod promisimus: & explanauimus hoc in expositione Physicorū. sed iste locus est conuenientior. Ex dictis Commen. hic patent multa. Primum, q medium est necessarium in esse motus grauium & leuium modo proprio. Secundo, quamuis mouentur ab extrinseco, tamen mediante forma, immo principaliter à forma: & alia multa quæ patent. Sed vbi dicit Commen. lapis: nota q per lapidem intelligit elementum graue seu terram, vel intelligit lapidem, secundum q in eo dominatur elementum terræ. Lapis enim secundum hoc mouetur secundum motum elementi prædominantis, & mouetur secundum motum, secundū quem elementum terræ mouetur inferius: & ideo quantum ad hoc non est differentia. Sed ad declarationem maiorem dictorum Commen. hic nota, q Commen. hic intendit declarare q medium, scilicet aer vel aqua, est necessarium in motu grauium & leuium modo proprio, scilicet

B quia sunt simplicia: & incæpit declarare, q ipsa non mouentur ex se, sed mouentur à generante: tale autem non mouetur ex se: postea declarauit motum ex quo videtur q ipsa assimilantur moto per se, vel ex se, quia inuenitur in eis principium motus localis. sed differunt à moto ex se, quia motum ex se diuiditur ad motum per se, & motorem per se, vt elementum vel lapis: nam ipse accipit lapidem loco elementi, quamuis inuenitur in ipso motor per se, & est forma: non inuenitur in ipso motum per se, nam forma non mouetur per se: ipsa enim est motor per se, & impossibile est vt sit motor & motum per se, sed mouetur per accidens, quia existit in materia, sicut declarauit hoc Commen. versus finem huius commenti, Præterea, materia non mouetur per se, nam ipsa est in potentia: motum autem oportet ipsum esse in actu, vt declaratum est Quinto Physicorum, & ergo nō est hic motum per se. Sed inuenitur motor per se, & est forma, &

C motum per accidens: postea adiungit Auice. quòd nihil mouetur per accidens, nisi per motum alterius per se. & illud est medium: ergo manifestum est, q medium est necessarium in motu elementorum modo proprio, scilicet quia sunt simplicia: & etiam declaratum est in Quarto Physicorum, quòd, si non esset medium, non mouentur nulla elementa nisi in instanti, quia est ibidem resistentia nisi medium. materia enim est ens in potentia ad omnia & illa non resistit: neque forma, quia proprium est ei esse superius vel inferius: ergo medium est necessarium. Declaratum est etiam ex his quæ dicta sunt, q hic est principium per se agens illum motum, & est forma & principium per se recipiens. Et est medium & recipiens per accidens, & est forma secundum quod existit in materia. Et ex hoc quasi soluuntur omnes difficultates, quæ accidunt in motu elementorum, scilicet an mouentur à motore per se vel per accidens: hæc enim est vera, elemē-

D ta per se & suam naturam mouentur per accidens. & ista etiam per se mouentur ad loca sua: & ideo motus eorum est naturalis, tamen non inuenitur in eis motum per se, & considera in fine commenti. 52. huius. 8. & illa adiuuabunt te intelligere hoc. Nota tamen, quòd magna differentia est dicere, elementum mouet se per se, & dicere ipsum mouet per se, seipsum, ex prima enim intelligitur q sua substātia mouetur per se: & hoc est impossibile. nam forma non mouetur per se, nisi res moueret se per se: & etiam prima materia, quæ est in elementis, non mouetur per se: nam motum est ens in actu. Ex secunda autem intelliguntur duo, vnum est, q in elemento est res mouens per se, secūdū est, q intētio motoris p se est mouere se, i. peruenire ad suum locum propriū, non mouere mediū: & non sequitur ex hoc q sit sua substantia mota per se. Et istæ intentiones sunt veræ, & ideo debemus distinguere huiusmodi propositiones. Item notandum ad maiorem declarationem dictorum commenti huius de cœlo,

quòd, cum dicit Commentator versus finem, Et cum ita sit, & omne quod mouet, &c. Vult dicere & cum ita sit, scilicet quod mouetur per accidens secundum quod est in materia, seu mouetur secundum quod accidit ei esse in materia, & materia non est per se motum, quia est in potentia: neque compositum ratione formæ, quia de ratione formæ vt sic est mouere, non moueri, saltem per se, & agere non pati. Præterea. Si sic, idem mouebit seipsum per se, quod est impossibile, vt patet in principio Septimi Physicorum: nec forma est motum per se, secundum q est in materia: quia vt sic, est motum per accidens: & etiam si sic, hoc esset primo materia: & concludit, quòd mouet se, quia essentialiter mouet aliud à se. Et vide bene commentum. 22. Quarti Libri de Cœlo, & considera bene commentum. 30. huius Octaui. Et his forte potest respondere quis ad omnia argumenta quæ fiunt circa hoc. Auctoritates tamen q videntur esse contrariæ huic, ad præsens nolo declarare, & maxime, quia dominatio tua hæc omnia optime intelligit. Patet etiam aliud, quod dictum est in Quarto Physicorum, quòd, si vacuum sit, elementa mouerentur in instanti, & dato, q in simplicibus sit alia forma præter formam vltimam, illa non resistit, nam formæ generales non resistunt motui à forma propria. non sic autem est in mistis, quamuis enim mouentur secundum motum elementi prædominantis, tamen reliqua elementa resistunt, corpora etiam cœlestia, quãuis aliqualiter aliquo modo resistunt, hoc est, quia sunt in actu. forma autem generica est quasi potentia: nec per ipsam res est in actu existens, & ideo per eam non resistunt motui. Dixi autem dato quòd in simplicibus &c. quia in mistis nõ est dubium quòd sunt formæ elementorum refractæ, & formæ suæ vltimæ, & etiã quando apparet vna operatio communis sequens naturam formæ, oportet necessario quòd sit forma communis, à qua prouenit hæc operatio communis vniuoca, vt sensatio, verbi gratia, vna enim operatio vniuoca nõ potest prouenire à naturis diuersis saltem per se & eodem modo: aliter quodlibet fieret ex quolibet, & nulla esset ratio ad ponendum naturas proprias, saltem in talibus: & morari in hoc stultum est. Sequeretur etiam, q non est genus vniuocum, ex quo non est hic aliquod commune vniuocum, differentia autem operationum sensitiuæ & vegetatiuæ non est vna vniuoce in homine & in asino. Stultum est, quia non apparet aliqua diuersitas ex quo hoc arguere possumus, immo idem secundum speciem seu naturam agunt, & eodem modo circa obiecta propria, & non oportet plus loqui de hoc. Vnde sicut operatio facit cognoscere formam, ita operatio communis formam cõmunem. & hoc argumentum innuit Cõmento in libro de Animalibus, & Philosophus in Metaphy. quærit quomodo definitio est vna, & definitum in rebus compositis ex genere & differentia: quod non esset dubium, si esset vna forma: sed tamen, quia vna est in potentia, & quasi dispositio respectu alterius, scilicet vltimæ formæ: ideo ex eis fit vere & per se vnum: nec vltima differentia est accidens: quia aduenit enti in actu, iam enim dictum est q omnes formæ præter vltimam specificam, sunt potentiales & quasi tanquam materia.

Vna operatio vniuoca à pluribus diuersis per se & eodẽ modũ esse nõ potest.

Præterea. Nulla earum aduenit materiæ secundum q est in actu, sed secundum q est in potentia: & maxime cum omnes simul tempore producuntur in materia, formæ etiam misti, seu formæ elementorum refractæ nõ remanent sub eodem gradu vel specie in generato & corrupto. & per hæc etiam patet, q rectæ partes diffinitionis quidditatiuæ dicunt totum & prædicantur in recto. Si enim vnaquæque earum esset in actu, sicut oportet dicentibus formas separatas dicere, diceret partem: sed quia vna est quasi in potentia, & reliqua in actu, ideo fiunt vnum in actu, & sunt vnum in actu, multa in potentia ad bonum intellectum, & ideo forma animalitatis in ho-

E mine dicit totam formam hominis, sub ratione tamen vniuersali, vel magis communi, & rationalis sub ratione specifica: & alias dixi de hoc magis, & de eis forte dicam complete, & dubia soluam, si Deus prolongauerit vitam. Quando autem non est operatio vna communis vniuoca, non oportet ponere formam communem, quãuis secundum prædicationem sit aliquod commune. Tale enim genus est logicum. Dixi autem sequens naturam formæ, quia corporeitas, quamuis sit communis formis materialibus, hoc tamen habẽt à materia quanta, in qua recipiuntur. & secundum hoc non oportet ponere formam generalem corpoream, seu corporeitatis in elemẽtis, vel mistis aliam à formis proprijs elemẽtorum & mistorum, quæ forma vnitur materiæ mediantibus tribus dimensionibus. Et hæc videtur esse sententia Commen. hæc tamen maiori indigent declaratione: & ad præsens non est tempus loqui de hoc. postea autem inueni quòd ipse dicit in sua summa Metaphysicæ, in fine secundi tra-

Nulla ẽ cõmunis corporeitatis forma ipsis elementis, seu mistis, pter ppriã.

F ctatus. Et quidam viderunt q tres dimensiones consequuntur formam simplicem inuentam in materia prima, & q hæc forma est, per quam corpus recipit diuisionem & continuitatem, & putauerunt q est vna communis omnibus sensibilibus, sicut & materia. & huius opinionis est Auicen. etiam dicit interpositis multis dictis de hoc, q si voluerit per hanc intentionem naturam inclinationis, scilicet formam elementorum, quæ aduenit in materia prima, quæ est quasi genus formarum elementorum, scilicet sic vniuersaliter accepta, verum est. & secundum hoc dicitur, q corpus vel corporeitas est genus generabilium, quod inuenitur in indiuiduis substantiæ. & secundum hunc modum esse eius, scilicet inclinationis est in compositis, modo ergo genus est in speciebus, scilicet circa media inter potentiam & actum: sed tres dimensiones in quibus communicant corpora & sunt eædem numero modo declarato, non accipiuntur loco formæ generis, sed si voluit, quòd sit hic forma sim-

G plex in actu præter formas elementorum, vt apparet ex verbis Auicen. & q congregatio huius formæ cum prima materia est substantia, cui accidunt tres dimensiones, est opinio falsa: & illic ponit modum Porphyrij. & innuit ita probationem eius. & in istis dictis multum gauisus sum. De mente tamen Commenta. nulla dubietas est, q formæ elementorum remaneant refractæ in mistis. Et q in eis in quibus apparet vna operatio communis vniuoca, vt dixi, est forma communis, & forma propria, vt sciunt docti in doctrina Commen. Illud autem, quod dixit Ioan. contra principale quæsitum, q causa per se non est posterior naturaliter ipso causato. Sed motus medij est posterior naturaliter. ergo medium non mouet: hoc nihil est, quia non dico medium esse causam actiuam, sed passiuam. Sed forte sua ratio bona est contra ponentes medium esse causam actiuam, vt etiam ipse dicit. De reliquis autem, quæ dicit contra hoc, non curo:

H quia leuia sunt, & etiam ex iam dictis possunt solui. Et hæc sufficiant ad præsens. Nota tamen, quòd grauitas & leuitas sunt quasi æquiuoca. aliquando enim quodlibet eorum accipitur pro forma substantiali & habitu, aliquando pro operatione vel accidenti. Aliquando tamen accipitur accidens loco differentiæ substantialis, cũ non habemus nomen vel propter aliam causam, pro his vide Commen. in cõmento. 17. primi Cœli, & in vltimo Tertij, & in Secundo, & in. 20. & in. 21. Quarti, & ideo intellige secundum quod conueniens est sermoni. Vnde patet error illius, qui asserit Cõmentatorẽ esse cõfusum. Ipse enim non bene vidit dicta Cõmentatoris immo Philosophi in Quarto Cœli. commento secundo. Nota etiam q incompassibilitas terminorum vel locorom, & huiusmodi bene declarant esse impossibile motum fieri in instanti. nullo tamen modo hæc est causa resistentiæ, vel saltem positiua: nec etiã forma istorum determinat sibi cer-

tam

tam velocitatem quantum est de se: quia ipsa appetit na-
turaliter esse sursum vel deorsum, immo non quærit mo-
tum nisi propter quietem. & ideo nisi esset medium muta
retur in instanti: ipsa igitur non est causa resistentię. In
commento. 30. in principio. vbi dicit. Cum declarauit q
illa quæ mouentur naturaliter: non mouentur per prin-
cipium in eis, idest sine indigentia & cætera. vt dixit in
commento præcedenti. In commento. 32. vbi dicit. Et
altera accidentalis assimilauit essentialem potentiæ, quæ
Com. 30. est in addiscente, vt fiat sciens, & potentiam accidenta-
lem & cætera. Nota quòd videtur quòd hæc potentia ac
cidentalis exit in actum sine motore essentialiter, saltem
Com. 32. extrinseco, vt post declarat. Idem in eodem commen-
to in fine commenti, vbi loquitur de pila dicens. Quem-
admodum proijciens, quando proijcit pilam ad parie-
tem & cætera. Nota, quòd videtur quòd pila cum resilit
mouetur à proijciente, tanquam à primo motore: & ab
aere, tanquam à motore proximo, & à terra tanquam ab
illo, quod impedit motum aeris & pilæ: & non dimittit
ipsum compleri, immo repercutit ipsam. & ideo est mo-
tor per accidens. In commento. 34. vbi dicit impossi-
bile est quòd moueatur à motore, qui non mouetur nisi
per accidens, idest nisi moueatur per accidens à motore
extrinseco, quia tunc non mouetur motor extrinsecus,
vel saltem nō necessario, nisi in principio motus vel ante.
Com. 34. vt verbi gratia, remotio prohibentis. & vide etiam Com
mentum. 37. & commentum. 82. In commento. 35.
vbi dicit. Corpus enim impossibile est vt moueat in lo-
co & cætera. idest per se. vt dictum est superius commen
to. 34. Illa autem, quæ dicit in eodem commento de mo-
tu Magnetis, dictum est de eis & cætera. In commen-
Com. 35. to. 36. vbi dicit. Quod enim est per accidens, non est sem-
per, neque necessarium. Circa hoc vide commenta Com-
men. scilicet commento. 44. Primi Posteriorum, vbi de-
clarat, An omne necessariū sit per se. Præterea. Quod
Com. 36. mouetur per accidens, aliquando mouetur & aliquan-
do non. vide commentum decimumseptimū, & 51. & 52.

In commento. 37. in principio, vbi dicit. Manifestum
enim est per se &c. Circa hoc consydera in sua summa.

Item in eodem commento, vbi dicit. Et primum secun
dum quod est primum, idest simpliciter. Item in eodē
commento quasi immediate, vbi dicit. Sed secundum es-
Com. 37. se & definitionem. Vult dicere, & si non indigebit alio,
& non esset primum simpliciter. Item in eodem com-
mento quasi immediate, vbi dicit, necesse est q iste mo-
tor sit separatus à moto omnino & cætera. idest, quia, si
esset in moto, scilicet si esset virtua in corpore, esset com-
positum & generabile & corruptibile, & non primum.

Præterea. Quod per accidens mouetur est aliquo mo-
do secundum istum modum non primum simpliciter, ex
quo corpus mouet ipsum aliquo modo. Et uide in de Sub
stantia Orbis in illa parte, quā traduxi de libello hebrai-
co in latinum. Item in eodem commento post hoc. ubi
dicit, & principium, secundum quòd est principium, est
separatum in esse, & non in definitione tātum. In com-
mento. 43. vbi dicit. & ex calore naturali, qui est motor,
& motum, qui transit in neruis & anima mouente quæ
est forma in illo calore naturali. Circa hoc vide in Duo-
decimo de Animalibus. capitulo de cerebro. Ibidem
enim declarauit esse primum instrumentum animæ.

Com. 41. Item in eodem commento prope finē. vbi dicit. Quo-
niam non posuimus ipsum & cætera. Nota quòd ex hoc
& commento sequenti, patet expresse, quòd forma ma-
terialis diuiditur ad diuisionem subiecti, & est extensa.
Com. 44. Etiam in textu & commento sequenti patebit, quòd da-
tur minimum naturale. In commento. 44. vbi dicit.
quoniam primi motores apud ipsum sunt duobus mo-
dis. Nota quod ex hoc patet expresse quòd primus mo-
tor in animalibus est anima. Et vide commentum præ-
cedens & commētum vigesimum septimum. Idem in

A eodem commento quasi immediate, vbi dicit, & motor
non materialis. & hoc, idest materialis. In commen- Com. 45.
to. 45. prope finem. vbi dicit, quoniam si ita esset motor
prior illo, idest non esset primus simpliciter: ex quo mo-
uetur per accidens à moto, & à fortiori, si moueretur alio
modo ab isto: esset enim alius motor prior. Et vide in
commento sequēti: quod intelligit per essentialiter & ac-
cidentaliter. Item In eodem commento quasi imme-
diate, vbi dicit, quoniam, si non esset æternum, tunc mo-
tor & cætera. Nota quòd sic intelligo hanc consequen-
tiam. Si non esset motum æternum, esset compositum de
necessitate: & si esset compositum, motor moueretur per
accidens: & si moueretur per accidens, non est primum,
sicut statim dictum est. Præterea. Illud, quod est ali-
quo modo per accidens, non potest esse prima causa: &
consydera etiam in commento sequenti, & forte decla-
rabitur sic. Si non esset æternum, esset compositum. & er
go generabile & corruptibile: & etiam mouetur per ac-
B cidens. & si est generabile & corruptibile, nō est primus
motor. Et vide in fine commenti. 37. et in commento. 52.
& 51. & bene consydera in eis. Præterea. Omne quod
mouetur ex se, cuius motor mouetur per accidens, mo-
tus eius sequitur mutationem, sicut videtur in omnibus
compositis generabilibus & corruptibilibus. nam mo-
tor, qui mouetur per accidēs est in materia: & si est in ma
teria est compositum: & omne compositum præcedit ip-
sum transmutatione. primum autem motum, motus eius
non sequitur transmutationem. Et etiam mota quorum
motores mouentur per accidens, aliquando quiescunt &
aliquando mouentur: sicut omne quod quiescit, aliquan-
do & mouetur, aliquando mouetur per accidens, vt de-
clarabitur commento. 51. Sed primum corpus mouetur
semper. ergo &c. Causa enim in mouendo aliquando &
quiescendo, aliquando, est quia ipsum mouetur per acci-
dens. Præterea, Sicut dictum est, & tactum à Cōmen.
in parte superius dicta de Substantia Orbis formæ mate
C rialis non est prior & simpliciter secundum naturam.
materia ergo non est prima causa simpliciter. Nam for-
ma materialis esse eius constituitur per esse materiæ. &
ex hoc declarabitur quòd compositum non est prima
causa. In commento. 46. vbi dicit impossibile est vt
ista dispositio. Hic Commentator remouet dubium & Com. 46.
versus finem complet hoc. Item in eodem commento
parumpost, vbi dicit, manifestum est propter hoc quod
declaratum est hic, idest per declarationem positam in
principio huius Octaui. vnde sic arguitur, est hic motus
primus æternus qui continet totum, & est causa isto-
rum. ergo ista sunt perpetuæ generationis & corruptio-
nis. antecedens patet in principio huius. Item in eo-
dem commento quasi immediate. vbi dicit. & hoc etiam
apparet per se. Hic ponitur tertia ratio principalis. &
per hanc rationem patet quòd homo non generatur nisi
ab homine. Item statim post. vbi dicit, Quoniā quan-
do materia. hic ponitur prima ratio, qua probatur ante-
D cedens secundæ rationis. in illa autem parte, quæ sequi-
tur immediate ponuntur tria inconuenientia: primum
ibi {Non.} secundum ibi {Et tunc quodlibet.} tertium
ibi {Et tunc vniuersaliter.} Sed circa ista vide in princi-
pio Quintidecimi de Animalibus. quia ibidem multa
dicit Commentator de hoc. cum autem dicit. Quoniam
si esset possibile, vt homo & cætera. Ponitur secunda ra-
tio, qua probatur antecedens secundæ rationis. Item
in eodem commento parumpost. vbi dicit. Hoc esset in
minori parte, scilicet à casu, idest ex quo inuenitur in pau
cioribus: & etiam non est à sua causa determinata. à qua
prouenit in maiori parte. Item quasi immediate. vbi
dicit. Et etiam si ita esset. Nota quòd hoc potest esse vnū
inconuenientium, & potest esse ratio per se. Item in eo
dem commento. vbi respondendo dicit, dicamus ad hoc
quòd ista & cætera. de hoc vide Commentum. 32. Duo-
decimo

decimo Metaphyficæ. & in fecunda quæftione mea de primo motore. & in fua Metaphy. verfus finem. Item in eodem commento. vbi probat Commentator impoffibile eft hominem generari ex non homine, feu ex non femine hominis: & fanguine menftruo, vt etiam voluit Philofophus Libro de Generatione. propter quod pofuit generationem procedere in infinitum, eo modo quo illic declaratum eft. Nota quòd intentio Commentatoris hic eft declarare, quòd nulla eadem fpecies, fiue animalium, fiue aliorum de miftis completis, vt de plantis & fimilibus poteft generare ex feminibus proprijs illius fpeciei, & ex putrefactione, & fua ratio prima eft hæc, homo qui generatur ex femine & ex putrefactione, effet æquiuoce homo. & hoc probat fic. nam formæ diuerfæ propriæ requirunt materias diuerfas & proprias. & hoc non folum verum eft materia compofitionis, fed etiam de materia alterationis, vt declarabitur, ueruntamen eft, ꝙ in quibufdam formis materia alterationis non oportet effe eiufdem fpeciei refpectu cuiuslibet formæ fecundum fpeciem feu diuerfæ refpectu diuerfarum formarum, vt in formis, quæ non requirunt ad hoc vt poffine produci ex materia difpofitiones feu præparationes præcedentes in eorum materia propinqua, ex qua debent generari, verbi gratia, vt elementa, non tamen dico quòd elementa non requiruot qualitates proprias, in quibufdam autem propter materiam & potentiam eius requiruntur præparationes & difpofitiones in materia ad hoc quod fit confequens vt fit materia alterationis propinqua eorum. verbi gratia. in fanguine menftruo, qui eft materia alterationis embryonis, funt multæ præparationes præcedentes. verbi gratia, formæ elementorum vel formæ mifti vel forma panis feu cibi, & forma fanguinis. Vnde ex homine mortuo non fit homo viuus, vt dicit Philofophus in Metaphyfica. expreffe. neque ex equo mortuo equus viuus, & fiue iftæ præparationes remanent omnes, fiue quædam, fiue non, non curo. Quædam tamen de neceffitate remanent in materia compofitionis, & fi non omnino fecundum vnum gradum fecundum aliam: quia fufficit ad præfens, quod eft neceffarium, vt præcedant illæ præparationes. Quod autem formæ propriæ requirunt materias proprias, vt dictum eft, manifeftum eft. nam fi hoc non effet, quodlibet generaretur ex quolibet: & homo viuus ex homine mortuo, & fic entia non effent propria & determinata. & tunc etiam materiæ propriæ effent fuperfluæ & ociofæ: ex quo poffit ex alia materia non eiufdem fpeciei generari. Vnde, fi poffibile effet hominem generari ex putrefactione, natura non produxiffet tot inftrumenta, & tot præparationes pro generatione hominis feu alterius animalis. Vnde vt dicit Commentator de mente Ariftotelis. Primo de Anima, quòd membra leonis non differunt à membris cerui, nifi quia anima differt ab anima. Vult ergo formam propriam & determinatam habere materiam propriam & determinatam. Verum tamen eft, quòd hoc magis intelligitur de materia compofitionis: & hoc totum eft quafi per fe notum apud Philofophos bene difpofitos, non apud ftultos tantum verba dicentes & non confyderantes quid dicunt: & vtrum id quod dicunt fit conforme rebus fenfatis vel non. Arguatur igitur fic. materiæ diuerfæ fecundum fpeciem habent formas diuerfas, fecundum quòd habent materiam diuerfam fpecie, & forma alterius fpeciei eft alterius fpeciei ab illo, quod non habet talem materiam & talem formam. ergo animal generatum à putrefactione non eft eiufdem fpeciei cum eo quod generatur à feminibus parentum: neque obftat illud quod quidam dicunt, quòd materia ex qua generatur embryo in matricæ eft fimilis illi, ex qua generatur per putrefactionem, nam fecundum hoc reuertitur quæftio. nam, fi illæ materiæ funt eiufdem fpeciei, ergo & formæ, quas tunc habent, funt eiufdem fpeciei: &

E fi fic extra corpus animalis effet fanguis in illa materia putrefactibili ex qua generatur illud animal, quod eft eiufdem fpeciei cum eo quod generatur ex fanguine menftruo in matrice. & fi hoc fit ita, ergo etiam in illa materia fuit forma cibi feu panis, verbi gratia. Sicut hoc eft in fanguine quod generatur ex cibo, & totum hoc eft extra intellectum. Neque valet quod quidam dicunt, quòd virtutes cœleftes faciunt has materias effe fimiles. nam illæ virtutes non funt caufæ totales: & ipfæ etiam funt diuerfæ in materijs diuerfis, aliter quodlibet fieret ex quolibet, vt dictum eft. Neque valet quod aliqui dicunt ignis factus ex igne, & factus per motum funt eiufdem fpeciei. hæc enim eft alia quæftio: & eft, an aliquid poffit produci ab agente eiufdem fpeciei, & alterius fpeciei. & ifta quæftio eft diuerfa à quæftione noftra, & foluta eft intelligentibus verba Commentatoris in multis locis. & ego iã declaraui hoc in declaratione libelli de Subftantia Orbis. & fi velint dicere, quòd, fi aliquid quod

F producitur ex diuerfis agentibus eft eiufdem fpeciei. ergo aliquid quod producitur ex diuerfis materijs eft eiufdem fpeciei. dico, quòd hoc, vt dicunt, concedo, verum eft in eis quæ non requirunt materias prædifpofitas feu prius præparatas, id eft materias alterationis, vt elementa: quorum quodlibet poteft generari ex quolibet: & de hoc non oportet ad præfens plus dicere. fecũda ratio fua eft tunc homo generatus à putrefactione effet generatus à cafu, vt ipfe hic deducit: & videtur quòd declaratio fua fundatur in hoc, quòd illud quod fit in minori parte, eft à cafu, quod fic intelligitur. Si eft aliquod de cuius natura eft vt generetur femper hoc modo, vt eft homo & alia animalia: & caufæ fuæ generationis funt: & tamen illud non generatur alio modo ab eo, quo femper generatur, nifi raro & in minori parte temporis & fubiecti, hoc non eft nifi cafu: & hoc videtur notum. & fic ut complerationem. Præterea confirmatur hoc totum. nam, fi aliqua

G femella animalis non poteft generare ex fe, fed oportet ꝙ coniungatur cum mafculo, in cuius femine eft virtus informatiua propria, ergo à fortiori in materia quæ non eft ita difpofita, & ita propinqua generationi animalis, hoc non poteft fieri. Præterea non effet habitudo effentialis in caufis materialibus & agentibus: & totum hoc eft contra doctrinam Peripateticorum, & contra fenfum & intellectum. immo caufæ materiales effent quafi infinitæ, vt dicit Commentator, quamuis enim caufa agente pofita, & fimiliter materiali non ponitur de neceffitate effectus, tamen cũ effectus eft de neceffitate, fuit à tali agente, & materia tali. Nota tamen, quòd Commentator in Libro de Animalibus dicit, quòd mures generati ex putrefactione noo funt eiufdẽ fpeciei cum eis, quæ generantur ex propagatione: quamuis affimilentur in accidentibus apparentibus, & in quibufdam operationibus. non enim habemus mures in manibus ita vt poffimus cogno-

H fcere operationes eorum proprias: neque illud, quod dicitur de plantis, fcilicet quòd quædam earum generantur non ex femine, neque ex arbore habente femen: & poftea producitur femen ab eis, non eft dictum ab Ariftotele in fuo de Plantis, immo oppofitum videtur dicere dicẽs, quædam arbores plantatæ quædam ex femine, quædam autem per fe: & non ponit ꝙ illæ, quæ per fe producuntur, producunt femen. Et fi hoc eft verum vt dicunt, hoc non effet nifi quia in illo femine eft materia propria, & virtus propria producens aliam plantam fimilem, non tamen omnino eiufdem fpeciei. Sed vere nefcio quomodo hoc fciuerunt nifi forte per prophetiam. Si illud enim facit femen, quomodo fciuerunt quòd non fuit illic ante aliquod tale femen. per infinitas enim quafi vias contingit fuiffe illic femen tamen, quamuis non viderunt illic ante talem plantam. fimili modo dicendum eft, fi illa fecunda planta fit per plantationem. contingit enim aliquem ramum talis plãtæ fuiffe illic productum, ex quo

facta

facta fuit illa planta, quæ illic primo visa est, vt in multis contingit: & vniuersaliter scire hoc, quod dicunt, est valde difficile: & dato, quòd esset ita, forte nō est signum sufficiens ad probandum id quod intendunt. possumus enim dicere, quòd ex illa herba genita sine semine sit quædam pars, quæ est quasi semen, ita quód ex illa parte generatur, cum ponitur in terra similis herba in specie per viam putrefactionis, & non aliter. Sed dices, quomodo possum cognoscere si res generatur per putrefactionem vel ꝑ propagationem, ad hoc facilis est responsio, & tu responde. Non tamen quòd Commentator & Philosophus in principio Decimiseptimi de Animalibus ponunt, quòd animal genitum ex putrefactione aliquando generat aliud non eiusdem speciei, & in ipso non inuenitur masculus & fœmina: &, si sint, tamen quòd ab ipsis generetur est alterius speciei, & tandem desinit generatio huius, & nunquam generat similem sibi in specie. & forte simile huius quod dixit hic Commentator possumus dicere in plantis, vt dixi, & tu intellige bene omnia dicta Auerrois non superficialiter, vt quidam diminuti Philosophi, immo magis historiographi: & de hoc nolo plus prolongare sermonem. Manifestum est enim sensui, quòd illa, quæ generantur per putrefactionem, habent materias propinquas proprias, vt dicit Commentator de vespibus, & de quibusdam alijs animalibus genitis ex putrefactione. Et respondere dictis quorundam in quibusdam rebus contra Commentatorem loquentium, stultum est. Sed dominatio sua loquendo in hac materia fecit contra hoc motiuum efficax. d. quòd sicut cibi non sunt eiusdem speciei, ex his tamen generatur sanguis, ita ex diuersis materijs posset generare animal idem secundum speciem. Confirmatur sic, nam possibile est vt materia generationis habeat magnam latitudinem, ita cum non sit species specialissima. potest igitur esse quòd ex istis materijs diuersis specie, conuenientibus tamen in ratione communi propinqua possit generari animal idem specie. Et quamuis hæc vere magnam habeant euidentiam, tamen ad præsens respondeo, quòd cibus in eo quòd cibus conueniens est respectu vnius speciei, est vnius speciei: quamuis enim nutrientia seu cibi sint diuersæ species in se, non tamen vt nutribile respectu speciei determinatæ, nam omne dulce in eo quòd dulce est tantum nutriens respectu hominis: & in eo quòd dulce est unius speciei, Secũdo dico, quòd quamuis cibi sint diuersi specie, conueniunt tamen in vna ratione propinqua communi. Vnde & sanguis genitus ex eis magnam habet latitudinem, & maxime, quia dicitur esse quasi appropriatus elemento aeris. Latitudo tamen eius est omnino extra latitudinem materiæ putrefactæ, vt quasi notum est naturæ: in eis apparet aliquid per quod possumus dicere quòd conueniunt in ratione communi propinqua. Quamuis ergo materia generationis alicuius animalis non est eadem species specialissima, tamen est eadem de necessitate secundum rationem communem propinquam. Hoc autem non inuenitur inter materiam putrefactam ex qua generatur animal per putrefactionem, & semen seu sanguinem menstruum, ex quo generatur animal per propagationem. Et hoc supponunt Philosophi tanquam per se notum.

Præterea. Si materia putrefacta & sanguis menstruus conueniunt in ratione communi propinqua, & per hanc rationem possit generari animal ex his, Tunc animal genitum in matrice ex sanguine menstruo non generaretur ex eo secundum quòd est sanguis, nec illud quod generatur ex materia putrefacta generatur ex ea secundum quòd putrefacta: quæ ambo videntur impossibilia. Et hoc tamen sequitur dicendo, quòd hæc materia habet rationem communem propinquam, secundum quam generantur illa animalia. Ad confirmationem patet per dicta. Ipsa enim supponit, quòd materia putrefacta, & sanA guis menstruus conueniunt in vna ratione communi propinqua: quod videtur esse impossibile. Et nos videmus, quòd ex sanguine menstruo seu sibi proportionali asinæ seu alterius animalis non generatur homo, nec etiam si esset proiectum illic sperma viri: & quamuis membra aliqualiter forte assimilari possunt, non tamen illic potest esse forma humana, vt bene declarauit Philosophus & Commentator in Libro de Animalibus. & à fortiori ex materia putrefacta vbi non est materia ita propinqua, nec agens proprium particulare, vt in talibus requiritur, vt sensui patet: & hæc ad præsens mihi occurrunt: & si postea meliora apparebunt, dicam: credo tamen quod hæc sufficiunt. Com.48 In commento.48. vbi dicit, & tu bene scis & cætera. Ibidem enim ponitur prima ratio, quòd instrumenta non sunt infinita per se. secunda autem ratio ponitur ibidem, & etiam quando sor. & cætera. Com.51. In commento.51. vbi dicit. Motus autem eius est accidentaliter, licet sit indiuisibilis, idest per se: quia motor priB mus in eis est indiuisibilis secundum suam naturam, fit autem diuisibilis per subiectum: & vide commentũ.44.

Item in eodem commento. vbi dicit. Verum autem omne & cætera. nota rationem quam ponit, per quam etiam probatur, quòd primus motor non est virtus in corpore. Item in eodem commento. vbi dicit. Quoniam cum verificatum fuerit ex hoc, quòd omne motum ex se, quod quiescit quandoque & mouetur quandoq;, mouetur ab extrinseco, idest & si non vel semper quiesceret vel semper moueretur. Et vide in sua summa. Cum autem parumpost dicit, nihil esse extra ipsum, idest à quo mouetur. In fine commenti cum dicit cum demonstratione prædicta, idest hic, cum autem dicit aliam demonstrationem à prædicta, idest in capitulo priori. Com.52. In commento.52. vbi dicit. Et potest intelligi ex hoc sermone, quòd est demonstratio per se. Nota quòd formatur sic, omnis motor moti ex se, qui non mouetur, scilicet per se, C qui quandoque mouet, & quandoque non, mouetur per accidens; primus motor nullo modo mouetur: ergo.

Item in eodem commento versus finem cõmenti. vbi dicit. Et est, quia subiectum eius mouetur ab alio. Supple, quia propter hoc apparet quòd iste motor intendit motum primi, & ordinatur ad primum motorem: & aliquo modo quasi mouetur ab ipso tanquam à fine: & per hoc soluuntur multa dubia Ioannis de Ianduno. & aliorum. Com.57. In commento.57. vbi dicit. omne enim generabile est augmentabile, idest proprie, vel improprie. Com.58. In commento.58. vbi dicit. Omne enim posterius, scilicet in generabili ex rebus, quibus perficitur est prius in natura, id est magis perfectum. Com.62. In commento,62. vbi probat Commentator, quòd res naturales habent magnitudines terminatas, & ad hoc ponit duas rõnes: prima ibi Si enim magnitudines rerum. secũda ibi. Manifestum est per se quoniam. & circa hoc vide commentum.44. huius. & commentum.36. primi. In eodem commento D vbi dicit, cum sint de contrario in cõtrarium, & de opposito in oppositum, & quod est tale, est finitum, idest quia distantia infinita non potest esse inter cõtraria: esset enim finita, contraria enim sunt fines. Vide commentum.91. Sexti. Item post hoc vbi dicit. Et antequam mouebatur, idest isto motu. Item in eodem commento vbi dicit & omne quod est in actu, est quiescẽs necessario: quoniam, si moueretur esset in potentia & cætera. Circa hoc considera, quia instans est in potentia tantum. & ideo hæc ratio est demonstratiua. Et vide commenta quæ sequuntur, & commentum.76. Sexti, & Burleus non bene dicit: quia contrarium, quod non est approximatum, nō approximatur in instanti. vide tamen commentum.23. & ea, quæ ibi notaui: & habebis veram solutionem. Idẽ in eodem commento, vbi dicit. Et ista demonstratio non debet intelligi, nisi in eodem modo, quod mouetur duobus motibus contrarijs habentibus principium & fi-

nem

nem & cætera. Nota quòd ex hoc forte patet solutio de
faba proiecta contra molarem descendentem & simili-
bus. faba enim non habet motum perfectum ad quem
perueniat: quia antequam compleat motum in illa par-
te cogitur moueri ab alio, & consydera quia hoc est pro-
pter impedimentum, scilicet quòd non quiescit: quia an-
tequam perficiat motum ad illam partem impeditur. Ra-
tio autem Philosophi tantum probat de motu comple-
to, scilicet quando mobile adest fini in actu, vt post dice-
tur: & dato quòd veniat ad finem, tamen nõ quiescit nisi
quando non pellitur ab alio. quia in isto casu non omni-
no adest in actu & quomodocunque sit motus reflexus
non est continuus, vt patet in litera ex hoc etiam patet,
quòd si approximatur corpori, quod calefit antequam
compleat suum motum frigefactiuum, nõ est forte quies
media: & vide ea, quæ notaui superius in commento vi-
Com.64. gesimotertio. In commento. 64. vbi dicit. Et motus
contrarij differunt secundum formam & naturam &c.
Nota quòd videtur quòd hæc ratio concludit, dato quòd
continuantur hi motus secundum tempus. & vide com-
mentum. 40. Quinti. & 72. huius Octaui. In commen
Com.65. to. 65. vbi dicit. Et nullum punctum describit in actu, sci-
licet quem possumus demõstrare. Item in eodem com
mento vbi dicit, & illud quod mouetur continue impos-
sibile est vt superponatur alicui & cætera. idest vt sit in
aliqua magnitudine, siue describat in actu aliquem pun-
ctum in instanti. instans enim non est in tempore nisi in
potentia. vt declaratum est in Sexto Libro in multis lo-
cis: & maxime commento. 76. scilicet quòd non est ali-
quod instans indiuisibile, quod potest demonstrari siue
aliquid in eo demonstrari. Vide commentum. 46. Sexti,
& illa, quæ ibidem notaui. & si tu intelligis hoc recte &
bene, demonstratio Philosophi erit firma, & cauillatio
Burlei nulla. instans enim est in potentia extra animam,
sicut punctus in continuo: immo minus vt declaratum
est in quarto & in octauo & in sexto. Sed anima consy-
derat ipsum cõtinuare partes temporis, ac si esset in actu.
Nam natura continui est talis, & intellectus intelligit in
actu aliquod tale indiuisibile, extra animam tamen est in
potentia, sicut dicitur de vniuersali: & si extra animam es-
set instans in actu siue indiuisibile, non potest aliquis ve-
re euadere, quin continuum sit compositum ex indiuisi-
bilibus: & hæc omnia possunt colligi à Commentatore
hinc inde in Octauo, & in Quarto, & hic, & vide com-
mentum. 80. Sexti. & vide commẽta, quæ statim sequun
tur, & finem huius commenti. Item in eodem cõmen-
to vbi dicit. Quoniam impossibile est, vt motum sit in
extremo magnitudinis in actu. In commento. 66. vbi
Com.66. dicit. Puncta autem, quæ sunt inter principium & finem
magnitudinis, sunt in potentia, idest non possunt demon
strari. In commento. 68. vbi dicit. Pertransire autem
Com.68. medietates infinitas in potentia, idest secundum diuisio-
nem per accidens, scilicet in partes proportionales, non
secundum partes æquales: quia illæ sunt finitæ etiam in
potentia. & consydera bene totum commẽtum. Item
in eodem commento vbi dicit. Quoniam cõtinuatio mo
tus est propter continuationem magnitudinis, idest quæ
non diuidit magnitudinem in actu, scilicet sicut fit, cum
quiescit in medio siue in aliqua parte eius: tunc enim diui
dit magnitudinem in actu. Cum autem non quiescit, di-
uidit eam in potentia tantum, quia nõ designat aliquem
punctum in actu, vt dictum est: & vide etiam commen-
tum. 101. quarti. Item in eodem commento vbi dicit.
Tunc sequitur etiam si medietates sunt infinitæ quòd mo
tum nunquam perueniat ad extremum magnitudinis,
idest si motum pertransit infinitas medietates quomodo
cunque sint, nunquam perueniet ad extremum, sed per-
ueniet: ergo hæc diuisio consumit magnitudinem. & istã
Com.71. deductionem intendit hic Commentator, & ad istam re-
spondet. In commento. 75. ubi dicit. Secunda est, quòd

E omnia, quorum visum est diminutum, reliquum perfe-
ctum, idest in illo genere. verbi gratia in genere motus lo
calis. In commento. 76. vbi dicit. Omnis enim punct⁹ Com.76.
imaginatus. vide quomodo dicit imaginatus, & non di-
cit punctus tantum. In commẽto. 78. vbi Philosophus Com.78.
& Commentator volunt probare, ꝙ motor primus non
est in materia. Nota quòd hæc demonstratio, quomodo-
cunque intelligatur infinitum, est demonstratio vera. Si
enim intelligeretur infinitum in motione, verbi gratia, vt
moueat in instanti, quod vocant moderni infiniti rigoris
intensiue, aut quòd moueat corpus infinitum, de necessi-
tate mouet in tempore infinito: hoc tamen recte intellige
& si mouet in tempore infinito mouet in instãti, si est vir-
tus in materia: & similiter è conuerso. hæc enim duo con
uertuntur, in virtute corporea: & manifestum est, & etiã
declarabitur, quòd nulla virtus infinita intẽsiue est in cor
pore, nisi in corpore infinito, si tale esset possibile esse: &
vide commentum. 80. & ideo dicit Philosophus, ꝙ hæc
F tria, scilicet motor, qui est virtus in materia, & motum,
& tempus, in quo est motus, sunt æqualia, idest vel ꝙ om
nia finita, vel ꝙ omnia infinita. & ideo non distinxit hic
Commmentator infinitum. nam non indigebat hoc: &
ideo etiam ex quo non virtus infinita in corpore, nisi cor
pus sit infinitum nam magnitudo virtutis sequitur ma-
gnitudinem corporis cæteris paribus. Sequitur ergo, ꝙ,
si sit aliquod corpus, quod mouetur à motore, qui est vir
tus in corpore in tempore infinito, ꝙ pars illius mouebi-
tur in tẽpore minori à parte motoris, quæ est in ipso: mi-
nus autem infinito est finitum: ergo pars mouetur in mi-
nori tempore quàm sit tempus in quo mouetur totum. et
vniuersaliter virtus infinita, quæ est in aliquo corpore, il-
lud quod est ex ipsa in tempore illius corporis, est virtus
minor. & vide commentum. 81. & intelligo hic per virtu
tem infinitam, infinitam intẽsiue. minor autem virtus nõ
potest mouere per tantum tempus: & nota bene, ꝙ si sit
G in corpore aliqua virtus finita intensiue, non potest mo-
uere nisi in tempore finito: & si mouet in tempore infini-
to ipsa est infinita intensiue: & similiter, si in corpore sit
virtus infinita intensiue, mouet in tempore infinito: & si
in ipso sit virtus finita intensiue, mouet per tempus fini-
tum tantum. Et per hoc completur hæc demonstratio. &
vide in commento sequenti in dubitationibus, & vniuer
saliter magnitudo virtutis formæ corporalis, & paruitas
eius secundum magnitudinem corporis, in quo est illa for
ma, & paruitatem eius. quod si est magnum, virtus, quæ
est in ipso, est magna: & si est paruum, virtus quæ est in
ipso, est parua: comparando ad vnam formam, quæ est in
vno corpore: & ideo, si virtus seu potentia totius formæ
sufficit mouere, pars illius formæ non potest mouere in tẽ
pore æquali tempori, per quod mouet tota forma & po-
tentia: & ideo hæc conclusio cum propositione, quæ de-
clarabitur, concludit intentum, si non cecidit error in pro
positione dicente, quod maius est, mouet in tempore lon
H giori. Et nota etiam, si vn⁹ gradus virtutis (verbi gratia)
existentis in materia sufficit mouere aliquod corpus per
centum annos, medietas illius potentię, si potest mnoue-
re, non potest mouere per plus quàm per quinquaginta
annos, & tunc corrumpitur. Et tempus durationis poten
tię sequitur fortitudinem potentię, idest quòd si sit for-
tior, tempus durationis est lõgior, si cętera sint paria, ver
bi gratia corrumpentia & reliquę dispositiones. Nam il-
lud, quod habet vnum gradum potentię resistit contra
transmutantem per duplum tempus, quàm resistit habẽs
medium gradum. & ideo secundum istũ modum, si pars
potentię sufficit mouere per tempus finitum tantum, to-
ta virtus finita mouet per tempus finitum tantum. Et ex
hoc patet quòd latini non recte intellexerũt hanc demon
strationem, & consydera bene dicta Commentatoris, &
propositionem dicentem. Quod maius est, mouet tempo
re longiori, & consydera etiam illa, quę dicta sunt à Com

mentatore

mentatore in illa parte de Substantia Orbis, quam tradu xi, si forte hoc quod dixi de hoc non sufficit. Item in eodem commento vbi dicit. Sed notandum est quòd propositiones conditionales. Circa hoc vide commentum. 94. 44. quarti. Item in eodem commento vbi dicit. Amplius cum omne compositum, vt videtur mihi ex isto loco potest fieri ratio fortis ad declarandum, quod omnis virtus in corpore est finita. Item in eodem commento vbi dicit, Quod enim denudatum est à compositione & factum esse & cætera. Vult dicere quòd Philosophus igitur peruenit ad suum intentum, scilicet quòd primus motor est separatus: & bene consydera, quia ex hac ratione etiam declaratur, quòd corpus cœleste est simplex, quia non est in ipso potentia ad diuisibilitatem, neq; corruptionem: & ergo motor est separatus à materia. nam cum sit positum quòd corpus cœleste est simplex & motor est alius à moto, vt declaratũ est in septimo & in hoc octauo. Sequitur, quòd motor cœli est abstractus à materia, non virtus existens in materia. In commẽto. 79. vbi dicit. Cum enim habuit quòd omnis potentia corporis est finita, id est intensiue, quamuis vnum consequitur reliquum, vt dictum est. Item in eodem loco quasi immediate vbi dicit. & adiunxit huic propositioni, quam prius probauit, scilicet q habens potentiam finitam &c. id est intẽsiue quando existit illa forma in corpore, cuius formæ est potentia finita, potest etiam hæc ratio intelligi de infinito secundum durationem. Sed tunc oportet supponere, q finitum intensiue, cum est in corpore, est finitum secundum durationem. Infinitum enim secundum durationem, cum est in corpore, & potest resistere corrumpentibus in infinitum, est infinitæ virtutis intensiue, vt dicit Burleus de hoc & bene. Præterea virtus corporea est in potentia, vt corrumpatur cum sit compositum. nullum autem in quo est potentia ad non esse perpetuatur: & bene consydera, quia vt notaui, ista conuertuntur in potentia materialium. Item in eodem commento, vbi dicit. Potest enim sic hic motor habere actionem infinitam, idest in tempore. Deinde cum dicit. Omne autem corpus, aut potentia in corpore non habet infinitã actionem, idest intensiue, secundum quod declarabo in fine cõmenti. Item in illa parte, in qua dicit Commentator. Vtrum contineat corpus cœleste aut non & cætera. Consydera hic quomodo accipit infinitum indistincte, & accipit vnum loco alterius, quia vnum sequitur ex altero.

Idem in eodem commento vbi dicit. Nos autem dicimus ex vi verborum Aristote. & cætera. Nota quòd videtur q sua solutio stat in hoc, quòd si esset compositum corpus cœleste, virtus eius esset finita. sed quia non est cõpositum, non est ita. Nam propositio dicens, omne corpus habet virtutem finitam, est vera in corpore composito tantum, quod est semper finitæ potentiæ, & generabile & corruptibile. In fine autem de Substantia Orbis aliter respondet & melius, vt dicam: quamuis forte ambæ solutiones coincidant.

Item in eodem commento vbi dicit. Tanto tempus, in quo suscipit motionem à suo motore, erit maius, idest quia maior virtus est in maiori corpore cęteris paribus.

Item in eodem commento vbi dicit. Omnia corpora cœlestia excedũt se. Nota quod hic quasi innuit aliam responsionem ad hanc quæstionem, & est etiam bona.

Item in eodem commento in fine commenti circa illam rationem, quæ ponitur ibidem, nota, quòd secundum sua principia & secundum illa, quæ dicta sunt, possumus etiam respondere illo modo. Nam demonstratio, quæ iam dicta est, sic intelligitur. Omnis virtus in corpore est finita intensiue, & virtus corporea finita intensiue non potest mouere in tempore infinito. ergo motus in infinito non potest esse à virtute in corpore, sed à separata materia. Prima propositio declarata est: nam, si esset infinita intensiue, moueret in instãti: quamuis etiam

A ipsa sit vera, si intelligatur de finito in tempore: nam virtus corporea, quæ est formæ materialis, non durat in infinitum. Sed cum motor est immaterialis, non sequitur dubitatio. nam tunc dico quòd illa potentia etiam est finita intensiue, non tamen omnis virtus finita intensiue est finita in tempore, seu in duratione. Sed hoc est vnum in virtute finita corporea tantum: nam in ipso inuenitur potentia ad corruptionem, & ideo non sequitur in abstracto mouere in instanti. Et vide in quæstionibus meis de primo motore, quomodo declaraui hanc suam rationem. Consydera etiam quomodo intelligitur bene ex verbis eius, sicut dixit in commento. 78. quòd virtus finita intensiue, quæ est in corpore, est infinita secundum durationem: & illa, quæ est finita secundum durationem, est finita intensiue, & quæ est infinita in duratione est infinita intensiue, hoc in virtute materiali. ipse enim in multis locis in hoc commento accipit vnum loco alterius, quia vnum sequitur ex reliquo: in separato

B autem à materia non est ita, quia virtus sufficiens mouere per vnum diem sufficit mouere in infinitum, ex quo est omnino transmutabilis. Tandem dico, quòd demonstratio Aristotelis est hæc. Omnis virtus in corpore est finita: virtus primi motoris non est finita: ergo primus motor non est in corpore. Vel formatur sic, nulla virtus existens in corpore est infinita: quælibet virtus mouens in infinitum est infinita: ergo. Et secundum istum modum non solum ratio est de primo motore tantum, sed de omnibus motorib[9] corporum cœlestium. Cuilibet enim corpori cœlesti est motor proprius: & hoc scitur ex diuersitate proportionum, quæ sunt inter motores & mota, & ex diuersitate motuum & diuersitate mobilium: ex quo enim isti motores sunt formæ & animæ corporum cœlestium, vt declaratum est in aliis locis: & corpora diuersa saltem secundum prius & posterius debent habere formas diuersas: oportet enim vt sit connexio & habi-

C tudo naturalis & essentialis inter animam & corpus: non enim quælibet forma potest esse forma cuiuslibet corporis & maxime, quia isti motus sequuntur naturas motorum, & sunt operationes eorum propriæ: quamuis naturæ eorum sint cognitio, vt dictum est alibi: manifestum est ergo q sunt diuersi incorporei, & hoc supponit Philosophus in Metaphysica vt scitur ibidem: propositio tamen sua dicens, quòd finitum & infinitum dicuntur de corpore, & de corporeo tantum, sed in corporeo & de eo quod non est virtus in corpore non dicitur hoc vere, nisi metaphorice, vel aliquo modo est vera. Prima propositio est vera quomodocunque intelligatur finitas. nam si finitas intelligatur intensiue, manifestum est quòd est vera, vt declaratum est per multa media: & maxime, quia moueret in instanti si esset infinita intẽsiue. extensiue etiã vel secundum durationem est vera. hoc enim sequitur à primo. Si enim esset infinita secundum duratione᷑ infinita

D intensiue, vt dictum est: & ideo indistincte accepit eam. Ad propositum tamen accipitur pro finitate secundum durationem. Philosophus tamẽ ad remouendam cauillationem, quam quis potest facere contra ipsum dicendo, quòd virtus corporea est finita secundum durationem, quando est finita intensiue. sed ego pono eam infinitam intensiue: & ideo potest mouere in infinitũ. Philosophus igitur eradicat hanc responsionem probando hãc responsionem. quæ potest fieri, esse impossibilem. nam nulla virtus existens in corpore finito potest esse infinita intẽsiue, & ideo Philosophus probauit hanc propositionem isto modo. Et cum adiungatur huic, quòd nullum corpus est infinitum in actu, est manifestum quòd nulla uirt[9] in corpore est infinita intensiue. Vnde sciendum est quòd hæc conditionalis est vera. Si aliqua virtus materialis est infinita secundum durationem, ipsa est infinita intensiue: vel quia quælibet virtus materialis habet contrarium corrumpens & ideo, si potest in infinitum resistere, oportet

q sit

quod sit infinita intensiue, vt dicit quidam latinus, vel quia forma existens in materia dans ei esse, oportet de necessitate quòd in illa materia sit potentia cōditionis, & quod in natura illius materiæ sit potentia & priuatio. Et ideo oportet de necessitate, quòd sit vel quòd potest esse aliquod contrarium seu corrumpens: & si non, materia non esset in potentia: quod est contra positum: ex quo ergo non corrumpitur est infiniti vigoris intensiue, vel Philosophus voluit destruere consequens huius conditionalis, vt concludat oppositum arguentis, sic arguendo. Si aliqua virtus materialis est infinita extensiue, ipsa est infinita intensiue: sed impossibile est ipsam esse infinitā intensiue, vt probat demonstratio Philosophi: ergo & hæc videtur magis esse intentio Commentatoris in de Substantia Orbis. Et ad maiorem declarationem dico quòd de corpore cœlesti duæ fuerunt opiniones. Vna est Auicen. quam habuit à Platone: Auicen. enim ponit cœlum esse compositum ex materia huius naturæ, cum materia istorum inferiorum & ex forma dante sibi esse, per quam constituitur & fit ens in actu: & ipse concedit cœlum esse corruptibile. Sed tamen perpetuatur à motore separato. Contra quod sunt demonstrationes Aristo. in Libro Cœli. illic enim probatum est quòd cœlum non habet contrarium: ergo neq; subiectum in potentia, vt dictum est: quia, si potentia actiua non potest esse, nec potentia passiua potest esse. & ideo, si in materia cœli est potentia & priuatio, sicut in materia istorum inferiorum, de necessitate oportet quòd hic sit cōtrarium. & quòd cœlum corrumpatur. Præterea declaratum est à Philosopho in illo Libro perfecte, quòd nullum corruptibile potest perpetuari ab alio, & hoc videtur quasi per se notum: quia hoc nihil aliud est quàm dicere vnam naturam mutari in aliam. natura enim corruptibilis & æterni sunt naturæ valde diuersæ non communicantes etiam in genere. Vnde dicere aliquid esse corruptibile & ipsum esse perpetuum est dicere ipsum esse natura corruptibilem & non corruptibilem. Quando enim propria alicuius naturæ inueniuntur in aliquo, tunc iudicamus illud esse illius naturæ. Si ergo æternitas seu perpetuitas sit in aliquo, illud de necessitate habet naturam æterni, aliter non essent hic naturæ propriæ & determinatæ, & consequentia propria & determinata. Posset enim quis dicere secundum hoc, quòd accidentia propria ignis vel alterius formæ sunt in aliquo, & tamen illud non est illius naturæ, & sic destrueretur scientia. Nos enim cognoscimus naturas esse diuersas per operationes & propria diuersa. Perpetuitas autē seu æternitas, idest duratio in infinitum, saltem sequitur de necessitate & proprie naturam æternam. secunda autē fuit Auempace ponentis in cœlo esse materiam, & ipsum esse compositum ex materia & forma dante sibi esse: Illa tamen materia est alterius naturæ, ita quòd in illa materia non est potentia ad transmutationem substantialem, nec ad alterationem. Et dicit, quòd hoc compositum nō est corruptibile, sed tantum compositum, quod est ex materiis horum inferiorum. Et hæc positio etiam omnino est falsa & impossibilis, primo enim hoc dictum videtur esse voluntarie dictum: nos enim non peruenimus ad compositionem, & ad naturam materiæ, nisi per transmutationem in substantia: ex quo ergo hic non est transmutatio neq; natura transmutabilis, quomodo possumus scire illic esse materiā? Si enim nō esset trāsmutatio in reb⁹, nos diceremus quodlibet ens est vnum, idest habere vnā naturam, sicut ipsum est vnum in actu. Et à fortiori patet, quòd nullam habemus viam ad cognoscendum materiam in qua non est potentia. Præterea hoc est dicere contradictoria sine consyderatione. Nam in quo non est potentia ad contradictoria in eo non est potentia. potentia enim non est nisi ad contradictoria, nisi esset potentia æquiuoce dicta: & si non est in ipsa potentia, tunc natura eius est nulla res actualis; & ergo non recipit formam

E dantem ei esse, nam hæc consequentia est bona omnino; non est in ipso potentia ad contradictoria: ergo non est in ipso potentia. non est in eo potentia in sua natura: ergo est ens aliquod in actu. & non recipit esse actuale à forma. Materia enim existens in actu secundum suam naturam non recipit formam dantem ei esse actuale. Ex duobus enim in actu non fit vnum vere compositum: & ego vere non intelligo quomodo forma dat esse in actu materiæ cœli sicut reliquæ formæ ex quo non est in natura illius materiæ potentia neq; priuatio: & ideo ex hac positione vere sequitur positio Auerrois. Si enim illa natura est natura, in qua non est potentia neq; priuatio, tunc illa est ens in actu: & in hoc assimilatur formæ: quamuis sit in potentia ad motum localem vt declarauit Commētator: & habet formam per quam mouetur non dantem ei esse: & hæc est positio Auerrois. nam Auerrois ponit cœlum esse subiectum in actu existens ex se, non per formam dantem ei esse: & est quasi medium inter formam

F & materiam. Est enim simile formæ, quia non est in potentia, nec est in eo priuatio, neq; recipit esse à forma, sed est ex se existens in actu, vt dictum est: non tamē in actu omnino perfecto, nisi per suam formam separatam, vt dictum est alibi: est autem simile materiæ aliquo modo, nā ipsum est in potentia ad motum circularem: & etiam est indiuiduum demonstratum, & ens demonstratū in actu, & habens vnam figuram in actu, & omnia ista sunt in corpore per materiam, & sunt in materiis propter formam. In hoc tamen corpore non sunt propter formam dantem esse, sed propter motorem separatum: vnde corpus cœleste, & omnes eius dispositiones sunt propter motorem, qui motor præcedit dimensiones in illomet subiecto seu materia. non enim illic sunt dimensiones indeterminatæ in potentia, neq; forma recipitur illis mediantibus, sed sunt tantum determinatæ: quas habent illa corpora: secundum suas naturas: hoc tamen habent propter formas eorum separatas, neq; illa corpora cœlestia sunt

G indiuiduum vnius speciei, sed sicut indiuidua. nam illa non componuntur vere ex genere & differentia, sed sunt tantum determinata & huiusmodi: & sunt diuersa inter se secundum suas naturas, & secundum naturas motorū ipsorum. Sunt tamen diuersa indiuidua secundum prius & posterius sicut & eorum motores. similiter hoc nomē indiuidum non dicitur vniuoce de istis, & de inferiorib⁹, vnde, vt dicit Commētator, potentia habet gradus. hæc igitur corpora non sunt neque formæ neq; materiæ proprie dictæ, neque compositum ex materia & forma. sed est quædam substantia corporea, idest quanta, quæ magis debet dici subiectum, quàm materia. & ideo hæc corpora cœlestia non sunt abstracta, neque formæ & sunt indiuidua eo modo quo dictum est. Et ex istis, si quis habet intellectum bene dispositum potest videre defectum cauillationum latinorum circa hæc. hæc tamen omnia perfecte declarabo in libello de Substantia Orbis Deo

H volente. Quantitas tamen horum corporum dicitur vel æquiuoce, vel secundum prius & posterius, cum quantitate illorum corporum generabilium & corruptibilium: sicut & substantia istorum cum substantijs generabilium & corruptibilium, & formæ illorum cum formis illorum. vnde credendum est, quòd sicut forma illius corporis nobilior est formis illorum inferiorum, & alterius naturæ, ita & materia seu subiectum illius animalis cœlestis, & accidentia sequentia naturam illius, & maxime cum sit primum motum ex se, & causa omnium istorum inferiorum. Causæ enim intrinsecæ æterni, & generabilis & corruptibilis non est eiusdem generis: nec æternum & corruptibile ingrediuntur sub vno genere vniuoco, & ideo Auempace concedit positionem Auerrois non consyderando. Præterea contra ambas opiniones est illud, quod declaratum est sæpe, quòd omne cōpositum ex materia & forma dans ei esse, vel ex forma

generica

generica & forma specifica, ex quo vna se habet vt materia, reliqua vt forma est vere factum: & hoc probatum est in quæstionibus meis de vnitate intellectus per rationes Philosophorum, quas nullus bene dispositus negare potest secundum doctrinā Philosophorum. Præterea Philosophus probauit hoc idem in Tertiodecimo Metaphysicæ, hoc modo. Ibidem enim determinat hanc quæstionem, scilicet, Vtrum res æternæ sint compositæ, seu esse possint ex elementis: & capit hic elemēta pro materia & forma, & arguit sic. omne constitutum ex elementis est compositum: omne compositum componitur ex rebus in quarum natura est potentia componi ex eis, idest quòd sunt possibilia ad recipiendum compositionem: & hoc videtur certum. nam in natura componentium, vt componentia huiusmodi intelligitur uere potentialitas: & omne, in cuius caussis est potentialitas, ad hoc vt illud sit, ipsum est possibile esse in vno tempore, & non est in alio: & cum declaratum est, quòd in rebus æternis non est in eis possibilitas non esse: ergo nulla res æterna est composita tali compositione: & ideo omne cōpositum est vere factum: vere autem factum non potest esse æternum à parte ante, & à parte pōst, & à fortiori primum motum. Præterea sequeretur, quòd demonstratio Aristotelis in hoc Octauo esset nulla, & maxime secundum Auempace, nam ipse ponit cœlum esse compositum & æternum non factum, neque in sua natura est corruptibilitas. possum ergo dicere, quod illa forma materialis mouet in æternum, secundum autem Auicen. forte hoc non sequitur, quia quamuis ipse dicat cœlum esse compositum, ponit ipsum esse corruptibile secundum suam naturam: sed tamen dicit ipsum perpetuatum à forma separata. Dicentes autem quòd ratio Philosophi in hoc principio fundatur, scilicet quòd Deus est infiniti vigoris intensiue, & quòd nulla virtus materialis est infinita intensiue, vt quidam Latini, nihil dicūt. Maximum enim inconueniens est dicere Aristotelem volendo demonstrare aliquid in declaratione illius quod Philosophi credunt, & demōstrasset oppositum, vel saltem illud qđ est magis dubitabile conclusione: immo videtur quòd hoc non possumus concedere, nisi supponeodo ipsum esse separatum. Præterea secundum opinionem illius nulla esset ratio ad probandum primum motorem esse separatum. possumus enim dicere quòd hæc virtus est materialis, & est infinita intensiue, & cognoscitiua: & tamen non mouet in instanti, quia non vult, vel quia passum non potest recipere actionē, sicut dicit ipse, quod quamuis sit Deus infiniti vigoris intensiue, tamen non mouet in instanti: quia non vult, vel per aliam causam, quæ placet ei: & ideo hoc dictum destruit demonstrationē Philosophi. Præterea illud quod dicit, quòd potest mouere in instanti, tamen non vult: non est intelligibile apud Philosophos. Quærunt enim Philosophi, si potest, ponatur in esse. Item quærunt, vtrum potest velle: & si potest velle, ponatur in esse: & si non potest velle, ergo nullo modo potest. distinctiones autem quibus isti respondere credunt, nullæ sunt apud scientes secundum Philosophiam, sed non oportet de omnibus imaginationibus curam habere. Reliquæ autem rationes Philosophorum contra ista dicta, sunt dictæ per me in quæstionibus meis de vnitate intellectus, & primo motore. Ratio autem Ioannis Grammatici contra demonstrationem Aristotelis nulla est. ipse enim dicebat, quòd virtus cœli, per quam cœlum durat in infinitum: est infinita secundum durationem: & tamen est in corpore finito. Et ideo apud ipsum, cœlum habet virtutem finitam, & est corruptibile. Vel oportet dicere, quòd demonstratio Arist. sit nulla, & est ratio multum apparens, cum bene consyderatur. nam si quis diceret ei quòd hæc virtus est finita intensiue, infinita extensiue ipse diceret similiter esse dicendum in demonstratione Aristotelis. Et tunc ipsa esset nulla. Responsio

A autem vera in hoc est illa, quam ponit Commentator in fine de Substantia Orbis: & hæc est in summa. Ioannes enim supponebat vnum falsum. Credebat enim cœlum durare in infinitum per virtutem additam ei, hoc autem non est verum. Est enim æternum & incorruptibile propter priuationem causarum corrumpētium. In sua enim natura non est potentia neque priuatio neque contrarietas. Et ideo ipsum secundum suam naturam est æternum per priuationem illarum causarum, non per virtutem additam. Illud ergo, super quod Aristoteles est sustentatus in hac intentione, vt dicit Commentator commento. 41. Duodecimo Metaphysicæ, est, quòd omnis actio æqualis, idest vniformis, infinita, semper æterna, necessario fit à potentia, cuius actio est infinita: cui nulla transmutatio accidit propter quam deficiat actio, & omnis potentia motoris in loco in corpore, cui accidit transmutatio, necesse est vt eius actio non sit semper æterna: quia **B** ab alio mouetur idest per motum subiecti, vel quia illud quod est in materia potest moueri ab alio. Demonstratio ergo Aristotelis in hoc Octauo est ex proprijs, & præmissæ & conclusio sunt primæ, idest quòd separabilitas inest motori æterno, secundum quòd motor æternus, seu formæ æternæ: quia idem sunt forma, & motor, & maxime in istis, non per aliam naturam, vt dicit Commentator de Primo in Libro Posteriorum, in commento magno. Et si intellectus possibilis etiam est abstractus, forte hoc est, quia intellectus agens, qui mouet in æternum, est idem cum intellectu possibili: non tamen dico vnum, idest motorem in æterno esse causam alterius, sed volo, quòd vnum non inest alteri per aliam naturam. Intellectus etiam possibilis est forma æterna, vt dictum est in quæstionibus meis: & forte hæc demonstratio non est ex proprijs, nisi respectu motorum horum corporum cœlestium. hic tamen, scilicet circa hunc processum Octaui sunt duo genera demonstratio- **C** num in hoc. Vna est à posteriori, & alia est à causa: per motum enim ęternum probamus motorem esse æternum, & per hoc habetur, quòd ipse est separatus: postea fit demonstratio in causa in perpetuitate motus, quia motor est separatus: & hęc demonstratio est à propositionibus primis & immediatis. hic autem intelligo per primus duo, idest quòd prędicatum inest subiecto in propositionibus, non per aliam naturam, nec per causam: quia nulla causa est in hoc quòd motor separat⁹ mouet in ęterno, nisi quia est separatus intransmutabilis, vt innuitur à Commentatore in de Substantia Orbis, neque sequitur propter hoc quòd aliquid sit magis notum, & minus notum, & reliqua incōuenientia. Nam per effectum probatur causam esse, oon tamen per causam probatur effectum esse. Hęc enim est alia species cognitionis à prima. Nam per illam causam referendo ipsam ad suum effectum habetur notitia magis perfecta, sed non probatur effectum esse, & ideo non est demonstratio circularis, vt **D** innuitur hoc à Commentatore in Primo Posteriorum in commento magno. vnde in Secundo processu acquiritur perfecta cognitio conclusionis per demonstrationem causę tantum: cuius pręmissę nō sunt notiores apud nos conclusione, vel aliquando quędam demonstrationes causę tantum sunt ex causis agentibus vel materialibus, quibus positis non necessario ponitur conclusio, sed causa: sed non acquiritur tunc causa conclusionis, seu non probatur conclusio, sed acquiritur cognitio eius perfectior, quę est alia species cognitionis à prima: in demonstratione autem simplici, cuius pręmissę notiores sunt nobis & naturę, & habent reliqua requisita, probatur esse rei per causam: & ideó hęc vere & proprie est demonstratio simpliciter. Reliquę autem, quę pertinent huic quęstio, & dicta modernorum circa limitationem Auicennæ & Auerrois, & circa omnia huic pertinentia, & solutiones omnium dubitationum si quę sint, perfecte declarabo

clarabo Deo volente in Libro de Substantia Orbis, illic enim dicam omnia, quæ pertinent huic quæsito: & ea de clarabo diffusæ, & iam gratia Dei feci: huc tamen dico hic, quòd auctoritates istorum virorum non debent impedire intellectum ab hac veritate. Quia vere demonstratio Aristotelis firma est, & credo, quòd quia homines non intelligunt demonstrationes Philosophorum, odio habent Philosophiam: & dicunt Philosophos dicere res phantasticas non demonstratas, & quasi hæc omnia dicta sunt à Commentatore vel in actu vel in potentia propinqua. In commento. 82. vbi dicit. Et adhuc
Com. 82. remanet mouendo, idest sine eo quod moueatur. Vult dicere à manu. In eodem commento. vbi loquitur de inundatione. vbi dicit. Cum sit motus successiuus. Vide Commentum. 69. Quarti. Et nota quòd hæc successio non est sicut successio Platonis, & consydera. In Com. 85.
commento. 85. vbi dicit, Et etiam mutat se ab eo quod mouet illam secundum finem, idest ab appetibili: & vide commmentum decimumseptimum.

Finis.

Hoc opusculum annotationum &c. finitum fuit anno latinorum. 1 4 8 5. in fine Iulij Florentiæ.

Quæstionum Ioannis de Ianduno, super octo Libros Physicorum: ac Heliæ Hebræi Cretensis de Primo Motore, de Mundi Efficientia, de Esse & Essentia, & Vno, cum eiusdem in Dictis Auerrois super eosdem libros Annotationibus, finis.

REGISTRVM

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u

Omnes quaterniones. præter u quinternionem.

Registrum Tabulæ per se patet.



Venetijs In officina hæredum Lucæ Antonij Iuntæ.
Anno domini. M D L I.
Mense Iulio.